
A



# COMPENDIVM IVRIS MVNICIPALIS CIVITATIS PERVSIÆ

*Alphabetico ordine digestum*

*Authore*

BARTOLOMEO GILIANO PERVSINO

*Auctum*

*Adnotationibus Additionibus ac sac. Rotæ Rom. decisionibus hactenus non impressis*

*Opera ac studio*

DIOMEDIS GILIANI

*Eiusdem Authoris filij*

AD EM.^{MV}. AC REV.^{MV}. DOM.

FRANCISCVM S.R.E. CARD. CENNINVM

*S. Marcelli nuncupatum*

*Perusiæ Apud Angelum Bartolum [illegible] Superiorum permissu*

EMINENTISSIMO, AC REVERENDISSIMO PRINCIPI

# FRANCISCO CENNINO

## S. R. E. CARD. S. MARCELLI

## DIOMEDES GILIANVS F.

*PATIERIS, adorantium ritu, Aram tangere Purpuratæ Sapientiæ Tuæ, Cardinalis Amplissime, tenerum adhuc & vitæ dubium Infantem; quem sisto non victimam sed donarium, neque ad vnius diei celebritatem, spero, sed mansurum perpetuò, si modò Tu non indignum luce vitaque censueris. Posthumus Parentis mei partus est,* de Municipali Perusino Iure: *qui quamuis liber, Tibi debetur, cui iure nascitur, quidquid penes nos nascitur. Eum, si placet, miti dignatus oculo, explorabis Germano more, sit nè verè germanus, dignusque tolli: qui clypeo impositus patrocinij Tui, securus innatet per assilientes inuidiæ fluctus, nec temporis impetu abreptus feratur in pelagus obliuionis: vt qualiscumque certè adolescat nostræ obses fidei, testisque beneficentiæ Tuæ, sincerus ac fidus. Neque .n. opinor, fuerit nefas, vt simul, dum auspicatæ fœturæ producendæ ornandæque studeo, non minus ipsi mihi consulam, atque vnam operam non vni duntaxat videar impendisse. Quippe cum debeam Genitoris Manibus geminam lucem, & vitæ & dignitatis, fluxam illam, hanc perennem à Tua manu; cuius me salutari contactu veluti radio quodam perfusum, æternùm meritò gloriabor, ad Lustralem Fontem Tuo susceptum verèque natum auspicio; non sanè video posse, alio grati animi repercussu par in Parentem munus reflecti, quàm vt, vnde primùm traducta in Filium volente Patre lux est, inde etiam volente Filio deriuetur in Patrem, atque vnus idemque sit accepti relatique auctor beneficij. Sic, ità dixerim, Fratri vita decusque fuerit in Tuo nomine, viuetque Pater Tuo renatus munere in viuida ingenij sobole immortalis: sic ego duplici hoc pietatis officio functus, cum vtroque viuam, nouo Tibi veluti mancipatus iure: sic Tu tergemina in nos liberalitate viues in tribus; & Sacro è numero ad orbis olim felicitatem (auguror & voueo!) non vana tergemini Regni capies auspicia. Vale Princeps Eminentissime publico, cui natus es, bono diù sospes. Perusiæ. IV. Kal. Febr. CIↃ IↃC. XXXV.*

PERILLVSTRI DOMINO SVO

# DIOMEDI GILIANO

## TYPOGRAPHVS S.

NVLLVS honestiùs gladius dimicat, quàm qui pro Aris, focisque dimicat; nec vllus sudat calamus gloriosius, quàm qui Patriæ, quàm qui Ciuibus sudat. Colunt sua ruscula Rustici: syluam mulcent inibi natæ auiculæ: patrijs natat piscis in vndis: præposteraque semper visa, ne dicam ingrata, insanaque ingenia, quæ collectum domi lingua, styloque splendorem, externis illustrandis potius sordibus, quàm patrijs discutiendis tenebris, contulerunt. Non illa carorum pignorum corporibus lac, non illa ingenijs succum præbet, quò inter alienam opulentiam, exilis, exucca, exanguis Parens, misera macritudine illaudata tabescat: exhaustusque, exuberantibus in alienam fœcunditatem riuis, fons ipse arens inglorius sitiat. Vidit hoc, si quis alius, Vir Patriæ, ciuiumque commodis natus, tuus, Giliane, Pater, Bartholomæus: qui in iure, caussis, litiumque tricis sedandis pari probitatis, ingenijque laude versatus, ne quo temporis puncto cessaret, diurna voce litigantibus opitulatus, nocturnis lucubrationibus posteritati consultum ijt. Nec ille per amplum, communemque legum, Iurisque campum laxauit currenti feliciter calamo habenas; sed Patriæ vtilitatibus inhærens, intra priuati, municipalis, Perusinique Iuris orbitam (Statutum vulgò vocant) ingenij, calamique impetum pressit: cui illustrando, explicando, perficiendo intentus, quas ille, Deus bone, opes in opus congessit, quas ex abditis profundi Oceani latebris gemmas expiscatus! quæ vna me ratio, Giliane, mouit, vt communi Patriæ nomine tecum accuratis precibus agerem, ne sudaras nobis Patris noctes, neue fratri, tua quoque cura curatiori, lucem inuideres. Macte triplici in Patrem, fratrem, patriam pietate. quorum dum alteri vitam postliminio mortis prorogas, alteri das, geminata vtriusque gloria in te vnum, de tribus vno beneficio optimè meritum, acclamante Patria, redundabit. Vale.

---

# APPROBATIO.

H*Anc eruditissimi Viri D. Bartholomæi Giliani Lucubrationem inscriptam* Compendium Iuris Municipalis Ciuitatis Perusiæ, *de Reuerendissimi Patris Inquisitoris Generalis Perusiæ, Vmbriæ, annexarumque Vrbium mandato, libentissimè legi, & vacat omni censura, nihilque continet moribus dissonans, neque aduersarium pietati; iure propterea typis mandari posse, ac euulgari è republica, & litteraria futurum censeo.*

Alexander Balestrinus I. C. & Eques Perusinus.

*Imprimatur*

Fr. Vincentius Maria Pellegrinus Perusiæ, Vmbriæ, annexarumque Ciuitatum Generalis Inquisitor.

*Imprimatur*

Io: Nicolaus Leontius Theologus Deputatus pro Eminentissimo & Reuerendissimo D. Cardinali de Vbaldis Perusiæ Episcopo.

# AD DIOMEDEM GILIANVM
Bartholomæi Patris Opera edentem in lucem.

HANNIBALIS VALERIANI.

*LVci te dederat Genitor, tu fœnore magno*
*Luci docta Pius das monumenta Patris.*
*Hausisti vitam, sed non mansurus in æuum,*
*Exeris hæc vllo non peritura die.*
*Viuite sic ergo fœlices ambo, perennem*
*Vitam queis Pietas, queis Monumenta parant.*

# AD DIOMEDEM GILIANVM
Bartholomæi Parentis Opera in lucem edentem.

INCERTI.

*POsthuma vt extincti Genitoris gloria viuat,*
*Quàm benè te pietas ingeniosa docet!*
*Ingenij monumenta tui superaddis; vt vni*
*Debita fama tibi, par vtriusque foret.*
*Laurea, qua Patrem exornas, vtrumque coronat;*
*Quam tibi dat Pietas, laurea tota tua est.*

INDEX

# INDEX CAPITVM



Fossa

Ruinosum

## In corpore huius Operis sunt impressæ, vltra illas in fine, decisiones infrascriptæ.



## Habes in fine Operis.



COMPENDIVM

# COMPENDIVM IVRIS MVNICIPALIS CIVITATIS PERVSIAE ALPHABETICO ORDINE DIGESTVM

Cum Adnotationibus.

## ABSENTIA.

### SVMMARIA.

*Absens citari quomodo debeat ex Statuto in princ. & quid in eo, qui accusauit, & carcerari fecit aliquem ex Comitina in fine princ. Quid de iure communi num. 19. & seq.*

*Absens quis dicatur num. 1. & seqq.*

*Absentia est probanda num. 6. & quomodo probetur num. 7. & seq. & potest etiam probari post sententiam num. 10.*

*Absuturus an possit cogere ad agendum num. 11.*

*Statutum contra absentem non comprehendit absentem & impeditum num. 12.*

*Procurator absentis debet citari vbi adest, & actor habet notitiam num. 13.*

*Coniunctus non admittitur pro coniuncto absente vbi adest Procurator num. 14. vbi declaratur. & quando admittitur non potest substituere ante litem contestatam num. 40.*

*Procurator qui non acceptauit mandatum non dicitur Procurator num. 15. & vide num. seq.*

*Procurator generalis potest citari ante litem contestatam, & cum eo incboari iudicium num. 17.*

*Procuratores duo non censentur insolidum constituti num. 18.*

*Curator bonis absentis quando, & quomodo detur num. 20.*

*Diuidere si quis velit cum absente quid faciendum num. 21.*

*Statutum potest dare modum citandi, & ille est seruandus num. 22.*

*Proclama quomodo fiat num. 23.*

*Citatus tenetur dimittere Procuratorem si se absentat, aliàs proceditur per proclama de iure communi num. 24.*

*Citandus si habeat plures domos in qua debeat citari num. 25.*

*Amici citantur ad defendendum num. 26.*

*Consanguinei qui dicantur num. 27. vbi quod etiam cognati, & quod Statutum debeat intelligi de proximioribus num. 28.*

*Proximioritas an sit probanda num. 29.*

*Citatio vnius consanguinei non sufficit cum duorum requiritur à Statuto num. 30. & seqq.*

*Clericus an debeat citari tanquàm consanguineus num. 33. vbi etiam de Monacho.*

*Foemina an debeat citari vti consanguinea num. 34.*

*Terminus assignandus ad comparendum debet esse sufficiens num. 35.*

*Terminus datur ad certiorandum absentem num. 36.*

*Terminus competens est vnus dies pro singulis 20. milliaribus num. 37.*

*Consanguineus citatus pro absente an possit Procuratorem constituere num. 38.*

*Substitutioni non est locus vbi est electa industria personæ num. 39. maximè ante litem contestatam n. 40.*

*Sententiam nullam dicens ex quo absens habebat consanguineos, vel affines citandos tenetur probare num. 41.*

*Vicini qui dicantur num. 42. & seq.*

*Absenti tempus ad appellandum, & dicendum de nullitate quando incipiat num. 45. & seq. & quando possit dicere num. 49.*

*Appellare si omisit Procurator quando possit dominus num. 47. & seq.*

A ABSENS A à Ciuitate, vel Comitatu Perusiæ nullis relictis Procuratoribus, B si ab ali-
B quo conueniendus in iudicio sit C debet fieri proclama
C generale D per Baiulum in
D Parochia absentati in tribus locis Vrbis hac sub formula. Si quis sit legitimus Procurator N. Absentis, qui velit pro ipso in iudicio comparere, eumque defendere, debeat in termino &c. comparere coram tali Iudice &c. Et si quis compareat habens legitimum mandatum, vel si de rato pro tali absente promittat debet admitti, & cum eo iudicium fieri, Nemine autem in dicto termino assignato comparente tunc ad instantiam Actoris debent cita-
E ri nominatim duo proximiores E consanguinei absentis, si consanguineos in Ciuitate, vel Comitatu habuerit, & si non duos, sed vnum tantùm haberet, tunc vnus. Sed si non consanguineos haberet, sed affines, tunc duobus, vel vni
F respectiuè assignatur F terminus, in quo debeant comparere, & curam Iudicij, seu bonorum ipsius absentis legitimè assumere, & cum eis, vel
G eo iudicium G fieri debet. Quod si non comparuerint in termino præfixo, tunc contra talem

absentem procedi potest prout iuris fuerit, citatis tamen ad omnes actus, etiam ad sententiam diffinitiuam, dictis duobus proximioribus consanguineis, seu proximiore consanguineo, qui & si non comparuerint, omnis processus factus, & sententia lata contra absentem valent, si autem comparuerint tunc tanquam legitimi contradictores possint iura absentis allegare, ipsumque defendere, ac etiam appellare. Si vero absens non haberet H consanguineos, vel affines duos, vel vnum, tunc debent citari duo ex vicinis I proximioribus illius habitationi, necnon Procurator Communitatis ad suscipiendam curam bonorum absentis, & vt supra de consanguineis dictum est, iudicium fiat, & processus erit validus. Poterit tamen absens infra biennium à die sui reditus, vel illius successor per dictum tempus incipiendum à die scientiæ, vel mortis dicti absentis, si fuerit maior, si autem minor post completam minorem ætatem computandum, querimoniam L exponere, iudicium mouere, & huiusmodi processum nullum dicere. Quibus terminis elapsis, & seruata dicta forma processus factus, & sententia lata plenam roboris firmitatem habebit, vt de prædictis omnibus habetur in Stat. rubr. 26. lib. 2. fol. 14. Si consanguinei longe distarēt à Ciuitate quid seruandum vide Comit. Const. p. 1. rubr. 11. §. & quia. quæ tamē loquitur de consanguineis minorum. Quando autem quis fortasse aduena accusasset, & carcerari fecisset aliquem, & postea se absentasset, tunc obseruatur alius modus citandi, de quo in d. Comit. par. 1. rubr. 2. cap. 7. fol. 6. & de aduenis vide etiam in verb. forensis.

## Adnotationes.

1 A Quis dicatur absens, † & absentiarum species, quæ sint *vide apud Sfort. Odd. in tract. de restit. in integr. par. 1. quæst. 5. art. 6. & 7. num. 26. & seqq.* & variatur interpretatio secundum diuersas materias, & diuersos effectus. *Bal. in l. præsens 5. ff. de Procur.*

2 Sed propriè, & strictè absens † dicitur ille, qui non est in Ciuitate. *Balb. in tract. de præscript. par. 1. quæst. 4. princ. quæst. 2. num. 6. Pacian. de Probat. lib. 2. cap. 48.* vel qui non est in Ciuitate, vel suburbijs, aut pertinentijs Ciuitatis. *Bal. in §. 1. num. 2. instit. de vsucap.* & ita procedit Statutum nostrum dum loquitur de absente à Ciuitate, vel Comitatu Perusiæ. Verum quia Baldus dicit,

3 † quod hoc procedit quando habent separatas Iurisdictiones vna Ciuitas ab altera, & non reguntur ab eodem Præside, nec superiorem recognoscunt; secus verò si plures Ciuitates sub eodem Præside regerentur, quia tunc diceretur absens, qui non est in Iurisdictione illius Præsidis, cumquè Gubernator Perusiæ tamquam Præses Prouinciæ Vmbriæ habeat quoque sub Gubernio Ciuitatem Assisij, & alias Ciuitates, vt scripsit etiam *Odd. d. q. 5.*

4 *art. 6. num. 31.* ideo si quis Perusinus † se absentauerit, & ad dictas Ciuitates Præsidatui subiectas accesserit, videtur dicendum posse ipsum tamquam præsentem citari coram Præside, si verò esset conueniendus coram alio Iudice, puta coram Rota, tunc absque dubio esset obseruandus modus, & forma Statuti, cum non extendatur eius Iurisdictio ordinaria extra Ciuitatem, & Comitatum Perusiæ, & talis re-

5 spectu Rotæ non posset dici præsens. Absens † non dicitur, qui habet Perusiæ domicilium, licet sit in Alemania. *Bal. in auth. hoc ita. num. 5. C. de duob. reis.*

6 Probatio absentiæ videtur necessaria † antequam procedatur iuxta formam traditam à Statuto. *Bal. in l. si curator. ff. de curat. Furios. Vestr. in Prax. lib. 1. cap. 5. num. 4. ante med. vers. docto de eius recessu, vel absentia. Rot. decis. 486. num. 3. vers. hoc enim. par. 2. recent. per Farinacc.* & in terminis huius Statuti quando non fuit factum proclama in Parochia vbi degebat reus conuetus pro nullitate *respondit Rota in Perusina Pecuniaria, seu Societatis Veneris 30. Aprilis 1627. coram nunc Eminentissimo Card. Virili,* quæ est in calce operis *decis. 1. num. 5.* Quomodo autem pro-

7 betur † absentia *vide Marcell. Cala de modo articul. num. 458. & alia ad materiam vide per Mascard. de*

8 *Probat. vol. 1. conclus. 5. & seqq.* & vt de † validitate processus, & sententiæ non possit dubitari, opus est, vt antequam fiat proclama præcedant diligentiæ per Cursores, seu Baiulos de reperiendo reū *ad Mascard. vbi sup. conclus. 8. num. 6. Boccacc. ad Egidian. cap. 15.*

9 *lib. 5. glos. 3. num. 118.* & creditur † relationi ipsorum. *Gabr. de citat. conclus 4. num. 9. Rota decis. 8. num. 1.*

10 *par. 4. diuers.* Nota tamen, quod de absentia † possit doceri quandocumque etiam post sententiam *Rota apud Crescen decis. 1. num. 2. de sent. & re iudic. &*

11 *decis. 871. par. 3. diuers.* Absfuturus † autem an possit quem cogere ad agendum *vide Paul. de Castro in l. vn. num. 4. C. vt nemo inu.* vbi pro negatiua tenet de

12 Iure communi. Statutum contra absentem † non habet locum contra absentem, & impeditum. *Ruyn. cons. 24. lib. 4. num. 6. vers. & licet forte.*

13 B Si ergo absfuturus † dimisisset Procuratorem, & Actor haberet scientiam, talis Procurator debet citari, vt fuit decisum *in dicta Perusina, quæ est in fine*

14 *decis. 1. num. 6.* & facit, quia coniunctus † non admittitur pro coniuncto absente vbi ille habet Procuratorem in actis *Rota decis. 200. num. 2. par. 3. diuers.* dummodo iste Procurator nō sit neghgens. *Beltram.*

15 *ad Ludouis. decis. 531.* Sed si Procurator † nollet acceptare huiusmodi mandatum, & onus tale suscipere, non diceretur Procurator. *l. 2. ff. de Procurat.* credo tamen, quod iste posset citari per rationes. *Verall. decis. 319. num. 3. lib. 3.* & hoc sine difficultate esset ve-

16 rum vbi Procurator acceptasset † mandatum generale absentis in aliqua alia causa, tunc enim in omnibus eius causis teneretur eum defendere. *clem. 1. de Procurat. Bouer. in sing. sub verb. citatio, & peremptorium. num. 21.* vbi firmat, quod quando dominus

17 est absens sufficit citare Procuratorem etiam ante litem contestatam, & quod possit inchoari iudicium cum generali Procuratore in Curia. *Salust. in Prax. lib. 2. c. 19. Rota coram Ludouis. decis. 86. num. 1.*

18 *& decis. 127. num. 8.* Si fuerint duo † Procuratores constituti non intelliguntur insolidum constituti. *cap. si duo de Procurat. in 6.* quod limitat *Dec. in cap. prudentiam*

de ntiam

*dentiam. num.* 81. *de offic. deleg.* & præſertim quando conſtituti fuerunt Procuratores cum libera, ſed contrarium tenuit *Rot. apud Gomeſ. deciſ.* 29. *quæ ſunt impreſſa poſt deciſ. Reuerendiſſimi Coccini Decani, & vide Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 201. *tom.* 2. *& Rot. coram Ludouiſ. deciſ.* 280. *& ibi Beltram. in addit.*

19 C De iure communi quomodo † citetur abſens *vide Bal. conſ.* 154. *lib.* 3. *Marant. de ord. Iudic. par.* 6. *mem.* 1. *de citat. num.* 101. *Pacian. de probat. lib.* 2.

20 *cap.* 48. *num.* 37. *& ſeqq.* & quod detur curator † bonis abſentis de iure communi præſupponit Statutum noſtrum *in princ. d. Rubr.* 26. *lib.* 2. *&* dixit *Bal. in l. curator ff. de curat. fur.* de quo curatore *vide Menoch. de arbitr. caſ.* 150. *num.* 25. *& ſeqq. Pacian. d. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 2. *& in addit. Crau. conſ.* 558. *lib.* 5. *&*

21 *Eugen. conſ.* 39. *& conſ.* 46. *lib.* 2. & in terminis † diuiſionis faciendæ cum abſente, quomodo ſit procedendum in terminis iuris communis *vide Petrum de Vbald. de duobus fratr. par.* 11. *num.* 26. Quod Sta-

22 tutum † poſſit introducere modum citandi præter formam iuris communis *tradit Bonacoſ. in quæſt. crimin. in verb. Abſens poſt princ. par.* 1. & in ſimili Statuto *vide Carpan. ad Stat. Mediol. par.* 1. *cap.* 2. & ſi non obſeruetur forma Statuti, acta omnia ſunt nulla. *Corn. conſ.* 17. *num.* 7. *lib.* 1.

23 D Tenor proclamatum † cum relatione facienda per Baiulum habetur *per Speculat. in tit. de cit. §. ſequitur num.* 12. *& vide etiam Bal. d. conſ.* 154. *lib.* 3.

24 Si principalis fuiſſet † ab initio in iudicio, quia tenebatur relinquere Procuratorem. *Bal. in l. ab eo. num.* 6. *C. quom. & quan. Iud.* tali caſu vbi non haberet domum, vel neminem in ea reliquiſſet, poteſt etiam per proclama citari de Iure communi. *Marant. d. par.* 6. *mem.* 1. *de citat. num.* 99. *& ſeqq.* vbi quod debet fieri proclama in illa vicinia Ciuitatis vbi conſueuetat iſte

25 conuerſari. Si citandus habeat duas domos † in diuerſis Parochijs, quod ſit in electione citari facientis vel Iudicis, vel Nuntij citare eum vbi voluerit. *Carpan. ad d. cap.* 2. *num.* 28.

E Citatio non ſolum conſanguineorum, ſed ami-

26 corum † ad defendendum ſit etiam de iure communi. *l. ergo. & ibi Bart. ff. ex quib. cauſ. maior. cum alijs per Gram. conſ.* 1. *num.* 1. *poſt deciſiones.* Conſanguinei

27 qui ſint † dicam *in verb. Conſanguinitas.* & in hac materia quod admittantur etiam cognati, & in illis habeat locum Statutum dixit pluries Rota, & ſignanter coram *Gomeſ. deciſ.* 102. *poſt deciſ. Reuerendiſſimi Decani Coccini, & deciſ.* 86. *num.* 5. *in impreſſis apud D. Cenc. poſt eius tract. de Cenſib. cum alijs per Picum ad Stat. Vrb. lib.* 1. *cap.* 151. *Gloſ.* 13. *num.* 6. *& ſeq.* & in noſtro Statuto hoc omnino debet admitti tum attento Iure canonico, tum quia verbum conſanguinei fuit poſitum ad differentiam affinium, vt ex lectura patet, & benè conſiderat *Boerace. ad Egid. gloſ.* 3. *num.* 90.

28 Quamuis Statutum non dixiſſet † de proximioribus, tamen de illis intelligeretur. *Corn. conſ.* 29. *ſub num.* 6. *lib.* 3. *& latius Pic. d. gloſ.* 13. *num.* 1. *& ſeqq.* qui dicuntur ij, quos nemo antecedit. *l. proximus. vbi gloſ. & Alciat. ff. de verb. ſign. Caſſan. in Conſuet. Burgund. rubr.* 4. *§.* 7. *in verb. Deſprotinſ. parenz. num.* 4. *fol.* 163. An requiratur probatio illius proximioritatis,

29 † an verò ſufficiat probare conſanguinitatem *vide Surd. deciſ.* 106. *num.* 8. *& ſeq.* vbi quod ſufficit probare coniunctionem, & idem dixit *Rota deciſ.* 693. *num.* 2. *par.* 2. *recent. & coram Ludouiſ. deciſ.* 406. *num.* 6. *& ibi Beltram. num.* 19. *& Caualer. deciſ.* 375.

30 *num.* 7. Vnius citatio non ſufficit, † cum duorum requirat Statutum, vbi adſunt, & alias ſententia erit nulla. *Bonacoſ. in quæſt. crimin. in verb. accuſatio. fol.* 9. *à latere par.* 1. *latius Pic. ad d. Stat. Vrb. gloſ.* 12. *n.* 1. *& ſeqq. Rot. apud Ludouiſ. deciſ.* 473. *num.* 10. *& in his terminis dixit Rota in d. Peruſina Pecuniaria, ſeu Societatis coram D. Cardinali Verili, quæ eſt in fine*

31 *deciſ.* 1. *num.* 1. *& ſeqq.* Vbi hoc intelligit † etiam quod duo proximiores non reperiantur in eodem gradu, quia ſi non adſunt in eodem gradu, debent citari duo etiam in diſpari gradu, vbi adſunt, & videtur hoc idem ſentire *Boerace. ad Egid. Gloſ.* 3. *num.* 95.

32 Et quod Statutum debeat † intelligi de proximioribus, ſi ſint idonei, vel proximis poſt eos, ſi primi non ſunt idonei, & ſic gradatim. *Bald. in l. fin. num.* 3. *verſ. & eſt argumentum. C. de verb. ſignif.* Clericus

33 proximior † an debeat citari *vide Adnot. ad Statut. Parma ſub rubr. de mulier. ext. territ in verb. peruenient in agnatos. fol.* 123. *& Pic. ad Stat. Vrb. d. gloſ.* 13. *num.* 12. & in Monacho *num.* 24. Fœmina etiam

34 † conſanguinea non deberet citari, quia non poteſt eſſe procuratrix. *ad l. fœmina, vbi præſertim Dec. num.* 14. *ff. de reg. iur. & faciunt DD. per Pic. dict. gloſ.* 13. *num.* 95. *& ſeqq.* Ad materiam *vide in verb. minor.* vbi de conſenſu conſanguineorum in contractibus.

35 F Terminus † debet eſſe ſufficiens ad hoc, vt citatio peruenire poſſit in abſentis notitiam, *Bald. conſ.* 411. *verſ. & propter breuitatem. lib.* 4. *Affiict. deciſ.* 124. *in fin. Caputaq. deciſ.* 261. *num.* 7. *& ſeqq. par.* 2.

36 Et quod ſi abſentis † nomine aliquis compareat ſit dandus terminus ad certiorandum *dixit Carpan. ad d. cap.* 2. *num.* 22. *poſt Menoch.* qui in ſimili Statuto loquitur *de arbitr. caſ.* 227. *num.* 6. *& ſeqq.* vbi ter-

37 minus competens † eſt vnus dies pro ſingulis viginti milliaribus, & ſi ignoretur, quo in loco abſens ſit arbitrio Iudicis relinquitur, & quod dicitur de viginti milliaribus pro ſingulo die adſunt *tex. in l.* 1. *ff. ſi quis caut. & in l.* 3. *ff. de verb. ſignif.* & quod in qualibet hebdomada detur vnus dies pro quiete. *Soc. in l.* 1. *num.* 1. *& §. ff. ſi quis caut. vide tamen Rota apud Ludouiſ. deciſ.* 501. *num.* 3. *& ſeqq.*

G An iſti citati pro abſente poſſint Procuratorem

38 † conſtituere adeo vt actor deinde poſſit litem cum Procuratore proſequi ex dictis verbis, credo quod non, ſed quod debeant citari proximiores pro adimplemento formæ Statuti. *Franc. in cap. cum parati. num.* 3. *& 4. de appellat.* & quia cenſetur electa induſtria perſonarum, quo caſu non poteſt fieri ſubſtitutio *idem Franc. in cap. is cui. num.* 2. *in fin. verſ. & adde quod vbicumque extr. de off. leg. in* 6. *Bald. in l. quiſquis. num.* 2. *C. de Epiſc. & Cler. Imol. in l. ſi ſic ſtipulatus* 133. *num.* 8. *poſt princ. verſ. ſi verò dubita-*

39 *tur † ff. de verb. oblig.* ex qua induſtriæ electione † facultas ſubſtituendi denegatur ijs, quibus etiam de iure communi competeret. *Roman. conſ.* 266. *num.* 1. *verſ.* 2. *quia. Felyn. in cap. cum dilecta. verſ. gelka. numero quadrageſimo. verſ. ſecus de reſcript.* Verùm hoc non firmo pro conſtanti, & contrarium aliquando fuit ſeruatum, ſed ſaltem ſubſtitutio denega-

40 bitur † ante litem conteſtatam, vt dicitur de coniuncto comparente ad defendendum coniunctum. *Speculat.*

*cultat. de Praetur.* §. 2. *num.* 9. *Roman cons.* 241. *num.* 10. *vers. item nec habens. Vant. de nullit. ex def. mand. num.* 129.

41 H Qui diceret † nullam sententiam ex eo, quod
absens habebat consanguineos, vel affines deberet
probare. *Hier. Laur. decis. Auenion.* 12. *num.* 6. *&
dicetur in verb. minor. vide tamen eundem num.* 7. *&
seq.*
42 I Vicini † dicuntur ij, qui vocem audire possunt.
*l.* 1. *§ eodem autem tecto. & §. seq. ff. ad Syllan. Alex.
in l fin. num.* 1. *C. de his quib. vt in dign. Tiraq. de re-
tract. lignagier.* §. 1. *glos.* 9. *num.* 21. *Menoch. de ar-
bitr. cas.* 222. *num.* 14. *& seqq.* vbi multa alia ad ma-
43 teriam ponit. Et licet Statutum non dixisset † de pro-
ximioribus, tamen de iure de istis intelligeretur, &
dictum est supra in consanguineis *num.* 28. & in vici-
nis respondit *Corn. cons.* 29. *num.* 6. *& num.* 15. *lib.* 3.
vbi latè de vicinis, & debet intelligi de vicino, qui
habet propinquitatem à pluribus lateribus. *Afflict. de
iure protbomis.* §. 7. *num.* 1.
44 L De hac quærela, quam potest proponere † ab-
sens infra biennium à die reuersionis *vide Petr. Gre-
gor. in eius tract. de appellat. lib.* 1. *cap.* 7. *& cap.* 8.
*num.* 9. *&* 10. *Felyn. in cap. consultationibus. num.* 7.
*de off. deleg. Mars. in l. patre, vel marito. num.* 97. *ff.
de quaest. Asyn. in prax. iudic.* §. 32. *cap.* 2. *lim.* 32.
45 Quod si absens habita notitia † sententiæ nesciuerit
an fuerit data pro se, vel contra, non currat tempus
præfixum. *Glos in cap. concertatio. & ibi Gemin. de
appellat. in* 6. *Castr. in l. ab eo Iudice. num.* 5. *C. quom.
& quand. Iud. Felyn. in cap. quoad consultationem,
num.* 33. *vers. considera in fin. de re iud. Dec. in cap.
non concupiscentiam in* 2. *lect. in fin. de consil. & cons.*
222. *num.* 5. *Rota apud Reuerendiss. Coctinum Deca-
num decis.* 556 *num.* 2. & in absente, quod præsumatur
46 appellasse in tempore † à die scientiæ, cum illa non
præsumatur. *Bal. in l.* 1. *num.* 4. *C. de appell. cum alijs
per Menoch. de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 95. *num.* 7.
*Addo Purpurat. cons.* 178. *num.* 7. *in fin. lib.* 1. *Crot.
cons.* 7. *num.* 14. *Cephal. cons.* 109. *num.* 5. *lib.* 1. *Lan-
cellott. de attent. cap.* 52. *limit.* 50. *num.* 178. *& seqq.
Barz. decis. Bonon.* 37. *num.* 1. *Rat. decis.* 55. *num.* 3.
47 *par.* 1 *diuers.* Si absens dimisisset † aliquem non com-
peteret ista facultas, vt in restitutione in integrum,
respondit *Paris. cons.* 99. *num.* 14. *lib.* 4. quia sibi im-
putare debet, si negligentem Procuratorem consti-
tuit, *vt post Rot. tradit Beltram. ad Ludou. decis.* 573.
48 *num.* 13. Et quod si Procurator, † qui interuenit pro
absente non appellauit à sententia lata contra princi-
palem præiudicet Domino. *Rota decis.* 138. *par.* 2. *re-
cent. per Farinacc.* vbi fuit etiam denegata restitutio
in integrum, quia erat cœpta executio, & quando
possit Dominus appellare, vbi omisit Procurator, *vi-
de Afflict. decis.* 344. *num.* 3. Aduerte etiam, quod li-
49 cet possit absens † infra biennium dicere de nullitate
processus; hoc tamen intelligitur dummodo habeat
causas, & capita nullitatum præter illam, quod non
fuerit iudicium validum contra ipsum ex non seruata
forma iuris communis, quæ absque dubio allegari
non potest, quia aliàs Statutum frustratum esset, &
sensus illius fuit præscribere tempus ad dicendum de
nullitate cum post tempus assignatum, velit quod
processus, & sententia plenam roboris firmitatem
obtineat, vt legitur in finalibus verbis dicti Statuti.

# ACCVSATIO.

## SVMMARIA.

*Accusatio, Inquisitio, & Denunciatio ex Stat. lit. A. in quo differant num.* 1.

*Accusator non prosequens, vel non probans accusationem &c. punitur, & de falsa accusatione &c. ex Statut. lit. B. & vide num.* 5.

*Accusare quando possit accusatus ex Statut. lit. C. & num.* 6.

*De maleficio intra quantum temporis possit cognosci ex Stat. lit. D. & vide num.* 7.

*Accusator consequitur quartam partem pœnæ ex Bulla Pij IV. lit. E. Declara vt num.* 8.

*Iurans non accusare aliquem potest denunciare num.* 2.

*Statutum si prohibeat accusationem, impeditur processus num.* 3.

*Accusatus an possit eligi ad honores num.* 4.

DE Accusationibus habetur Stat. lib. 3. rubr.
1. fol. 1. vbi multa requiruntur, vt accu-
satio subsistat, & de Inquisitionibus vide d. lib. 3.
rubr. 2. & de Denunciationibus rubr. 3. eod. lib.
A & vide ver. Sindicus. A De non prosequente, vel
non probante accusationem, vel inquisitionem
vide Stat. rubr. 6. lib. 3. & de faciente, vel fieri
faciente falsam accusationem, vel inquisitionem,
vel denunciationem, & de falso infamante ha-
bes Stat. rubr. 8. d. lib 3. vbi quod debet soluere,
& pati eandem pœnam, quam pati, & soluere
deberet talis accusatus &c. debetque condem-
nari in expensis ex Constit. Card. Vrbini cap. 13.
B B De falso nemo potest accusare nisi facto de-
posito Stat. rubr. 9. lib. 3. & dicetur ver. falsitas.
Quo tempore accusatus reaccuset Stat. rubr. 7.
C d. lib. 3. C Datur terminus ad cognoscendum de
D maleficijs in Stat. rubr. 10. eod. lib. 3. D Accusa-
tores quartam partem pœnarū bannimentalium
consequi solent, vt dicitur in Bulla Pij IV. sub dat.
20. Aprilis 1564. in Bullar. nou. tom. 2. constit.
44. incip. Cupientes fol. 58. in §. ita tamen. quæ
capitur manu Depositarij Cameræ, vt ibi in §.
E nec non. E De Reo absoluto, seu gratiato, qui
fuit postea captus vide verb. Carcer.

## Adnotationes.

1 A Quæ dicuntur de accusationibus † in Statuto
hodie non sunt in vsu, forte quia Iudex in quocumque
delicto ex officio procedit *Farinacc. quæst. crim. tit.
de Accusat. q.* 12. *num.* 6. *vers. Hodie autem.* Ad in-
terpretationem Statutorum *vide quæ congessit Gal-
ganett. ad Stat. Vrb. lib.* 2. *cap.* 1. *& seqq.* In quo dif-
ferant Accusatio, Inquisitio, & Denunciatio, *vide
Clar. in Prax. Crim. §. fin. quæst.* 3. *& quæst.* 7. *Fa-
rinacc. latissimè de Inquisit. a quæst.* 1. *vsque ad* 11. &
de Accusatione *quæst.* 12. vbi quod quærela est loco
accusationis

2 accusationis *n.* 4. *& 6.* Qui iurasset † non accusare ali-
quem posset eum denunciare *Bonacoss. in quæst. crim.*
*verb. Accusatio fol. 8. lat.* 1. vbi prius tradidit, quod
3 si Statutum † dicat, quod aliquis non possit accusari,
ista exceptio impedit processum *post Bal. in l. absen-*
*tem. C. de accusat. & alibi, & Bart. in l. nam & in*
4 *princ. ff. de iniur.* Accusatus † de crimine potest eli-
gi ad honores, sed non inquisitus. *Pacian. de Probat.*
*lib. 1. cap. 21. num. 142. & seq.* Sed quod accusatus
retineat tantum antiquos *Carpan. ad Stat. Mediol.*
*vol. 2. cap. 1. num. 36.*

5 B *Vide ad hoc † Clar. in d. §. fin. quæst. 18. Bona-*
*coss. in d. verb. Accusator in princ. Farinacc. quæst. 16.*
& pro excusatione Accusatoris *Honded. cons. 112.*
*lib. 1.*

6 C De Iure communi regulariter accusatus non
potest accusatorem accusare pendente accusatione.
*Clar. in d. §. fin. quæst. 14. vers. quartus est casus* vbi
ponit quid post absolutionem. *Pacian. de Probat. lib.*
*1. cap. 59. num. 56. Decian. in tract. crim. lib. 3. cap.*
*24. Farinacc. d. quæst. 12. num. 23.*

7 D Hodie non seruatur forma † huius Statuti. *vide*
*de præscriptione statutaria Bonacoss. d. verb. Accusatio*
*fol. 8.* Accusatio de iure communi præscribitur 20.
annis *l. querela C. ad l. Corn. de fals. Nou. cons. 105.*
*num. 16. & seqq. Thesaur. decis. 208. Caball resol.*
*crim. cent. 3. cap. 239. Farinacc. quæst. 10. vbi num. 15.*
quod delicta carnis præscribuntur quinquennio *ad l.*
*mariti. §. sex mensium in fin. & §. quinquennium. &*
*ibi comm. DD. ff. ad l. Iul. de Adult. quod etiam re-*
*spondit cons. 80. num. 18. lib. 1. & vide Bug. cons. 9.*
*num. 54. & seqq. lib. 1.*

8 E Intellige † si accusator probauerit *Mars. sing.*
*570. vers. & facit.* Si officialis Curiæ, vel familiaris
Iudicis accusaret non consequitur quartam. *Bona-*
*coss. d. verb. Accusatio pag. 7. lat. 2.* prout nec debe-
retur complici denunciatori, nec officiali, qui tene-
tur ratione officij. *Caballin. in Glos. ad Const. Marcb.*
*lib. 4. cap. 5. num. 1.*

# ACTA.

## *SVMMARIA.*

*Acta, & processus, ac scripturas Notarij tenentur da-*
*re cum mercede ex Stat.*

*Acta publica, quæ dicantur num. 1. & seq.*

*Acta debent scribi per Notarium actuarium eligen-*
*dum à Iudice num. 3. & 4.*

*Actuario se asserenti creditur, etiam si processus sit*
*scriptus diuersis characteribus num. 5.*

*Ad validitatem actorum requiruntur Iudex, & No-*
*tarius num. 6. vbi quid si idem sit Iudex, & No-*
*tarius.*

*Actuario impedito subrogatur alius num. 7.*

*Acta debent fieri coram Iudice num. 8. quid eo absen-*
*te: non fiunt coram Consultore num. 9.*

*Acta debent redigi in scripta num. 10. & an probentur*
*testibus num. 11.*

*Copia actorum non probat non existente originali*
*num. 12.*

*Testes non requiruntur in confectione actorum n. 13.*
*vbi secus in sententijs, & mandatis.*

*Acta debent fieri de die non de nocte num. 14.*

*Transportatio non integra actorum non arguitur ex*
*verbis (omissis alijs, & prout latius) num. 15.*

*Actorum non integra transportatio non induxit defe-*
*ctum Iurisdictionis ibidem.*

A NOtarij, qui in causis scripserunt, seu scri-
bent, tenentur acta, A processus, & scri-
pturas omnes dare cuilibet partium ad requisi-
tionem earum, vel alterius earum in terminis as-
signandis per Iudicem in publica forma, recep-
ta mercede debita, vel facto deposito sub pœna
vt in Stat. rubr. 2. §. si verò tempus. vers. volu-
mus etiam lib. 2. fol. 3.

## Adnotationes.

1 A Acta publica † dicuntur omnes illæ scripturæ,
quæ de dictis, factisque coram Iudice conficiuntur.
*Glos. in l. acta. ff. de re iudic. & ibi Alex. num. 3. Ma-*
*scard. de Probat. lib. 1. conclus. 32. Pacian. in simili*
*tract. lib. 1. cap. 65. num. 1. & seq. Marant. de ord.*
*Iudic. par. 6. act. 10. de actor. edit. num. 1. Asin. in*
2 *Prax. §. 14. cap. 3.* Sed propriè † acta dicuntur, quæ
fiunt post litis contestationem, nam facta antea di-
cuntur præparatoria. *Dec. in l. is apud quem. num. 1.*
*C. de eden. Asin. d. cap. 3. num. 14. Carpan. ad Stat.*
*Mediol. cap. 37. num 4.* & aliqua de actis ponit *Gab-*
3 *ganett. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 25.* Scribi † debent
acta per Notarium Actuarium *Asin. d. §. 14. cap. 20.*
vbi quod electio ipsius debet fieri à Iudice, adeo vt
Notarius alterius Banchi non possit se intromittere
4 *idem Asin. d. loco cap. 16.* Electio tamen † præsumi-
tur facta à Iudice eo ipso, quod eum ad acta scriben-
da admiserit *Pacian. d. cap. 65. num. 6.* & eius asser-
5 tioni statur † si dicat se actuarium *Rota apud Ludouis.*
*postea Greg. XV. decis. 59. num. 5. & decis. 354. num. 2.*
*vbi num. 4.* etiam si processus sit scriptus diuersis cha-
racteribus, quia Scribaniæ habent iuuenes, & substi-
tutos sub illis scribentes, qui quicquid agunt, nomi-
ne Scribæ, & Notarij principalis agunt. Duæ perso-
6 næ ad validitatem † actorum requiruntur vna Iudicis,
altera Notarij. *Pacian. d. cap. 65. num. 62.* Sed quid
si Iudex ipse debet etiam scribere, vt sunt Potestates,
& Vicarij nostri Comitatus, an acta teneant, dic quod
sic ex consuetudine *Pacian. ibid. num. 61. sequendo*
*Abbatem in cap. cum dilectus in princ. de fid. instr.* &
quod possit Notarius, qui aliquo in loco est Iudex
acta coram se facta saltem in causis minoribus scri-
bere pluribus auctoritatibus firmat *Asin. d. §. 14. c. 19.*
*sequitur Carpan. d. cap. 37. num. 16. & seqq.* Nota-
7 rio Actuario impedito † potest alius in eius locum
subrogari *Marant. d. act. 10. de actor. edit. num. 14.*
*Asin. d. §. 14. cap. 20. num. 4.* vbi docet quomodo
subrogatio fieri debeat. Quid si Notarius deputatus
committeret alteri, & ipse postea se subscriberet; *vi-*
*de Pacian. d. cap. 65. num. 40.* qui distinguit inter
electum de licentia Iudicis, & electum absque ea.
8 Acta debent fieri coram Iudice, † & non coram No-
tario *vide Pacian. d. cap. 65. num. 42. & seq. Asin.*
*d. §. 14. cap. 1. & cap. 14. vbi num. 3.* dicit contra-
rium seruari ex stylo, & consuetudine Ciuitatis Flo-

rentiæ

rentiæ, prout in Curia nostra multa fieri, & recipi
possunt per Actuarium absque præsentia Iudicis, &
quod acta fieri possint coram Notario absente Iudice
*tradit Lancell. Conrad. in sua Prax. de Pret. tit. de publicat. sub num. 6. fol.* 173. Non possunt fieri co-
9 ram † Consultore, quia ei transmittitur causa instru-
10 cta. *Carpan. d. cap.* 37. *num.* 13. In scriptis acta † re-
digi debent *Marant. d. act.* 10. *de act. edit. num.* 22.
*Asyn. d. §.* 14. *cap.* 5. *vbi limitat num.* 10. in caussis
paruis in quibus non requiritur scriptura, sed sufficit
simplex verbum Iudicis. *Carpan. d. cap.* 37. *num.* 11.
11 Quando possint probari per testes † *vide Mascard. de Probat. d. conclus.* 32. *lib.* 1. *Honded. cons.* 19. *lib.* 1.
12 Copia actorum † an probet originali non existente.
*Camill. Borell. cons.* 52. *num.* 18. vbi quod non. Te-
13 stes † non requiruntur in confectione actorum, & ad
eorum probationem, *Rota apud Ludouis. decis.* 453.
*num.* 6. *Marant. d. act* 10. *num.* 36. *Pacian. d. cap.*
65. *num.* 67. *vbi limitat num.* 68. in sententijs, man-
datis, & huiusmodi, nam in his requiruntur testes, vt
14 per eum. De die non de nocte † debent fieri acta.
*Marant. d. act.* 10. *num.* 50. vbi quid si extaret con-
suetudo contraria. Actorum transportatio non po-
15 test dici non integra † ex eo, quod Notarius appo-
suerit clausulam (omissis alijs, & prout latius) vt re-
spondit *Rota in Perusina bonorum* 22. *Iunij* 1605. *coram Card. Marcomontio, quæ est in fine decis.* 103.
*num.* 9. *&* 10. vbi etiam, quod ex non integra acto-
rum transportatione non inducitur defectus Iurisdi-
ctionis. *Vide aliqua ver. Processus.*

# ACTOR.

## *SVMMARIA.*

*Actor conuenit Reum coram Iudice propria Porta, seu Regionis ex Stat.*

*Actor quis sit, & de significatione Actoris num.* 1.

A ACtor A in caussis ciuilibus debet adire Iudicem suæ Portæ hoc est Regionis, videlicet, in qua ipse, vel Pater reperiretur allibratus, si verò non fuisset allibratus, Iudicem illius Portæ, in qua familiariter habitat ex Stat. rubr. 2. in princ. lib. 2. fol. 2. & dicam in ver. Forum, vbi etiam de causis, quæ spectant ad forum Ecclesiasticum, & vide etiam ver. Reus.

## Adnotationes.

1 A Actor quis sit, † & de multiplici significatione actoris *vide latè per Pacian. de probat. lib.* 1. *cap.* 56. *per tot.* in casu Statuti dicitur is, qui prius ad iudicium prouocat *Carpan. ad Stat. Med. cap.* 42. *num.* 234.

# ADIVDICATIO.

## *SVMMARIA.*

*Adiudicatio bonorum debitoris creditori fit cum diminutione quartæ partis pretij si emptor non inueniatur ex Stat. & de Iure communi vide num.* 1. *&* 9. *& ei tenentur respondere de fructibus coloni, & conductores ex Stat. in fine.*

*Adiudicatio dicitur datio in solutum, quæ fit volente creditore num.* 2.

*Dicitur fieri à debitore num.* 3.

*Sententia adiudicationis dicitur interlocutoria ibid.*

*Differt à subbastatione num.* 4.

*An comprehendatur in Statuto loquente de venditione num.* 5.

*Facta pro pluri debito vitiatur in totum num.* 6.

*Vt valeat debet præcedere liquidatio crediti num.* 7. *& subbastatio num.* 8.

*Debitor an possit offerre post adiudicationem, & rem recuperare num.* 9.

*Adiudicatio fit pro iusto pretio de iure communi num.* 10.

*Statutum de adiudicatione pro minori pretio an intret, vbi hæreditas fuit adita cum Inuentario num.* 11.

A ADiudicantur A Creditori bona debitoris
in tenutam capta, si emptor non inue-
niatur, pro mensura debiti declarati, & pro
B quarto pluri B secundum æstimationem rei Sta-
tut. rubr. 29. §. si verò placuerit. vers. & si emptor. lib. 2. fol. 19. & prohibetur aduersus æstimationem, dationem, & adiudicationem in solutum reclamatio, ibi in §. contra quam. De æstimatione domus, vel Cameræ ad hunc effectum vide etiam Stat. lib. 1. rubr. 102. in fin. fol. 44. Coloni, conductores &c. facta huiusmodi adiudicatione tenentur creditori respondere de fructibus bonorum adiudicatorum Stat. lib. 1. rubr. 182. §. 1. fol. 61.

## Adnotationes.

1 A Procedit etiam de iure communi † adiudicatio
creditori, vbi non inuenitur emptor. *l. ordo. C. de execut. rei iudic. Asyn. in prax. §.* 7. *cap.* 5. *limit.* 9.
*num.* 10. *& seqq. Camill. Borell. cons.* 33. *num.* 80. &
2 dicitur datio in solutum, † quæ fit volente creditore
aliud pro alio. *Corn. cons.* 73. *num.* 8. *lib.* 2. & licet
3 fiat à Iudice tamen dicitur † factum voluntarium de-
bitoris. *Bero. cons.* 46. *num.* 27. *lib.* 1. Sententia adiu-
dicationis dicitur interlocutoria. *Carpan. ad Statut.*
4 *Mediol. cap.* 41. *num.* 65. Differt à venditione, † quæ
fit per Iudicem licitanti. *Rot. coram Ludouis. decis.* 193.
*num.* 9. de quo dico ver. *Subbastatio.* An comprehen-
5 datur in Statuto † loquente de venditione. *Bero. cons.*
153. *num.* 31. *lib.* 1. Et in Statuto de retractu *Ludouis. d. decis.* 193. *num.* 8. *& Beltram. in addit.* Adiu-
6 dicatio facta pro pluri † debito in totum vitiatur, &
fructus computantur in sortem. *Asyn. d. lim.* 9. *n.* 14.

*Cauale. de vsufr. mul.reliƈt. sub num.* 208. *verſ. & hoc de captura fol mihi* 406. *Rota coram Caualer. deciſ.* 34. *num.* 1. *& ſeq.* vbi quod procedit, etiam ſi exceſſus
7 ſit in minimo, & vt valeat debeat præcedere † liquidatio crediti *Rota coram eod. deciſ.* 171. *num.* 6. De-
8 bet etiam præcedere ſubhaſtatio, † vt valeat, de quo vide *Seraph. deciſ.* 984. vbi fuit dictum de non ſufficienti adiudicatione ex defectu ſubhaſtationis, *& vide eundem deciſ.* 1005. pro validitate *idem deciſ.* 358. *& deciſ.* 1478. vbi defendit à læſione adiudicationem, & vide adidem *Rot. coram Caualer. deciſ.* 564. *num.* 5.
9 *&* 6. Debitor autem de iure an, & quando † poſt factam huiuſmodi adiudicationem poſſit creditori offerre præcium, & petere reſtitutionem rei adiudicatæ. *Caroc. in tract. de oblat. par.* 2. *quæſt.* 12. *num.* 1. *& ſeq. vbi num.* 5. dicit non poſſe ſtante Statuto.
10 B In hoc corrigitur ius commune, † quo iure adiudicatio fit pro iuſto præcio iuxta æſtimationem faciendam, *vt not. DD. in l. à Diuo Pio §. ſi pignora. ff. de re iudic. & in l. ordo. C. de exec. rei iud. Afflict. deciſ.* 358. *num.* 5. *verſ. Quarta ratio. Rolan conſ.* 32. *num.* 33. *& ſeq. lib.* 1. *Seraph. deciſ.* 984. *num.* 1. de quo vide *Surd. conſ.* 256. *num.* 5. *&* 6. Statutum au-
11 tem † minuens æſtimationem attenditur, vt apud *Seraph. d. deciſ.* 1478. *num.* 2. Sed an procedat, vbi fuit adita hæreditas cum beneficio Inuentarij, quod non, quia iſte non tenetur dare bona in ſolutum aliquo deducto, ſed liberatur dando bona in ſolutum pro vero præcio, ſcripſit *Plot. de in lit. iur. §.* 12. *num.* 15. Sed vide contra ver. Inuentarium.

# ADVLTERIVM.

### *SVMMARIA.*

*Dote priuatur mulier propter adulterium ad fauorem mariti ex Stat. in princ. & num.* 1.

*Adulterij pœna ex Statuto, & Bulla poſt princ. & quid de iure communi num.* 2.

*Probatur quatuor teſtibus de publica voce, & fama ex Stat. in fine, & vide num.* 3.

MVlier propter adulterium voluntarium priuatur dote, ſi maritus illud probauerit plenè, nec cogitur præſtare alimenta, & idem eſt, ſi probauerit per indicia manifeſta, & præſumptiones à iure permiſſas, vel contumaciam. Si verò mulier non haberet dotem priuatur bonis, quæ haberet, vſque ad quantita-
A tem congruæ dotis Stat. lib. 3. rubr. 81. pag. 33. A Adulterium punitur quod Virum pœna 200. librarum denariorum, & ſi extraxerit de domo Viri mulierem, vel receptauerit per horam, & retinuerit contra voluntatem Viri punitur in 300. libris, & ſi per violentiam in 1000. Statut.
B d. lib. 3. rubr. 82. B De marito retinente Amaſiam, & muliere tetinente virum alterius adeſt Stat. d. lib. 3. rubr. 83. vbi quod ſufficit proba-
C tio per quatuor teſtes de publica voce, & C fama, & vide Bullam Sixti V. in Bullar. nou. tom. 2. conſt. 46. pag. 554. vbi etiam de meretricibus coniugatis, & de pœnis quando cum Viris cohabitare, & vitam honeſtam ducere nollent.



## Adnotationes.

1 A De iure etiam communi † mulier propter adulterium incurrit pœnam priuationis dotis, vt latè per *Farinacc. de delict. carn quæſt.* 142. *Paſchal. de virib. patr. poteſt. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 50. *& ſeqq.*

2 B De hac pœna † ſtatutaria 200. librarum reſpondens pro Iudæo ſcripſit *Corn. conſ.* 114. *num.* 5. *verſ. item eſt aduertendum lib.* 2. *quem refert Menoch. de arbitr. caſ.* 419. *num.* 81. agens *per totum caſum* de pœnis adulterij, de quibus vide etiam *Farinacc. quæſt.* 141. *Paſchal. d. cap.* 5.

3 C Quomodo probetur † adulterium vide eundem *Paſchal. d. cap.* 5. *num.* 3. *& ſeq. & latiùs Farinacc. quæſt.* 136.

# ADVOCATVS.

### *SVMMARIA.*

*Aduocati, & Procuratores coguntur ſuſcipere patrocinium ex Stat. & de iure communi num.* 2.

*Aduocatus, ſi malum conſilium dederit, tenetur ad intereſſe ex Stat. & num.* 3.

*Pauperibus tenetur Aduocatus patrocinari gratis ex Stat. litt. E. & num.* 4.

*Salarium Aduocatis, & Procuratoribus debetur ex Conſtitutionibus litt. F. & num.* 5. *vbi quando ſecus.*

*Aduocati non poſſunt paciſci de quota litis litt. G. & num.* 11.

*Salarium an tranſmittatur ad heredes num.* 6.

*Retentio ſcripturarum an detur pro ſalario num.* 7.

*Aduocatus alicuius quando poſſit adhærere Aduerſario num.* 8.

*Aduocatus ſalariatus an poſſit dimitti, ex quo non ſit ſufficiens num.* 9.

*Victus an teneatur ad expenſas Aduocati num.* 10.

A ADuocati, A & Procuratores B poſſunt co-
B gi ad accipiendum patrocinium, quando quis Aduocatum, vel Procuratorem non inueniret, delato eidem de hoc iuramento, & depoſito ſalario, niſi habeant Aduocati, & Procuratores legitimam excuſationem Stat. lib. 2. rubr. 22. fol. 11. quomodo autem procedere debeat, qui petit ſibi de Aduocato, & Procuratore prouideri vide Stat. lib. 1. rubr. 590. fol. 128. Cauetur etiam in 5. Regiſtro Breuium Cancellar. Comm. fol. 54. quod Aduocati, & Procuratores requiſiti teneantur ſuſcipere Patrocinium; niſi habeant iuſtam cauſam, ſub pœna priuationis officij, & infamiæ. Et quod poſſint cogi ad ſuſcipiendum cauſas Communis, & ad iurandum benè legaliter, & ſollicitè illas defendere, habea-

C tur in Stat. rubr. 44. d. lib. 2. fol. 24. C & si malum consilium dedisset, ex quo oriretur aliquod damnum tenerentur ad omne interesse, etiam si essent minores 25. annis, vel filij familias, & tunc posset procedi contra eos perinde, ac si essent obligati vigore publici instrumenti confessiona-
D li Stat. rubr. 75. lib. 1. fol. 33. D Pauperibus fuit etiam prouisum de Aduocato, Procuratore, & Notario, cum certo salario soluendo à Camera Apostolica in Constit. Card. Vrb. cap. 9. & antea Aduocatus Pauperum erat Consultor Directorum, Procurator autem erat Procurator Communis, vt habetur in Bull. Innoc. VIII. sub dat. Idib. Decemb. 1486. in 4. Reg. Breu. Cam. Apost. Perus. fol. 155. & in Bulla Iulij II. sub dat. 16. Kal. Martij 1511. in 5. Reg. Canc. Comm.
E fol. 33. E De salarijs, seu mercedibus Aduocatorum, & earum taxatione vide in dictis Constit. Card. Vrb. cap. 26. in Constit. Comit. par. 2. rubr. 14. cap. 5. fol. 89. & in Constit. March. lib. 2. cap. 28. De mercede, & salario Procuratorum habetur in dictis Constit. Card. Vrb. cap. 27. & seq. & in Comit. d. par. 2. rubr. 14. cap. 6.
F Non F possunt Aduocati, & Procuratores, nec alij pacisci de quota litis sub poena Stat. lib. 3.
G rubr. 146. §. volumus etiam fol. 50. G Licet Aduocatis, & Procuratoribus associare culpatos de maleficio quando vadunt ad se præsentandum coram Iudice, quamuis alijs non liceat sub poena rubr. 34. §. pen. & vlt. lib. 3. fol. 21.

## Adnotationes.

1 A Aduocatus dicitur † causæ defensor. *Speculat. in tit. de his qui alien. nomin. num. 7. Sfort. Odd. consil.* 88. *num.* 44. & est ille, qui causam partis præsentis tuetur in iudicio. *Alciat. in l. creditori num.* 14. *ff. de pact.* & vide aliqua *per Grauat. ad V estr. in Prax. lib.* 2. *cap.* 18. & de offendente Aduocatum vide *Odd. d. cons.* 88. *per totum.*

B De Procuratoribus vide ver. Causidicus.

2 C De Iure communi † quoque cogi potest Aduocatus ad patrocinandum pro eo, qui Aduocatum non inueniret. *l.* 1. *§. ait Prætor. ff. de postulan. DD. in l. inuitus. ff. de reg. iur. Carocc. de locat. & conduct. lib.* 2 *in tit. de locat. rat. offic. num.* 21. *fol.* 77. & quod Aduocati, & Procuratores etiam inuiti aduocare teneantur soluta mercede solita. *Herculan. de caut. de non offend. cap.* 39 *num.* 13. & in specie pro causis Ciuitatum. *Gulielm. de Ludou. sing.* 43. Intellige hæc vrgenti necessitate, vt aduertit post Viuium *Odd. d. cons.* 88. *num.* 69.

3 D Aduocatos † malum consilium dantes ad omnia damna teneri scripsit *Grauat. ad V estr. in prax. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 29. etiam si per imperitiam *Felyn. in cap. pastoralis num.* 14. *& seq. de Iudic.*

4 E Pro Pauperibus † quis tenetur gratis patrocinium præstare. *Rol. cons.* 87. *num.* 25. *& seqq. lib.* 1. vbi quod peccaret si aliquid reciperet. *Ios. Ludou. decis. Perus.* 111. *num.* 8. & quod istis prouideatur à Iudice de Aduocato. *Grauat. ad V estr. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 31. *&* 32. vbi quod ipse gratis seruire debet alias reus est gehennæ, & cessat difficultas stante salario, vt supra constituto, de quo vide per eundem *Grauat. d. loco lib.* 2. *cap.* 2.

5 F De salario † ex Statuto vide *Carpan. ad Statut. Mediol. cap.* 432. Debetur Aduocato, & Procuratori licet non fuerit conuentum. *l.* 1. *§. honorarijs. ff. de extraord. cogn. Alphon. collect.* 1779. *Seraph. decis.* 1322. *Granut. theor.* 12. *num.* 4. *&* 9. vbi etiam ponit in qua parte Iudicij debeat solui, de quo etiam vide *Mynsi. obseru.* 7. *cent.* 3. Vide *Carocc. de loc. & cond. tit. de fructib. & lit. expens. num.* 8. *cum seq. fol.* 24. *vbi num.* 33. an debeat habere salarium si deseruit causam in medio, & quod si processus esset nullus *num.* 55. & quod Cliens sumptus facere debeat Aduocato dum secum adducit *Camill. Borell. cons.* 21.
6 *num.* 17. Salarium † huiusmodi an transmittatur ad hæredes *Mynsi. obseruat.* 8. *cent.* 3. vbi quod sic, An
7 detur retentio scripturarum † pro mercede vide *Carocc. d. tract. tit. de melioram. quæst.* 1. *num.* 1. *fol.* 222. *Sebastian. Medic. de Compens. quæst.* 16. *num.* 13. *Gratian. discept. tom.* 4. *discept.* 618. *Rota decis.* 172. *num.* 3. *decis.* 198. *num.* 3. *par.* 2. *recent. per Farinac.*
8 Si aduocato † non est satisfactum de salario potest dimittere clientem, & esse cum Aduersario. *Antonell. de Clar. Aquis sing.* 253. *fol. mihi* 812. Vide *Carocc. d. tit. de fructib. & lit. expens. num.* 72. *fol.* 27. *& Peregr. de Iure Fisci lib.* 7. *tit.* 2. *num.* 9. *& seqq.* Si Ad-
9 uocatus, † vel Procurator fecerit conuentionem cum aliquo Monasterio de patrocinando pro certo annuo salario an sit locus pœnitentiæ si talis reperiatur minus sufficiens quod sic post *Non. Instit. quib. mod. re contr. oblig. num.* 36. *Carocc. d. tract. in fin. conclus.*
10 21. *fol.* 284. Victus an † teneatur ad expensas Aduocati, qui gratis seruiuit *vide Ios. Ludou. d. decis.* 111. *Carocc. d. tract. in tit. de fructib. & lit. expens. num.* 23. *fol.* 24. & quod sic *Carpan. d. cap.* 432. *num.* 11.
11 G De pacto de quota † litis prohibito Aduocato, & Procuratoribus vide *Plot. de in lit. iur. §.* 16. *num.* 8. *& seq. Peregr. de Iur. Fisc. lib.* 4. *tit.* 7. *num.* 16. *Farinace. cons.* 70. *lib.* 1. & super simili Statuto vide *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 429. *& vide etiam cap.* 430. *&* 431.

# ALIMENTA.

### SVMMARIA.

*Alimentorum causa est summaria ex Stat. & iure communi num.* 1.
*Procedit in futuris, secus in præteritis num.* 2.
*Futura dicuntur à die mota litis ex Communi B. & num.* 3.

A Alimentorum causa est summaria Statut. rubr. 3. in princ. lib. 2. fol. 3. A De alimentis Vxori debitis à marito, & hæredibus vide ver. Dotis fructus, & ver. Maritus. De Patre, & ascendentibus, quando possint denegare alimenta filijs vide ver. Pater. Fœmina exclusa

exclusa à Statuto, quando debeat habere alimenta, vide ver. Foemina. Appellatio non datur in causa alimentorum, dicam ver. Appellatio. Futura alimenta dicuntur ea, quæ fuerunt petita à die petitionis illorum, etiam quod à dicta die vsque ad decretum lapsi sint aliquot menses Constit. Comit. par. 1. rubr. 19. cap. 1.
B §. prohibemus fol. 32. B

## Adnotationes.

A Ad materiam *vide Pontan. de alim.* & plenissimum tract. *Petri Surdi*, & quod causa alimentorum
1 sit summaria † etiam attento Iure communi comprobat *idem Surd. d. tract. tit.* 8. *priuil.* 2. vbi *num.* 14.
2 limitat, quando de alimentis præteritis † hoc est, quę præstari debuissent, ageretur, quia in istis non militat ratio necessitatis, & pietatis, quæ causam facit fauorabilem.
3 B Quod est etiam de Iure † communi, cum dicantur futura, quæ debentur post litem motam. *Caputaq. decis.* 22. *num.* 2. *& decis.* 24. *par.* 1. *Vinc. de Franch. decis.* 605. *num.* 2. *Surd. vbi sup. num.* 16.

# AMITA.

### SVMMARIA.

*Amita excluditur à sorore, & ipsius filijs, & à patruo defunctis ex Stat.*
*Item à matre, & ascendentibus per lineam maternam ex eod.*
*Idem in matertera.*
*Amita est soror patris, & in tertio gradu num. 1.*
*Matertera est soror matris, & in tertio gradu ibid.*
*Amita de Iure communi excludit consobrinos num. 2.*
*Non excludit matrem stante Statuto fauore agnatorum, licet ipsa sit agnata num. 3. Et an excludat Auiam num. 4.*
*Amita non excluditur à Statuto excludente matrem num. 5.*

AMita excluditur à successione propter sorores, & earum filios, & patruos prædefuncti Stat. rubr. 45. §. & cum dictis sororibus lib. 2. in reform. Excluditur pariter propter matrem, & ascendentes per lineam maternam, & patruos ibidem §. item quando. & idem in dictis locis disponitur contra materteram.

## Adnotationes.

1 Amita † est soror patris. *l. Iurisconsultus. ff. de gradib. §. tertio gradu Instit. de grad. cognat. Dec. cons.* 563. *num.* 9 *& cons.* 658. *num.* 1. Matertera verò dicitur soror matris, *vt in dictis iuribus*. Et dicuntur in tertio gradu coniunctæ nepoti ex fratre, seu sorore *l. 1. §. tertio gradu. ff. de gradib. Dec. locis citatis. Soc. iun. cons.* 23. *num.* 3. *lib.* 1. *Granut. theor.* 16. *num.* 5. Quid de Iure Canonico *Soc. iun. cons.* 94. *num.* 12.
2 *lib.* 1. Excludit Amita † de Iure communi fratres consobrinos, qui dicuntur in quarto gradu. *Soc. iun. d. cons.* 94. *num.* 12. *&* 13. *lib.* 1. *Camill. Borell. cons.* 92. *num.* 2. De successione istius *vide Capyc. decis.* 21. *Bero. cons.* 147. *& cons.* 148. *lib.* 2. *& cons.* 71. *num.* 9. *lib.* 3. *Corn. cons.* 224. *lib.* 2. Quod non excludat
3 matrem † stante Statuto exclusiuo matris propter agnatos, licet Amita sit agnata. *Dec. cons.* 563. *num.* 6. *Soc. iun. cons.* 23. *num.* 41. *lib.* 1. Et quod descendat ex parte, & linea patris, & sit de eius familia, & dicatur agnata. *Paris. cons.* 23. *num.* 45. *lib.* 2. *vide Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 302. *num.* 32. *&* 38. Quod
4 excludat Auiam † maternam stante Statuto præferente consanguineos ex paterna, vel Aui paterni linea descendentes *Rot. coram Ludouis. decis* 293. Statu-
5 tum excludens matrem † non comprehendit Amitam *Bal. in l. illam. C. de collat. qui communiter recipitur, vt per Ricc. collectan.* 3137. *vbi citat Rot. in Asculana Bonorum* 23. *Martij* 1590. *coram Bubalo.*

# ANIMALIA.

### SVMMARIA.

*Animalia quædam damnum dantia licet vulnerare, & occidere ex Stat. lit. A. quid de iure communi num. 1. & an extra fundum num. 2.*
*Retineri an possint ex Statut. lit. B. & quid de iure communi num. 3.*
*Animalia in pascua Communis an possint immitti ex Stat. lit. C. & num. 5.*
*Animalium appellatione non veniunt Anseres, & Gallina num. 4.*

ANimalia quædam, nempe Sues, Capras &c. damnum dantia licet vulnerare, & occidere Stat. rubr. 23. lib. 1. & rubr. 170. vol. 3. fol. 24. Et possunt etiam vulnerari, & occidi extra Agrum, in quo fecissent damnum, si Dominus Agri illa prosequutus fuisset, & de prosequutione constet per vnicum testem d. rubr. 23. §. Addentes. & idem procedit in Porcis nemine ductante vagantibus per Ciuitatem, & Burgos, si intrarent domum alterius, exceptis quinque Porcis masculis signatis T, qui dicuntur Sancti Antonij (solent dimitti vagi à Priore Ecclesiæ dicti Sancti, in quibus aliquid lucri nullam impensam facit) Statut. rubr. 10. §. & idem lib. 1. fol. 8. In alijs verò animalibus statur arbitrio
A Iudicis d. rubr. 170. in Addit. vol. 3. A Retineri etiam possunt animalia damnum dantia, vt d. rubr. 23. §. & si talis. vers. & etiam. lib. 1. & quantum solui debeat hoc casu pro stabulatico Stat. rubr. 201. in fine lib. 3. & quod possint de facto ad Gabbellam adduci, mandauit Dominus Rossinus Gubernator in Ordinationibus editis sub die 10. Decembris 1590. vers. ita vt pauperibus in fine, quæ fuerunt confirmatæ specificè

per Cardinalem Pinellum Legatum 19. Aprilis
B 1591. B Animalia pascentia in bonis Communis Perusiæ possunt per Conductores propria auctoritate capi, & retineri, donec eis satisfiat Stat. rubr. 112. §. item si aliqua. lib. 4. fol. 31.
C Quot C Porcos possit quis in eius bonis retinere vide Stat. rubr. 22. §. Addentes. lib. 1. fol. 21. Animalia extra Statum Ecclesiasticum extrahi non possunt, vide ver. Annona. Animalia quibus diebus non liceat onera ducere vide Statut. rubr. 66. vol. 3. fol. 30. & dicam in ver. Festiuitas.

## Adnotationes.

1 A De Iure communi non licet Domino † verberare animal alienum repertũ damnum dare in proprio agro. *l. quamuis. ff. ad l. Aquil. Aym. cons. 181. num. 5.* Et quid sit probandum, si perijt animal culpa illud eijcientis, *vide Marcell. Calà in tract. de modo articul. num. 1069.* Si Statuto hoc permittatur, licet
2 † etiam extra fundum occidere, si prosequatur illud Dominus non solùm ex Statuto, de quo supra, sed etiam de Iure communi. *Bart. in l. quod ait. §. quod ait in fin. ff. ad l. Iul. de adult. & post alios firmat Marsil. sing. 225. vers. & ideo. Carpan. ad Stat. Mediol. par. 2. cap. 369. num. 17.*
3 B Retineri † de Iure communi an possint animalia huiusmodi, quod non. *Bart in l ratis num. 2. ff. de incend. ruin. naufrag. & in l. hoc amplius. §. de his. ff. de damn. infect.* possunt tamen retineri, donec inueniatur dominus animalis, vbi ignoratur *Bal in l. 2. num. 1. in fin. C. de seru. fugit. Alex. in d. §. de his. num. 4. Boss. tit. de damno dato num.* 10. vbi quod vt plurimum Statutis locorum contrarium disponitur, & super simili Statuto vide *Carpan ad d. cap. 369.* vbi
4 *num.* 4. quod Anseres, & Gallinæ † non veniant in hoc Statuto appellatione animalium.
5 C Animalia in pascua publica † potest quilibet immittere. *Camill. Borell. cons. 9. num.* 10. Sed stante locatione facta, secus videtur dicendum etiam de iure communi, à quo propterea non potest dici Statutum hoc discordare.

# ANNONA.

## SVMMARIA.

*Statuta contra Annonam annullantur ex Statut. in princ.*
*Officiales Annonæ deputantur à Prioribus, & qui, quomodo, & pro quo tempore vers. Officiales.*
*Consultor Officialium Annonæ quis sit vers. Consultor.*
*Officiales Annonæ debent acceptare officium, iurare, & conficere librum vers. Officiales primum.*
*Officiales Annonæ sindicantur vers. Debent tandem. & num. 4. vbi an pro Ministris.*
*Quæ possint, & quæ non, Officiales Annonæ à vers. Officiales autem.*
*Frumentum, & similia non possunt asportari de vno ad aliud Castrum sine licentia vers. Sine eorum.*
*Notarij Annonæ à quibus eligantur vers. Notarij ipsorum.*
*Pœnæ applicantur pro certa rata Annonæ vers. Officiales de omni eo.*
*Capientes, & accusantes delinquentes contra Annonam consequuntur ratam pœnarum vers. Capientes.*
*A sententijs Officialium Annonæ datur recursus, & qualis vers. A sententijs.*
*Extrahentes puniuntur, & quibus pœnis ex Stat. & Constitut. à vers. Extrahentes vbi quæ non possint extrahi, & etiam de animalibus.*
*Emptio frumenti pro reuendendo est probibita vers. emere frumentum, & vide num. 19.*
*Custodes eliguntur ad impediendam extractionem vers. Communitates.*
*Portantes victualia ad Ciuitatem non molestantur vers. Comportantes.*
*Debitores Annonæ coguntur vt vers. contra debitores.*
*Amissiones cedunt damno Annonæ, & quando vers. Amissiones.*
*Sportulæ non soluuntur in causis Annonæ vers. In causis.*
*Artifices non possunt confœderationem facere de non exercendo ex Stat. in fine, & num. 21.*
*Annona quomodo exercebatur antiquitus num. 1.*
*Iurisdictio super Annona, & damnis datis non tollitur si constituatur specialis Officialis num. 2.*
*Libris Officialium Annonæ statur num. 3.*
*Ecclesiastica persona an ligentur Statuto de non extrahendo num. 5.*
*Vendere quis cogitur tempore necessitatis num. 6.*
*Officiales Annonæ non possunt derogare pœnis num. 7.*
*Affectus an puniatur in hac materia num. 8.*
*Princeps recognoscens superiorem non potest probibere asportationem bonorum ad Vrbem, aut imponere Gabbellam num. 9.*
*Forenses non excusantur in hac materia num. 10. & an ipsi possint extrahere fructus bonorum propriorum ibid.*
*Farina, & Panis an comprahendatur in probibitione extractionis num. 12.*
*Confessio extractionis, sed quod cum licentia an possit diuidi num. 13.*
*Minores non ligantur Statutis probibentibus extractionem num. 14.*
*Animalia aliena super quibus portabatur frumentum contra probibitionem an amittantur num. 15.*
*Extrahens palam, & per viam rectam præsumitur in bona fide num. 16.*
*Licentia data pro extractione non durat vltra septem dies num. 17.*
*Extractio per transitum non censetur probibita num. 18.*
*Publica vtilitas versatur in Annona vberiori.*

STatuta omnia, & Ordinationes, quæ essent contra Annonam, vel in illius diminutionem, declarantur nulla, irrita, & inualida Stat. 1
rubr. 49. in princ. lib. 4. fol. 15. vbi prohibetur
A hæc in posterum fieri. [ Officiales A Annonæ deputantur à Dominis Prioribus, qui sunt de Mense Aprilis, Maij, & Iunij Stat. rubr. 550. in princ. Addit. lib. 1. fol. 122. Debent esse Ciues

Perusini

Perusini, & ad id munus idonei dict. Statut. & quod debeant eligi de Ciuibus Perusinis, mandauit Pius IV. in eius Breui sub dat. 6. Iunij 1560. in 7. Registr. Cancell. Commun. fol. 2. Durat eorum officium per annum incipiendum à Kalendis Iunij, vt in dd. Addit. rubr. 550. §. quorum. Publicantur de Mense Iunij eadem die, qua publicantur Camerarij ibidem §. & omnibus in fin. Electio autem, & deputatio à Dominis Prioribus debet fieri hoc pacto, videlicet. Domini Priores insimul in eorum Audientia collegialiter congregati delato eisdem per eorum Notarium iuramento debent proponere 20. homines, quos idoneos putauerint ad tale officium, nempe quilibet DD. Priorum duos pro sua porta, qua propositione facta singuli dictorum 20. propositorum debent singulariter inter dictos DD. Priores mitti ad partitum ad Bussulam more aliorum partitorum. Quibus omnibus partitis missis, & deinde publicatis ex dicti 20. solum decem, qui alios votis albis superauerint remanent Officiales. Quæ tamen electio debet fieri per maiorem partem, & si eueniret casus, quod essent in votis pares, iterum debet poni partitum, & qui maiorem numerum habuerit, remanet Officialis Stat. in d. rubr. 550. in Addit. lib. 1. fol. 122. Pius autem IV. in dicto suo Breui mandauit eligi cum interuentu Gubernatoris. Si quis ipsorum ægrotaret, vel moreretur, quomodo sit prouidendum, & subrogandum, vide Stat. rubr. 333. lib. 1. fol. 93. & rubr. 477. eod. lib. fol. 112. & quid in casu negligentiæ, & inobedientiæ Stat. rubr. 548. dicto lib. 1. fol. 122. [ Consultor Officialium debet esse Aduocatus Communis d. rubr. 550. in Addit. lib. 1. fol. 122. sed vide rubr. 495. d. lib. 1. fol. 116. vbi de assumptione illius quem elegerint Conseruatores, & quod in quibusdam casibus debent consulere Collaterales Potestatis, & quid si isti Collaterales dederint malum consilium? [ Officiales primùm debent acceptare; nec possunt recusare officium sub pœna Stat. rubr. 333. lib 1. præsertim in fine fol. 93. & rubr. 477. eod. lib. 1. fol. 112. Iurare item debent coram Dominis Prioribus officium bene, legaliter, & fideliter exercere Stat. rubr. 323. eod. lib. 1. fol. 92. & rubr. 546. ibidem fol. 122. vbi idem disponitur de ministris. Debent pariter duos libros conficere, in quibus scribere debeant introitus Annonæ Statut. rubr. 489. eod. lib. 1. fol. 115. quomodo autem describantur introitus, & exitus, vide Stat. rubr. 496.
B cum pluribus seqq. eod. lib. 1. fol. 116. [B] Finito eorum officio debent restituere effectualiter intra 15. dies successoribus frumentum, & alia, &
C intra mensem dictos libros Stat. d. rubr. 496. [C] [ Debent tandem sindicari finito officio vna cum eorum Notarijs, & alijs ministris Statut. rubr. 328. eod. lib. 1. fol. 92. & de Notarijs, & Ministris habetur etiam rubr. 547. d. lib. 1. & rubr. 550. in fine fol. 122. [ Officiales autem præfati præsunt Abundantiæ frumenti, & reliquarum frugum, ac omnium vescibilium procurandæ, habendæ, tenendæ, & conseruandæ in Ciuitate, & Comitatu Perusiæ, & super Campione (vt vocant) grani Communis, & olim super redditibus Postarum Clusij Stat. rubr. 475. in princ. lib. 1. fol. 112. Item super stipendijs soluendis, ac alijs expensis, & solutionibus faciendis pro dicto Communi occasione dicti eorum officij, super quibus plenam habent auctoritatem d. rubr. 475. §. 1. cum seq. Habent Officiales prædicti plenissimam, & generalem commissionem, potestatem, & auctoritatem, & promptissimam facultatem emendi omnem quantitatem frumenti, ac frugum reliquarum vbique locorum, quemadmodum ipsis visum fuerit vtile, & pro illo prætio, quo commodius, & vtilius fieri possit pro Communi, & omnia alia, & singula faciendi, & ordinandi, quæ pro dicta Abundantia, illiusque officio vtilia, siue opportuna viderentur Stat. rubr. 478. lib. 1. fol. 112. quod Statutum est de antiquis, cum ibi in §. saluo appareat fuisse conditum de anno 1389. & habetur pariter in dict. rubr. 475. §. 1. Possunt etiam mulctare pro arbitrio inobedientes, seu non parentes eorum mandatis, officium tamen concernentibus, Stat. rubr. 479. lib. 1. fol. 113. Possunt cogere quoscumque ad assignandum frumentum, & fruges Stat. rubr. 501. eod. lib. 1. in princ. fol. 117. & ad asportandum, vendendum &c. ibidem §. & granum, & mandare habentibus, vt comportent in Plateam, vel alia loca causa vendendi ibidem §. & arbitrium, vbi datur etiam facultas circa præmissa contra Ec-
D clesiasticas personas. [D] [ Sine eorum licentia non potest asportari frumentum, vel aliquid simile de vno ad aliud Castrum nisi causa molendi Stat. rubr. 514. eod. lib. 1. fol. 118. in Comitatu tamen sufficit Vicarij, vel Sindici loci licentia Stat. rubr. 533. d. lib. 1. fol. 120. [ Declarationi eorum vna tamen cum DD. Prioribus statur an aliquid sit factum contra interdictum Stat. rubr. 520. in princ. fol. 119. eod. lib. 1. vbi etiam de probationibus, & coniecturis contra extrahentes. Possunt vnà cum DD. Prioribus pœnas remittere, & illas modificare rubr. 522. eod. lib. 1. fol. 119. Facultates, & iurisdictiones concessæ Officialibus Annonæ per Statuta vetera fuerunt confirmata de anno 1526. vt habetur Stat. rubr. 550. in Addit. §. qui Officiales iuncto §. quorum Officialium lib. 1. fol. 122. Officiales cæteri debent eisdem præbere omne auxilium

ad pœnas exigendas Stat. rubr. 523. d.lib. 1. fol.
119. vbi etiam quod hęc debent fieri omni tem-
pore de facto, sine strepitu, & figura iudicij, &
sine aliquo processu. Possunt prorogare termi-
num ad soluendum debitoribus certis casibus
Stat. rubr. 492. eod. lib. 1. fol. 115. Possunt eli-
gere vsque ad tres mensuratores, & duos famu-
los Statut. rubr. 475. §. habent d. lib. 1. fol. 113.
[ Notarij ipsorum eliguntur à DD. Prioribus
vnà cum ipsis Officialibus Stat. rubr. 550. in Ad-
dit. §. teneantur etiam d. lib. 1. fol. 122. ( licet ex
forma Statutorum antiquorum eligerentur di-
uerso modo, vt colligitur ex rubr. 475. §. & pro
expeditione d. lib. 1. fol. 112. ) qui Notarij de-
bent ipsis parere Stat. rubr. 531. fol. 92. & rubr.
548. fol. 122. d. lib. 1. [ Non possunt Officiales
prædicti facere, vel disponere præter, & con-
tra formam Statuti rubr. 478. vers. saluo eod.
lib. 1. fol. 112. vbi quoque in §. & etiam saluo,
prohibentur vendere, & mutuo dare frumen-
tum sine licentia DD. Priorum, & Camerario-
rum, Quemadmodum nec possunt concedere li-
centiam extrahendi triticum, farinam, vel aliud
genus frugum à Territorio sine licentia DD.
Priorum, & Camerariorum Stat. rubr. 502. 503.
& 504. eod. lib. 1. fol. 117. Nec possunt accipe-
re pecunias sub foenore sine licentia DD. Prio-
rum, & Camerariorum Statut. rubr. 493. eod.
lib. 1. fol. 115. Non possunt liberare extrahen-
tes, & asportantes, & impunitos dimittere, aliàs
ipsi inciderent in eandem poenam Stat. rub. 524.
E eod. lib. fol. 119. [b] Nec possunt exigere credita
Abundantiæ post mensem finito officio Statut.
rubr. 545. fol. 121. lib. 1. Circa autem causas
cognoscendas debet obseruari solitum, vt per li-
teras Sacræ Consultæ sub die 22. Iulij 1589. in 7.
registr. Canc. Comm. [ Officiales de eo omni,
quod soluere facerent etiam inuentione eorum
familiæ debent consequi quartam partem Stat.
rubr. 523. in fin. lib. 1. fol. 119. Vigore autem
Reformationum debent habere medietatem
poenarum, vt in Addit. rubr. 550. §. Quorum
eod. lib. 1. fol. 122. ( Quæ reformationes fuerunt
factæ de anno 1526. vt colligitur ibi in §. Quo-
rum Officialium. ) Vigore autem Bannimento-
rum DD. Legatorum, & Gubernatorum officio
Abundantiæ datur tertia pars poenarum, si fue-
rint ipsimet Officiales Annonæ executores, vt
maximè in Bannimento Card. Riarij Legati pu-
blicato sub die 20. Iulij 1582. Licet à Superiori-
bus diuersis modis fuerint applicatæ huiusmodi
poenæ. Non possunt tamen capere, vel exige-
re poenas ad eos spectantes nisi concordata Ca-
mera Apostolica, vt in Constitut. Card. Vrbini
cap. 4. [ Capientes verò euntes extra Comita-
tum cum tritico, & alijs rebus prohibitis præ-
sentando eos Officialibus lucrantur medietatem
poenæ Stat. rubr. 516. lib. 1. fol. 118. Accusato-
res etiam, accusato condemnato, lucrantur quar-
tam partem Stat. rubr. 518. eod. lib. 1. fol. 119.
& idem pariter concedi solet per Bannimenta.
[ A sententijs verò, pronuncijs, & gestis datur
recursus per quindecim dies ad DD. Priores, qui
possint dictas sententias, pronuncias, & gesta
per ipsos Officiales summariè, & extraiudicia-
liter reuidere, confirmare, tollere, & reuocare
adhibitis tamen vno, vel pluribus Consultori-
bus, si eis videbitur opportunum Stat. rubr. 550.
in Addit. §. pen. d. lib. 1. fol. 123. [ Extrahen-
tes triticum, siue farinam à Comitatu Perusii
puniuntur ex Stat. rubr. 503. cum rubr. seq. lib. 1.
fol. 117. Panem rubr. 506. eod. fol. Ordeum,
Speltam, Legumina rubr. 507. eod. fol. Vinum
rubr. 508. eod. fol. Oleum rubr. 509 fol. 118.
( vbi deinde in Addit. propter copiam permit-
titur extractio Vini, & Olei; ) Carnes suillas, &
similes rubr. 510. eod. fol. Bestias rubr. 511. eod.
fol. Pęna paciscentium cum extrahentibus Stat.
rubr. 512. d. lib. 1. fol. eod. De poena fraudan-
tium syngraphas, seu bollettina, vt vocant, rubr.
515. fol. 118. Poenæ verò impositæ per Consti-
tutiones Summorum Pontificum sunt infrascri-
ptæ. Pius IV. in eius Constitut. in Bullar. nouo
tom. 2. Const. 99. pag. 153. prohibet sub poena
confiscationis omnium bonorum, & feudorum
amissionis, extractionem frumentorum, ac le-
guminum ex Prouincijs, Ciuitatibus, & locis di-
tionis Ecclesiæ, reuocando omnes licentias super
hoc concessas. Pius V. in Const. 108. d. tom. 2.
pag. 315. confirmat dictam Constitutionem
Pij IV. illamque extendit, & ampliat ad quod-
cumque genus Grasciæ etiam in Carnibus, Oui-
bus, Agnis, & alijs animalibus, Oleo, & simi-
libus. Gregorius XIII. Const. 50. d. tom. 2. pag.
420. confirmando prædictam Pij IV. prohibet
etiam Ecclesiasticis extractionem cuiuscumque
generis frumentorum, leguminum, & animalium
quorumcumque sub poena excommunicationis,
& amissionis frumentorum &c. & quinque scu-
torum pro qualibet salma, & duorum scuto-
rum pro quolibet capite animalium. Has Con-
stitutiones approbauit Clemens VIII. & alias
poenas, sublata excommunicatione, imposuit,
vt in eius Const. 49. tom. 3. pag. 65. & amplia-
uit Paulus V. qui excommunicationis poenam
innouauit, vt Const. 10. d. tom. 3. pag. 190. &
aliam super prędictis edidit Sanctissimus Domi-
nus noster Vrbanus VIII. sub dat. Romæ anno
1624. 12. Kal. Nouembris. Impositæ autem
per DD. Legatos, & Gubernatores sunt infra
descriptæ. Poena extrahentium extra Prouin-
ciam est amissionis rerum, & animalium, &
scutorum

Scutorum 100. pro qualibet vice, vt in Banni-
mentis generalibus Card. Riarij fol. 37. & Card.
Sabelli num. 122. fol. 26. vbi confirmantur alia
Bannimenta, & declaratur, quæ veniant appel-
latione Grasciæ, & quod compræhenderetur
Vinum, & Oleum. Vini extractionem prohi-
buit D. Centurio Gubernator per particulare
Bannum sub die 16. Octobris 1597. impressum
per Petrum Paulum Orlandum. Olei extractio-
nem prohibuit idem D. Centurio per particula-
re Bannum sub die 16. Octobris 1596. impres-
sum vt supra. Animalia non possunt amandari
extra Ciuitatum etiam ad pascua sine licentia
Officialium Annonæ, vt per literas Card. Ca-
merarij 5. Nouembris 1567. in 7. registr. Canc.
Comm. fol. 6. & omnia apta ad macellandum
prohibuit extrahi D. Landrianus Gubernator,
vigore literarum ab Vrbe emanatarum, sub pœ-
na amissionis belluarum, & scutorum 25. pro
qualibet, vt in Bannimentis publicatis die 9. Fe-
bruar. 1593. impressis per eundem Petrum Pau-
lum Orlandum. Porcos prohibuit extrahi à
Gubernio, seu ditione D. Schiaffinatus Guberna-
tor, vigore literarum ab Vrbe in Bannimentis
publicatis 4. Nouembris 1593. Et de extractio-
ne de loco ad locum Status Ecclesiastici, vide
F etiam d. Const. Sanctissimi D.N. Vrbani VIII. F
[ Emere frumentum, & similia causa reuenden-
di est pariter prohibitum, præterquam hospi-
tibus, seu Cauponibus quoad ordeum, & spel-
tam Stat. rubr. 137. lib. 3. fol. 49. Prohibet etiam
huiusmodi emptiones nisi pro vsu familiæ Gre-
gorius XIII. in d. eius Const. quod reperitur re-
nouatum in omnibus Bannimentis DD. Legato-
G rum, & Gubernatorum. G [ Communitates,
& Vniuersitates Comitatus debebant eligere
custodes ad perquirendum ne Grasciæ extrahe-
rentur Stat. rubr. 138. lib. 3. fol. 49. imò quili-
bet potest arrestare, capere, & detinere quos-
cumque euntes contra decretum, & conantes of-
fendere capientes possunt impunè offendi etiam
cum sanguinis effusione Stat. rubr. 519. lib. 1. fol.
119. [ Quæ probationes, & præsumptiones
sufficient contra huiusmodi extrahentes, vide
rubr. 520. lib. 1. fol. 119. [ Comportantes ve-
rò comeatus, & cibaria ad Ciuitatem, vel Co-
mitatum non possunt molestari causa Gabbellæ,
vel sub alio quouis quæsito colore pro huius-
modi rebus Stat. rubr. 49. lib. 4. fol. 15. & ha-
betur rubr. 47. §. 1. d. lib. 4. fol. 14. vbi habetur
pro quibus rebus debeat solui Gabbella, & vide
H etiam infra ver. Forensis. H [ Contra debito-
res Annonæ potest fieri executio de facto tam
realis, quàm personalis quibuscumque diebus
etiam feriatis in honorem Dei, quibusdam ta-
men exceptis Stat. rubr. 541. lib. 1. fol. 94. &
rubr. 491. eod. lib. 1. fol. 115. Captus causa An-
nonæ non potest aliquo pacto relaxari nisi fa-
cta solutione, & si creditum non fuisset liqui-
dum, debet fieri depositum de voluntate Offi-
cialium in manibus alicuius mercatoris, & tunc
relaxari Stat. rubr. 342. §. 1. lib. 1. fol. 94. & ta-
lis debitor captus pro Communi, vel habente
ius à Communi non potest recommendari, siue
arrestari à priuata persona pro priuato debito
d. rubr. 342. in fine. [ Amissiones, & damna
omnia, quæ contingerent in Annona absque ta-
men dolo, vel fraude Officialium debent specta-
re ad Commune, notificata tamen causa DD.
Prioribus intra decem dies Stat. rubr. 542. lib. 1.
I fol. 121. I [ Pro facienda Abundantia debet pro-
uideri illa quantitas pecuniæ iuxta mandatum,
& prouisionem faciendam per DD. Priores, &
Camerarios Stat. rubr. 314. lib. 1. fol. 90. vide
ad hanc materiam Bullam Pauli V. sub dat. die
8. Octobris 1607. [ In causis Annonæ non pos-
sunt à Præfectis recipi sportulæ ex literis Card.
Aldobrandini sub dat. 16. Septembris 1595. re-
gistrat. in lib. Registr. liter. Canc. Crim. Ciuita-
tis Perusiæ incipiente de anno 1594. [ Artifices
soliti exercere non possunt confœderationem
facere de amplius non exercendo in damnum
L Annonæ Stat. rubr. 49. §. fin. lib. 4. fol. 15. L

## Adnotationes.

1 A Apud antiquos Romanos Annona † quomodo, & à quibus exerceretur vide *Coll. in memorab. verb. Annona. Decian. tract. crim. tom. 2. lib. 7 tit. de fraud. annon. fol. 148.* & quod correctio Annonæ corruptæ spectaret ad Decuriones Ciuitatis, & ad Prætorem, seu Præfectum Vrbis *iux. tex. in l. 1. C. de offic. Pref. Vrb. dixit Mastrill. decis. Sicil. 300. num. 15.* Susce-
ptores Annonæ quales debeant esse de Iure *tex. est in l. pen. C. de erogat. milit. ann. lib. 12. Rip. de Peste tit. de remed. ad conseru. vbert. num. 1.* quem videas latè ad materiam per tot. Iurisdictio, quam Potestas ha-
2 bet † super Annona, & damnis datis non tollitur, licet specialis Officialis constituatur super Annona, & damnis datis. *Salic. per illum tex. in l. 1. C. de offic. Pref. Vrb.* & ideo inter eos erit locus præuentioni, *Felyn. in cap. Pastoralis. col. 1. vers. similiter dixit de offic. ordin.*
3 B Iubris istis statut † *Rip. vbi supra in primis numeris. Hect. Felic. alleg. 1 num. 32. tom. 1.*
4 C Tenentur reddere rationem † administrationis etiam de Iure communi *Plot. de in lit. iurand. §. 4. sub num. 85.* & quando excusentur vbi res Annonæ fuissent furto subtractæ. *Hect. Felic. alleg. 60. tom. 1. Honded. cons. 90. lib. 2.* De pœnis contra fraudantes Annonam, & ad proprium vsum conuertentes vide *Lancell. Conrad. in sua Prax. de Prætor. tit. de destitulat. fol. 335.* & an, & quando teneantur ad emendationem damni, & an pro Ministris vide *Gionagn. resp. 43. & seqq. lib. 1.*

Quod

5 D. Quod Ecclesiasticæ † personæ non ligentur Sta-
tuto prohibente extractionem extra Territorium.
*Gram. decis. 100. num. 15. & seqq. Bonacosi. in quæst.
crim. ver. De exportante. vers. Statutum puniens. pag.
71. par. 1.* Contrarium tamen tenent alij per *Menoch.
consil. 800. num. 1. & seqq. lib. 8.* vbi quod debent co-
gi à Iudice Ecclesiastico. *& vide Mastrill. decis. Si-*
6 *cil. 17.* Quo verò ad coactionem † ad vendendum. Ha-
bentes arbitrium super Annona, quod possint ordina-
re qualiter, & quo ordine in Ciuitate, & quantum
frumenti possit vendi quolibet die, vel quolibet men-
se scripsit *Bart. in l. 1. num. 2. C. de frum. Vrb. Con-
stantinop. lib. 11.* & quod ista coactio sit licita tem-
pore necessitatis: *Bart. in l. 1. §. cura carnis. ff. de of-
fic. Præf. Vrb. & in l. 1. C. de Episc. aud.* vbi quod
etiam pro minori prætio, *& latius Mastrill. dicta
decis. 17.* & vide etiam *Mantic. de tacit. & ambig.
conuent. lib. 4. tit. 4. num. 11. & 12.* De supprimen-
tibus Annonam, vt carius vendant *Menoch. de ar-
bitr. cas. 384.* vbi quod Iudicis arbitrio puniuntur, &
idem dicit de vendentibus rem vltra taxatum pre-
cium.

7 E Quod Officiales Annonæ † non possint derroga-
re pœnis impositis per Statutum, & Constitutiones
Pontificias in vim eorum arbitrij *vide Mars. sing.
328. & 397.*

8 F Ad materiam extractionis † prohibitæ vide ali-
qua per *Bonacosi. in quæst. crim. lib. 1. ver. extrahere
fol. 72. Hect. Felic. alleg. 54. tom. 1. & 93. tom. 2.* &
an puniatur affectus *vide Ios. Ludouic. decis. Perus. 80.*
9 Princeps recognoscens † Superiorem non potest pro-
hibere subditis ne ad Statum Ecclesiasticum asportét
eorum bona, & victualia, & multo minus ordinare,
quod pro hoc faciendo soluant aliquam Gabbellam,
vt fuit decisum per *Rot. in Clusina, seu Perusina Ex-
emptionis 3. Martij 1608. coram Card. Sacrato, quæ
est in calce decis. 59.* & quoad Vrbem vide *Galganett.*
10 *ad Stat. lib. 3. cap. 54.* Forenses non excusantur † sub
prætextu, quod non habuerint notitiam Statutorum
prohibentium extractionem. *Bart. in l. fin. §. licet
quis in fin. ff. de Publican. Pacian. in tract. de Probat.
lib. 1. cap. 25. num. 18.* vbi dicit hoc esse de genere
11 prohibitorũ. An possint forenses † extrahere fructus
bonorum propriorum. *Guid. Pap. decis. 373. in princ.
Thesaur. decis. 152.* & videtur tenenda negatiua in
Statu Ecclesiastico *ex Ludouic. dicta decis. Perus. 80.
num. 20. & seqq.* Si Statutum non diceret an Farina,
12 † & Panis comprehendantur in prohibitione extra-
ctionis, quod sic *Guid. Pap. dict. decis. 373. vers. sed
vtrum, sequitur Bonacosi. d. ver. extrahere in princ.*
& in Farina *Menoch. cons. 225. num. 43. Surd. decis.
139. num. 2. & 6.* Sed contrarium de Pane in foro
conscientiæ respondit nuper quidam insignis Theo-
logus ea ratione motus, quod non videtur commo-
dè extrahi posse magna quantitas Panis, qui breui
corrumpitur, & argumento esse, quod in Bulla Pau-
li V. de qua supra, fit mentio de Pane Biscocto, non
autem de Pane communi, nempe quod Panis Biscocti
magna quantitas extrahi possit, quemadmodum fru-
menti, quod vtrumque ad longum tempus asseruari
possit, & de modica extractione, quæ Reipublicæ
detrimento esse non possit, non videatur legislator
rationem habuisse, & sanct regula vulgata, quod
odiosa, & pœnalia potius restringenda sunt, quàm
ampliandæ, *& vide ad hoc Guttierez. de Gabbell. quæst.*
13 *76.* Si quis confiteretur extraxisse, † sed de licentia
Superiorum an ista confessio diuidi possit. *Pacian. d.
cap. 25. num. 17. & seqq. & vide Caball. resolut. crim.*
14 *cent. 3. cas. 254.* Minores non ligantur † huiusmodi
Statutis Doctores citati *per Bonacosi. in d. ver. extra-
here. vers. & nota.* vide tamen *Ios. Ludouic. d. decis.
80. num. 8. & 20.* Animal super quo frumentum
15 † deferebatur si non erat extrahentis an debeat amit-
ti dic quod non, sed illius æstimatio debetur per ex-
trahentem ita declarat *Alex. in l. 1. num. 3. C. vt nem.
priuat.* & faciunt tradita *per Ios. Ludouic. decis. Perus.
31. per tot.* nisi dominus animalis fuisset extractionis
conscius. *Bonacosi. in d. ver. de exportante. vers. aut
16 res. pag. 71. cir. fin.* Præsumitur bona fides † in eis,
qui de die palam per viam rectam transuexerunt fru-
mentum contra formam Bannimentorum, seu Sta-
tutorum. *Honded. post alios cons. 57. lib. 1.* Licentia
17 data de extrahendo † non extenditur vltra septem
dies. *Bart. in l vn. C. de tract. & statio. lib. 12. quem
Bonacosi. in d. ver. extrahere fol. 73.* Non prohibetur
18 extractio † frumenti, quod est in Ciuitate per tran-
situm. *Castr. in l. cætera igitur. §. sed etsi num. 3. ff.
de leg. 1. Menoch. cons. 901. num. 11.* & quod non
afficiat prohibitio eum, qui aliunde acceptum triti-
cum, & similia aduehit. *Alciat. de verb. signif. lib. 1.
fol. 26. per l. cætera. §. sed si quis. ff. de leg. 1.* Vide ad
materiam de Contrabandis tractatum *D. Floridi
Mausonij I. C. Aquilani post tract. de Caus. Execut.
lib. 1.*

19 G Prohibitio emendi † frumentum pro reuenden-
do non intrat si quis emisset pro sua necessitate, &
postea vendidisset cessante indigentia. *Castr. in l. 2.
num. 9. ff. si cert. pet.*

20 H Quod Ciuitas repleatur Annona † concernit pu-
blicam vtilitatem. *Bero. cons. 141. num. 4. lib. 1.* non
solum tempore penuriæ, sed etiam vbertatis *Menoch.
cons. 800. num. 1.*

I Dixi aliqua supra in littera C.

21 L Statuta particularia artificum † huiusmodi sa-
piunt monopolium, nec obligant iurantes. *Bal. in l.
si ad excludendum. C. de reb. credit. Decian. d. lib. 7.
cap. 21. num. 26.* & vide *Galganett. ad Stat. Vrb. lib. 3.
cap. 53.*

# ANNVLVS.

## *SVMMARIA.*

*Annuli cuius valoris portari possint à mulieribus ex Stat. in princ.*

*Annuli necessarij in actu desponsationis pertinent ad vxorem non ad hæredes mariti num. 1.*

*Iocalia remansisse penes vxorem est probandum n. 2.*

*De Annulo Beatissimæ Virginis Mariæ vide vers. De Annulo, & num. 3.*

MVlieres non possunt portare annulos va-
loris vltra sexdecim florenos auri; quod
permittitur vxoribus Doctorum, & Militum.
A Stat. rubr. 25. §. insuper statuimus lib. 1. fol. 24. A

DE ANNVLO BEATISSIMÆ VIRGINIS MARIAE

MARIÆ reposito in Ecclesia Cathedrali S.Laurentij non nulla vide in Registro Canc. Comm. fol. 17. Sixtus IV. pro sedandis inimicitijs inter Perusinos, & Senenses occasione dicti sacri Annuli mandauit illum consignari Io: Baptistæ Sabello Cardinali Legato, vt ad se transmitteret causa illum reponendi in aliqua insigni Almæ Vrbis Basilica, addita promissione tradendi Perusinis alias sacras reliquias in compensationem eiusdem Annuli, vt in Breu. sub die 18. Decembris 1480. in 4. Regist. fol. 21. Sed hoc nullum habuit effectum intercedente pro Perusinis eodem met Legato, totius Ciuitatis precibus valde permoto, adnitente quoque Hieronymo Riario Pontificis consanguineo Perusini nominis propensissimè studioso. Anno salutis 1617. Decemuirali decreto cautum est, ne sacer Annulus Populo exhiberetur nisi in die festo S. Iosephi, & secunda Augusti die ex antiqua consuetudine, diebus festis Annunciationis, Assumptionis, & Natiuitatis Beatissimæ Virginis eorundem Decemuirorum, qui pro tempore Magistratum gerent arbitrio extra ordinem verò non nisi S. R. E. Cardinalibus, Episcopis, alijsque insignibus Ecclesiæ Prælatis, Principibus, Viris, seu Dinastis, ac Societatibus, quæ frequentes, & non sine pompa à longinquis, ac nobilibus Ciuitatibus peregrinationis causa Vrbem nostram inirent. Vt habetur in annalibus ad secundum dicti anni trimestre. Anno autem 1622. cum dubitatum fuisset an Magistratui licitum esset circa modum prædictę ostensionis statuere inconsulto Episcopo. Sacra Rituum Congregatio audita Cardinalis Sacrati super hoc relatione, censuit Magistratum in tali possessione condendi statuta esse omnino manutenendum. extant literæ Cardinalis à Monte dat. 17. Septembris eiusdem anni. regiftratæ lib. 8. Breu. Canc. Comm. fol. 108. B

## Adnotationes.

A Statutum hoc non seruatur. Annuli, & alia io-
1 calia, † quæ de consuetudine sunt necessaria in matrimonio contrahendo, si data sint à marito vxori in actu matrimonij contrahendi, post mortem viri pertinent ad mulierem non ad hæredes viri. *Ioan. Lup. ad rubr. de donat. int. iur. & vx. §. 4. num. 3. Natt. cons. 317. num. 3. lib. 2. Sard. decis. 166. in princ. Honded. cons. 30. in fin. lib. 2. Peregr. cons. 89. num. 8. lib. 3. Mantic. de tacit. lib. 10. tit. 2. num. 17. Belkn. de Potest. eor. quæ incont in. fiunt cap. 21.* quod transiret absque difficultate inter nobiles, & diuites ex traditis *per Giouagn. cons. 18. lib. 1. præsertim num. 51. & 52.* alias seruanda esset consuetudo. Quod iocalia
2 remanserint † pœnes vxorem ille, qui dicit debet probare, vt colligitur ex decisione *in Perusina Dotis 9. Iunij 1614. coram bo. me. Vbaldo, quæ est in fine decis. 79. num. 10.*

3 B Historiamque de Annulo Pronubo † Deiparæ Virginis, ex antiquis monumentis collectam, nuper edidit Io: Baptista Laurus Perusinus Sanctissimi D. N. Vrbani VIII. intimus Cubicularius, & Sacro Cardinalium Collegio à Secretis, Vir non solum Philosophus, & Theologus eximius, sed etiam de politiori literatura optimè meritus; quod opera ab eo varijs argumentis conscripta abundè testantur, vt superuacaneum videri possit quicquid à nobis de illius laudibus dici possit, Obijt maximo cum detrimento literarum paucis mensibus antequam hæc typis mandarentur. Multa etiam ad hæc peti possunt ex Pompeio Pellino Perusinæ Historiæ scriptore copiosissimo eiusdem Historiæ volumine secundo lib. 14. ad annum salutis 1473.

# APPELLATIO
## Cap. Primum.

*SVMMARIA.*

*Appellatio non datur à duabus sententijs conformibus ex Statut. in princ. Secus de Iure communi num. 3. Declara. & intellige Statutum, vt num. 2. & seqq.*

*Ab interlocutoria Stat. lit. C. vide num. 12. & seqq.*

*A sententia super executione instrumentorum ex Stat. lit. D. vide num 15. & 16.*

*A sententijs in possessorijs ex Egidiana vt lit. E. vide num. 17. & seqq.*

*A sententijs super compromisso faciendo, & à laudo ex Stat. vers. a sententijs, & pronuncijs.*

*A sindicatorum sententijs ex Constit. Pontif. lit. F. vide num. 21.*

*A sententijs in causis maleficiorum ex Statut. & alijs lit. G. & vide num. 22.*

*A quinque florenis infra lit. H. secus de Iure communi vt num. 23.*

*A pronunciatione super competentia Iudicis lit. I. vide num. 24.*

*A pronunciatione super legitimatione personarum lit. L vide num. 25.*

*In causis alimentorum lit. M. & num. 26.*

*Clausula appellatione remota intelligitur de friuola appellatione lit. N. & num. 27.*

*Statutum de duabus conformibus est decisorium lit. B. contra num. 11.*

*Appellatio denegatur ex Statuto multis casibus relatis in hoc capite primo.*

## Quando sit prohibita Appellatio.

Appellatio à duabus sententijs conformibus non datur Stat. rubr 28. §. volumus. vers. etsi contingat lib. 2. fol. 17. & rubr. 1. post proem. vol. 4. & fuit hæc dispositio confirmata specificè per Leonem X. in concessionibus factis Ciuitati sub die 22. Aprilis 1513. in 10. cap. vt in 5. registr. Canc. Comm. fol. 43. & per Iulium III. sub

sub 1. Aprilis 1550. vt in eius Breui in 6. registr. Comm. fol. 100. cum clausula dummodo tamen ante annum 1540. esset in vsu, & de viridi obseruantia testati fuerunt DD. Causidici, vt in fide Collegij sub die 9. Martij 1579. vbi etiam quoad executionem dictarum conformium nisi patiantur exceptiones statutarias, & alias de iure communi contra rem iudicatam opponi permissas. Idem iuris est in causis recursuum à sententijs DD. Camerariorum Stat. rubr. 81. §. nec à pronunciatione lib. 1. fol. 36. vbi prius in §. & quod à sententijs, denegatur appellatio. Procedit etiam si laudum fuisset confirmatum per sententiam, & è contra ex lege DD. Priorum, & Camerariorum sub die 16. Maij 1534. manu D. Sinibaldi Ferretti illius Magistratus Notarij, vbi idem cauetur si laudum fuisset per aliud laudum confirmatum, & hæc lex dicitur esse in viridi obseruantia in Comit. Constit. par. 1. rubr. 19. cap. 1. vers. à duabus, vbi alia ad materiam duarum conformium habentur. Et de obseruantia, quod si feratur laudum ab Arbitris extraiudicialiter electis, & laudum illud confirmetur per sententiam alicuius Iudicis, laudum illud, & sententia faciant duas conformes, & habeat locum Statutum supradictum adest fides Collegij
A DD. Causidicorum sub die 2. Septemb. 1585. A Statutum huiusmodi declaratur esse decisorium, & per illud tolli omnem effectum, scilicet suspensiuum, & deuolutiuum in Comit. d. rubr. 19.
B cap. 1. §. & ad tollendum. B

Ab interlocutoria non datur appellatio vbi ad se non traheret executionem, vel non absorberet totum negocium principale, nempe si post sententiam interlocutoriam non requireretur alia sententia Statut. lib. 2. rubr. 28 §. volumus etiam, & vide etiam ad hoc Comit. Const. lib. 1. rubr. 19. cap. 1. in princ. & decretum D. Ros-
C sini post dictum cap. 1. C

A sententia super executione instrumentorum non datur appellatio quando fuit seruatus modus statutarius in agendo, & non sit actum contra minores indefensos, & alias, vt in Stat. rubr. 29. §. & ab executione lib. 2. fol. 18. & 19. vbi idem disponitur si pronunciaretur instrumentum non esse exequendum, & vide Comit. d. rubr. 19.
D cap. 1, §. vt etiam. D

A sententijs latis in remedijs possessorijs non datur appellatio vigore Constitut. Egid. lib. 6. cap. 2. & quod detur tantum ad effectum deuolutiuum, non autem ad effectum suspensiuum executionis cauetur in Comit. par. 1. rubr. 29. cap. 1. §. si contigerit, & quod Constitutio prædicta fuerit vsu recepta in Ciuitate Perusiæ, & obseruata patet ex fide Collegij mei sub die 9. Augusti 1582. vbi quod tam in beneficialibus, & rebus Ecclesiasticis, quam prophanis. Procedit quando sententia esset super mero possessorio, quia tunc non datur appellatio, sed si adsit in eadem sententia condemnatio fructuum tunc datur, vt in alia fide Collegij sub die 3. Martij 1590. Sed hoc videtur intelligendum respectu fructuum tantum, sed quoad alia, sententia exequutioni demandari posset, vt in Comit. d. loco
E §. & ad tollendum. E

A sententijs, & pronuncijs super compromisso faciendo, quando petitur compromissum iudiciale non datur Stat. rubr. 27. §. à qua lib. 2. in reform. Neque à laudo, quod daretur à tertio Arbitro d. rubr. 27. §. insuper il 2. vbi etiam imponitur grauissima pœna De quo vide ver. Compromissum.

A sententijs Officialium Annonæ non datur dixi ver. Annona.

A sententijs Sindicatorum non datur appellatio Clemens VII. consbt. 25. tom. 1. pag. 593. in Bullar. nou. quasi in princ. sed in fin. permittit haberi recursum ad Summum Pontificem, & per mensem reportari determinationem, alias mandat sententiam exequi. Adsunt etiam literæ Cardinalis S. Sixti de mãdato Gregorij XIII. sub die 18. Augusti 1576. in 7. reg. Canc. Com. fol. 9. per quas cauetur non dari appellationem quando summa non excedit ducatos decem, quas literas 22. eiusdem Mensis D. Santacrucius Gubernator manu D. Lemmi de Rubeis mandauit registrari, & inuiolabiliter obseruari. Vide etiam Egidian. Const. cap. 2. lib. 6. Comit. par. 1. rubr. 19. cap. 1. §. à sententijs Sindicatorum, &
F vide ver. Sindicatores. F

A sententijs, seu condemnationibus in causis maleficiorum denegatur appellatio Stat. rubr. 17. & seq. lib. 1. fol. 15. & in accusatore condemnato vide Stat. rubr. 9. §. & si aliquis vol. 3. fol. 6. Pius II. in eius Bulla, quæ est impressa in d. 3. vol. Stat. post rubr. 14. fol. 13. & in Bull. nou. tom. 1. consbt. 8. pag. 320. prohibuit appellationem à sententijs latis contra homicidas. & processibus desuper factis. Paulus II. in Bulla sub dat. 3. Id. Octobris 1466. idem decreuit, vt in 3. regist. Canc. Com. fol. 11. Innocentius VIII. in alia sub dat. 23. Februarij 1487. in 4. regist. fol. 65. mandat, quod non detur appellatio nisi prius facto deposito in manibus Thesaurarij, aut Cameræ locorum, & quod huiusmodi causæ no possint committi extra loca propria. Sixtus IV. sub dat. 6. Martij 1479. in 4. reg. Breu. Cam. Apost. Perus. fol. 126. mandat non attendi commissionem, licet esset signata, si non fuerit prius factum depositum, sed si summa fuisset magna respectu personæ condemnatæ tunc debeat fieri depositum medietatis, vel alterius

minoris summæ iuxta facultates, & debet præstari cautio in forma depositi de soluendo residuum poenæ, in qua condemnatus talis fuisset intra annum, nisi obtinuerit absolutionem legitimam, citato tamen semper Fisco, vt latius in dicta Bulla vers. ad quod. Paulus III, idem sanciuit constit. 24. tom. 1. pag. 652. in Bullar. nou. quam confirmarunt Pius IV. constit. 52. tom. 2. pag. 67. & Pius V. constit. 24. tom. 2. pag. 202. cum moderatione, quod si appellatus esset diues deberet facere depositum, sin minus deberet prius præstare cautionem idoneam in forma depositi arbitrio Iudicis ad quem, quod noluit procedere respectu eorum, qui essent confessi, vt ibi. Idem Pius V. in alia eius constitut. 138. tom. 2. pag. 349. in dicto Bullar. nou. mandat causas huiusmodi appellationum debere expediri intra sex menses, alioquin Iudex à quo debet exequi, & Iudices debent curare, vt acta tradantur appellantibus absque mora, & appellatione pendente nihil est innouandum Comit. const. par. 1. rubr. 19. cap. 1. vers. Decer-
G dimus etiam. G

A sententia, quæ mandaret remoueri impedimenta, quæ causarent damnum molendino superiori, vel terris Stat. rubr. 64. §. & ad tollendas lib. 2. fol. 33. & dicitur in ver. Molendinum.

A decretis super purgatione, seu remotione intercasellarum, cloacarum, & similium Statut. rubr. 40. cum seq. lib. 4. fol. 13.

A sententijs Magistrorum Viarum vide ver. Magistri Viarum.

A sententia mandante fieri demolitionem rei ruinam minantis Stat. rubr. 39. lib. 2. fol. 31.

A præcepto de tollendo muro, ædificio, vel alio obice facto super re alterius Stat. rubr. 9. in fine Addit. lib. 4. fol. 5.

A sententijs DD. Priorum in causis recursuum à sententijs primo loco datarum à DD. Consulibus, vel alijs Camerarijs Statut. rubr. 24. §. & quod causa. vers. & quod super. lib. 2. fol. 13. & rubr. 81. §. & quod super causis. lib. 1. fol. 37.

A grauaminibus illatis per Capitaneos, vel Vicarios Comitatus denegatur appellatio, & datur recursus, vt in Statutello Cardinalis Cortonensis Legati rubr. 33. quod Statutellum debet attendi cum fuerit confirmatum per Const. Cardinalis Vrbini cap. 25.

A sententijs DD. Consulum, & Camerariorum non datur appellatio, sed recursus expediendus infra certum tempus Stat. rubr. 81. §. & quod à sententijs lib. 1. fol. 36. & rubr. 24. §. statuimus lib. 2. fol. 12.

A renouatione licentiæ, seu mandati Iudicis vide ver. licentia.

A quinque florenis infra non datur appellatio, sed recursus ad Præsidem Prouinciæ expediendus intra decem dies ex Constit. Card. Vrb. cap. 21. Sed Comit. Constit. d. rubr. 19. cap. 1.
H §. in causis denegat etiam recursum. H

In causis summarijs comprehensis sub rubr. 3. vol. 2. fol. 3. sed in fine videntur reductæ dummodo non excedant 25. libras denariorum.

A sententijs, seu pronuncijs Directorum, Dicam ver. Director.

A sententia lata super annullatione debiti, pro quo fuerat condemnatus Infans, vel Pupillus. Stat. rubr. 20. §. si verò vol. 2. fol. 10.

A pronunciatione super competentia Iudicis, vel incompetentia denegatur appellatio Statut.
I rubr. 28. §. volumus lib. 2. fol. 17. I

A pronuncia super legitimatione personarum datur appellatio Stat. rubr. 28. §. volumus lib. 2.
L fol. 17. L

In causis alimentorum prohibetur appellatio in Comit. Constit. par. 1. rubr. 19. cap. 1. §. pro-
M hibemus. M

Clausula appellatione remota in commissione apposita, si non dicatur omni, & quacumque appellatione remota, intelligitur de friuola Comit. Constit. par. 1. rubr. 1. vers. etsi in quacum-
N que. N

Quia aliquando licet denegetur appellatio, datur tamen recursus vide ver. Recursus.

## Adnotationes.

1 De Iure communi in quibus casibus † appellatio non detur *vide Ruginell. de Appell. §. 2. cap. 3.*

A Ratio huius Statuti est, † quia lex municipalis
2 præsumit esse benè fundatum, quod duplici sententia fuerit firmatum, & ista dicitur præsumptio iuris, & de iure, ex quo contra eam non admittitur probatio in contrarium. *Soc. iun. cons. 18. num. 17. lib. 1. & vide Ruginell de appell. §. 12. glos. 2. cap. 1.* vbi dat diuersas rationes huiusmodi Statuti, & præsertim præsupponit huiusmodi præsumptionem iuris, & de
3 iure. Est tamen huiusmodi Statutum † contra ius commune, & sic strictè interpretandum. *Corn. cons. 14. num. 1. lib. 4. Non. cons. 87. num. 7. in fin. Gabr.*
4 *cons. 56. num. 11. lib. 1.* Parte non opponente † appellatio tenet *Crau. cons. 273. sub num. 14.* Statutum
5 prædictum intelligitur de sententijs validis, † vt super illo tradit *Ios. Ludouic. decis. 72.* & dummodo non sint notoriæ iniustæ. *Eug. cons. 52. num. 44. lib. 2.* & vide etiam eundem *cons. 55. num. 15. & seqq. eod. lib.* & quod intelligatur de sententijs validis, & iustis. *Rota decis. 662. par. 1. recent. per Farinacc. & vide coram Coccin. decis. 294. & decis. 94. num. 1. par. 1. & decis. 684. num. 1. par. 2. recent.* Intraret dispositio huius Statuti, etiam si duæ sententiæ non sint confor-
6 matæ, † sed secunda sit infirmatoria primæ, si tertia illam primam confirmet. *Card. in clem fin. quæst. 6. de appell. Dec. cons. 385. sub num. 2. vers. & vlterius.*

*cius, Soc. iun. conf.* 18. *num.* 3. *lib.* 1. *Surd. conf.* 102. *sub num.* 16. *lib.* 1. *Couar. pract. quæst. cap.* 25. *num.* 3. *Thesaur. decis.* 122. *num.* 16. *Vinc. de Franch. decis.* 135. *num.* 2. & in terminis Iuris communis ad constituendas tres conformes. *Gabr. de execut. rei iudic. concl.* 1. *num.* 12. Quod si prima sententia fuisset super negocio principali, secunda super appellatione,
7 *Corn. conf.* 24. *num.* 11. *lib.* 4. An minori † detur restitutio in integrum aduersus duas conformes, quod sic. *Non. conf.* 87. de quo etiam vide per *Eug. conf.* 12. *num.* 21. *& seqq. lib.* 2. an opponi possit exceptio nul-
8 litatis † ad impediendam executionem duarum conformium ex dicto Statuto, *vide Eug. conf.* 13. *lib.* 2.
9 & an executio † tributa dictis sententijs locum habeat solùm in ijs, quæ oculis corporeis leguntur *vide eundem Eug. conf.* 14. *lib.* 2. sufficit, vt intret Statutum,
10 quod conformes † sint sententiæ in effectu, & tendant ad eundem finem. *Gratian. decis. March.* 18. *num.* 1. *cum seqq. Mastrill. decis. Sicil.* 110. *num.* 17. *Surd. conf.* 102. *num.* 9. *& seq. lib.* 1. *Rota decis.* 98. *num.* 3. *par.* 1. *recent. per Farinacc.* Ad materiam huius Statuti *vide Gabr. d. concl.* 1. *de execut. rei iudic. Thesaur. d. decis.* 121. *& decis.* 228. *& Reginell. d. §.* 12. *glos.* 1. *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 114. *num.* 129. *& seqq.*

B Aduerte, quod contrarium, quod nempe Sta-
11 tutum hoc sit ordinatorium, † ex quo non tollit appellationem nisi ad effectum deuolutiuum *dixit Rota in Perusina Census coram Seraphino decis.* 312. *& in Perusina Pecuniaria* 12. *Iunij* 1588. *coram Robusterio, quæ est in fine decis.* 18. vbi quod non est seruandum in Rota Romana, *& vide Hond. conf.* 29 *lib.* 2.
12 C In simili Statuto † vide *Luc. Pat. in pract. for. Capitol. lib.* 5. *cap.* 6. *Galganett. ad Stat. Vrbis lib.* 1. *cap.* 173. *Carpan. ad Stat. Mediol. par.* 2. *cap.* 196. Statutum huiusmodi non comprehendit Interlocu-
13 toriam, quæ habet † vim diffinitiuæ *Ruyn. conf.* 78. *num.* 4 *vol.* 5. *Camill. Borell. conf.* 30. *num.* 4. vbi quod tunc admittitur appellatio etiam ex forma Concilij Tridentini, quomodo cognoscatur an huiusmodi sententia habeat vim diffinitiuæ vide *Valasc. consult.* 47.
14 Super hoc Statuto † vide *Ios. Ludou. decis. Perus.* 38. *præsertim num.* 6. *& Honded. conf.* 27. *num.* 3. *& seqq. lib.* 1. vbi an intelligatur prohibita quoque in casibus à Iure communi permissis, cum etiam eo iure appellatio ab interlocutoria sit prohibita, de quo vide etiam *Mascard. ad general. stat. interpret. concl.* 2. *num.* 241. *& seqq.*
15 D Super hoc Statuto † vide *Corn. conf.* 48. *sub num.* 2. *lib.* 1. *Non. conf.* 87. *num.* 7. *Honded. conf.* 27. *num.* 32. *lib.* 1. *& conf.* 29. *lib.* 2. vbi an concernat decisoria, vel ordinatoria. *Turrett. conf.* 75. *& conf.* 78. *lib.* 1. & in pronuncia instrumentum non esse exequendum post *Bal. nouell.* qui dixit practicari Statutum hoc *Amat. decis. March.* 75. *num.* 5. sed vide etiam *num.*
16 21. *& seq.* Si producta fuisset tantum fides † instrumenti, & non instrumentum daretur appellatio, vt consuluit in terminis huius nostri Statuti, *Corn. conf.* 141. *lib.* 3. Ad materiam vide *Gabr. de appellat. conclus.* 4. *Reginell. in §.* 2. *cap.* 3. *num.* 143. *Carol. de Grass. in tract. de except. ad Stat. exclud. om. except. & infra ver. Iudicium executiuum.*
17 E Ad materiam Egidianæ † prohibentis appellationem in causis possessorijs vide *Gontard. ad l. unic. C. si de mom. possess. Pacif. de Salu. interd. inspect.* 4. *cap.* 2. & signanter respectu Ciuitatis nostræ vide *Ios. Ludou. decis. Perus.* 20 *Eug. conf.* 70. *conf.* 71. *& conf.* 72. *lib.* 1. *Honded. conf.* 20. *lib.* 2. vbi quod non ligat personas Ecclesiasticas, nec eis suffragatur, de quo etiam *Rota in Perusina Attentatorum* 19. *Aprilis* 1619. *coram nunc Eminentissimo Cardinali Pamphilio, quæ est in eadem decis.* 27. vbi quod Egidiana non intrat in tribunali Episcopi, & vbi sententia fuit lata contra Clericum, quidem prius fuerat dictum *in Perusina bonorum* 29. *Aprilis* 1616. *coram eodem, quæ est in fine decis.* 70. *num.* 4. vbi *num.* 1. *& seqq.* quod non
18 intrat Egidiana † vbi sententia est nulla, vt quando fuit pronunciatum tamquam in prima, quod non licebat in dicto casu; & quod non intret vbi sententia
19 † lata fuit sub conditione, & vbi requirebatur liquidatio dixit Rota *in Perusina Spolij* 17. *Martij* 1586. *coram Orano impressa in fine decis.* 104. Quod Egidia-
20 na intret in omni possessorio, † ac nõ solum in causis, in quibus de Iure canonico est permissa appellatio, sed etiam in his, in quibus de Iure ciuili in aliquo casu permitteretur dixit *Rota in Perusina de Vbaldis* 4. *Maij* 1587. *coram Orano, quæ est impressa in fine decis.* 73. *num.* 2. *& seqq.* vbi defenditur sententia ab iniustitia, & à nixtura.
21 F Intelligo vbi sententia sit valida, † vt per *Dec. conf.* 8. *num.* 9. *& seq.* qui respondit in condemnato pro familia, & in officiali alicuius Iudicis condemnato ad ipso met Iudice, quod non appellet *Marant. de ord. Iudic. par.* 6. *tit. de appellat. num.* 301. *pag. mihi* 526. & vide *Caball. ad d. Constit. Egid. lib.* 6. *cap.* 2. *littera B.*
22 G Est contra ius † commune *l. non tamen. ff. de appell.* vide pro causis Status Ecclesiastici *Bałard. ad Clar. quæst.* 94. *num.* 22. *& seqq.* vbi multa ad declarationem Bullarum, & Statutorum, vide etiam *Farinacc. de var. & diuers. quæst. quæst.* 101. *num.* 1. *& seqq.*
23 H De Iure appellatio † datur etiam in causis minorum in *l. & in maioribus C. de appellat. Surd. de alim. tit.* 8. *priu.* 69. *num.* 4.
24 I De Iure communi datur † appellatio, *Honded.* qui plures cumulat *conf.* 27. *num.* 2. *lib.* 1. *Rota coram Caualer. decis.* 2. *num.* 8. & cum Statutum nostrum in specie prohibeat appellationem ab hac pronuncia cessat difficultas, quæ excitari posset an sufficeret, quod Statutum prohiberet ab interlocutoria vt comprehenderet hanc pronunciam, vt aduertit *Honded. d. conf.* 27. *num.* 19. & in specifica prohibitione respondit *Bal. conf.* 2. *in* 2. *dub. lib.* 5. *quem refert Becc. conf.* 31. *num.* 5. *lib.* 1.
25 L Ab hac pronuncia † super legitimatione personarum de Iure communi daretur appellatio, vt notat post alios *Honded. d. conf.* 27. *num.* 21. *lib.* 1.
26 M Derogatur etiam de Iure † communi, vt latè per *Surd. de alim. tit.* 8. *priu.* 60. *num.* 5. *& seqq.* vbi hanc opinionem veriorem dicit *num.* 8. quod tamen limitatur multis modis, & præsertim vbi ageretur de alimentis præteritis, vt per eundem *Surd. num.* 15. *& 16.* vbi quod futura dicuntur, quæ debentur à die litis contestatæ, *vt dixi in simili* ...
N Idem videtur dispositum de Iure communi, quod
27 scilicet per clausulam † appellatione remota censeatur dumtaxat prohibita friuola appellatio, *c. inter cæteras. vbi not. DD. de sent. & re iud. Duen. reg.* 43. *lim.* 4.

## Caput Secundum.

*SVMMARIA.*

*Legati de latere, & Gubernatores causas appellationum cognoscunt, seu committunt, etiam fori Ecclesiastici, & Prouinciales. in princ.*
*Item sunt Iudices appellationum à sententijs Auditorum Rotæ. vers. Sunt etiam.*
*Iudices appellationum alij, qui sint vide per totum caput.*
*Præsidentes Collegij legistarum sunt Iudices appellationum vsque ad summam ducatorum centum vers. Præsidentes. & num. 2.*
*Vicarius Episcopi est Iudex appellationum à sententijs Potestatis Montis Castelli vers. Vicarius.*
*Iudices superiores ad quos appellandum sit de Iure num. 1.*

# De Iudicibus appellationum.

IVdices appellationum in Ciuitate Perusiæ sunt Legatus de latere, & Gubernator respectiuè nam ad eos appellatur à sententijs latis tam à Iudicibus secularibus Ciuitatis, quàm à Vicario Episcopi, quando est appellatum ad Sanctissimum, & præuia auocatione committunt causas appellationum; Adest fides Collegij DD. Causidicorum sub die 9. Maij 1578. Supradicti habent etiam superioritatem in Ciuitate Castelli, seu Vrbe Tipherni, & illius Gubernatoribus, & Iudicibus vltra alias Ciuitates, & Terras huic Legationi, aut Gubernio subiectas, committendo causas, & expediendo præcepta non solum in secundis, & tertijs instantijs, verum etiam in primis, & illas retinendo hic Perusiæ, & auocando à dictis Iudicibus ad eorum beneplacitum, vt in alia fide dicti Collegij sub die 10. Aprilis 1592. & quod ijdem Superiores consueuerint auocare, & committere in hac Ciuitate quascumque causas tam ciuiles, quàm criminales, seu mixtas, tam in prima, quàm in quacumque alia instantia à dicta Ciuitate Castelli, & eius territorio adest alia fides eiusdem Collegij sub die 26. Ianuarij 1593. & generaliter, quod consueuerint auocare causas, & committere in hac Ciuitate tam in prima, quàm in alijs instantijs à Ciuitatibus, & Terris, seu territorio subiectis, & signanter à Terra Meuaniæ, & illius territorio habetur fides dicti Collegij sub die 12. Aprilis 1589. Et quod causæ appellationum ad Sanctissimum interpositæ à sententijs Episcoporum huius Ciuitatis, & aliarum Ciuitatum de Prouincia huic Gubernio subiectarum, & Vicariorum fuerint per Gubernatores auocatæ, & commissæ, vel hic, vel in partibus, etiam quod causa fuerit non solum inter laicos, sed inter laicum, & Clericum, & inter quoscumque, testati fuerunt ijdem Causidici sub die 2. Decembris 1593. Supradicta procedunt non solum ad instantiam appellantis, sed etiam appellati, quamuis ipse appellans non possit dici negligens, quia consueuerunt dicti Superiores ad se auocare quascumque causas appellationum etiam ad Sanctissimum interpositarum, dummodo non sint commissæ ab eodem Sanctissimo, & validè fuit processum non obstante cap. oblatæ ext. de appellat. vt habetur in fide Collegij supradicti sub die 24. Augusti 1585. & prius
1 dicti Domini Causidici testati fuerunt, quod Superiores prædicti consueuerunt ad instantiam appellantis, vel appellati præuenientis, causas appellationis etiam ad Sanctissimum interposi-
2 tas ad se auocare, & per se met ipsos cognoscere, vel alteri committere, & validè in causa processum fuisse dixerunt vsque ad sententiam inclusiuè citra incursum attentatorum, nisi tamen in præcedenti instantia fuerit processum vigore commissionis ab Vrbe emanatæ, vt in fide sub die 6. Februarij 1583. & quod possit appellatus præuenire appellantem in committendo causas appellationis habetur in Comit. Constitut. lib. 1. rubr. 19. cap. 3. fol. 36. Quo verò ad causas Curiæ Episcopalis cognoscendas, seu committendas per Gubernatorem vide literas Cardinalis Alexandrini sub die 30. Iulij 1567. registratas in Canc. Crimin. fol. 144. & alias Cardinalis Aldobrandini sub die 28. Septembris 1594. & alias eiusdem sub die 19. Iulij 1595. in registro literarum Episcopatus fol. 18. nec non alias literas Eminentissimi Cardinalis Burghesij sub die 15. Octobris 1608. registratas in Vacchetta Actorum Audientiæ Gubernatoris sub die 16. dicti Mensis, & in Canc. Crim. in registr. anni 1594. fol. 145. vbi adest quoque Decretum Sacræ Congregationis super Concilio, quoad causas etiam criminales, dummodo tamen causas huiusmodi cognoscendi Gubernator facultatem habeat, cæterum an ei hæc facultas competat nec ne, Congregatio non decidit, vt vidi in copia dictæ resolutionis subscriptæ ab Horatio Cardinali Lancellotto. Vide de causis spiritualibus Egid. Constitut. lib. 3. cap. 1. 2. & 3. & lib. 6. cap. 5. Sunt etiam Legati de latere, & Gubernatores Iudices appellationum à sententijs DD. Auditorum Rotæ, vt in Breue Pauli III. sub dat. 8. Kal. Maij in 8. regist. Canc. Comm. fol. 21. later. 2. in princ. A grauaminibus illatis à Gabbellarijs, vt in ver. Gabbella. A sententijs, & grauaminibus Magistrorum Viarum ad eosdem datur recursus expediendus intra quindecim dies, vt in Bulle Leonis X. sub dat. die 19. Ianuarij 1519. & vide in ver. Magistri Viarum.

Priores Ciuitatis sunt Iudices appellationum in certis causis, de quibus vide in ver. Priores.

Capitaneus Rotæ Perusinæ est Iudex ordinarius appellationum vide in ver. Rota.

Præsidentes, qui sunt ex Doctoribus Collegij V. I. sunt Iudices appellationum à sententijs latis per Vicelegatos, Gubernatores, vel eorum Commissarios vsque ad summam centum ducatorum Stat. in rubr. post proem. 4. vol. quod fuit confirmatum per Leonem X. in eius Breui sub dat. 22. Aprilis 1513. de quo in 2. regist. fol. 43. fuit etiam confirmatum per Iulium III. quatenus ante annum 1540. fuerit in vsu, vt in eius Breui sub dat. 1. Aprilis 1550. in 6. regist. Canc. Comm. fol 100. & nouissime per Breue Clementis VIII. sub dat. die 20. Iulij 1593. quod est registratum in libro Cameræ Apostolicæ Perusinę

A manu D. Agabiti Nerutij fol. 20. A

Vicarius Episcopi est Iudex appellationum à sententijs Potestatis Montis Castelli Tudertinæ Dioecesis deputatus per literas Sacræ Consultæ sub die 24. Septembris 1588. quæ literæ sunt apud Notarios dictæ Curiæ Episcopalis.

Locumtenens Gubernatoris est Iudex appellationum à sententijs Sindici Ciuitatis Plebis deputatus per literas Sacræ Consultę existentes in manibus Notarij Cameræ. & cætera de Locumtenente vide ver. Locumtenens.

Consules sunt Iudices à grauaminibus illatis per Gabbellarios Stat. rubr. 575. lib. 1. fol. 126. & vide ver. Gabbella.

Directores sunt Iudices super recursibus, & grauaminibus illatis per Vicarios, & Potestates Comitatus Perusiæ vide ver. Directores.

## Adnotationes.

1 Qui sunt Iudices † superiores ad quos de Iure appellandum sit gradatim vide *Scacc. de Appellat. quæst. 8. per tot. & Reginell. in simil. tract. 9. 5.*

2 A An attendatur hoc casu petitio, † vel sententia fuit decisum apud *Amat. decis. March. 9.* quod attendenda sit sententia à qua fuit appellatum.

## Caput Tertium.

***SVMMARIA.***

*Appellatio coram quo Iudice debeat interponi ex Const. March. & quod de Iure communi debet coram Iudice à quo appellatur interponi num. 1.*

*Fallit si non possit haberi copia illius, quia appellatur coram honestis viris, vt num. 2. vbi ponitur forma libelli, & quomodo isti debeant admittere appellationem vide num. 3.*

## Coram quo interponatur appellatio.

Appellatio debet interponi coram Iudice, à quo appellatur Const. March. lib. 6. cap. 25. sed vide d. lib. 6. cap. 6. vbi quod potest interponi coram Iudice ad quem, vel coram Iudice à quo, prout maluerit appellans.

## Adnotationes.

1 De iure communi † debet interponi appellatio coram Iudice, à quo appellatur, vt not. *Caballin. in gloss. ad d. Constitut. March. cap. 6. lib. 6. Honded. cons. 27. num. 22. & seqq. lib. 1.* Verùm, quia hoc non procedit, vbi non potest haberi † copia dicti Iudicis, vt per *Honded ibid. & Amat. decis. March. 100. num. 1. & seq.* vbi idem quando infra tempus non potest adiri Iudex, tunc in Ciuitate Perusiæ interponatur coram duobus Presbyteris tanquam honestis viris, cum duobus testibus, & Notario sub hac forma. Constitutus personaliter N. in supradicto loco, præsentibus dictis testibus, meque Notario infrascripto coram RR. Religiosis, & honestis viris N. & N. Presbyteris Perusinis, & facta prius vnà mecum Notario infrascripto, testibusque prædictis diligenti perquisitione tam ad solitum Tribunal Iuris, quàm in Camera eius solitæ habitationis de inueniendo D. N. Locumtenentem, & ipso non reperto, visoque audito, & intellecto ipsum non adesse, quinimò viso ostio dictæ eius Cameræ clauso, & quod in effectu illius præsentia, & copia haberi non potest, coram dictis honestis, & Religiosis viris, testibusque prædictis, ac me Notario &c. de absentia dicti D. Locumtenentis conquestus fuit dicendo, & protestando, ac declarando, quod ipse accesserat ad eum causa appellandi, & volebat, & intendebat coram eo appellare, ac de nullitate dicere cuiusdam prætensæ sententiæ contra se, & ad fauorem N. vt dicitur, latæ per eundem D. Locumtenentem manu mea, apostolosque in forma petere &c. aliaque dicere, facere, protestari, petere &c. prout in infrascripto inserto libello &c. & omni alio meliori modo &c. protestando per se non stetisse, nec stare &c. Et demum coram dictis Religiosis, & honestis viris, dictis testibus, & me Notario infrascripto dixit, & exposuit, qualiter nondum decem diebus elapsis à die saltem scientiæ, vel notitiæ idem D. Iudex &c. *& sequitur libellus appellatorius.* De stylo

3 lo nostræ Curiæ isti Presbyteri, † & honestæ personæ admittunt appellationem cum clausula si & in quantum, tamen tutius est, quod dent apostolos testimoniales, *vt per Amat. d. decis. March. 100. num. 4.*

## Caput Quartum.

***SVMMARIA.***

*Appellatio debet interponi infra decem dies, & quando incipiant currere ex Statut. & alijs, & vide Adnotation.*

De

## De tempore ad appellandum.

APpellatio, seu reductio ad arbitrium boni viri à laudo extraiudiciali debet interponi intra decem dies vtiles, à die tamen lati, & notificati laudi in publicam formam Stat. rubr. 27. in fin. lib. 2. fol. 17. De tempore ad appellandum generaliter à sententijs, quando incipiat currere, vide Comitin. Constit. par. 1. rubr. 19. cap. 2. fol. 35. vbi quod decendium currit à die factæ intimationis, etiam quando sententia esset lata, prout in cedula, præcedente citatione personali, sed in sententijs, quæ darentur parte, vel Procuratore præsente tempus currit à die prolationis, excluso illo die solùm, vt ibidem in fin. Et quòd stylus,& consuetudo in hac Ciuitate sit, quod quando fertur sententia prout in cedula, non currat parti, contra quam lata est, tempus ad appellandum, nisi à die intimationis sibi factæ cum tenore dictæ sententiæ manu Notarij Actuarij,fidem fecerunt DD.Causidici Collegialiter sub die 11. Martij 1580. vbi quod ita seruatum fuit in contradictorio. Idemque attestati fuerunt obseruari in quibuscumque Curijs, & Tribunalibus dictæ Ciuitatis etiam Criminalibus, quando sententia fertur parte absente, etiam si sit citata, vel monita ad sententiam, quia non currit ei tempus ad appellandum nisi à die legitimæ scientiæ, vel intimationis sibi factæ cum tenore dictæ sententiæ, vt in alia fide sub die 4. Septembris 1587.

### Adnotationes.

De Iure communi pariter est appellandum intra decem dies, & tempus huiusmodi incipit currere à die latæ sententiæ, prout in notula, vel habiti termini pro seruato vide *Eug. cons. 42. lib. 1.* qui loquitur secundum stylum Romanæ Curiæ,ac etiam Ciuitatis Perusiæ *num. 18. & 19.* vbi quod quando est lata parte præsente non intimatur postquam est aperta. In causis autem appellationum, quod debeat attendi stylus, tradit *Ruginell. de appell. §. 8. glos. 4. num. 1. Eug. d. cons. 42. num. 11. & 19. cum seq. lib. 1.*

## Caput Quintum.

*SVMMARIA.*

*Appellatio debet introduci intra viginti dies ex Constit. March. in princ. & vide per tot. & in Adnot.*

## Intra quod tempus causa appellationis introduci debet.

QVod causæ appellationum, seu nullitatum, aut reductionum ad arbitrium boni viri, & restitutionis in integrum debeant infra viginti dies continuos à die appellationis interpositæ continuè computandos introduci; cauetur in Const. March. lib. 6. cap. 9. §. in causis verò. Super obseruãtia huius Cõstitutionis respectu introductionis adest fides Collegij mei sub die 17. Octobris 1584. in qua dicitur, quod quoad desertionem causarum introductarum in Ciuitate Perusina coram DD. Doctoribus Superintendentibus Illustrissimorum DD. de Balleonibus, postquam causa appellationis fuit introducta intra terminum præfixum à sacris Constit. March. seruari, & semper seruatum fuisse Ius commune, & non dictas Constitutiones aliter disponentes. Adest etiam alia fides eiusdem Collegij sub die 7. Septembris 1589. in qua dicitur, quod quando fuit lata aliqua sententia diffinitiua in aliquo loco Prouinciæ Vmbriæ, vbi seruantur Constitutiones Marchiæ, & pars appellans non introduxit causam appellationis intra viginti dies post appellationem, semper in hac Curia Perusina parte instante fuit pronunciatum causam esse desertam.

### Adnotationes.

Pro desertione ob dictam Constitutionem respondit *Mar. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 44. num. 16. & 17.* Sed quod non habeat locum in appellatione ad Sanctissimum dixit *Amat. decis. March. 32. num. 25. & seqq.* quod tamen posset procedere respectu Auditorum Rotæ Maceratensis, qui sunt Iudices delegati à Papa, sed vbi Rector Prouinciæ committeret causam, videtur attendenda dicta Constitutio, quæ in causis Prouincialibus fuit obseruata, vt in dictis attestationibus, sed ad euitãdam desertionem in terminis dictæ Constitutionis vide, quæ scripsit *Grat. resp. 100. num. 43. & seqq. lib. 1.* De Iure autem communi intra quod tempus introduci debeat appellatio vide *Ruginell. in tract. de appell. §. 6. glos. 4.*

## Caput Sextum.

*SVMMARIA.*

*Appellationis causa intra quantum tempus debeat expediri in princ. quid de Iure communi num. 1. & 3.*
*Recursuum causæ debent expediri intra certum tempus vers. Causæ recursuum.*
*Tempus concessum ad expediendum causam appellationis an sit vtile, vel continuum num. 2.*
*Tempus intelligitur de 31. diebus in materia appellationis num. 4.*
*Sententia in causa appellationis non valet post terminum à Statuto præfixum num. 5.*
*Tempus ad prosequendum quando incipiat currere num. 6.*
*Citatio an requiratur in prorogatione termini ad prosequendam appellationem num. 7.*

## Intra quæ tempora causæ appellationum, & recursuum expediri debeant.

EX forma Statuti nostri causæ appellationum deberent expediri intra terminum
A sex mensium Stat. rubr. 28. lib. 2. fol. 17. A vbi in §. volumus, datur alius modus pro celeriori expeditione, videlicet, quod fiat requisitio de Iudice, & parte appellante, de expedienda, & expediri facienda huiusmodi causa intra terminum duorum mensium, & huiusmodi requisitio fit bis manu publici Notarij, & parti intimatur.
B Isti autem duo menses sunt vtiles. B Sed si in causis appellationum etiam in quibus factis duabus requisitionibus secundum formam Statutorum de expedienda causa intra duos menses per Iudicem fuisset pronunciatum tempus, & fatalia non cucurrisse, huiusmodi pronunciæ obseruatæ, & effectum suum sortitæ fuerunt, vt testati fuerunt DD. Causidici sub die 28. Aprilis 1580. Vide ad hoc Comit. Constit. par. 1. rubr. 19. cap. 4. fol. 36. & Const. March. lib. 6. cap. 9. quæ tamen non seruatur, vt dictum fuit in fide Collegij mei sub die 17. Decembris 1584. neque in causis Prouincialibus, de quibus in dicta fide. Causæ recursuum à sententijs DD. Consulum, & aliorum Camerariorum debent expediri intra quindecim dies currentes Stat. rubr. 24. §. statuimus. vers. & quod causa. lib. 2. fol. 12. Sed vigore alterius Statut. rubr. 81. lib. 1. in Addit. fol. 37. potest iste terminus quindecim dierum prorogari ad alios quindecim, dummodo tamen talis prorogatio fiat ante lapsum dictorũ primorum quindecim dierum, & de tali prorogatione rogetur Notarius. De consensu verò partium potest prorogari ad alios quindecim dies, vel pauciores, vt in d. rubr. 81. in Addit. §. addentes, vbi quod non potest allegari nisi mors, infirmitas, vel absentia Iudicis à Ciuitate. quod Statutum est in viridi obseruantia, & tempus currit etiam tempore feriarum indictarum per Superiores, vt patet ex fide DD. Causidicorum
C sub die 6. Augusti 1584. C A decretis Magistrorum Viarum recursus datus expediri debet intra quindecim dies, vt in ver. Magistri Viarum. A sententijs Sindicatorum recursus debet expediri intra mensem, vt in ver Sindicatus. A grauaminibus Vicariorum recursus expediri debet intra decem dies continuos, vt in Statutello Cardinalis Cortonæ cap. 33. A pronuncijs, seu grauaminibus Officialium Annonæ debet expediri intra quindecim dies Stat. rubr. 550. in Addit. §. & insuper. lib. 1. A sententijs infra summam florenorum quinque intra quindecim dies expediri debet, vt in Const. Card. Vrbini cap. 21.

## Adnotationes.

1 De Iure communi datur annus † ad expediendam causam appellationis, & ex causa biennium *Auth. ei, qui appellat. C. de tempor. appell. & ibi DD. Eugeni. cons. 42. num. 26. & seqq. lib. 1.* Fuit alias dubitatum
2 an iste annus, vel biennium † esset dierum vtilium, vel currentium, & DD. Causidici attestati fuerunt esse dierum vtilium, *vt patet fides sub die 28. Ianuarij,* 1587. Sed non fuimus omnes concordes, vt in dicta fide; & audiui hanc nostram fidem in Vrbe non habuisse effectum; *& in Constit. Comit. par. 1. rubr. 19. cap. 4. fol. 36.* fuit declaratum esse dierum currentium. In Constit. March. quòd tempus sit vtile, respondit *Alex. cons. 114. per tot. lib. 5.* De Iure communi, quod instantia sit continua, & currat etiam diebus feriatis *Marchesan. de Commiss. par. 3. de Commiss. prorog. fatal num. 16. pag. 396.* quid de repentinis ferijs *Bard. de temp. vtil. & contin. cap. 3. sub num. 7. vers. hoc tamen intellecto.*

A Ego nunquam vidi obseruari huiusmodi Statutum, & in simili Statuto volente, quod causæ debeant expediri intra sex menses, loquitur *Osasch. decis. 28. num. 7.*

3 B Hoc Statutum obseruatur, † super quo vide *Ios. Ludou. decis. Perus. 96. par. 2. & Honded. cons. 24. lib. 1.* vbi quod impedito est danda alia dilatio pro se-
4 cundo fatali Mensis in materia appellationum † est 31. dierum. *Menoch. de arbitr. cas. 50. num. 9. & 27.* vbi agit de mense vtili, hoc est sublatis ferijs, & dicit esse 30. dierum, sed non firmat remittens se arbitrio
5 Iudicis. Sententia lata † post terminum à Statuto præfixum non valeret. *Mascard. de general. stat. interpret. concl. 9. num. 40.* sed quod possit dici de nullitate non obstante Statuto vide *Amat. decis. March. 33.*
6 C An isti quindecim, seu triginta dies † incipiant post lapsum decem dierum ad appellandum, vel statim facta appellatione vbi quis appellauit prima die, *Paul. Castr. in l. si quis hæres 2. num. 7. ff. de acq. hæred.* resoluit quod statim currunt sequuntur alij per *Rugin. ell. §. 10. glos. 2. num. 48.* An sit necessaria citatio
7 † in prorogatione in vim huius Statuti vide *Ios. Ludou. d. decis. 96.* vbi quod non, fundans se præsertim in stylo.

## Caput Vltimum.

### SVMMARIA.

*Libellus appellationis debet admitti præterquam in casibus à Statuto prohibitis in princ.*

*In causis appellationum proceditur summariè &c. ibidem.*

*Libellus appellationis potest ex interuallo extendi vers. Obseruamus.*

*Clausula Haben. quomodo extendatur vers. Clausula.*

Alia

## Alia ad materiam appellationis.

Libellum appellationis debent Iudices admittere, præterquam in casibus prohibitis ex forma Statuti, & debent procedere summariè de pleno sine strepitu, & figura Iudicij Stat. rubr. 28. in princ. lib. 2. fol. 17. Obseruamus in hac nostra Ciuitate Perusiæ, quod postquam Notarius in instrumento appellationis à diffinitiua apposuerit principium, videlicet, In nomine Domini Amen &c. Veniens, & existens
A &c. potest illud quandocumque extendi per appellantem, vt de tali stylo fecerunt fidem DD.
B mei Causidici sub die 9. Octobris 1587. Clausula Haben. &c. in commissionibus causarum appellationum apponi de stylo solita ita extenditur, Habendo hic nomina, cognomina collitigantium, statum, merita causarum, tenores, compendia, & alia forsan de necessitate exprimenda pro sufficienter expressis. Ita esse de stylo attestati fuimus aliàs nos Causidici, vt in fide sub die 6. Ianuarij 1587.

### Adnotationes.

Vide plenissimos tractatus de appellat. *Sigismundi Scattia, & Iulij Cæsaris Rogitelli* apud quem multa habebis ad interpretationem statutorum.

# AQVA.

*SVMMARIA.*

C *Aquam in præiudicium viæ, vel alterius non licet auertere de antiquo, & solito cursu ex Statut. in princ. vbi quod præsumptio est contra eum, qui sentit vtilitatem, vel euitat damnum, & num. 1. Antiquus, & solitus cursus dicitur decem annorum ibidem, & num. 8.*
*Nec in præiudicium fontium vers. Nec licet.*
*Nec molendinorum vers. Nec in præiudicium.*
*Nec aquæductus alicuius vers. Item nec.*
*Aquæ si damnum faciant viæ, vel alicui, fit reaptatio expensis hominum de vicinia vers. Si aquæ.*
*Priores tenentur procurare abundantiam aquarum in Ciuitate vers. Aquarum.*
*Fons, Puteus, seu Cisterna debet esse in quolibet Castro, vel Villa, & concurrunt homines loci ad sumptum vers. In quolibet.*
*Aquam putridam non licet proijcere in plateam vers. Aquam. & num. 9.*
*Aqua publica conceditur occupanti num. 2.*
*De alueo per quem ducitur aqua num. 3.*
*In aquarum seruitutibus debet doceri de proprietate, & de restitutione ad possessionem ducendi aquam n. 9.*
*Conductor an possit dare licentiam hauriendi aquam num. 5.*
*Aqua pluuia si noceat quid faciendum num. 6.*
*De aquis tractantes num. 7.*

AQuam auertere à suo antiquo, & solito cursu, vel ipsius cursum mutare, si fieret impedimentum alicui viæ, vel fundo alterius, nemini licet sub certa pœna, & quod teneatur reducere ad locum consuetum, & damna, & interesse reficere Statut. rubr. 65. lib. 2. fol. 34. vbi in §. statuimus etiam, disponitur, quòd mutatio præsumitur facta ab eo, qui vtilitatem à dicta aqua consequeretur, aut per illius muta-
A tionem aliquod damnum euitaret, A & in §. & si postquam dicitur, quòd tempus antiquum,
B & solitum intelligitur per decem annos ante; B & in §. fin. statuitur tempus duorum annorum ad criminaliter agendum, seu procedendum. Nec licet aquam auertere in præiudicium fontium Stat. rubr. 165. lib. 3. fol. 53. & rubr. 26. lib. 4. fol. 10. Nec in præiudicium molendinorum aquæ cursus impediri, vel mutari potest Statut. rubr. 64. §. ordinamus quod nemo lib. 2. fol. 33. & dicetur in ver. Molendinum. Item nec in præiudicium alicuius aquæductus potest fieri aliquod impedimentum Statut. rubr. 84. in princ. lib. 4. fol. 24. Si aquæ alicuius fluminis, vel fouei damnum facerent alicui viæ, vel particulari personæ debet huiusmodi flumen, vel foueum reaptari, vt per alueum suum decurrat, & nullum præstet impedimentum expensis hominum de vicinia Stat. rubr. 27. in princ. lib. 4. fol. 10. Aquarum abundantiam in Ciuitate DD. Priores procurare debent Stat. rubr. 2. lib. 4. fol. 4. In quolibet Castro, vel Villa debet esse vnus fons, puteus, vel cisterna Stat. rubr. 83. lib. 4. fol. 24. & in Addit. ibi cauetur, quod Ciues possidentes bona in loco ad sumptum concurrere debent. Aquam putridam in plateas proijcere est pro-
C hibitum Stat. rubr. 14. lib. 4. fol. 7. C Aquarum impetu lignamina alicuius si asportata fuerint, & remanserint in agro alterius, seu si fuissent appræhensa debent restitui illis, quorum erant, soluta competenti mercede Stat. rubr. 100. §. fin. lib. 1. fol. 44. & dicam in ver. Lignamina. & ad materiam vide ver. Flumen.

### Adnotationes.

A De hac materia aquæ vide *Cepoll. de seruit. rustic. præd. cap. 4. cum seqq.* De Iure communi aquam † in suo scaturientem etiam in damnum vicini inferioris, in cuius fundum descendit aqua, quis auertere potest. *Bal. in l. item lapilli num. 4. & 5. ff. de rer. diuis.* & pro regula hoc ponit *Thesaur. decis. Pedem.* 245. vbi ampliat, etiam si dicta aqua non orietur in fundo, sed eum intraret, & etiam si per mille annos aqua decurrisset per fundum vicini, & limitat duobus

modis

modis *num.* 5. *& 6.* & præsertim non procedere, si
Statuto, vel consuetudine aliter introductum fuisset.
*Vide Bero. cons.* 138. *cons.* 139. *& cons.* 144. *lib.* 3. *&*
*quæst.* 65. *Paris. cons.* 112. *lib.* 1. *& cons.* 129. *num.* 1.
*lib.* 4. *Mart. vot.* 174. *Eug. cons.* 41. *lib.* 1. vbi de vsu
lauandi pannos *Mascard. de probat. lib.* 1. *concl.* 123.
2 Quando aqua est publica † primò illam occupanti
conceditur *Paris. cons.* 129. *num.* 9. *lib.* 4. de qua vi-
3 de *Crau. cons.* 124. *num.* 5. *& seqq.* De alueo, † per
quem ducitur aqua vide ver. Molendinum. & an al-
ueus in quem descendit aqua sit communis, & possit
quis illam non recipere vide *Hect. Felic. allegat.* 4.
*& 5. tom.* 3. Quando tractatur de seruitutibus aqua-
4 rum † debet doceri de annexa illius proprietate *Pa-
cif. de Salu. interd. inspect.* 1. *cap.* 4. *num.* 88. De re-
stitutione ad possessionem ducendi aquam vide *Se-
5 raph. decis.* 970. Conductor † an possit dare licentiam
hauriendi aquam ex fonte, vel puteo. *Caroc. in tract.
de locat. & conduct. par.* 2. *quæst.* 15. *vsusfructus num.*
12. *fol.* 81. Si quis faceret aliquod opus, propter quod
6 aqua † pluuia noceret, competit actio aquæ pluuiæ
arcende, quomodo autem in tali actione sint forman-
di libellus, & articuli vide *Rofred. in eius tract. de li-
7 bell. par.* 4. *rubr. de aqua plu. arcen.* De aqua † na-
scente in priuato loco, & de aqua publica ingredien-
te fundum priuatum, & de fluminibus, & aquis spe-
ctantibus ad Principem, vide vltra *Mart. d. vot.* 174.
*Peregr. de iur. Fisc. lib.* 8. vbi de mari, de portu ma-
ris, de piscationibus, de fluminibus publicis, de al-
ueo, insula, alluuione, & inundatione.
8 B Alias solitus cursus † aquæ dicitur, qui fuit in
præcedenti æstate *Bal. in l. item lapilli num.* 11. *ff. de
diuis. rer.* qui postea opponit contra, & dicit, quod
solitus cursus dicitur vbi firmauit alueum.
9 C Vide de hoc † *Cepol. de seruit. vrb. præd cap.* 68.
vbi de proiectione aquæ, & immundiciarum, & pu-
tredinis, *& Carpan ad Stat. Mediol. par.* 2. *cap.* 269.
& dicam ver. *Immunditiæ*.

# AQVARIVM.

### SVMMARIA.

*Aquaria, & latrinæ debent immitti in cloacam Statut. in princ.* A

*Non possunt fieri extra muros Ciuitatis vers. Non possunt.* B

*Non possunt fieri si afferant praiudicium puteo, vel cisternæ vers. De aquarijs.* C

SI aquaria apud nos vulgo versatoria, in communibus intercasellis damnum, seu impedimentum facerent consorti, tenetur dominus illa in cloacam immittere, vbi commodiùs fieri potest, sumptibus tamen communibus Stat. rubr. 37. in princ. lib. 4. fol. 11. & quod debeant omnia aquaria, & latrinæ vulgo necessaria, immitti in cloacas muratas nè foetor resultet Stat. rub. 38. in princ. lib. 4. fol. 12. Non possint fieri extra muros Ciuitatis, vbi essent viæ, vel domus Stat. rubr. 57. §. saluo. lib. 4. fol. 17. & rubr. 61. eod. lib. fol. 18. De aquarijs, & latrinis habentur multa in rubr. 40. eod. lib. 4. fol. 12. vbi præsertim prouidetur, ne possint afferre præiudicium alicui puteo, vel cisternæ in §. propterea, & in §. fin.

## Adnotationes.

De Aquario vide *Cepoll. de seruit. vrb. præd. cap.* 67. & de latrina *ibidem cap.* 65. de qua agit nominando priuagium *Corn. cons.* 184. *lib.* 1. vbi per totum respondet, quod in casu suo non liceat facere priuagium in aquario communi. *In Statuto Mediolani Carpan. par.* 2. *cap.* 268.

# ARBORES.

### SVMMARIA.

*Arbores pendentes super re alterius debent incidi in princ. & num. 6. & fructus possunt colligi per eum super cuius bonis arbores pendent ibid. & num. 7.*

*Arbores in re alterius habens cogitur vendere, & ille emere vers. Qui haberet.*

*Arbores impetu aquarum asportata restituuntur domino vers. Arbores.*

*Arborum incisores puniuntur vers. Incisores. & num. 8.*

*Arbor dicitur etiam illa cuius radices sunt sicca num. 1.*

*Arborum appellatione veniunt vites num. 2.*

*Arbor in confinio quando efficiatur illius, in cuius fundo radices egerit num. 3.*

*Arbores qua distantia ab alieno possint plantari num. 4.*

*Subrogatio arborum debet esse de eiusdem generis n. 5.*

*Emptor cum pacto de retrouendendo an possit arbores incidere num. 9.*

*Quid in colono, vel conductore num. 10.*

ARbores pendentes super re alterius, facto per Iudicem domino illarum præcepto, quod intra octo dies debeat illas incidere, vel incidi facere sub pena, tenetur Iudex termino elap-
A so incidi facere Statut. rubr. 56. lib. 2. fol. 29. A
Fructus possunt colligi per illum, super cuius
B bonis arbores penderent Stat. dict. loco in fin. B
Qui haberet arbores in re alterius, potest cogi ad vendendum, & è contra agri dominus ad emendum pro iusto precio Stat. rubr. 57. lib. 2. fol. 30. Arbores, & lignamina alicuius si impetu aquarum asportata fuissent, & remansissent in re alterius, seu si fuissent appræhensa restitui debent illis, quorum erant Stat. rubr. 100. §. fin. lib. 1. fol. 44. & dicam ver. Lignamina. Incisores arborum in Kalendis Maij accusantur Stat. lib. 3. rubr. 22. §. addentes. cætera de incisoribus arbo-
C rum vide ver. Dammum datum. C

## Adnotationes.

1 Arbor dicitur etiam illa, cuius radices † desierunt vinere

*viuere l. 5. §. ideo. ff. arb. furt. caſ. Carocc. deciſ. 106.*
*num. 17. Carpan. ad Stat. Mediol. par. 2. cap. 371.*
2 *num. 8.* Arborum appellatione † veniunt etiam vites
*l. 4. §. 3. ff. de arbor. caden. Amat. deciſ. March. 96.*
*Capoll. de ſeruit. vrb. præd. cap. 81. num. 13.* apud
quem habes multa de arboribus. Arbor, quæ fuit
3 confinis † bonorum, ſi vi ventorum lapſa ſit in fun-
dum vicini, & ibidem radices emiſerit, illius efficitur
*Corn. conſ. 287. num. 7. lib. 3.* & vide *Giouagn. conſ.*
*30. lib. 2.* vbi quantum diſtare debeat à fundo vicini,
& ſi prope confinium ſit plantata, & in fundo vicini
4 radices emiſerit, cuius ſit. Licet plantare † quis non
poſſit propè agrum vicini oliuam, & ficum per no-
uem pedes, alias autem arbores per quinque pedes.
*l. fin. ff. fin. regun. Capoll. d. cap. 81. in princ.* atta-
men quod dicta lex ſit entendanda in eo, quod dicit
de quinque pedibus ad duos tantum, probat idem
*Giouagn. d. conſ. 30. num. 13. & 14.* Imò, quod non
ſeruetur de conſuetudine, dicit poſt alios *num. 15.*
& quatenus ſit ſeruanda, non attenditur diſtantia,
quando fuit facta plantatio ſciente, & non contradi-
cente vicino, vt per eum *num. 20.* ad quod vide etiam
5 *Surd. conſ. 323. num. 6.* Arbores ſubrogatæ, † vt eui-
tetur pœna caducitatis ob deteriorationem, debent
eſſe eiuſdem generis. *Valaſc. conſult. 30. num. 7. & 8.*
& vide *Giouagn. conſ. 15. lib. 2.*
6 A Quid de Iure communi † vide *Capoll. de ſeruit.*
*vrb. præd. cap. 81. num. 4. & Carpan. ad Stat. Me-*
*diol. par. 2. cap. 371. num. 4. & ſeqq.*
7 B De Iure communi domino † arboris licet fructus
in fundum alienum cadentes vſque ad tertium diem
colligere. *l. vn. ff. de glan. legen. Capoll. d. cap. 81.*
*num. 24. Borgnin. deciſ. 32. num. 48. par. 2.*
C De actionibus competentibus in materia arbo-
8 rum cæſarum, † & de libello, & articulis deſuper fa-
ciendis vide *tit. ff. arbor. furt. caeſ. & Rofred. de libell.*
*par. 4. de act. arbor. furtim caſ. & aliqua per Carpan.*
*d. cap. 371. par. 2.* Qui incidit arbores clam ideſt do-
mino ignorante, tenetur vltra prætium ad intereſſe.
*Ruyn. conſ. 105. num. 3. vol. 4.* An emptor cum pa-
9 cto † de retrouendendo poſſit arbores incidere, &
quid ſi vi ventorum fuiſſent deiectæ *Ioſ. Ludou. deciſ.*
10 *Peruſ. 5.* qui eligit mediam viam. In colono, † vel
conductore vide *Carocc. de loc. & conduct. quæſt. 7.*
*fol. 191.* vbi *num. 5.* declarat, quæ dicantur arbores
fructiferæ.

# ARCHIVIVM.

## SVMMARIA.

*Archiuia quando erecta, & de conſtitutionibus ſuper Archiuijs in princ.*
*Archiuium dicitur locus vbi ſcripturæ publicæ ſeruantur num. 1.*
*Scriptura non authentica reperta in Archiuio an probent num. 2.*
*Inſtrumentum extractum ex Archiuio probat num. 3. & 6.*
*Etiam abſque compulſorialibus num. 4.*
*Declara, vt num. 5.*
*Conductor Archiuij an poſſit opponere de non implemento num. 7.*
*Inſtrumenta, & apocha non exhibita in Archiuio an probent num. 8. & ſeqq.*

ARchiuia inſtituta, & erecta fuerunt in Statu Eccleſiaſtico de ordine Sixti V. cum multis declarationibus, & ordinamentis, vt patent capitula ſubſcripta à Cardinali Camerario, & publicata de anno 1588. die 4. Septembris, & deinde hic Peruſiæ eodem Menſe. Fuerunt poſtea huiuſmodi capitula declarata per eundem Cardinalem Camerarium die 10. Decembris, & publicata in hac Ciuitate die 16. eiuſdem Menſis. Prima autem inſtitutio, & capitula apparent impreſſa per hæredes Andreæ Brixiani, declaratio verò per Colam Amadorum. De facultatibus, & literis patentibus Commiſſarijs, qui ad hunc effectum acceſſerat ad hanc Ciuitatem ſub Menſe Septembris 1588. apparet in 7. regiſt. fol. 139. Quod in loco pro Archiuio deputato deberent fieri loculamenta vulgò Armaria, vide literas Cardinalis Camerarij ſub die 18. Martij 1589. in dicto libro. Fuerunt denique per D. Fabium Vrſinum Commiſſarium generalem factæ particulares declarationes circa Archiuium Peruſinum, vt in dicto 7. regiſt. fol. 146 & 157. Notarij debent accipere ſolitum, licet dent inſtrumenta Archiuio, vt per literas D. Lomellini Commiſſarij in dicto 7. regiſt. fol. 142.

## Adnotationes.

1 Archiuium dicitur † ille locus, ſeu Arca, in qua
ſeruantur publicæ ſcripturæ, & publica monumenta.
*Gloſ. in auth. ad hac. in ver. publico. C. de fid. inſtr.*
*Caballin. in gloſ. ad Egid. lib. 2. cap. 12. in ver. Ar-*
*chiuijs. Rol. conſ. 75. num. 1. lib. 4.* De vi ſcriptura-
2 rum † etiam non authenticarum repertarum in Ar-
chiuio vide latè *Gabr. tit. de prob. concl. 5. Caballin.*
*vbi ſup. Genua de ſcript. priuat. lib. 5. tit. de libro ra-*
*tion. in Archiu. publ. reper.* & quod ſit validum inſtru-
3 mentum † teſtamenti extractum ex Archiuio Peruſi-
no, & ideo inter ſubditos probet, dixit Rota *in Pe-*
*ruſina Fideicommiſſi de Gratianis 10. Decemb. 1621.*
*coram Card. Caualerio*, quæ eſt in fin. *deciſ. 36. num.*
4 12. & quod non ſit opus compulſorialibus, † vt pro-
bet, dixit Rota *in Peruſina Reintegrationis de Nunis*
*26. Iunij 1623. coram Buratto*, quæ eſt pariter in fin.
*deciſ. 62. num. 13.* vbi *num. 14.* dicit de deputatione
Archiuiſtæ credi eius atteſtationi de ſtylo Rotæ. ve-
5 rùm hoc intellige, † dummodo conſtet huiuſmodi
extractionem ab ipſo Archiuiſta factam fuiſſe, & ideo
eſt neceſſaria recognitio manus ipſius, vt dixit Rota
*in Peruſina Bonorum 22 Iunij 1605. coram Cardina-*
*li Marcomontio*, quæ eſt in fin. *deciſ. 103. num. 4. &*
6 *ſeqq.* De iuribus, & proceſſu † extracto ex Archiuio,
ſeu manſionibus Collegij Notariorum, quòd ſint in
forma probanti, vide deciſ. *in Aſſiſien ſeu Peruſin.*
*Molendinorum 23. Ianuarij 1623. coram R. P. D.*
*Pirouano*, quæ eſt in fin. *deciſ. 90.* De Conductore

7 Archiuij † Perusini, qui prætendebat sibi non fuisse impletum pactum per locatorem, vide decis. *in Perusina Appaltus 16. Martij 1592. coram Orano*, quæ est in fin. *decis.* 92. Constitutiones de portandis in-
8 strumentis † ad Archiuium alioquin eis non detur fides, sunt introductæ principaliter propter fauorem publicum, & sunt honestæ, & seruandæ, & comprænendunt etiam Collegia *Achill. decis. 4. de Constit.* &
9 quod apocha priuata † sit archiuianda ex Constitutionibus Archiuij *Gratian. decis. March.* 104. *num.* 2. Imò pro nullitate apocæ, ex quo non fuit producta in Archiuio intra quindecim dies, ex forma dictæ Constitutionis Sixti V, licet post dictos quindecim dies fuerit præsentata, & concordatum cum Archiuista, respondit Rota *in Perusina Pecuniaria* 28. *Nouembris* 1612. *coram Manzanedo*, quæ est impressa *apud Zacch. ad Gallef. de obligat. Camer. decis.* 132. *num.* 3. *& apud Marabes. de commiss. par.* 2. *pag.* 561. *& post cons. Farinacc. lib.* 2. *decis.* 366. *num.* 2. Vi-
10 de † tamen, quæ dixit *Rota in Signina Bonorum 4. Iulij 1614. coram bo. me. Vbaldo*, quæ est impressa *decis. 662. num. 4. par. 1. recent. per Farinacc.* in qua dicitur, quod Bulla Archiuij non est in vsu, quando constat de legalitate Notarij, & cessat suspicio fraudis, & allegat *Put. decis.* 304. *lib.* 1.

# ARMA.

## SVMMARIA.

*Arma non licet deferre, & quando secus ex Statut. & Bullis Pontificijs.*

*Quid de Iure communi num. 1. & de Armis defensiuis num. 2. & vide num. 4.*

*Arma aliena capta à Birruarijs an possint repeti à domino num. 3.*

*Arma si sint inuenta ad pedes plurium an intret pœna num. 5.*

*Licentia concessa deferendi arma alicui pro se, & famulis quomodo intelligatur ex Statut. vers. Licentiam. & num. 7. De habente duo officia, quod possit dare licentiam duobus num. 6.*

*Pœna mortis contra deferentes arma est posita ad terrorem num. 9.*

*Consuetudo excusat in delatione armorum num. 10.*

ARmorum delatio est prohibita Stat. rubr. 114. lib. 3. fol. 41. vbi de multis armorum generibus, & in §. volumus insuper disponitur, quod euntes in Comitatum, vel redeuntes ad Ciuitatem possint portare quædam arma, & in §. præterea permittitur delatio falcini, securis, & similium. Quod liceat aliquibus, & in certis casibus maximè forensibus transeuntibus arma deferre habetur in dicta rubr. 114. §. dummodo prædicta. Est etiam licitum portare arma pro capiendis malefactoribus d. rubr. 114. §. volumus tamen. Prohibetur etiam forensibus delatio armorum, præterquam Oratoribus, seu Legatis, & eorum famulis in rubr. 117. lib. 3. fol. 42. Si quis non fineret se perquiri pro armis, & resistentiam faceret, punitur Stat. rubr. 115. lib. 3. in Addit. fol. 42. De dante arma captiuis Stat. rubr. 116. vol. 3. fol. 42. De sibilante tempore, quo fit perquisitio pro armis Statut. rubr. 118. lib. 3. fol. 42. De perquisitione armorum facienda per Comitatum Stat. rubr. 119. lib. 3. fol. 42. Custodibus Damnorum datorum potest dari licentia deferendi arma, vt in Bannimentis Cardinalis Pinelli Legati sub die 15. Maij 1591. impressis per Petrum Paulum Orlandum. Licentiam si quis haberet deferendi arma pro se, & famulis, talis licentia non compræhendit nisi illos, qui habitarent, & essent de familia, vel consanguinei vsque ad tertium gradum illius, qui licentiam impetrauerit Stat. rubr. 132. lib. 4. fol.
A 39. A Verùm circa delationem armorum attenduntur Ordinationes, & Bannimenta Superiorum, quorum plura adsunt in hac Ciuitate, & præsertim Bannimenta Generalia olim de mandato Clementis VIII. publicata num. 22. & seqq. quæ videas. Adest etiam Bulla Pij IV. in Bullar. nou. Constit. 49. tom. 2. pag. 64. in qua prohibetur delatio, retentio, & venditio archibusettorum breuioris mensuræ duorum palmorum, sub pœna criminis læsæ maiestatis, & rebellionis, licet à Superioribus fuisse obtenta licentia, quam Constitutionem Pius V. in eius const. 145. in dicto Bullar. nou. tom. 2. pag. 358. extendit contra deferentes pugiones, & alia genera armorum breuioris mensuræ trium palmorum, exceptis tamen cultellis aptis ad incidendum panem, dummodo tamen non sint maioris longitudinis vnius palmi, & sine cuspide, & inhibuit Officialibus, ne concederent licentiam defe-
B rendi, declarando illam nullam. B

## Adnotationes.

1 De Iure communi quando, † & quomodo sit prohibita, vel permissa delatio armorum vide *Duen. reg.* 55. *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cent.* 4. *cas.* 398. *num.* 19. *& seqq. Bonacoss. in suis quæst. crimin. par.* 1. *in ver. Arma*; vbi latissimè agit declarando etiam Statuta,
2 & Bannimenta de hac materia. De Iure † communi non censentur prohibita arma ad defensam, neque fustes, lapides, aut alia similia *Ios. Ludou. decis. Perus.* 31. *num.* 4. in qua decisione agit an, qui accommo-
3 dauit † alicui loricam, cum qua captus fuit à Birruarijs, possit illam repetere, & concludit quod sic, & multa singularia ponit declarãs dictam Bullam Pij V. de qua vide etiam *Guazzin. de confisc. bonor. conclus.* 13. *ampliat.* 88. *& Farinacc. de var. crimin. quæst.* 108.
4 An sit prohibita † delatio Nobilibus, Doctoribus, & Mulieribus vide *Caball. resol. crimin. cent.* 3. *cas.* 228.
5 De Statuto pœnali † contra deferentes arma, si ad pedes plurium illa reperta sint per Birruarios, an omnes pœna Statuti puniantur, an verò vnus, aut nullus omnino *Caball. d. loco cas.* 230.

Si sit

6 A Si sit data facultas † habenti officium deferendi
arma pro se, & vno alio, & vnus habeat duo officia
similia, poterit dare facultatem non vni tantum, sed
duobus, non secus, ac si dicta duo officia exercerentur
tur à duabus personis *Caball. resol. crimin. cent. 3. cas.*
7 229. Famuli & familiares, † qui dicantur ad effectum
delationis armorum stante facultate concessa alicui
pro se, & famulis illa portandi *Caball. d. cent. 3. cas.*
290.

8 B Pœna † mortis contra deferentem arma est ad
terrorem, & non irrogatur de consuetudine. *Gabr.*
9 *cons.* 170. *num.* 4. *lib.* 1. & quod consuetudo † excu-
set, vt in terzarolis quoad familiares *Ciriac. controu.*
352. *tom.* 1. & vide aliqua *per Farinac. cons.* 45. *lib.* 1.

# ARREDIVM:

### SVMMARIA.

*Arredia moderantur in Stat.*

*Debentur ex consuetudine, & possunt alienari bona subiecta fideicommisso pro illis num. 1. vbi etiam in numere.*

*Præsumuntur consumpta longo tempore num. 2.*

*Maritus non tenetur restituere recentia, sed prout extant num. 3.*

ARredia moderantur in Statut. rubr. 27. & seqq. lib. 1. fol. 24. De æstimatoribus Arrediorum rubr. 42. d. lib. 1. fol. 26. & vide ver. Vestimentum.

## Adnotationes.

Ad materiam huius Statuti vide *Carpan. ad Statut.*
*Mediolan. cap.* 449. *& seqq. par.* 2. Taxatur apud
1 *Seraphin. decis.* 1464. Quod Arredium † de consue-
tudine debeatur vide *Thesaur. iun. quæstion. forens.*
*lib.* 3. *quæst.* 62. vbi quomodo taxetur, & quod pro-
pter consuetudinem apparatus sint accessoria ne-
cessaria dotis, dixit *Gabr. cons.* 153. *num.* 6. *lib.* 2.
qui concludit per totum, quod pro illis dandis filia-
bus possunt alienari bona subiecta fideicommisso, si-
cut pro dote de quo etiam vide *decis.* 556. *par.* 1. *di-
uers.* quæ est fortasse decisio, quam refert *Gabr. in d.*
*cons* 153. *lib.* 2. *in fin.* quæ tamen decisio præsuppo-
nit tantum consuetudinem, & quod sit iusta causa
alienandi in minore pro acconcio *Rota decis.* 19. *post*
2 *tract. D. Cencij de Censib.* Mobilia pro apparatu † spa-
cio triginta annorum verisimiliter præsumuntur cō-
sumpta Rota *in Bononiensis Executionis* 16. *Martij*
1607. *coram Penia.* Imò quod spacio viginti anno-
rum dixit Rota *in Romana Hæreditatis de Iustinis* 13.
*Ianuarij* 1620. *coram bo. me. Vbaldo*: Ex quo sequi-
tur, quod maritus, vel eius heres non possit tunc con-
demnari ad restitutionem, nam non tenetur resti-
3 tuere † recentia, prout erant tempore, quo vxor se-
cum illa detulit, sed satis est, quod illa restituat, prout
sunt tempore faciendæ restitutionis. *Bald. in l. de his
per illum tex. C. de donat. int. vir. & vx. Tiraquell.
de retract. conuentional. in fin. num.* 85. *Corn. cons.*
172. *in fin. lib.* 1. *Cief. cons.* 23. *num.* 2. *lib.* 2.

# ARTICVLI.

### SVMMARIA.

*Citatio in admissione articulorum non requiritur de stylo. Quid de Iure communi num. 1.*

*Positiones sunt, & non articuli vbi parti fuit præfixus terminus ad respondendum num. 2.*

*Sententia super admissione articulorum dicitur interlocutoria, & potest reuocari à Iudice num. 3.*

ARticuli producuntur in præsentia alterius partis, aut eius Procuratoris, vel si fuerit absens fit eidem intimatio huiusmodi productionis capitulorum, & citatur ad dandum interrogatoria absque eo, quod altera pars citetur ad dicendum contra, & videndum illos ad probandum admitti, & similes productiones, & actus in iudicijs semper fuerunt habiti pro ritè, & rectè factis, & pro talibus obseruati, licet pars non fuerit citata ad dicendum contra, vt supra, ita attestati fuerunt DD. Causidici obseruari, vt in fide sub die 19. Augusti 1613. Adest etiam de hoc alia fides continens, quod in omnibus Curijs, & Tribunalibus numquam seruatum fuit, nec de præsenti seruatur, quod quando in causis ciuilibus producuntur articuli, citetur altera pars ad dicendum contra articulos, & videndum illos admitti, Notarioque committi receptionem iuramentorum testium inducendorum, sed semper seruatum fuit, & seruatur, quod simpliciter producuntur articuli, & citatur pars ad respondendum eisdem, vel ad dandum Interrogatoria, si responsiones habere noluerit, & testes assignatis dilationibus, illis durantibus, iurant in manibus Notarij causæ, ita dixerunt DD. Causidici collegialiter sub die 22. Ianuarij 1615. Vide de Positionibus in ver. Positiones, & de Iuramento testium in ver. Testis.

## Adnotationes.

De admissione articulorum in terminis Iuris com-
1 munis † vide *Vestr. in Prax. lib.* 5. *cap.* 15. *& ibi Gra-
uat. Andr. Gaill. obseruat. lib.* 1. *obseruat.* 81. vbi in
fine tenet post aliquos, quod super admissione arti-
culorum non requiratur partis citatio, de qua vide
*Seraph. decis.* 1057. *num.* 3. *&* 4. vbi quod hæc cita-
tio non requiritur vbi articuli fuerunt admissi parte
præsente, & vbi decretum fuit parti intimatum. Li-
2 cet in productione † appellentur articuli, & positio-
nes, censentur tamen positiones, vbi parti fuit præfi-
xus terminus ad respondendum *Rota coram Ludouis.*
3 *decis.* 385. *num.* 4. *&* 577. *num.* 4. Pronuncia † super
admissione articulorum est interlocutoria, quam Iu-
dex regulariter reuocare potest, vide *Andr. Gaill. ob-
seruat. lib.* 1. *obseru.* 81. *num.* 16.

# ARX, ET ARCIS Custos.

*SVMMARIA.*

*Custodes Arcium quomodo eligantur, & alia de his ex Stat.*

*Arcis Perusinæ Custodes non possint cogere ad comportationem lignorum, nec incidere arbores vers. Custodes.*

*Custodes Arcium etiam si per mille annos habitauerint non acquirunt domicilium num.* 1.

DE electione Custodum quarundam Arcium Comitatus, & eorum stipendijs vide Stat. rubr. 450. lib. 1. fol. 106. Quod finito semestre debeant Arces restituere Statut. rubr. 180. lib. 1. fol. 60. Debent facere Inuentarium, & reddere rationem rerum in Arcibus existētium rubr. 192. d. lib. 1. fol. 66. & cauere rubr. 247. eodem lib. fol. 82. & non recedere sine licentia DD. Priorum rubr. 250. d. loco. Debent esse Ciues Perusini, vt in Bulla Pauli III. sub Anno 1544. in 6. regist. fol. 72. Custodes Arcis Perusiæ non possint cogere ad comportationem lignorum Rusticos, nec incidere arbores, vt per literas Cardinalis Borromei de mandato Sanctissimi sub die 7. Nouembris 1562. in 7. regist. fol. 21. (hic est Carolus Borromeus, qui Sanctorum numero nuper fuit adscriptus) idem fuit cautum per literas Cardinalis S. Sixti in d. lib. fol. 71.

## Adnotationes.

Custodes Arcium vulgo Castellani, si sint Forenses, etiam si per mille annos habitauerint, non acquirunt domicilium. *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 311. *num.* 40. *& 55. Menoch. de arbitr. cas.* 86. *num.* 8.

# ATTENTATA.

*SVMMARIA.*

*Appellationis causa pendente non licet Iudici innouare ex Statuto, & de Iure communi num.* 1.

PEndentibus caussis appellationum non licet Iudicibus procedere, vel aliquid innouare super aliqua sententia ciuili, sub poena 100. librarum denariorum à contrafaciente, de facto auferendarum tempore sui Sindicatus Stat. rubr. 28. §. statuimus insuper lib. 2. fol. 17.

## Adnotationes.

1 Quod Iudex ligetur † per *tit. nil innou. appell. pend.* *pars verò per. tit. vt lit. pend.* dicit *Dec. in cap. consuluit col.* 2. *de appell. vide Herculan. in tract. de attent. cap.* 3. *num.* 2. & ad materiam attentatorum vide plenissimum tractatum Roberti Lancellotti Perusini.

# AVDIENTIA.

*SVMMARIA.*

1 *Audientia denegatur multis personis ex Stat.*

2 *Audientia si denegetur à Statuto non tollitur obligatio num.* 2.

AVdientia, & actio in iudicio denegatur in multis casibus ex forma Statutorum, quod inseruire potest in materia Compromissi iudicialis, cum inter alias exceptiones ad impediendum Compromissum opponi possit, quod actor audiri non potest ex forma Statuti, de quo vide rubr. 27. §. possunt tamen. lib. 2. & in reformat. d. rubr. 27. in §. si reus. vers. possint tamen. Audientia autem denegatur. Primò, si quis esset debitor Communis Perusiæ Statut. rubr. 9. in princ. lib. 2. fol. 5. & prius rubr. 343. lib. 1. fol. 94. Secundò, si agens conuenisset aliquem in alia Curia, quàm in Curia Perusina Stat. rubr. 130. in princ. §. ideireo lib. 3. fol. 46. Tertiò, si non fuisset allibratus, & vellet agere ad restitutionem bonorum allibratorum, nisi præstitisset cautionem de soluendo collectas Stat. rubr. 121. lib. 1. fol. 46. Quartò, si esset vsurarius Stat. rubr. 215. in princ. lib. 3. fol. 64. Quintò, si noluisset acceptare officium Prioratus ex Bulla Innocentij VIII. sub dat. Idib. Decembris 1486. in 4. regist. Communis Perusiæ fol. 154 latere 2. Sextò, Prælati, Clerici, Monasteria, & loca exempta nisi renuncient eorum priuilegijs, quæ habent, vt neque possint trahi in Curiam Episcopi, ad effectum, vt possint conueniri in dicta Curia, non possint audiri in Curia Sæculari agentes contra A Laicos Stat. rubr. 130. §. idcirco lib. 3. fol. 47. A Septimò, Blasphemator si fuit condemnatus, non auditur per sex menses à die condemnationis Stat. rubr. 213. §. & quod etiam talis lib. 3. fol. 63. Octauò, qui est suspectus, & non dat cautionem iuxta Stat. rubr. 8. lib. 2. & dicam ver. Suspectus.

## Adnotationes.

1 De Statuto denegante † audientiam vide multa congesta per *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 10. *num.*
2 66. *& seqq.* Quod Statutum denegans † audientiam non tollat obligationem, sed excludat ab agendo *Bertazzol. de clausul. contract. clausul.* 7. *glos.* 19. *sub num.* 19.

A Hoc Statutum † videtur contra libertatem Ecclesiasticam, & ideo an valeat dicam in ver. Ecclesia.

# AVDITOR LEGATI, seu Gubernatoris.

*SVMMARIA.*

*Auditoris electio, & auctoritas in princ.*
*Quis dicatur Auditor num. 1.*
*Non potest subscribere, aut signare nisi præsente Superiore num. 2.*
*An ei credatur num. 3.*
*Potest allegari suspectus quando allegatur Gubernator num. 4.*

SOlent in hâc Curia à Legatis de latere, Vicelegatis, & Gubernatoribus pro tempore deputari Auditores tam in Ciuilibus, quàm in Criminalibus, qui solent videre processus, & referre eisdem Superioribus, & ipsi Auditores tantum iudicant super causis, quæ sibi committuntur. Non inueni in libris antiquis, quòd sit registrata aliqua facultas alicuius Auditoris, nisi quod Cardinalis Arborensis Legatus de Anno 1504. 4. Maij deputauit in Auditorem D. Simonem de Sardinis, cum plena, & libera potestate alijs Auditoribus dari solita, & consueta, vt in 4. regist. Breuium fol. 154.

## Adnotationes.

1 Auditor est is, † cui ab aliquo Iudice aliquid de medijs causæ committitur, vel aliquis certus articulus audiendus, vel examinandus. *Specul. lib. 1. tit. de Audit. num. 1.* Non solet subscribere, † vel sigillare
2 præcepta nisi de mandato, vel pro Gubernatore, & ita est stylus huius Curiæ, vt testatur *Ios. Ludouic. decis. Perus. 104. num. 3.* Quod non esset faciendum absente Gubernatore, nisi Auditor haberet talem commissionem saltem per literas, *vt in dicta decis. num 2.* Sed si Auditor proficeatur † extra Ciuitatem
3 cum aliquo satellitio præsumitur commissio Superioris. *Ios. Ludouic. dicta decis. 104. num. 11. & 12. vide Corn. cons. 155. num. 11. lib. 1.* Si Gubernator, † & alij similes allegarentur suspecti etiam eius Audi-
4 tores possent allegari. *Ios. Ludouic. decis. Perus. 108.*

# AVVS, AVIA, Ascendentes.

*SVMMARIA.*

*Auo Paterno succedunt tantum descendentes masculi non autem fœmina dotata ex Stat. in princ.*
*Ascendentes masculi succedunt descendentibus, & ascendentes materni succedunt tantum in legitima vers. Succedunt & num. 3.*
*Auia Paterna concurrit cum matre ex Statut. ibidem, & num. 3.*
*Ascendentes per lineam masculinam succedunt cum fratribus vers. Ascendentes etiam.*
*Item cum sororibus vers Cum sororibus.*
*Ascendentes per matrem excluduntur à fratribus, præterquam à legitima vers Si adessent.*
*Cum sororibus concurrunt ibidem, & num. 4.*
*Auia Paterna Mater, & ascendentes per matrem succedunt pro medietate cum Patruis, & eorum filijs masculis vers. Mater. & num. 5.*

AVi Paterni ab intestato decedentis hæreditas deuoluitur ad descendentes masculos exclusis fœminis, si à dictis masculis, vel eorum altero dotatæ sint Stat. rubr. 45. de dot. & dotat. mulier. lib. 2. §. item si aliquis pater, in reformat. [ Succedunt autem descendenti ascendentes masculi per lineam masculinam exclusis ascendentibus per Matrem; quinimò etiam Auia, & Proauia paterna, præterquam à legitima seruata iuris prærogatiua ibidem §. & si aliquis,
A vel aliqua. A Sed si adessent Mater, & Auia paterna tantum tunc æqualiter succedunt, & idem statuitur in Auia paterna, & materna dicto lo-
B co in fine. B [ Ascendentes etiam per lineam masculinam, salua inter eos iuris prærogatiua, succedunt pariter cum fratribus vtrinque coniunctis, aut consanguineis, & eorum descendentibus masculis in stirpes, & non in capita, & tunc matri, vel Auiæ paternæ, vel ascendentibus per lineam maternam legitima tantùm debetur ibidem §. & casu quo contingat. [ Cum sororibus vtrinque coniunctis succedunt æqualiter ascendentes masculi per lineam paternam iuris ordine seruato ibidem vers. Et istis non existentibus. [ Si adessent fratres vtrinque coniuncti, vel eorum descendentes masculi, vel consanguinei tantum, aut eorum descendentes masculi, tunc ascendentes per lineam maternam excluduntur præterquam à legitima, in qua succedunt inter eos iuris ordine in successione seruando; sed si non adessent præfati fratres, sed sorores, vel eorum filij, vel filiæ, cum istis succedunt æqualiter Mater, Auia, vel Proauia paterna, & alij ascendentes per lineam maternam dicto loco §. si verò
C decederet. C [ Mater, Auia paterna, vel ascendentes per lineam maternam succedunt in medietate, vbi adsunt patruus vnus, vel plures, & præmortui patri, vel patruorum descendentes masculi, cum dicto patruo, vel patruis in stirpes, & non in capita, qui consequuntur aliam
D medietatem ibidem §. item quando. D Vide quæ dicam in ver. Mater.

## Adnotationes.

A Vide *Crast. de success. §. successio ab int. quæst. 22.*
2 *num. 2. & seqq.* Auus paternus † de Iure communi succedit in bonis paternis, Auus maternus in bonis maternis

maternis, an autem Paternus habeat vsumfructum in omnibus bonis vide *Thesaur. decis.* 156. Auus pater-
2 nus an possit compromittere † absque interuentu nepotum minorum vide in calce *decis.* 121. *in fin. num.* 1. & 3. & dicam in ver. Compromissum.

3 B De successione Matris, † & Auiæ simul in terminis Statuti vide *decis. in Perusina Bonorum de Balleonibus* 8. & 13. *Iunij* 1590. *coram bo: me. Comitulo*, quæ est in fine *decis.* 7. in qua fuit dictum, quod Statutum hoc non extenditur ad bona sita extra Territorium, in quibus succedit Mater exclusa Auia iuxta *auth. defuncta. C. ad Tertull.* Quo verò ad bona in Territorio Perusino dicebatur non esse attendendum inter forenses, etiam si is, de cuius hæreditate agitur, fuerit Ciuis, & Statuto subditus; sed quia Auia prætendebat se quamuis viduam gaudere debere Ciuilitate viri, fuit dictum dandam esse immissionem Matri, nisi Auia tanquam Ciuis comprahendatur. qui articulus fuit postea discussus *die* 23. *Ianuarij* 1591. *coram eodem*, vt in decis. impressa in fine *decis.* 8. & decisum pro Auia; ex quo dicebatur, tanquam vidua perdurare in priori coniugio, & retinere Ciuilitatem ex matrimonio acquisitam; quæ decisio fuit confirmata *coram Gypsio sub die* 10. *Maij* 1591. de qua in fine *decis.* 108. & quia obijciebatur aliud Statutum de vxore comitatiua fuit responsum, vt in decisione sub *die* 10. *Iunij* 1591. *coram eodem Comitulo*, quæ est in fine *decis.* 9. & vide aliam decis. in eadem causa 16. *Nouembris* 1601. *coram Corduba* in fine *decis.* 58. vbi firmatur iustitia sententiæ in dicta causa iam latæ ad fauorem Auiæ, licet ipsa non continuauerit habitare in loco viri; quia non habuit animum deserendi.

4 C Auia materna † an præferatur fratribus consanguineis. *Bald. cons.* 446. *lib.* 4. vbi quod sic in totum *Crass. d. §. successio quæst.* 24.

5 D Patrui plures videntur † considerandi, vt vnus *Non. cons.* 107. *num.* 6. & vide *Giouagn. cons.* 23. *lib.* 1. vbi tractat si Statutum vocet ad successionem Patruos pariter cum sororibus, vtrum successio fiat pro virili, vel potius diuidatur inter patruos, & sorores, & interpretatur aduerbium pariter. Auus maternus an Patruum excludat *Thesaur. decis.* 5.

# BAIVLVS, SIVE NVNcius, aut Cursor.

*SVMMARIA.*

*Baiuli à quibus eligantur, & de eorum officio in princ.*

*De relationibus Baiulorum, & quod eis statur vers. Relationes, & num.* 2.

*Merces Baiulorum quanta vers. De mercede.*

*Baiuli non possunt habere officia, & præsertim Prioratus, nec eius filij ipsis viuentibus vers. Baiuli.*

*Baiuli possunt accipere possessiones, & tenutas vers. Quamuis semper.*

*Baiuli omnes possunt facere relationes in quocumque Tribunali vers. Omnes.*

*Baiulus est persona vilis non tamen potest esse is, qui est infamis num.* 1.

*Baiulus censetur citare de commissione Iudicis num.* 3.

*vbi quod punitur de falso citans sine commissione vbi est necessaria.*

*Baiulus an præsumatur citasse, vt habuit in mandatis num.* 4.

*Commissio noui Iudicis non est necessaria vbi Iudex, qui mandauit citari mortuus est num.* 5.

BAIVLI debent eligi à DD. Prioribus extat Stat. rubr. 181. lib. 1. pag. 60. vbi multa de illis, & eorum officio, debent iurare de officio bene exercendo, & de portando signo, debent eligi de Ciuitate, Burgis, Suburbijs, vel Comitatu, & habitantibus in locis; extat etiam decretum sub die 15. Ianuarij 1463. in 2. regist. fol. 90. & aliud sub die 2. Iunij 1468. in 3. regist. fol. 28. & vide Comit. Constit. par. 1. rubr. 2. cap. 1. & seqq. & Constitut. Cardinalis Vrbini cap. 48. cum Addit.
AA A Collegia Artium habent etiam Baiulos, vt colligitur ex rubr. 14. §. si verò. lib. 2. fol. 61. Debent portare, & facere respectiuè citationes, seu, vt dicitur in Statuto, ambasciatas, & non possunt hoc recusare d. Stat. rubr. 181. §. item nullus. lib. 1. Relationes citationum, & proclamatum infra quantum temporis fieri debeant d. rubr. 181. in Addit. in princ. cum §. seq. lib. 1. fol. 61. Relationes debent facere per se met ipsos, & non per alios Baiulos, vt in d. Stat. rubr. 181. in Addit. in fin. Eorum relationibus creditur Statut. rubr. 2. §. item dicimus. lib. 2. fol. 2. prout creditur relationi Tubicinis Stat. rubr. 4.
B §. si verò Vniuersitas. lib. 3. fol. 4. B Faciens verò falsam citationem, vel relationem, vel non portans per se citationes punitur Stat. rubr. 43. §. pen. & fin. lib. 3. fol. 24. De mercede autem Baiulorum vide rubr. 440. lib. 1. fol. 106. & rubr. 201. §. Item quod ratione il primo lib. 3. fol. 61. vide etiam Comit. Constit. par. 2. rubr. 14. cap. 11. fol. 99. Baiuli non possunt gaudere aliquibus officijs, & præsertim officio Prioratus, nec Camerariatus, quinimò nec ipsorum filij patribus viuentibus Statut. rubr. 202. lib. 1. fol. 68. Nec possunt esse Procuratores, vel Sindici alicuius personæ, vel Communitatis Stat. rubr. 183. §. nullus. lib. 1. fol. 62. Quamuis semper potuerint accipere possessiones, & tenutas, nihilominus fuit eisdem facta prohibitio, & præceptum de amplius non accipiendo, sed Ego tanquam Sindicus Ciuitatis obtinui à Vicelegato reuocationem, & moderationem sub die 19. Iulij 1601. rogato D. Iulio Garofano tūc Audientiæ Actuario. Omnes Baiuli Ciuitatis Perusiæ possunt, & solent deferre citationes, & facere relationes in quacumque Curia, & in quolibet Tribunali dictæ Ciuitatis, ita semper practicatum fuisse, &

publicari in dicta Ciuitate, & Curijs attestati sunt Domini mei Causidici sub die 6. Decembris 1577. C

## Adnotationes.

De Baiulis, siue Nuncijs vide latè *Spec. de citat. art. 9 cap. 10. & 12. cum seqq. & Franc. in cap. cum parrati de appell.*

1 A Licet Baiulus sit persona † vilis, *Marant. de ord. iudic. par. 6. principal. tit. de citat. num. 43. & 44. pag. 312.* vbi etiam quod solent portare aliqua signa, vt cognoscantur; tamen qui essent infames non possent esse Baiuli, *Galganett. ad Stat. Vrb. cap. 39. num. 30.*

2 B Relationi Baiuli statur † etiam de fure communi dixi ver. Absentia num. 9. addo nunc *Galganett. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 39. num. 30. vide Eug. cons. 85. num. 3. & 21. cum seqq. lib. 3.* Quod Nuncio dicenti se citasse credatur, secus verò si diceret non citasse *Mart. vot. 131.* vbi latè de credentia. An credatur Baiulo dicenti, quod ille, cui intimauit sequestrum, acceptauit. *Paul. Granut. theor. 19. num. 10.* vbi quod sic, & an credatur dicenti aliquem dixisse nolle venire. *Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 141. num. 24. & 25.*

3 C Baiulus censetur † facere de mandato Iudicis ex generali cõmissione, quæ in eorum deputationibus dari solet. Rot. quæ hoc declarat *in Ariminen. Census 9 Iunij 1599. coram bo. me. Cardinali Pamphilio, quæ est impressa post tract. D. Cenc. de Censib. decis. 161. num. 5. & seqq.* dicens, quod huiusmodi generalis commissio non se extendit vltra iurisdictionem mandantis, & sic ad Castrum totaliter segregatum à iurisdictione Ciuitatis, cuius Nuncius quis erat. Commissio Iudicis vbi est necessaria Nuncius citans sine eius commissione punitur de falso, *Carpan. ad d. Stat. cap. 1. num. 33.* vide ad materiam *Menoch. de præsumpt. lib. 2. præs. 24.* vbi an citatio facta præsumatur commissione, & mandato Magistratus; vel

4 Iudicis, *& præs. 25.* vbi an præsumatur † Nuncium citasse, sicut à Iudice habuit in mandatis, *& præs. 26.* vbi an citatus domi præsumatur à Nuncio perquisitus, si personaliter citari debuit, de quo vide etiam *Carpan. ad d. cap. 2. num. 29.* Commissione data per

5 † Iudicem citandi aliquem, si ille Iudex interim moriatur antequam citatio præsentatur, non est opus noui Iudicis commissione. *Carpan. ad d. cap. 1. num. 36.*

# BANNIMENTA, siue Edicta.

### SVMMARIA.

*Bannimenta quo loco fieri debeant in princ.*
*Debent registrari ibid.*
*Bannimenta Generalia non possunt fieri nisi de mandato Papa, vel Sacra Consulta.*
*Bannimenta Legatorum, aut Gubernatorum an sint perpetua num. 1.*
*Absentes, & ignorantes non ligantur Bannimentis num. 2.*
*Sed ignorantia non præsumitur num. 3.*
*Bannimenta Generalia habent locum per totum Statum Ecclesiasticum num. 5.*
*Bannimentorum interpretatio num. 4.*

BAnnimenta debent fieri per Præcones in scalis Palatij versus Episcopatum Statut. rubr. 183. §. vt autem. lib. 1. fol. 62. Debent registrari per Cancellarium in Cancellaria Communis rubr. 526. lib. 1. fol. 126. Bannimenta omnia generalia reuocata fuerunt de mandato Sanctissimi, vt in præfatione Bannimentorum Generalium publicatorum de ordine Pontificis, vbi habetur, quod illa in posterum debet attendi, & amplius alia fieri non possint, nisi de licentia eiusdem Sanctissimi, vel Sacræ Consultæ. A Vide ver. Præco.

## Adnotationes.

1 Legatorum, & Gubernatorum Perusiæ † Bannimenta an sint perpetua. *Corn. cons. 215. num. 8. lib. 2. Eug. cons. 22. num. 29. lib. 3. Hond. cons. 20. num. 32. lib. 1. & Giurb. cons. crimin. 12. Farinacc. in fragm. lit. B. num. 5. & seqq.* vbi quod emanata de ordine Papæ durant, sed an credatur ipsis in hoc vide *Corn.*

2 *cons. 155. lib. 1.* Non afficiunt † absentes, & ignorantes; *Bero. cons. 176. num. 89. lib. 1. Eugen. cons. 87. lib. 2.* vbi de Edicto super assignatione olei defendens eos, qui non assignarunt à pœna ex capite ignorantiæ, ex quo commorabantur extra Ciuitatem. Re-

3 gulariter ignorantia † non præsumitur, cum publicè fiant. *Caroc. de Iuram. decis. quæst. 12. principali num.*

4 *5. fol. 50.* De interpretatione † Bannimentorum vide *decis. 417. post tract. D. Cenc. de Censib.* & quæ habentur apud *Carpan. ad nou. Constit. Mediol. pag. 282. & seqq. & in Perusina Hæreditatis de Amicis 6. Iunij 1616. coram Buratto, quæ est in calce decis. 34. num. 10. & seq.*

5 A Bannimenta † publicata de ordine Sanctissimi habent locum per totum Statum Ecclesiasticum. *Farinacc. cons. 55. num. 80. lib. 1.*

# BANNITVS.

### SVMMARIVM.

*Bannitus habet annum ad se constituendum, & defendendum, sed si capiatur non auditur nisi obtenta gratia à Papa in princ. vbi quid seruetur de stylo, & num. 4.*
*Emens bona Banniti potest conueniri sicut poterat Bannitus ante Bannitum vers. Si quis. & num. 5.*
*Receptatores Bannitorum puniuntur vers. Receptatores & num. 6.*
*Banniti possunt impunè occidi vers. Banniti possunt. & num. 7. vbi etiam quod occidentes consequuntur præmium, & quando non num. 9. & quid in Clerico num. 8.*
*Banniti sunt incapaces, vt num. 1.*
*Restitutus an recipiat bonorum. 11*

*Præsumitur*

*Præsumitur obtinuisse gratiam dum fuit tolleratus in Patria num. 3.*

BAnnitus habet annum ad se sponte constituendum, & defendendum, sed si esset captus non potest audiri super eius defensionibus, nisi obtenta gratia à Sanctissimo, vt latè in Bulla Pij V. in Bullar. nou. tom. 2. Constit. 9. pag. 186. De modo, & forma obseruanda à volente comparere, & se defendere in causa Homicidij habes Stat. rubr. 16. lib. 3. fol. 15. & dico in vers. Homicidium. Sed si quis condemnatus, aut bannitus capiatur, vel se constituat infra annum, & obtineat à Summo Pontifice, vel alias restitutionem, vel admissionem ad nouas defensiones firmis remanentibus indicijs ex contumacia resultantibus numquam hic Perusiæ fuit seruata illa opinio, quod ille teneatur probare suam defensionem precisè, sed fuerunt elisa indicia, prout elidi potuerunt, & demum aliqualiter tortus pro contumacia, & vbi nihil fassus fuisset, absolutus, & liberatus fuit, ita dixerunt DD. Causidici in eorum fide collegialiter facta sub die 23.
A Septembris 1586. A Si quis emisset bona banniti, seu condemnati debet satisfacere creditoribus illius, & potest contra huiusmodi emptorem instrumentum crediti exequutioni demandari perinde, ac contra bannitum ante commissum delictum Stat. rubr. 67. lib. 2. fol. 35. vbi habetur etiam quomodo fiat venditio bonorum huius-
B modi banniti. B Receptatores Bannimentorum puniuntur Stat. rubr. 132. lib. 3. fol. 47. & rubr. 185. eod. lib. fol. 59. & in Hospitibus Stat. rubr. 133. eod. lib. 3. fol. 48. Excipiebantur ascendentes, & descendentes, & vxor in d. rubr. 132. lib. 3. & simplex, & non dolosa receptio non erat punibilis ex literis Sacræ Consultæ sub die 6. Iunij 1573. in 3. regist. fol. 73. sed secus est ex Constit. Sixti V. in Bullar. nou. tom. 2. Constit. 6. §. 14.
C pag. 461. C Banniti possunt impune offendi, & quidam etiam occidi Stat. rubr. 134. lib. 3. fol. 48. vbi in fine addit. limitatur hoc in eo, qui duceretur per familiam officialis, referendo se ad rubr. 122. d. lib. 3. fol. 23. & quod homicida possit impunè occidi Stat. rubr. 15. §. statuerunt iuncto. vers. & nihilominus. d. lib. 3. pag. 14. vbi etiam adest confirmatio Pontificia: vide literas Sacræ Consultæ sub die 20. Martij 1577. quæ sunt in Canc. Comm. lib. 5. Bannim. fol. 306.

## Adnotationes.

De Bannitis habes particularem tractatum *Hypol. de Marsilys* vltra illos *Iacob. de Arena*, & *Nell. à Sancto Geminiano*, qui sunt inter tract. impressos sub signo Aquilonis *tom. 11. part. 1. pagin. 355. & seqq.*

1 De ipsorum incapacitate † multa habentur in Constitutionibus Marchiæ, & in Bullis Pontificijs, & vide
*Non. cons. 93. Eug. cons. 69. lib. 1. Rota coram Seraph. decis. 376. & decis. 393. quæ sunt impressæ post cons. Farinacc. lib. 1. decis. 15. vbi aliqua ponit Addit.* & vide etiam *decis. 15. post d. consilia lib. 1. vbi etiam*
2 *Addit.* An Bannitus restitutus † recuperet amissa propter bannum vide *Odd. de restit. integr. quæst. 99. art. 1. num. 6. & seqq. Peregr. de Iur. Fisc. lib. 5. tit. 2. num. 33. & num. 54. vers. in hac. Farinacc. in Prax. quæst. 6. num. 37. Honded. cons. 67. num. 24. & seqq. lib. 1. Rota decis. 449. num. 8. par. 1. recent. & coram*
3 *Gonsaler. decis. 255. & decis. 313.* Præsumitur † obtinuisse gratiam remissionis dum fuit toleratus in Patria. *Rota coram Ludouis. decis. 371. num. 3.*
4 A Ad declarationem † huius Bullæ Pij V. vide
A etiam *Eugen. cons. 20. lib. 1.* & an restitutio concessa Bannito ad faciendas defensiones sit communis Fisco ad faciendas suas nouas probationes. *Odd. cons. 25.* qui distinguit.
5 B Non videtur hoc Statutum † discordare à Iure communi, quia sicut tenetur Fiscus ad debita Banniti tenetur etiam ipsius cessionarius. *Honded. cons. 38. num. 11. & seqq. lib. 2. Rot. decis. 107. num. 3. par. 1. recent. per Farinacc.*
6 C De receptante Bannitos † vide *Farinacc. in tract. crim. tit. de Consult. quæst. 133. cons. 37. lib. 1. & cons. 303. lib. 3.* & vide etiam *Honded. cons. 88. lib. 2.*
7 D Statutum huiusmodi † valet non solum quoad impunitatem, sed etiam respectu præmij, quod ex Constitutionibus generalibus Status Ecclesiastici conceditur occidentibus Bannitos vide latè *Baiard. ad Clar. in §. Homicidium. num. 188. & seqq. Farinacc. in tit. de var. & diuers. quæst. quæst. 193. & Paschal. de Viribus Patr. Pot. par. 4. cap. 3. num. 24. & seqq.* vide etiam, quæ in contingentibus casibus responderunt ex nostris Perusinis Doctoribus, præsertim *Non. cons. 98. & cons. 112. Eugen. cons. 22. lib. 1.* vbi refert Statuta nostra, Edicta Legatorum, Constitutiones Marchiæ, & Bullas Pontificias, & quod possit impune occidi non solum Bannitus, sed etiam de proximo banniendus. *Honded. cons. 111. num. 4. & seq. lib. 1.* vide tamen de hoc *Baiard. d. §. Homicidium. num. 197. & Farinacc. d. quæst. 103. num. 122.*
8 *& 123.* De Clerico, † qui vulnerauit Bannitum vide *Ambrosin. decis. Perus. 23. par. 1. & allegationes Io: Bapt. Cauat. apud Carpan. ad nou. Constit. Mediol. pag. 344.* De occidente Clericum vide *Farinacc. d. quæst. 103. num. 31. & seqq.* An liceat Bannito se defendere vide *Farinacc. quæst. 125. num. 114.*
9 *& seqq.* Quoad præmium concessum occidentibus, & capientibus Bannitos, de quo per *Farinacc. in d. quæst. 103. pluribus in locis, & cons. 53. lib. 1.* vbi multa ad rem vide etiam *Caball. resolut. crim. cent. 3. cas. 244.* vbi de remissione occidentis pariter Banniti, & an Ministris Iustitiæ premium debeatur vide eundem *cas. 279. & Farinacc. d. quæst. 103. num. 356.*

# BASTARDVS.

## SVMMARIA.

*Bastardis possunt relinquere Patres, non extantibus legitimis, quantum voluerint ex Stat. in princ. Sed vide num. 2.*

*Dos potest relinqui filiabus bastardis etiam stantibus legitimis ex Stat. vers. Si verò, & vide de Iure communi num. 3. & seqq.*

*Quæ dos mortua filia redit ad dotantem, seu hæredem num. 12. Declara vt num. 45.*

*Alimenta debent præstari bastardis à Patre ex Statut. ibid. & num. 5. 8. & seqq. & num. 16. & 30.*

*Duodecimam partem bonorum Patris, seu vnciam consequuntur bastardi etiã si non sit relicta ex Stat. in fine, & vide num. 17. & seqq. vbi præsertim an possit relinqui vnà cum alimentis.*

*Debetur etiam in bonis Aui num. 20.*

*Quid si sint plures spurij an debeantur plures vnciæ num. 22.*

*De quo tempore sit calculanda vncia num. 23.*

*An debeat detrahi prius æs alienum num. 24.*

*Mortuo filio an redeat ad heredes Patris num. 25. Limita vt num. 26. & 45.*

*An ista portio debeatur cum fructibus num. 27. & seqq.*

*Contrarietas in Statuto est vitanda num. 24. in fin.*

*Legitima debetur vnà cum fructibus à die mortis Patris num. 27. & vide etiam num. 37.*

*Fructus quando debeantur, vbi res debetur ipso iure num. 28. & num. 39. cum seqq.*

*Subrogatio intelligitur facta cum suis qualitatibus num. 29.*

*Fructus debentur ratione dominij num. 33.*

*Legitima debita legitimis, & vncia debita bastardo differunt num. 37. & seqq.*

*Fideicommissario quando debeantur fructus num. 40.*

*Emphiteuta licet cadat ipso iure, tamen non tenetur ad fructus ante declaratam caducitatem num. 41.*

*Legatario quando debeantur fructus num. 43. & seq.*

*Dominium ante effectualem traditionem non acquiritur num. 46.*

*Fructus tamen possunt deberi, vt num. 47.*

Bastardis filijs Patres, non existentibus legitimis, possunt relinquere tam in vltima voluntate, quam in contractu quid, & quantum voluerint Stat. rubr. 47. in princ. lib. 2. fol. 26. ^A Si verò extarent legitimi possunt relinquere fœminis bastardis dotem, ^B & masculis alimenta, ^C seu duodecimam partem hæreditatis, & sic vnciam tantum; ^D vt in d. Stat. vers. Fœminis autem, imò in vers. Quam duodecimam disponitur, quod dicti Bastardi hanc vnciam debeant consequi, & habere etiam quod ipsis non relinqueretur à Patribus. De legitimato dicam ver. Legitimatio.

A
B
C
D

## Adnotationes.

1 De illegitimis, & natalibus restitutis liberis † adest tractatus *Io: Baptista Lupi Florentini*, & ante eum de nothis, & spurijs ediderunt tractatus *Benedictus Barzius Perusinus*, & *Gabriel Paleottus*, qui sunt impressi inter tractatus sub signo Aquilonis *tom. 8. par. 2. fol. 24. & seqq.*

2 ^A An hoc Statutum reddens † capaces succedendi valeat respectu spuriorum, negatiuè, concludunt in specie huius Statuti. *Odd. cons. 5. num. 5. & seqq. Hond. cons. 68. num. 30. & seqq. lib. 1. & Eug. cons. 57. lib. 1. & cons. 45. & cons. 46. lib. 2.* & admittit etiam *Non. cons. 28. num. 11. & seqq.*

3 ^B Statutum hoc disponens, † quod Pater possit filiabus spurijs dotem congruam constituere, est conforme Iuri communi, vt apparet ex congestis per *Rolan. cons. 74. num. 43. lib. 1. cum alijs per Lup. de Illegitim. comm. 2. §. 1. num. 15. & seqq.* quod

4 tamen intelligendum est, dummodo † dos constituta non sit excessiua; nam data excessiuitate posset ab hæredibus Patris in excessu repeti, non tamen viuente marito, cui dos data fuit, cum illam habeat titulo oneroso pro supportandis oneribus matrimonij *l. pro oneribus. C. de iur. dot.* sed postquam ad filiam dos reuersa fuerit, cum ipsa illam habuerit titulo lucratiuo, vt multorum auctoritate firmat *Rol. d. cons. 74. num. 49. lib. 1. cum alijs per Lup. videndum d. §. 1. num. 45. & seqq.* Et cum ista facultas, quæ datur

5 Patri præstandi alimenta † suis filijs spurijs ex quocumque coitu progenitis, sit fundata super æquitate Iuris canonici. *Rol. d. cons. 74. num. 44.* prouenientes *ex cap. cum haberet de eo, qui dux. in vx. quam poll. per adult. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 5. num.* 1. eadem æquitate dicendum est fuisse motos statuen-

6 tes † ad disponendum, vt Pater possit suis filiabus ex quocumque coitu progenitis dotem constituere, cum illa detur, & assignetur loco alimentorum. *Lup. Hyspan. ad cap. per vestras in 2. notab. num. 18. & in 3. notab. §. 33. num. 12. de donat. int. vir. & vxor. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 10. num. 9.* & proinde dos

7 † ista non potest excedere modum alimentorum. *Rol. d. cons. 74. num. 46. Surd. d. quæst. 10. num. 17. &*

8 *seqq.* sicut Pater † non potest filio spurio relinquere legatum excedens modum alimentorum. *Bart. in l. fin. num. 7. ff. de his quib. vt indign. Soc. iun. cons. 130. num. 3. lib. 2. Paris. cons. 9. num. 3. lib. 2. Dec. cons. 576. num. 2. Menoch. cons. 60. num. 7. lib. 1.* & quia-

9 tenus leget † vltra modum alimentorum, tale legatum reduci debet ad alimentorum necessitatem. *Sim. de Præt. de interpr. vlt. volunt. lib. 4. interpr. 1. num. 28. fol. 173. Surd. d. quæst. 10. num. 15. & tit. 2. quæst. 13. num. 10.* Prout etiam tale legatum reuo-

10 caretur, † si spurius efficeretur diues; vel haberet aliunde, vnde se aleret, puta ex redditibus beneficiorum. *Dec. d. cons. 576. Crauett. cons. 193. num. 11.* & ex aliquo honesto artificio. *Bart. in l. 1. num. 4. C. de mendic. valid. lib. 10. Caccialup. in l. si qua illustris num. 93. C. ad S. Cons. Orfic. Lup. Hyspan. d. §. 33. sub num. 7. Bursatt. cons. 62. num. 17. lib. 1. Roland. cons. 54. num. 48. & seqq. lib. 2. Surd. d. tract. tit. 7. quæst. 6. num. 1. Lup. d. §. 1. num. 31. & seqq.* Ex qui-

11 bus infertur, quod cum Statutum hoc † non assignet filiæ spuriæ vnciam, sed tantum dotem, illa non possit prætendere vltra dotem, neque vnciam, neque quod ipsi suppleatur dos vsque ad concurrentẽ quantitatem vnciæ; cum enim hoc Statutum sit exorbi-

tans non ſolum à Iure ciuili, quo huiuſmodi filij ſpu-
12 rij † ſunt pœnitus incapaces bonorum Patris. *auth. ex complexu. vbi DD. C. de inceſt. nupt. Autb. licet. C. de natur. liber. Duen. reg. 266. Petr. Placa in epitbom. delict. lib. 1. cap. 41. num. 11. Menoch. de arbitr. caſ. 189 num. 16.* ſed etiam à Iure canonico, quo tales ſpurij digni facti ſunt ex æquitate, qui recipiant tantum alimenta. *d. cap. cum baberet. Surd. d. quæſt.*
13 *10. num. 5.* debet ſtrictè intelligi, † vt fœmina ſpuria vltra dotem non poſsit aliquid prætendere, & non extendi, vt habeat vnciam; prout habent maſculi, nec poſsit petere dotem ſibi ſuppleri vſque ad integram vnciam, ne ſit melioris conditionis, quàm ſit filia legitima, & naturalis, quod non eſſe iudicandum dicit *Surd. conſ. 216. num. 12. in fin. lib. 2.* Filia enim
14 legitima, & naturalis, † cui fuit conſtituta dos minor legitima ſibi debita, non poteſt durante linea maſculina petere illius ſupplementum, vt fuit diſpoſitum per Statutum *lib. 2. rubr. 45. §. item declaratur, & decernitur, in reformat.* & tamen firmiori iure de-
15 betur legitima † filiæ legitimæ, & naturali, quàm dos filiæ ſpuriæ, quod maximè inde apparet, quod legitima acquiritur perpetuò filiæ legitimæ, & naturali; dos verò data filiæ ſpuriæ non eſt duratura poſt mortem illius, nec ad eius hæredes tranſmittitur, ſed illa mortua redit ad dotantem, ſeu eius hæredes, quia conceſſa ob vnam cauſam debent ab illa reſtringi, & limitari. *l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2. Alex. conſ. 223. ſub num. 4. in fin. lib. 2.* & in his terminis ſcripſerunt Doctores quos refert, & ſequitur *Lup. d. tract. de illegit. comm. 2. §. 1. num. 48.* vbi multos allegat, dicentes hoc habere locum etiam ſi ex ipſa ſpuria extarēt filij *in verſ. & quod dicitur,* & declarat reſpectu mariti, quia ſaluum foret ipſi lucrum dotis, ex forma Statuti quæſitum, *vt per eum in verſ. Declaratur etiam,* & hæc omnia in facti contingentia deduxit Excellentiſsimus D. Ludouicus Cencius Perusinus Aduocatus Inſignis.

16 C Ad materiam alimentorum † debitorum etiam ſpurijs dixi aliqua in præcedenti adnotatione, & dicam in ſubſequenti, & multa tradit *Lup. de Illegit. comm. 2. §. 1. à num. 1.*

17 D De iſta portione, & ſic vncia † ex noſtro Statuto facit mentionem Rota *in Perusina Reintegrationis 9. Iunij 1625. coram Buratto,* quæ eſt in fine *deciſ. 65. num. 18.* & latius ſcripſit *Eugen. d. conſ. 45. num. 43. & ſeqq. lib. 2.* vbi dubitauit de validitate Statuti etiam reſpectu huius portionis. Fuit etiam in Rota Romana in cauſa *Perusina de Alphanis in deciſione ſub die 14. Decembris 1624. coram Reuerendiſſimo Coccino Decano,* quæ eſt impreſſa *poſt tract. Merlin. de legit.*
18 *deciſ. 125. num. 4. & 5.* dubitatum † an poſsit filio illegitimo relinqui vncia, & alimenta *ſub his verbis.* Quantum attinet ad ſecundum corpus bonorum: Marcellus prædictus legauit Io: Mariæ filio ſuo illegitimo florenos mille ſexcentos, computando in dicta ſumma florenos quingentos, qui fuerant dati ad cenſum nomine ipſius Io: Mariæ, & voluit reſiduum dicti legati demptis dictis florenis 500. ſolui ex quibuſdam bonis Pontis Vallis Cippi, quæ erant eius primæ vxoris, Vnde dum quæritur an iſta ſumma fuerit in hæreditate Marcelli, ad effectum, vt de illa ſit habenda ratio in ponenda ratione legitimæ Balthaſaris, cum vt dictum eſt, ſit portio bonorum non hæreditatis, ideò videndum eſt An iſtud legatum fuerit voluntarium, vel neceſſarium, quia ſi voluntarium, fuit in hæreditate, & de eo habenda eſt ratio ad effectum prædictum, ſi verò neceſſarium, ſecus eſt, quia tamquam æs alienum eſt detrahendum, & ideo nulla illius eſt habenda ratio cum legitima ſit portio bonorum, non hæreditatis, bona autem dicuntur deducto ære alieno. *Craſs. in d. §. legitima. quæſt. 1. num. 3.* Hoc dubium pendet ex duobus. Primò, vt videatur an huiuſmodi legatum excedat vnciam, filio enim naturali vncia relinqui poteſt etiam extantibus filijs legitimis. *Auth. quib. mod. natur. effic. ſui. §. illud tamen à nobis. verſ. ne igitur ſemper,* ita vt relicta vncia non poſſit amplius petere alimenta. *Paleott. de Notb. & Spur. cap. 38. num. 4.* quem refert, & ſequitur *Surd. de alim. tit. 7. quæſt. 10. num. 1. & ſeq.* quod eſt conforme *Statuto Perusino* diſponente, quod Pater filijs ſpurijs, aut naturalibus non poſſit relinquere vltra vnciam, qua relicta nō poſſint petere alimenta. Secundò pendet ex eo, vt videatur an filius naturalis poſſit habere vnciam, & alimenta, quando ſibi legatur à Patre, prout fuit factum in caſu iſto, Doctores enim prædicti, & Statutum firmant ſolùm, quod non poſſit habere vltra vnciam, & quod legata vncia non poſsit petere alimenta, quia Pater videtur voluiſſe compenſare. Si autem legentur vncia, & alimenta, nihil firmant, de quo eſt videndum, Nam ſi legatum vnciæ, & alimentorum ſubſtineretur, vtique legatum vnciæ eſſet voluntarium, & ſic de eo eſſet habenda ratio in ponenda ratione legitimæ Balthaſaris, ſuper quo poſſet particulariter videri. *Hactenus deciſio,* cumque cauſa fuiſſet poſtea repropoſita coram eodem *ſub die 2. Maij 1625.* quæ eſt pariter impreſſa *poſt d. tract. de legitim. deciſ. 126.* hæc ad materiam fuerunt ibi dicta *ſub num. 22. & ſeqq.* Circa ſecun-
19 dum caput † deciſionis difficultas conſiſtit in eo, quia Marcellus legauit Io: Mariæ filio naturali florenos 1600. nec non poſtea in Codicillis alimenta, vnde videndum eſt in iure, An iſtud legatum fuerit voluntarium, vel neceſſarium; ſi enim voluntarium de eo habenda eſt ratio in ponenda ratione legitimæ; ſi verò neceſſarium, ſecus eſt, quia legitima eſt portio bonorum non hæreditatis, bona autem non dicuntur niſi deducto ære alieno *ex alleg. per Craſs. in §. legitima. quæſt. 1. num. 3.* Quod debitum viſum fuit Dominis non voluntarium, ſed neceſſarium, cum Statutum Perusinum diſponat, quod Pater filijs ſpurijs, aut naturalibus non poſsit relinquere vltra vnciam, qua relicta ipſi non poſsint petere alimenta, iuxta diſpoſitionem Iuris communis, ſecundum quod filijs naturalibus vncia poteſt relinqui. *Auth. quib. mod. nat. effic. ſui. §. illud tamen à nobis. verſ. ne igitur ſemper. Paleott. de Notb. & Spur. cap. 38. num. 4.* quem refert, & ſequitur *Surd. de Alim. tit. 7. quæſt. 10. num. 1. & ſeqq.* Ideo cum non probetur huiuſmodi legatum excedere vnciam, vtique debitum fuit neceſſarium, nam aut vncia, aut alimenta debentur filijs naturalibus tam ex diſpoſitione Iuris communis, quàm ex diſpoſitione Statuti. Neque obſtat, quod Pater vltra vnciam reliquerit alimenta, & vtrumque de iure non debeatur, quia *Guttierez Ciuil. quæſt. lib. 2. quæſt. 109. per tot.* diſputat hunc articulum in terminis legis Tauri, in qua diſponitur, quod quinta pars relinquatur filijs, & quærit quid ſi quintum ad ali-

menta

menta non sufficiat, vtrum possit Pater quid vlterius pro alimentis relinquere *& num.* 1. *&* 2. refert Doctores hinc inde pugnantes, & tandem concludit cum distinctione *Molin. de Primog. Hyspan. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 53. quod aut relictum vltra quintum tendit, vt filius alimentetur iuxta dignitatem, vt scilicet si quintum ad hoc non sufficiat, aut iuxta necessitatem, vt si quintum sufficiat, primo casu non valet, secundo valet; Hinc in proposito, aut legatum alimentorum sustinetur, aut non, & ideò satis est, quod vtroque casu legatum vnciæ sit debitum necessarium, cum illa relinqui debeat, quia si sustinetur vtrumque de Iure debetur, si non sustinetur firmo remanente legato vnciæ, alimenta postea relicta non debentur, vt benè *Guttierrez loco allegato*. Hæc sunt verba dictæ decisionis. Pro intelligentia huius Statuti est etiam aduertendum, quod cum ista duodeci-
20 ma, seu vncia † succedat loco alimentorum, sicut Auus tenetur alere nepotes spurios ex filio legitimo, & naturali præmortuo, vt multorum auctoritate dicit *Vinc. de Franch. decis.* 283. *num.* 13. *Surd. de alim. tit.* 1. *quæst.* 12. *num.* 6. *& seqq.* ita etiam tenebitur illis præstare vnciam; Nec refert, quod Statutum imponat hoc onus dumtaxat Patribus, quia in Iure
21 Patris † appellatione venit etiam Auus. *l. iusta interpretatione. & ibi glos. ff. de verb. signif. cum alijs per Surd. d. tract. tit.* 6. *quæst.* 8. *num.* 16. Sed an, si sint
22 plures filij spurij, † plures debeantur vnciæ, videlicet singulis vna vncia, an verò vna tantum inter singulos diuidenda, & vnicam tantum deberi inter omnes distribuendam concludendum est, inspecto non solum Iure communi per *tex. in l.* 2. *C. de natural. liber. & in §. consideremus. Auth. de trient. & semiss.* sed etiam hoc nostro Statuto in *§. quibus filijs*, ibi, *dummodo non excedat duodecimam partem hæreditatis*, & in fine, ibi, *& vltra dictam duodecimam partem*, quod est valde rationabile; non enim est iudicanda magis fauorabilis vncia danda filijs spurijs, & illegitimis, quam sit legitima debita filijs legitimis, & naturalibus, quibus etiam pluribus vna dumtaxat legitima debetur inter omnes distribuenda, alias posset sequi absurdum, quod si extarent plures filij spurij, plus consequerentur illi pro vncia, quam legitimi, & naturales pro legitima. Sed rursus dubitatur
23 de quo tempore † sit calculanda ista vncia, *& Surd. cons.* 216. *num.* 7. *& seqq. lib.* 2. distinguendo concludit, quod si relinquatur per testamentum, vel aliam vltimam voluntatem illa sit calculanda iuxta tempus mortis testantis, quo tempore testamentum confirmatur *cap. cum Martha de celebr. Miss.* si autem vncia per donationem, vel alium titulum detur inter viuos calculari debeat iuxta tempus dationis, ex quo statim debetur vbi id optimis rationibus confirmat.
24 An autem ante calculationem vnciæ † sit detrahendum æs alienum Patris, prout detrahi debet in calculanda legitima filiorum legitimorum, & naturalium, *l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoff. testam.* pro affirmatiua attento iure communi, scilicet, quod sit prius detrahendum æs alienum, & de residuo dandam vnciam concludit *Surd. d. cons.* 216. *num.* 16. isto enim iure naturalibus debetur duodecima bonarum. *d. l.* 2. *C. de natural. liber. & d. §. consideremus. Auth. de trien. & semiss.* & bona dicuntur detracto ære alieno. *l. subsignatum. §. bona. ff. de verb. sign. cum alijs congestis ibi per Surd.* attento autem hoc nostro Statuto aliqua subesse posset dubitatio, cum in eo dicatur, quod istis illegitimis Pater possit relinquere duodecimam partem suæ hæreditatis, ex quo hæreditatis nomen includit etiam debita. *l. hæreditas. ff. de verb. sign.* cęterum hoc etiam iure esse prius detrahendum æs alienum Patris, & de residuo consignandam vnciam, suadent verba ipsius met Statuti *in §. quam duodecimam* ibi *habere debeant de bonis, & rebus Patris.* Nec obstat verbum illud *hæreditatis* superius expressum, quia interpretari debet pro bonis, prout aliquando etiam in iure accipitur. *l. quæsitum. §. si seruus. & ibi not. Bart. ff. de leg.* 2. *Soc. cons.* 125. *in fin. lib.* 3. ita enim accipiendo reducimur ad terminos Iuris communis, a quo videtur, quod Statutum hoc debeat interpretationem recipere. *l.* 2. *C. de nocal. ibi. Bart. in l.* 1. *§. lex falcidia. ff. ad l. falcid.* & saluamus hoc Statutum à contrarietate, quæ quantum fieri potest est vitanda *l. vbi repugnantia. & ibi DD. ff. de reg. iur.* & quacumque interpretatione excludi debet. *Bart. in l. fin. §. idem quæsit. num.* 5. *ff. de cond. indeb. cum alijs per Surd. decis.* 322 *num.* 56.
25 Hæc tamen vncia non ita datur spurio, † vt illius dominium, & proprietatem acquirat, adeò vt possit eam ad suos hæredes transmittere, sed ipso mortuo redit ad hæredes Patris, qui illam dedit, quod comprobatur. Primò, quia illa datur loco alimentorum, & pro alimentis, vt dicitur in hoc Statuto *§. quam duodecimam*, vnde dicendum est illam, vel esse subrogatam in locum alimentorum, & propterea quod debeat assumere eorum naturam. *l. si cum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. DD. in §. fuerat inst. de act.* & proinde sicut alimenta finiuntur morte alimentarij. *l. cum ij. §. modus. ff. de trans. l. mela in princ. ff. de alim. & cib. leg. Cephal. cons.* 671. *num.* 3. *lib.* 5. Ita quoque vncia debeat morte spurij finiri, vel dari ob causam alimentorum, & similiter debeat finire finita causa alimentorum per mortem spurij. Ista enim Statutaria dispositio, cum sit facta ob causam alimentorum, videtur astringenda, vt vltra eam nihil comprehendat. *Anch. cons.* 254. *num.* 4. *signanter in vers. pone tamen.* sed debet à dicta causa regulari, & limitari, concessa enim ob vnam causam debent ab ea restringi, & coarctari; & proinde, cum ob mortem spurij cesset causa, ob quam vncia illi est data, debet etiam cessare ipsa datio; & vncia redire ad dantem, vel eius hæredes. Secundò facit ratio, quam considerat. *Ant. Cordub. in l. si quis à liberis. §. idem rescripsit. num.* 71. *ff. de liber. agnosc.* vbi post *Bar. & Rebuff.* affirmat, quod si spurio detur fundus pro alimentis, censetur datus loco pignoris, vt sit securus de alimentis, vnde nec alienare, nec ad hæredes transmittere illum potest, vt subdit ibi *Corduba num.* 73. Tertiò hæc conclusio confirmatur hac ratione; certum est, quod isti spurij, maximè si sint procreati ex damnato coitu, de quibus etiam loquitur Statutum hoc, sunt omnino incapaces dominij, & proprietatis bonorum paternorum, sed de æquitate canonica facti sunt habiles, qui possint ex bonis Patris consequi alimenta, *vt dixi supra num.* 12. quam æquitatem fuerunt etiam amplexi statuentes, qui pro alimentis, & loco alimentorum disposuerunt spurijs prædictis esse assignandam duodecimam partem bonorum Patris, & proinde talis duodecima non datur illis, nisi

vt ex ea consequantur alimenta, & consequenter non possunt illam transmittere ad hæredes. Propter quas, & alias rationes hanc conclusionem firmatur. *gloss. in l. cum. y. §. si vni in gloss. 1. ff. de trans. Bald. in l. cam quam. num. 44. C. de fideic. Dec. cons. 511. num. 9. Galean. cons. 59. num. 31. in fine, & ibi Suscrib. cons. 60. num. 3. & cons. 62. sub num. 17. Alex. qui test. tur de communi cons. 7. num. 6. vers. Nec dicat. lib. 3. Menoch. de arbitr. casu 60. num. 16. Crau. cons. 602. num. 41. lib. 4. Gabr. in tit. de alim. concl. 1. num. 28. Grass. de success. §. legitim. quæst. 6. num. 11. Surd. de alim. tit. 5. quæst. 7. num. 31.* & in specie huius vnciæ ex nostro Statuto respondit *Hond. cons. 99. num. 66. & seq. lib. 1.* & pro eo allegari possunt omnes ij, qui firmant, quod dos data à patre naturali filiæ spuriæ non transmittatur ad hæredes ipsius spuriæ, sed ea mortua redeat ad patrem, vel eius heredes eadem ratione, quia tam vncia, quàm dos datur pro alimentis, & loco alimentorum, vt dicunt præfati Doctores, & in specie *Surd. de alim. dicta quæst. 7. num. 31.* Nec obstant verba illa Statuti nostri, *eam consequi, & habere debeant*, quæ videntur intelligenda cum effectu dominij. *Ceph. cons. 312. num. 74. lib. 3. Berr. fost. cons. 331. num. 46. lib. 3.* Quoniam ex dictis verbis Statuti non potest inferri expressa dispositio respectu acquisitionis dominij, sed dumtaxat, quod spurius debeat realiter, & cum effectu consequi, & habere dictam vnciam pro alimentis, & loco alimentorum; & quod Statutum expresse non dicit, nec nos dicere debemus. *arg. l. vn. §. sin autem ad deficientis in fin. C. de caduc. toll. Ceph. cons. 277. num. 16. lib. 2.* & multò minus, quia subiecta materia repugnat, ex quo spurius est incapax proprietatis bonorum patris, vt supra dictum est, nec ex verbo illo, *habere*, potest de necessitate inferri ad acquisitionem dominij, cum illud verificetur etiam in simplici possessione. *Decian. cons. 108. num. 39. & seq. lib. 1. & dixit Rota in Perusina Spolij 4. May 1612. coram Emmentissimo Cardinali Pamphilio*, imò nudam detentionem *l. stipulatio ista. §. habere. ff. de verb. oblig. & ibi Imol & Ias.* Et cum ista opinione transeundum putabat ex prædictis Præstantissimus huius nostræ Ciuitatis Aduocatus *D. Ludouicus Genesius* licet super hoc eodem Statuto contrarium scripserint *Turrett. cons. 31. lib. 1. & Eugen. cons. 45. num. 63. & seqq. lib. 1.* & aliqua pro hac opinione deduxit *Vinc. de Franch. decis. 283.*
26 *à num. 7.* Limita tamen † hanc opinionem non procedere, si pater assignando spurio vnciam expresse disponat, quod illa transire debeat ad hæredes filij, potest enim hoc Pater facere, dummodo expresse caueat. *Bart. in l. fin. num. 7. ff. de his quib. vt indign. Abb. cons. 50. sub num. 3. & cons. 115. num. 4. lib. 2. Bal. Nouell. de dote special. 16. num. 5. vers. sed quid si pater, & alij congesti per Gabr. in tit. de alim. concl. 1. num. 40. sequuntur Turrett. d. cons. 31. num. 24. lib. 1. Surd. d. tit. 5. quæst. 7. num. 21. & seqq.* Suboritur etiam alia dubitatio non incongrua, An scilicet filio
27 spurio debeantur fructus † vnciæ pro eo tempore, quo nec ipsam, nec alimenta fuit consequutus. In qua licet prima facie videretur concludendum fructus prædictos deberi. Primò, quia sicut legitima, quæ debetur pro alimentis vna cum fructibus à die mortis Patris soluenda est. *Glos. in l. fideicommissariam, & ibi Alex. ff. ad trebell. Doctor. & signanter Bart. & Castr. in l. Papinianus. §. unde si. ff. de inoff. testam.* etiam nulla præcedente interpellatione *Natt. cons. 156. num. 6. & 11. lib. 1.* etiam si fructus essent bona fide consumpti. *Bald. in l. non est ambiguum. num. 1. C. fam. hercisc. Soc. sen. cons. 57. num. 9. lib. 2. Rum. cons. 26. num. 22. lib. 2.* & respondit Rota in *Perusina Supplementi legitimæ 14. Maij 1607. coram R. P. D. meo Vbaldo*, ita etiam vncia, cum ipsa quoque debeatur pro alimentis, *Surd. de alim. tit. 1. quæst. 39. num. 12. & tit. 9. quæst. 12. num. 6.* & dicitur in hoc Statuto in *§. quam duodecimam*, erit consignanda vnà cum fructibus. Secundò, quia ea, quæ debentur ipso iure statim, † & non expectata petitione,
28 vel alio extrinseco facto hominis vnà cum fructibus debentur. *glos. in §. 3. in verb. Iungimere. Auth. de triente, nume. 1. & seq. in l. si vnquam. in vers. Reuertatur num. 348. C. de reuoc. donat.* Sed vncia vigore dicti Statuti in *§. quam duodecimam*, debetur ipso iure, ergo debetur vnà cum fructibus. Quibus tamen non obstantibus contraria opinio, tamquam verior videtur amplectenda. Primò, quoniam dicta vncia, seu duodecima fuit per hoc Statutum subrogata in locum alimentorum *d. §. quam duodecimam* subroga-
29 tio autem, intelligitur facta † cum eisdem qualitatibus. *Io. de Amicis cons. 94. num. 5. Magon. decis. Luc. cons. 54. num. 26.* ergo quemadmodum alimenta præterita spuriis non debentur. *l. de alimentis, & ibi communiter DD. C. de transact. Anan. cons. 54. Ruin. cons. 80. num. 5. lib. 2. Thob. Non. cons. 83. num. 4. & 5.* ita etiam fructus vnciæ pro tempore præterito non deberi, nec peti posse dicendum est. Secundò,
30 quia cum vncia, vt dictum est, sit à Statuto † concessa ob causam alimentorum, debet à dicta causa moderari, & limitari. *Bald. in l. cam quam. num. 41. C. de fideic.* cum alijs supra citatis *num. 25.* & hinc, si Pater aliquid relinquat filio spurio pro alimentis, (quod permittitur ex dispositione. *cap. cum haberet de eo, qui dux in vx. quam poll. per adult.*) dummodo relictum non excedat modum alimentorum. *Bald. in l. fin. ff. de his quib. vt indign. cum alys per Lup. ad e, per vestras in 3. notab. §. 24. num. 1. de donat. int.*
31 *vir. & vx.* ) si spurius efficiatur diues, † vel ex aliquo honesto artificio possit sibi alimenta quærere, cum cesset causa relicti, debet etiam relictum ipsum cessare. *Caccialup. in repet. l. si qua illustris. num. 93. C. ad Orfic.* qui post alios, quos allegat, dicit hoc dictum singulariter notandum, & illud sequitur dicens valde notabile. *Lup. d. 3. notab. §. 23. sub num. 7.* & congruit cum ea Doctorum conclusione, quæ ha-
32 bet, quod alimenta † debita ex dispositione legis Statuti, vel Iudicis peti non possunt ab eo, qui habet aliunde, vnde se alat *ad l. si quis à liberis. §. solent, & §. sed si filius. & ibi Bart. num. 1. ff. de lib. agnosc. idem Bart. in §. discretis. num. 3. Auth. quib. mod. natur. effic. sui. Rum. cons. 80. num. 5. lib. 2. Rol. cons. 55. num. 5. lib. 2.* & propterea, cum ille spurius pro tempore præterito habuerit, vnde alimenta perceperit, & vixerit absque eo, quod contraxerit æs alienum, non potest fructus vnciæ pro dicto tempore iure prætendere. Tertiò, quia fructus debentur ratio-
33 ne † dominij, & ad eum spectant, qui est rei dominus. *Ceph. cons. 63. num. 3. cons. 131. num. 14. cons. 215. num. 49. Mar. Anguisc. cons. 32. num. 71. Menoch. cons. 201. num. 23. & cons. 300. num. 5.* & propterea

terræ dicuntur dominij, & proprietatis acceſſorij.
*Ceph. conſ. 3. num. 61. lib. 1.* ſed dominium iſtius duo-
34 decimæ partis, † ſeu vnciæ, bonorum Patris eo vi-
uente ſpectat ad ipſum, eo autem mortuo ad illius
hæredes ipſis acquiſitum propter immixtionem in
paterna hæreditate per eos factam. *Ruin. conſ. 51.*
*num. 6. lib. 2. late Craſ. de ſucceſſ. §. hæreditas. quæſt.*
*2. num. 1.* ergo fructus præfatæ duodecimæ non poſ-
35 ſunt deberi ipſi ſpurio, niſi forte à die, † quo cœpit
agere pro vnciæ conſecutione, & litem fuit conteſta-
tus ratione moræ. *Craſ. d. tract. §. legatum. quæſt. 71.*
*verſ. ſcias etiam. Pariſ. conſ. 83. num. 19. lib. 2. Bur-*
*ſatt. conſ. 44. num. 11. lib. 1. Ceph. conſ. 50. num. 1.*
*& 10. lib. 1.* Neque obſtant ea, quæ in contrarium
fuerunt allegata nam ad primum Reſpondetur. Pri-
36 mò negando, quod legitima debeatur † pro alimen-
tis. contrarium enim firmat *Corn. conſ. 5. 8. num. 5.*
*in fin. & num. 6. lib. 1.* de qua re latè *Cuiech. in tract.*
*de legitim. in tit. legitima nullum grauamen admittit.*
*num. 95. & infra vſque ad fin. fol. 133.* Secundò Re-
37 ſpondetur, quod inter legitimæ, & vnciæ † non
eſt in propoſito par ratio. diſparitas autem in hoc
maximè conſiſtit; quia ſtatim à die mortis Patris do-
minium legitimæ ipſo iure filio acquiritur. *l. cum*
*quæritur. §. ſcimus. C. de inoff. teſtam. Natt. conſ. 156.*
*num. 6. Ruin. conſ. 55. ſub num. 6. lib. 2.* & ideo ex
illa die incipit deberi. *l. quoniam in prioribus. C. eod.*
*tit.* & propterea ex illa die debetur vnà cum fructibus.
*Ruin. d. num. 6. Soc. iun. conſ. 284. num. 14. lib. 2.*
*Finneg. ad l. in quartam. num. 362. ff. ad l. falc.* ità
vt debeantur etiam fructus conſumpti. *d. l. cum quæ-*
*ritur. auth. nouiſſima, & ibi Iaſ. num. 7. C. de inoff.*
*teſtam. & ibi Viuq. pro communi num. 285. Cephal.*
38 *conſ. 46. num. 12. lib. 1.* Diuerſum eſt in vncia, † quo-
niam illius dominium tantum abeſt, vt tranſeat in
ſpurium ipſo iure, vt potius ſit penitus illius incapax
*auth. ex complexu C. de inceſt. nupt.* & ſupra deductum
fuit. Et pro illa conſequenda competit ſpurio pro
ſuis alimentis condictio ex Statuto, quæ non com-
petit domino. *l. fin. in fin. ff. de vſufr. quemadm. caue.*
*per quem tex. Ruin. d. conſ. 55. num. 7.* & vbicunque
aliquid ex legis diſpoſitione debetur, debitor non
conſtituitur in mora, niſi præcedente ſaltem inter-
pellatione extraiudiciali. *Alex. conſ. 7. num. 11. verſ.*
*ſed poſito lib. 2.* natura enim actionum perſonalium,
qualis eſt condictio ex lege. *Bar. in l. 1. ff. de cond. ex*
*leg. Bald. conſ. 332. num. 3. lib. 3.* requirit moram
*Aug. conſ. 101. num. 1. verſ. ſequitur videre.* Ad ſe-
cundum reſpondetur. Primò, quod non tranſit ſine
39 difficultate id, quod dicitur in obiecto, † ſcilicet,
quod ea, quæ debentur ipſo iure, debeantur vnà cum
fructibus ſine petitione, & interpellatione, contra-
rium enim ſentiunt multi *in d. l. ſcimus, & ibi gloſ. in*
*verb. ipſo iure, & DD. in l. ſi conſtat. & ibi etiam gloſ.*
*in ver. ipſo iure C. de compenſ. latè Tiraq. alios conge-*
*rens in d. verb. Reuertatur. num. 10. & ſeqq. Crau.*
*conſ. 212. num. 2. Finneg. in d. l. in quartam num. 27.*
vbi teſtatur de magis communi. Nam in aliquibus
40 caſibus fideicommiſſum † debetur ipſo iure. *Burſ.*
*conſ. 44. num. 11. & ſeqq. lib. 1. Mantic. de coniect.*
*ult. vol. lib. 7. tit. 10. num. 30.* & tamen illius fructus
non debentur ante interpellationem. *Burſ. d. num. 11.*
*Pariſ. conſ. 83. num. 19. lib. 2. & conſ. 53. num. 25.*
*lib. 3. Ceph. conſ. 49. num. 18. & ſeq. & conſ. 50. num.*
*1. & 10. vbi de communi lib. 1.* Item emphiteuta non
41 † adimplens requiſita *in l. fin. C. de iur. emphit.* ca-
dit ipſo iure ab emphiteuſi *d. l. fin. in fin. & ibi gloſ.*
*in ver. cadit,* & tamen fructus rei, quæ cadit in com-
miſſum, non debentur niſi à die declaratæ caducita-
tis. *Burſ. conſ. 153. num. 17. & conſ. 254. num. 27.*
*lib. 2. Benint. deciſ. 37. Canale de vſufr. mul. relict.*
42 *num. 188.* ſed ſpurius † non ſolùm non acquirit ipſo
iure dominium vnciæ, imò propter incapacitatem
illi acquiri non poteſt, vt dictum eſt, meritò non po-
teſt ſtatim deberi vnà cum fructibus. Secundò re-
ſpondetur, quod tunc debentur vnà cum fructibus
43 † ea, quæ debentur ipſo iure, quando res debita eſt
eius naturæ, & conditionis, vt illius dominium tranſ-
feratur in creditorem ipſo iure ſtatim, atque incipit
deberi, vt contingit in legato ſpeciei, cuius domi-
nium ſtatim à die mortis teſtatoris tranſit ipſo iure
in legatarium. *l. à Titio. ff. de furt. l. ſi tibi homo. §.*
*cum ſeruus. ff. de leg. 1. Ruin. conſ. 153. num. 4. lib. 5.*
*Ceph. conſ. 49. teſtans de communi num. 22. lib. 1.* vn-
de debetur legatario vnà cum fructibus etiam ante
moram nulla præcedente interpellatione. *l. legatum*
*in 1. ff. de leg. 1. Craſ. pro communi, & magis commu-*
*ni de ſucceſſion. §. legatum. quæſt. 71. verſ. ſcias etiam.*
44 ſecus verò, quando dominium † rei debitæ non tran-
ſit in creditorem ipſo iure, ſed ad illius acquiſitionem
requiritur aliquod factum extrinſecum, vt accidit in
legato vniuerſitatis, quod licet incipiat deberi à die
mortis teſtatoris. *l. ſi ſeruus ff. de noxal. action.* illius
tamen dominium non tranſit in legatarium niſi ſe-
quuta traditione. *Bar. in l. 1. ff. de leg. 1. Ruin. d. conſ.*
*153. num. 4. lib. 5. Ceph. d. conſ. 49. num. 20. & 23.*
*& communem omnium dicit Bolognett. in d. l. 1. num.*
*264.* & ideò fructus illius non debentur niſi poſt mo-
ram. *Craſ. pro communi in dicta quæſt. 71. verſ. ſcias*
*etiam.* In legato autem partis bonorum dominium
non tranſit in legatarium ipſo iure ſecundum com-
munem, de qua teſtantur relati à *Craſ. d. §. legatum.*
*quæſt. 69. num. 10.* vnde cum vncia ſit duodecima
pars bonorum Patris illius dominium non tranſit ip-
ſo iure in ſpurium, prout nec tranſire poteſt ab inca-
pacitatem ipſiuſmet ſpurij. *auth. ex complexu. C. de*
*inceſt. nupt.* & ſupra fuit dictum. Limitari autem de-
45 bet iſta, & proxima præcedens † concluſio, nec non
illa, in qua dictum fuit, quod dos data filiæ ſpuriæ non
tranſmittitur ad illius hæredes, ſed ea mortua redit
ad Patrem dotantem, vel ipſius hæredes, vt non pro-
cedant, quando ſpurio, vel ſpuriæ fuiſſet de conſenſu
conſignatum certum prædium pro vncia, aut dote,
vel potius pro illorum alimentis æquiualens eorum
vitæ facto computo, & æſtimatione iuxta terminos.
*l. hæreditatem. ff. ad l. falc.* prout contigerat in caſu,
in quo conſuluit *Turrett. conſ. 31. lib. 1.* vt colligitur
ibi per diſcurſum, & ſignanter *num. 27.* hoc enim ca-
ſu, cum ille fundus fuerit datus quaſi pro precio ali-
mentorum, ſicut alimenta, quæ ſingulis annis ſpu-
rius, vel ſpuria percepiſſent, illis fuiſſent acquiſita
etiam quoad proprietatem, ita vt ad Patrem, vel il-
lius hæredes redire non poſſent, nec deberent, eadem
ratione prædium, quod datum fuit pro precio dicto-
rum alimentorum, per cuius dationem Pater, vel eius
hæredes remanſerunt liberati ab onere præſtandi ali-
menta in futurum, debet acquiri ipſiſmet ſpurio, &
ſpuriæ etiam iure dominij, & proprietatis, & conſe-
quenter

quenter poteſt tranſmitti ad proprios heredes, vt firmauit *Turrett. d. conſ. 31. lib. 1. & Vinc. de Franch. d. deciſ. 283. num. 16. vbi multos allegat, & num. 25.* Inita autem conuentione de prædio dando pro ali-
46 mentis, † iuxta æſtimationem, vt ſupra, licet fructus non debeantur ratione dominij; quod ante effectualem traditionem non fuit ſpurijs acquiſitum. *l. traditionibus. C. de pact. Corn. conſ. 50. num. 3. lib. 2. & conſ. 165. num. 3. lib. 3. Natt. conſ. 333. num. 17. lib. 3. Pont. Imol. conſ. 173. num. 17. Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 19. Menoch. conſ. 122. num. 78. lib. 2. Burſatt. conſ. 339. num. 5. lib. 3.* Debentur tamen ob
47 malam † fidem non adimplentium promiſſa in tradendo fundum conuentum, & ita procedunt dicta per *Turrett. d. conſ. 31. num. 35. & ſeqq.* & hæc etiam habui ab eodem Eruditiſſimo D. Ludouico Cencio.

# BLASPHEMIA.

### *SVMMARIA.*

*Blaſphemantes puniuntur ex Stat. & Bannimentis in princ.*
*Poſſunt offendi impunè verſ. Blaſphemi.*
*Condemnati non admittuntur in teſtes ibid. & num. 2.*
*Efficiuntur inteſtabiles ibid.*
*Iudeus blaſphemans à quo puniatur.*

DE Blaſphemantibus Deum, vel Beatiſſimam Virginem, & Sanctos vide Statut. rubr. 18. lib. 3. fol. 16. & inter Statuta D. Bernardini d. vol. 3. rubr. 213. fol. 64. vbi de multis ſpeciebus Blaſphemiæ, & illarum poenis. Puniuntur in Bannimentis Generalibus de ordine Sanctiſſimi publicatis num. 1. Blaſphemi poſſunt impunè offendi vſque ad mortem excluſiuè, & condemnati de dicto crimine non poſſunt ferre
A teſtimonium, ᴬ & efficiuntur inteſtabiles actiuè, & paſſiuè d. rubr. 18. in Addit. fol. 17. Denegatur iſtis audientia per ſex menſes à die condemnationis Stat. rubr. 213. §. & quod ſi talis lib. 3. fol. 63.

## Adnotationes.

1 Ad materiam † vide *Clar. in §. Blaſphemia, & Baiard. ad eum. Menoch. de arbitr. caſ. 475. Galganett. ad Stat. Vrb. lib. 2. cap. 42. Farinacc. de delict. & pœn. quæſt. 20.* Agit de Blaſphemia *Anton. Sanctarell. poſt tract. de Hæreſ. per multa capita, & cap. 6.* narrat pœnas contra Blaſphemos latas. De Iudeo
2 blaſphemante † qualiter ſit puniendus, & per quem Iudicem vide *Theſaur. deciſ. 241.* Defendit à pœnis blaſphemiæ reum, ex quo verba prolata per ipſum non importabant blaſphemiam, & ex alijs cauſis. *Camill. Borell. conſ. 43.* & vide aliqua per *Caball. reſolut. crim. cent. 3. caſ. 296.*
3 ᴬ Idem eſt in terminis † iuris communis. *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 90. num. 74.* & reſpondit *Honded. conſ. 10. num. 30. & 31. lib. 1.* vbi quod nec admittitur ad repellendos alios teſtes, *& conſ. 93. num. 45. & ſeq. lib. 2.* vbi etiam quod non ſit ſequuta condemnatio, & quod nec facit indicium ad inquirendum poſt *Farinacc. de teſtib. quæſt. 56. num. 414. & ſeqq.*

---

# CALX, ARENA.

### *SVMMARIA.*

*Calcem coquere, & Arenam importare ſoliti poſſunt ad hoc cogi ex Stat.*
*Saccula Calcis, & Arenæ cuius capacitatis eſſe debeant ex Stat. in fine.*
*Arena pro theatro, & loco certaminis num. 1.*
*Arenarij pro gladiatoribus, ibid.*
*De Calcis fabricatione Opuſculum num. 2.*

CALCEM coquere ſoliti poſſunt ad id cogi, ſicut etiam, qui conſueuerunt importare Arenam Stat. rubr. 78. §. præterea teneantur. lib. 4. fol. 23. Calcem nemo poteſt emere causa reuendendi d. rubr. 78. §. præterea nullus. d. lib. 4. Arenæ, & Calcis ſaccule cuius capacitatis eſſe debeant Stat. rubr. 118. §. omnia quæcumque. lib. 4. fol. 36.

## Adnotationes.

1 Arena † vltra propriam, & vulgatam ſignificationem, accipitur etiam à noſtris Iuris Conſultis pro theatro, & alio quocumque certaminis loco: hinc Arenarij pro gladiatoribus, vel cum beſtijs decertantibus. *l. ob carmen. §. ſi ea. ff. de teſtib. l. hac demum. ff. de oper. libert. Menoch. de arbitr. caſ. 413 num. 6.* Methaphoricè quoque Arena accipitur pro foro, quaſi qui cauſas agũt in forum deſcendant telis oratorijs, & argumentorum concertaturi. Seneca. hoc ita habitum eſt, inquit, ſcholam quaſi ludum eſſe, forum Arenam.
2 De Calcis fabricatione † Carmen elegantiſſimum ſcripſit antea à me laudatus Io: Baptiſta Laurus, quod quamuis huc pertinere haudquaquam videatur; quia tamen ad laudatiſſimi Ciuis mei laudem vtcumque pertinet, de illo hic meminiſſe ab re viſum non eſt.

# CAMERARIVS.

### *SVMMARIA.*

*Camerarij officium quale, quantum duret, & quid ipſi poſſint, vel non poſſint ex Stat. in princ.*
*Capi non poſſunt certis temporibus verſ. In die.*
*Inſacculatores non poſſunt aliquos in Camerarios eligere verſ. Inſacculatores.*
*Recipere tenebantur in Collegium quemlibet ſine ſolu-*

tione

OFficium Camerariorum est graue, & ponderosum, ita dicit Stat. rubr. 80. vol. 1. fol. 34. in princ. Durat per sex menses: quo officio durante non possunt eligi, vel assumi ad aliquod aliud officium, vel commissionem rubr. 88. in fin. lib. 1. fol. 40. Non possunt durante dicto officio directè, vel indirectè agere in eorum Tribunali contra aliquem occasione dicti sui officij, vel Arrengationis factae in Consilio, vide rubr. 152. lib. 3. fol. 51. Debent Camerarij accedere ad Consilia aliàs mulctantur rubr. 572. vol. 1. fol. 126. & rubr. 88. cum rubr. seq. eod. lib. 1. fol. 40. Nec possunt in huiusmodi Consilijs vices suas committere alijs d. rubr. 80. §. & qui nullus fol. 35. In die, quo fit Consilium, & audita Campana, & in die, quo fiunt Luminaria capi non possunt d. rubr. 81. in fin. & latiùs rubr. 83. eod. lib. 1. fol. 126. De illorum praecedentia, & numero in Luminarijs vide rubr. 92. lib. 1. fol. 41. Insaccelatores Camerariorum non possunt se met ipsos insacculare, nec filius patrem, nec patrem filius, nec aliquem stantem, vt dicitur, ad vnum panem, & vnum vinum, aliàs insacculatio, & electio non tenet rubr. 80. §. & qui fuerint. cum §§. seqq. lib. 1. fol. 34. & quod debeant insacculari, cauetur in Bulla nouae Reformationis Iulij II. in 5. registr. Cancell. Comm. fol. 33. vbi latè. Electio fit de Porta in Portam, & illa Porta, quae habuisset vna vice Camerarium, non debet illum denuò habere, donec quaelibet alia Porta, quae haberet Artifices decem, habuisset Camerarium d. rubr. 80. §. & quod electio. Et in effectu, qui fuisset Camerarius vna vice non potest esse inde ad triginta menses ibidem §. & qui esset, vbi limitatur, & declaratur etiam respectu Artis Lanae, Mercatorum, & Cambij §. haec autem. Qui fuit in vno sacculo, de eodem iterum trahi, & eligi non potest, & qui fuerit Camerarius in vno sacculo, non potest poni, nec insacculari in alio d. rubr. 80. §. item volumus in fin. Istud Statutum fuit moderatum per aliud Statutum rubr. 552. eod. lib. 1, fol. 123. vbi quilibet Collegiatus potest insacculari pro Camerario, non obstante quod fuerit Camerarius in sacculo praecedenti. Camerarij olim tenebantur, quando non habebant numerum completum, recipere quemlibet intrare volentem absque aliqua solutione rubr. 557. lib. 1. fol. 124. Numerus autem completus quando dicatur, vide rubr. 551. §. pen. eod. lib. 1. Sed licet per Statuta, seu Additiones aliàs de anno 1415. fuisset dispositum, quod volentes intrare aliquod ex his Collegijs Artium non deberent aliquid soluere, hoc tamen fuit reuocatum per Vicelegatum de anno 1431. & die 5. Decembris, vt in 1. registr. Canc. Comm. fol. 65. Non possunt officium Camerariatus habere minores viginti quinque annorum rubr. 80. §. & quilibet rector in fin. lib. 1. fol. 35. qui non haberet in bonis 30. libr. ad grossam, vel si non haberet possessiones, & bona stabilia valoris 200. libr. den. d. rubr. 80. §. & nullus, qui non habeat, vide rubr. 553. eod. lib. 1. fol. 123. Ille, qui ex vno egressus, & aliud Collegium ingressus fuerit, per tres annos Camerarius esse non potest rubr. 86. in princ. lib. 1. fol. 39. Ij, qui ex carceribus amore Dei excarcerati fuerint rubr. 188. vol. 1. fol. 65. Baiuli, aut illorum filij ipsis viuentibus rubr. 202. lib. 1. fol. 68. Qui non fuisset ipse, vel pater oriundus de Ciuitate, vel Comitatu Perusiae rubr. 80. §. & quod nullus possit. Vel quod libram non habuisset in Ciuitate, vel Comitatu Perusiae saltem per triginta annos. ille autem de Comitatu, si libram habuisset, & habitationem in Ciuitate, & inter ciues saltem per duodecim annos eadem rubr. §. nullus etiam possit, & melius in rubr. 203. fol. 68. Comitatenses enim nisi post duodecim annos à die obtentae Ciuilitatis rubr. 209. in fin. lib. fol. 70. Electio verò secus facta est nulla d. rubr. 80. §. & si in praedictis &c. Iurisdictio, & auctoritas Camerariorum est in cognoscendis, & terminandis litibus, & controuersijs, quae verterentur inter Artifices eius Artis, de omnibus, & singulis litibus tam occasione

Artis; etiam si appareret instrumentum; quàm si alia quacumque de causa; de qua non appareret instrumentum rubr. 81. in princ. libr. 1. fol. 36. Et lites, quæ verterent inter Artificem, & non Artificem de, & pro operibus suæ Artis, & ad ipsam Artem, & eius exercitium pertinentibus, & ab ea dependentibus. inter non Artificem agentem, & Artificem ex quauis causa, dummodo causa non pertineat ad exercitium alterius Artis, quo casu debet adhiberi Camerarius illius Artis. Causas, quas Artifices mouerent occasione alicuius solutionis per eos factæ, vel alicuius promissionis, & causa cuiuscumque mutui quacumque de causa, negociatione, ministerio, seu exercitio, talis solutio, promissio, vel mutuum proponeretur. In causis autem reconuentionis etiam de non pertinentibus ad eorum Artem, vt de omnibus prædictis apparet in dicta rubr. 81. §. 1. cum duobus seqq. fol. 36. vbi excipiuntur causæ super successionibus, vltimis voluntatibus, & dotibus, & super rebus stabilibus, nisi essent obligatæ occasione Artis, & causæ super instrumentis confectis de rebus ad Artem non spectantibus. Quod Statutum videtur confirmatum in 4. vol. sub rubr. 133. fol. 39. Extenditur etiam huiusmodi iurisdictio ad fauorem creditoris contra debitorem sui debitoris pro eisdem causis, super quibus idem primus debitor conueniri poterat etiam in hæredibus Artificum, ita vt ex personis hæredum Artificis, vel non Artificis conditio obligationis defuncti nullatenus mutetur ibidem §. item habeant iurisdictionem il 2. Datur etiam casus prorogationis in eorundem Camerariorum iurisdictionem, vt colligitur ex d. rubr. 81. §. & quod à sententijs fol. 36. De anno 1441. & die 24. Maij Gubernator præcepit, quòd Consules, & Auditores non possent cognoscere causas nisi de rebus, & causis eisdem permissis ex forma Stat. & nisi de prorogatione partium appareat, vt in decreto in 2. registr. Canc. Comm. fol. 7. In casibus tamen prædictis Artifices debent adire Camerarium suæ Artis, & non alium d. rubr. 81. & §. item habeant il 2. versi ita tamen. Et causa sic coram tali Camerario pendente, non potest eadem introduci coram aliquo alio Officiali, & tamen Camerarius potest ad illius expeditionem deuenire rubr. 133. vol. 4. fol. 39. Possunt, & debent præfati Camerarij cognoscere summariè, de plano, sine strepitu, & figura iudicij, & solemnitatibus Iudiciorum non seruatis, & sententiare diffinitiuè, vel interlocutoriè de Iure, vel secundum æquitatem, & bonam eorum consuetudinem d. rubr. 81. §. & in omnibus fol. 36. Debent tamen facta requisitione per partes expedire causam intra tres menses sub certa pœna rubr. 336. lib. 1. fol. 124. Habent iurisdictionem interdicendi Artificibus, quod non possint amplius operari pro illo, & ei inseruire, qui non soluit mercedem alij Artifici rubr. 54. lib. 4. fol. 16. Possunt ad libitum congregare eorum Collegia pro ipsorum negocijs; sed non plures simul Collegia sine licentia DD. Priorum rubr. 90. in fin. lib. 1. fol. 40. Camerarij etiam habent Matriculas, in quibus sunt diuersa particularia ordinamenta, & facultates, de quibus in ver. Collegia Artium. Quod autem causę non possint auocari à dictis Camerarijs, & quod debeant seruari Statuta, adsunt diuersa Breuia Summorum Pontificum registrata in 4. vol. Stat. rubr. 145. & seq. & præsertim Alexandri VI. sub rubr. 146. fol. 44. Habent authoritatem, & facultatem exequendi contra nolentes soluere tributum vulgò Dohanam, vt dicetur in ver. Collegia Artium. Non datur appellatio ab eorum sententijs, vt ibi §. & quod à sententijs, & dixi in ver. Appellatio.

## Adnotationes.

1 Camerarium esse Iudicem competentem † in his,
quæ pertinent ad Artem suam, secundum reforma-
tionem Communis Perusiæ super hoc editam, & quæ
adhuc practicatur, respondit *Bald. cons. 2. in princ.*
2 *lib. 5.* Ex potestate concessa à Statuto † DD. Priori-
bus, & Camerarijs non infertur, quod ipsi possint
corrigere, & derogare Statutis generalibus, nisi ex
causa superuenienti, quæ sit æqua, & rationabilis, &
nisi habeant potestatem corrigendi, vel derogandi
Statutis Populi, cũ Populi Statutum maius sit, quàm
Statutum Decurionum ita scriptum reliquit *Bald.*
*cons. 209. lib. 5.* & quia super hoc officio Camerariatus
3 † fuit dubitatum an esset admittendus. D. Petrus
Paulus de Natis eximius causarum Patronus ex Col-
legio Dominorum Causidicorum; ideo placuit ap-
ponere eius super hac re consultationem coram nunc
Eminentissimo Cardinali Vitrospio tunc huius Ciui-
tatis, & Prouinciæ Præside. est autem quæ sequitur.
Illustrissime, & Reuerendissime Domine; In hac Au-
gusta Ciuitate Perusiæ sunt quadraginta quatuor
Collegia, quæ à varijs Artibus nomina sortiuntur;
horum sextum in ordine est Collegium Petræ, & Li-
gnaminis, vt habetur in Statuto *rubr. 85. lib. 1.* ex
personis descriptis in vnoquoque Collegio creatur
quolibet triennio in refectione sacculi officiorum
Ciuitatis, certus numerus Camerariorum, qui sin-
gulis semestribus præsunt viris Collegiatis, vt dispo-
nit dictum Statutum sub *rubr. 80. in princ. lib. 1.* &
4 Ius dicunt † inter omnes super differentijs, quæ in
dies exoriuntur circa concernentia Artem, & exer-
citium, à quo Collegium ipsum nuncupatur, vt in
eodem Statuto sub *rubr. 81. lib. 1.* & tradit *Bald. in*
*tract. Statutorum in verb. Collegium,* & eodem tem-
5 pore iidem Camerarij sunt etiam Consiliarij † Ciui-
tatis ita disponente eodem Statuto *rubr. 74. & 224.*
*lib. 1.* In refectione sacculi dictorum Camerariorum
pro præsenti triennio incepto 1. Ianuarij currentis
anni 1624. Ego Petrus Paulus de Natis vnus ex ag-

gregatis

gregatis in Collegio Petræ, & Lignaminis fui propositus pro Camerario huius Collegij, sed quia nescio quis dixit me non esse capacem officij Camerariatus, ex quo sum V. I. D. ideo fui positus ad partitum, seu suffragia pro Camerario, dummodo mihi non obstaret gradus Doctoratus, & fui obtentus per decem, & nouem affirmatiua vota vno negatiuo non obstante, & deinde in album Camerariorum fui relatus. Postea fuit à nescio quo datum de lege per Illustrissimos DD. Decemuiros, Priores nuncupatos, promulgata, & per publicum Consilium approbata, & per Illustrissimum, & Reuerendissimum Præsidem confirmata die 19. Nouembris anni 1617. disponen-
6 te, † quod Secretarius, Cancellarius, Thesaurarius, Custos librariæ, Capserius, Officialis fontis, aut alia persona seruiens Palatio, non possit habere officia prouenientia à sacculo, sub pœna priuationis officiorum ipsis, & cuilibet ipsorum respectiuè concessorum, & per eorum quemlibet exercitatorum etiam ex titulo oneroso, & ex quauis alia causa. Et exhibita lege, illaque visa D. Locumtenens Criminalis, qui pro Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino meo Verospio Præside præerat sacculo conficiendo, mandauit meum partitum, & nomen deleri, & in locum meum proponi alium eiusdem Collegij, prout deletum fuit, & propositus, & obtentus alius ex Collegiatis. Cumque ego persensissem supra relatum
7 factum, & cognouissem per electionem † de me factam in Camerarium fuisse mihi ius quæsitum, vt tradit *Franc. in cap. Auaritia. § electus. num. 1. de elect. in 6.* & sequitur *Vincent. de Franch. decis. 539.* prouocaui, recursumque habui ad dictum Illustrissimum, & Reuerendissimum Præsidem, qui percepto facto, & quod alter electus erat descriptus in globo aureo Camerariorum designatorum, & publicandorum pro præsenti semestri, mandauit officium Camerariatus pro Collegio Petræ, & Lignaminis legi in albis, donec à Dominatione Sua Illustrissima fuisset prouisum. Modo ego insto declarari nullam, & quatenus esset aliqua reuocari vti iniustam sententiam D. Locumtenentis Criminalis, & subsequutam electionem cum omnibus inde sequutis, & pronunciari
8 electionem † meam validam, & iustam, meque esse Camerarium pro præsenti semestri, prout ita de iure fieri debere probat *Hostiens. in cap. 58. publicato. col. 3. vers. si tamen ad superiorem appelletur, & ibi Bald. num. 6. in fin. & num. 11. de elect.* Quod autem mea
9 electio fuerit valida † probatur eo ipso, quod contra eam aliqua non adducitur nullitas, cum actus in dubio præsumatur validè gestus. *Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 50. num. 20. & 23.*
10 Quantum ad iustitiam, ea deducitur, † quia cum ego essem ex Collegio Petræ, & Lignaminis, potui eligi in Camerarium eiusdem Collegij, ex dispositione Statuti sub *rubr. 80. lib. 1.*

Nec ad docendum de nullitate, & iniustitia ele-
11 ctionis † obstat, quod ego sim V. I. D. & Sindicus Ciuitatis, & quod vnus ex Dominis Imbussulatoribus, modò dicat se nõ reddidisse votum in meo scrutinio.
12 Quia Doctoratus dignitas † non me reddit inhabilem, cum nulla lex prohibeat, quod legum Doctor non possit consequi dignitates, honores, officia, & magistratus, & quotiescumque lex non prohibet, censetur concedere. *l. nec non. § quod ei. & ibi glos. sub verb. probibeant. vers. item nota hic. & l. ab ea. ff. de probat.*
13 Quinimò de Iure communi Doctores † præsertim Causidici, qualis ego sum (licet inter omnes minimus) possunt esse Decuriones, ita probat *tex. in l. 2. qui necessariò iuncta. glos. in verb. munera. C. de Ad-*
14 *uoc. diuers. Iudic.* & horum Decurionum loco † sunt Consiliarij nostri temporis, vt firmat *glos. in rubr. & in l. 2. in ver. Decurionibus. C. de Decur. lib. 10.* Non obstat, quod in hac Perusina Ciuitate Doctores non
15 † creantur Camerarij Collegiorum, nec Consiliarij, nec Priores, seu Decemuiri. Id enim accidit respectu eorum Doctorum, qui cooptati non reperiun-
16 tur † in aliquo ex dictis Collegijs, sed respectu eorum, qui sunt in album Collegiatorum relati, ij sunt habiles ad superiùs narrata Officia consequenda, & plures Doctores, & Causidici aggregati in aliquo ex hisce Collegijs fuerunt nostris temporibus creati Consules, Auditores, seu Camerarij eius Collegij, vbi cooptati reperiebantur, ac etiam fuerunt Consiliarij, & Priores, seu Decemuiri, & inter cæteros Illustris D. Eques Galeottus Oddus pro Collegio Mercatorum, D. Sebastianus Amerigus pro Collegio Cambij, D. Christophorus Franceschinus Causidicus pro Collegio Serici, & D. Bernardinus Pilistrinus pariter Causidicus pro Collegio Piscium.
17 Minus officium Sindici † reddit nullam, seu iniustam meam electionem, cum nulla lex vetet Sindicum Ciuitatis prouehi ad dignitatem Camerariatus sui Collegij, nec ad officium Consiliarij. Nec in lege, in qua D. Locumtenens fundauit suam sententiam compræhenditur Sindicus, cum in huius legis contextu non legatur, & ideo censetur omissus *ad l vulg. l. commodissimè. ff. de liber. & posth.* Nec facit repli-
18 catio, quod Sindicus † virtualiter compræhendatur sub illis verbis, aut alia persona seruiens Palatio: Tùm quia compilatores legis ab initio explicitè voluerunt in ea compræhendere Secretarium, & postmodum quia ipse erat I. C. declarauerunt eum in lege non compræhendi. Vnde fit, quod neque voluerint compræhendere me Causidicum V. I. D. & post legem conditam Sindicum creatum. Tum etiam
19 quia lex remoto Secretario † incipit prohibitionem à Cancellario, & continuat in alios Officiales, & Ministros, & terminat in Officialem fontis, & postea subdit, ò altra persona, che s'essercita nel seruitio di questo Palazzo, & ideo sub hisce verbis voluit compræhendere alios Officiales minores, ponderando illa verba, aut alia persona, quæ denotant similitudinem, & sunt repetitiua similium personarum, & officiorum expressorum, & sic continet eas personas, quæ habent similia, & minora officia, non autem eas, quæ sunt constitutæ in dignitate, ac digniora, maioraque officia habent, vt est Sindicus legum Professor *ad Seraph. decis. 23. Rota in vna Romana de Magdalenis 30. Ianuarij 1609. coram Reuerendissimo Coccino, quæ est inter impressas eiusdem decis.* 443. maximè quia sumus in lege odiosa, & pœnali. *Bertazz. de claus. glos. 12. claus. 27.* Tum denique, quia ego non inseruio Palatio DD. Decemuirorum, sed sum defensor Ciuitatis, vt mox probabitur, & sic Ciuitati inseruio, & non Palatio, vt reliqui compræhensi in dicto exorbitanti decreto. Quod autem Sindici officium sit maius expræssis in antedicta lege, & ipse non inser-

uiam Palatio, sed Ciuitati pateret ex eo. Quia Sindi-
20 cus † Græcè idem est, ac defensor latinè, & sic Sindicus dicitur defensor Ciuitatis *l. munerum. §. defensores. ff. de mun. & hon. glos. in l. item eorum. 6. 9. sed si ita in verb. Sindicus. ff. quod cuiusque vniuers. nom. & in l. ius iurandum. 34. §. defensor. in ver. Habeat. ff. de iure iur. Bombin. cons. 89. sub num. 1. Prat. in lexic. Iuris ciuil. & can. in ver. Sindicus.* & habet li-
21 beram † administrationem, & potest omnia, quæ mandatum speciale requirunt *Stat. Perus. rubr. 74. in princ. lib. 1. tradit Capyc. decis. 5. num. 1.* Estque
22 à Consilijs † Ciuitatis, quæ illius studio vtitur præcipuè in postulationibus, edictis, decretis, rescriptis, & cognitionibus causarum grauiorum, vt testatur *Prat. vbi sup.* & experientia in dies docet; cæteri verò Officiales nullam prorsus habent facultatem, sed sunt simplices executores eorum, quæ dictim eis à Decemuiris præcipiuntur.

Sed esto, quod huiusmodi lex me comprehende-
23 ret, † quod omnino negatur, attamen mihi illa non nocet, quæ lex non facit quemquam incapacem, sed solùm imponit pœnam priuationis officij, quod obtinet à Ciuitate, is, qui consequitur officia per facculum, vt clarè habetur in *d. l.* & ideò, qui non vult seruare hanc pœnalem legem, liberatus soluendo pœnam. *Bursatt. qui de commun. cons. 14. num. 17. lib. 1. Rota in vna Romana Horti 27. Iunij 1607. coram R. P. D. Caualerio, quæ modo est inter impressas eiusdem decis. 7. num. 4.* & sic patiendo me priuari officia, prout sum paratus subire amissionem, & priuationem officij Sindicatus, ad aliud cogi non possum, & sic sum habilis ad Camerarij officium.

Minus reddit nullam, aut iniustam meam electio-
24 nem, † id quod gratis dicitur, nescio quem ex Dominis Insacculatoribus in mei scrutinio non reddidisse votum, & nunc ipse velit hoc testari.

25 Primò, quia publicato scrutinio † ipse non est ad testimonium admittendus. *cap. 32. cum dilectus. vers. Nos verò attendentes de elect.*

Secundò, quia si esset admittẽdus ad testimonium, & diceret se non reddidisse votum, eiusque dicto esset standum, adhuc illius attestatio non mihi noce-
26 ret, † quoniam cum bussola à Notario fuerit circundata pro recipiendis votis Dominorum Insacculatorum, & sic ipse fuerit interpellatus ad dandum affirmatiuum, vel negatiuum votum; si non reddidit votum, habetur pro affirmante, & approbante, vt firmat, & perbellè comprobat. *Felyn. in cap. 1. num. 2. de maior. & obed. quem sequitur Ragucc. in tract. de voc. Canonic. in Capitulo cap. 13. num. 2. in fin.*

Et quod omnem adimit dubitandum est, quia per
27 publicum documentum † constat me fuisse obtentum pro Camerario, dum in eo legitur pro me fuisse reddita vota decem, & nouem fauorabilia, & vnum dumtaxat contrarium, cui publicæ scripturæ standum esse in terminis nostris tradit *Butr. in d. cap. 58. publicato num. 16. de elect.*

Ex quibus clarè resultat validitas, & iustitia meæ electionis, & nullitas, & iniustitia electionis alterius,
28 quandoquidem DD. Insacculatores † stante huiusmodi electione facta de mea persona non poterant variare eligendo alium. *d. cap. publicato 58. & ibi glos. & DD. notant, & signanter Hostiens. col. 1. vers. hic etiam dicit. Butr. num. 8. de elect. idem tenet Abb. in cap. causam 8. quæ num. 16. eod. tit.* & postquam va-
29 riarunt, † fuit nulla, & iniusta secunda electio. *cap. Auditis 29. & ibi glos. & Butr sub num. 12. vers. vnus casus est de elect.* & debet præualere prima sequuta de persona mea. *Host. in d. cap. Auditis col. 4. in princ. vers. cum duas electiones. Vinc. de Franch. decis. 539.* Quare &c.

Petrus Paulus de Natis in causa prop.

Illustrissimus, & Reuerendissimus D. Fabritius Verospius Sacræ Rotæ Romanæ Auditor, & Perusiæ, & totius Prouinciæ Vmbriæ Gubernator, & in causa Iudex, sub die 24. Ianuarij 1624. declarauit primum partitum meum subsistere, vt constat per acta D. Laurentij Mariani Actuarij. Et huiusmodi decretum fuit sortitum effectum suum, cum ipse fuerim admissus ad officium Camerariatus remoto subrogato, illudque actu exercuerim cum honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, vt est notorium.

# CAMPANA.

## SVMMARIA.

*Campana in Turri Palatij quando pulsetur ex Stat.*

*Campana quæ apud nos dicitur Squilletta, quando pulsetur in diebus Quadragesimalibus, vt tuti sint ære alieno grauati vers. Campanula.*

*Campana an apud antiquos fuerit num. 2.*

*Campana benedicitur ab Episcopo num. 3.*

*Campanæ in Sabbato sancto non pulsantur antequam audiatur Campana Ecclesiæ Cathedralis num. 4.*

CAmpana, quæ est in Turri Palatij, debet pulsari ad ius reddendum Stat. rubr. 1. lib. 2. fol. 2. Pulsatur Campana de sero, & de mane ad distinguendum diem à nocte respectu delictorum Stat. rubr. 154. lib. 3. fol. 51. De Campanarijs, eorum officio, & salario vide rubr. 184. lib. 1. fol. 62. Captus post tertium sonum Campanæ de sero punitur rubr. 156. lib. 3. fol. 51. & vide etiam rubr. 24. §. & si aliquis il 2. d. lib. 3. fol. 19. Quod non procedit, si fuisset repertus prope domum propriam, vel cum lumine Stat. rubr. 46. §. & nullus lib. 4. fol. 14. & dicam ver. Nox. Campanula nuncupata SQVILLETTA, quæ est in Turri Ecclesiæ Cathedralis S. Laurentij pulsatur de sero hora 21. siue 22. & de mane circa Nonas per horam post Concionem diebus Quadragesimalibus. A principio dicti soni de sero vsque ad alium sonum de mane inclusiuè quilibet est tutus per Ciuitatem, & Suburbia ab executione reali, & personali pro debitis ciuilibus, ac damnis datis Stat. rubr. 157. vol. 4. fol. 46. Et quia fuit dubitatum, An dicto tempore possent exequi mandata relaxata in Tribunali Auditoris Cameræ, Ideo fuit habitus recursus ad Sacram Consultam, quæ mandauit idem seruari in dictorum mandatorum executione; & ideo

nec

nec ista poterunt exequi durante dicto tempore, vt in literis Eminentissimi Cardinalis Burghesij sub die 5. Augusti 1617.

## Adnotationes.

1 De Pulsatoribus † Campanarum adest etiam *Stat. Mediol. vt apud Carpan. ad dict. Stat. tom. 2. cap. 82.*

2 Campanae vsus non fuit † apud Antiquos. tribuitur enim hoc inuentum S. Paulino Episcopo Nolano, quae Vrbs est prope Neapolim in Campania vnde nomen hoc inditum est. Vixit autem Sanctus Paulinus Honorij, atque Archadij, ac deinceps Theodosij temporibus quarto saeculo à Christo nato. & de Campanula mentio est apud D. Hieronymum Paulino coaeuum, tamquam vsu iam recepta in claustris sacrarum Virginum ad eas statis temporibus conuocandas. Fuisse tamen, & apud Antiquos aliquid Campanae persimile, & vsus non absimilis licet rarioris probat Martialis versiculus.

*Redde pilam: sonat aes thermarum: ludere pergis?*

3 Campanae solent benedici † ab Episcopo. & in huiusmodi benedictione requiritur oleum sanctum infirmorum, cum alijs multis, adhibentur etiam quamplurimi exorcismi, de quibus *in Pontificali Romano fol. 515. & seqq vt notat etiam Io: Franciscus Leonius in Thesauro fori Ecclesiastici par. 1. cap. 4. in fin.* Vt

4 debitus honos exhibeatur matrici † Ecclesiae, tam regularium, quam saecularium Clericorum Ecclesiae quolibet priuilegio munitae, die Sabbati sacrae hebdomadae antequam Campana Cathedralis Ecclesiae audiatur, Campanas suas pulsare, & vt dicitur, soluere non possunt, *vt cauetur in Bulla Leonis X. in Bullar. cap. 17. post med. verf. vt debitus. & ita etiam fuit decisum à Sacra Congregat. Cardinalium 10. Octobris 1586. vt notat supracitatus Leonius dict. par. 1. cap. 8. quem sequitur, & refert Grattianus discept. forens. cap. 578. num. 17. tom. 3.*

## CANCELLARIA, Cancellarius.

*SVMMARIA.*

*Cancellariarum ciuilium, & criminalium causarum applicatio ex Bullis Pontificys, & illius ciuilium venditio in prime, & locatio verf. Anno.*

*Cancellary praedicti gaudent quibusdam priuilegijs verf. Quibusdam.*

*De Cancellario criminali, & illius mercede verf. Fuerunt.*

*Cancellarius Dominorum Priorum à quibus eligatur, & de illius officio verf. Cancellarius.*

*Cancellarius vnde sit dictus in Adnotat.*

PAulus IV. applicauit Cancellarias ciuiles, & criminales, siue earum redditus Camerae Apostolicae, vt in Constit. 10. tom. 1. pag. 727. & desuper fecit quamplures ordinationes maxime circa illarum Cancellarios. Pius IV. Const. 83. tom. 2. pag. 113. confirmauit illam, & concessit facultatem D. Thesaurario generali vendendi Cancellarias praedictas, & quoad scripturas dumtaxat damnorum datorum, & vide etiam aliam sequentem Constitutionem. De anno 1566. & die 16. Decembris Ciuitas nostra Perusina emit ab ipso D. Thesaurario, seu agentibus dictae Camerae Apostolicae Cancellarias ciuiles, & damnorum datorum Ciuitatis, & Comitatus praecio scutorum 4000. & desuper fuit celebratum instrumentum per acta D. Hieronymi Cicculi Camerae Apostolicae Notarij, quod reperitur registratum in 7. registr. Breu. Canc. Comm. fol. 56. vbi fol. 58. apparet declaratio per literas Camerales sub die 11. Aprilis 1567. in tali emptione esse comprachensa officia Comitatus, nec non confirmatio per Breue Pij V. & fol. 72. per Breue Gregorij XIII. Anno 1567. die 20. Nouembris manu D. Francisci Patritij Notarij Ciuitas locauit easdē Cancellarias Collegio Notariorum pro scutis 2000. vt in Actis publicis, seu Annalibus dicti temporis fol. 378. Licet postea de ordine Reuerendissimi D. Maluasiae Visitatoris Apostolici fuerit per certum tempus aucta responsio annua, vt in instrumento celebrato manu D. Fabritij de Gattis eiusdem Visitatoris Notarij die 19. Nouembris 1587. in dicto 7. registr. fol. 141. Cancellarij praedicti gaudent priuilegijs Archiuij Romanae Curiae, & alijs priuilegijs, vt in dicta Bulla Pij IV. 83. Notarios criminales debere esse forenses, seu exteros mandauit Innocentius VIII. in eius Breui sub dat. 23. Februarij 1487. in 4. lib. registr. Cam. Apost. Perusinae fol. 164. Fuerunt factae aliquae ordinationes circa Cancellarios criminales, quae fuerunt transmissae cū literis Eminentiss. Cardinalis Burghesij sub die 13. Februarij 1610. & sunt descriptae in libro registr. literarum Canc. Crimin. fol. 117. & 118. Taxam mercedum Cancellarij Criminalis habes in fine huius operis post Constitutiones Cardinalis Vrbini pag. 17. Electio CANCELLARII DOMINORVM PRIORVM spectat ad ipsos Dominos Priores, & Camerarios, & non ad alium Stat. rubr. 79. lib. 1. fol. 34. Debet redigere in publicam formam instrumenta ad Commune spectantia, de quibus esset rogatus, & tam illa, quam instrumenta similia aliorum Notariorum scribere in libro peculiari Statut. rubr. 3. lib. 1. fol. 6. Deliberationes, ac reformationes propositas in Consilio non potest scribere nisi Cancellarius, vel Notarius Dominorum Priorum Statut. rubr. 148. lib. 3. fol. 50. Potest etiam se rogare de omnibus instrumentis, reformationibus, electione Officialium, & alijs scripturis, quibus adhibenda est omnimoda fides Stat. rubr. 149. fol. 51. lib. 1. Copijs etiam, quae à dicto Cancellario, vel Notario extraherentur

ex libris, seu scripturis dictæ Cancellariæ adhibetur plena fides, perinde ac si scriptæ essent manu eiusdem Notarij rogati, nō obstante, quod non interuenisset Iudicis auctoritas, vel partis citatio Stat. rubr. 78. §. cui copiæ lib. 1. fol. 34. Nec contra scripturas Cancellarij, & Notarij prædicti potest opponi de inualiditate ex eo, quod non fuerint vocati, vel appositi testes dicta rubr. 78. §. fin. lib. 1. fol. 34. De eius mercede, & salario vide rubr. 430. lib. 1. fol. 105. Literæ quæ scribuntur à Dominis Prioribus nomine Communis non possunt scribi, nec sigillari nisi per Cancellarium. Innocentius VIII. in Bulla sub dat. Idib. Decemb. 1488. in 4. registr. Breu. Cam. Apost. Perus. fol. 157.

## Adnotationes.

Cancellarij nomen, ac munus non admodum antiquum est. nec de eo mentio apud latinos, vt opinor, ante Vopiscum in Carino, cui vitio dat elegisse Vrbis Præfectum vnum ex Cancellarijs, quem locum perperam interpretatur *Grauatius in adnotationibus ad Vestrium lib. 1. cap. 4. num. 12. in fin.* ex eo enim ineptè deducit huius muneris dignitatem. nec minus allucinatur hoc ipsum probare nitens ex Liuio vbi narrat Mutium Sceuolam Porsenæ Regis Scribam, Regem ratum occidisse. Ortum habuit hoc nomen ex eo, quod Principum Scribæ, vt laborem illis demerent supplices libellos lineis quibusdam quasi cancellis notabant. Et quia lineis huiusmodi subsignamus non ea tantum, quæ maximè animaduertenda, sed etiam, quæ inducta, dispuncta, ac deleta volumus, factum est, vt cancellare accipiamus etiam vocabulo semibarbaro pro delere. vnde Cancellarij nomen deflexit Policrates, nescio quis, apud eundem Grauatium loco laudato, cuius hos recitat versiculos.

*Hic est, qui leges Regni cancellat iniquas,*
*Et mandata pij Principis æqua facit.*

Ita putant plerique omnes accipiendum hoc verbum apud Vlpianum *l. 2. ff. de his, quæ in testamento delentur, inducuntur, & inscribuntur.* Cancellauerat, inquit, quis testamentum, vel induxerat &c. sed dictio disiunctiua (vel) aliud suadet. itaque puto tam verbum (cancellauerat) quam verbum (inscribuntur) in rubrica diuersum quid significare, à verbo delere, & inducere. & significare potius sublineare, aut superlineare animaduersionis gratia.

# CANIS.

*SVMMARIA.*

*Canis retineri debet ligatus certo tempore ex Stat.*
*Dominus Canis mordacis quando teneatur de damno à Cane dato num. 1.*
*Concitans Canem, qui aliquem occidat qualiter teneatur de occiso num. 2.*

CAnem ligatum quis retinere debet in Comitatu à medietate Mensis Augusti vsque ad medietatem Mensis Octobris, sub certa pœna, & creditur iuramento accusatoris Stat. lib. 3. rubr. 157. §. præterea. fol. 52. vide etiam rubr. 22. lib. 1. in addit. fol. 20. col. 4. vbi quod quilibet potest accusare, & quod Canis potest impunè occidi, & quoad tempus à die 15. Augusti inclusiuè vsque ad octo dies Octobris.

## Adnotationes.

Hæc prouisio emanauit ad euitanda damna, quæ solent facere ista animalia in vineis. De domino Ca-
1 nis † mordacis quando teneatur de damno ab ipso Cane dato vide *Farinacc. in fragm. post tract. de furt. in ver. Canem mordentem. num. 5. & seqq.* De con-
2 citante † Canem, qui occidit aliquem, qualiter teneatur de homicidio. *Caball. in tract. de omni gen. homicid. num. 219. qui reperitur post resolut. crimin. cent. 3.*

# CAPITANEVS.

*SVMMARIA.*

*Capitanei Comitatus iurisdictio, & emolumenta, & officij abolitio in princ.*
*Regentes Villas appellantur Capitanei num. 1.*

DE Capitaneo Comitatus, & illius iurisdictione, & emolumento vide Bullam Pauli III. sub dat. Kal. Maij 1544. in 6. regist. fol. 71. Officium hoc aboleuit Cardinalis Sfortia Legatus die 20 Septembris 1580. in 7. regist. fol. 107. tollens collectas pro illis solui solitas. De Capitaneo Rotæ vide ver. Appellatio, & ver. Rota.

## Adnotationes.

1 Regentes Villas † appellantur Capitanei à *Bart. in l. serui quoque num. 5. ff. de iurisd. omn. Iud. & in l. sub prætextu. ff. de extraord. crim. vt per Carpan. ad Stat. Mediol. par. 2. cap. 218. num. 67. & vide eundem cap. 459. num. 5. & seqq.* vbi qui sint.

# CAPITA REGIONVM vulgò Caporiones.

*SVMMARIA.*

*Caporionum deputatio à quo processerit in princ.*
*De eorum officio num. 1.*

CAporionum deputatio fuit facta per Card. Pinellum Legatum sub die 17. Febr. 1592. in 7. registr. Canc. Comm. fol. 159.

Adnotationes

## Adnotationes.

1 In Statuto † Vrbis *lib. 1. cap. 18.* est rubrica de officio Capit. Region. *vbi Galganett. in glos. & etiam lib. 3. cap. 8.*

# CARCER.

## SUMMARIA.

*Carcerum fractores, & exeuntes de illis puniuntur ex Stat. vers. Fractores. & num. 3.*

*Retinens aliquem carceratum punitur ex Stat. vers. Retinens. & num. 4.*

*Eximens captum de manu Curiæ punitur vers. Eximens. & num. 6. vbi quando liceat resistere, & an liceat Birruarijs offendere.*

*Gratiatus, vel absolutus non cassata condemnatione, si carceretur quid soluat vers. Si carceretur.*

*Relaxari non possunt carcerati sine mandato vers. Non possunt. & num. 7.*

*Minores, Mulieres, Senes, Doctores, Equites, Procuratores, & Notary Curiales non carcerantur pro debitis vers. Pro debitis.*

*Debitores à quinque florenis infra, imo vsque ad quatuor scuta non carcerantur vers. Carcerari.*

*Sabbato venientes ad Ciuitatem non possunt capi pro debitis vers. Venientes.*

*Capi non possunt debitores sub Porticu seu Loggia Noua Platea Magna, nec in Audientijs vers. Sunt etiam.*

*Nec in apothecis Hospitalis Misericordiæ vers. Item.*

*Quid in domo num. 8.*

*Quid in alijs apothecis num. 9.*

*Recommendatio, seu arrestatio carcerati quomodo fiat, & qui non possint recommendari vers. Recommendatio. & num. 10.*

*Non potest recommendari pro causa ciuili, qui est carceratus pro criminali num. 11.*

*Nec quando prima carceratio pro debito ciuili est nulla, vel iniusta num. 12.*

*Excarcerantur captiui quibusdam temporibus amore Dei vers. De excarceratione, vbi quod isti non possunt habere officia.*

*Isti relaxati non possunt amplius vexari num. 13.*

*Causa Carceratorum sunt summaria ex Stat in fin.*

*Non occurrentes capturæ alicuius quando excusentur num. 2.*

*Pactum quod debitor possit capi à creditore propria auctoritate non valet num. 5.*

*Instrumenta possunt fieri in loco Visitæ, qui non dicitur carcer vers. In loco.*

*Carceratorum obligatio an valeat num. 14.*

DE Carceribus Communis, & illorum reaptatione, & nouâ ordinatione vide Stat. rubr. 186. lib. 1. fol. 64. Fractores carcerum, & exeuntes de illis puniuntur poena capitis Statut. rubr. 97. lib. 3. fol. 3. sed in addit. moderatur hanc poenam, itaut puniantur citra mortem. Detenti si aufugiunt de Palatio habentur pro confessis d. rubr. 97. §. etsi aliquis. Custodes carcerum quando teneantur ob fugam carceratorum
A dicam seq. cap. Carcerum Custodes. A Retinens aliquem carceratum, qua poena puniatur
B vide rubr. 125. §. præterea. lib. 3. fol. 45. B Eximens captum de manu Curiç punitur Stat. rubr.
C 24. lib. 3. fol. 18. vb. multi casus considerantur. C Si carceretur gratiatus, vel absolutus, qui non procurasset processum, & condemnationem cassari, relaxatur solutis in poenis pecuniarijs, vel corporis afflictiuis, citra mortem carolenis duobus Executoribus, & in capitalibus vbi de morte agitur scuto vno Const. Cardinalis Vrbini cap. 36. Non possunt relaxari carcerati sine mandato subscripto à Superioribus, vt in dict. Constit. cap. 11. & in captis pro debitis ad fauorem Ciuitatis, quod non possint relaxari nisi soluto debito, aliàs Officiales tenentur de proprio Stat. rubr 342. lib. 1 fol. 94. vbi quod si
D quantitas non est liquida debet fieri depositũ. D Pro debitis ciuilibus non possunt carcerari Minores 18. annis, Mulieres honestæ, Senes septuagenarij, Doctores, Equites, Procuratores de Collegio Causidicorum, Notarij Curiales, & aliæ priuilegiatæ personæ Const. Comit. par. 1. rubr. 32. cap. 5. & dico de singulis suis locis. Carcerari non possunt, qui debent à quinque florenis infra, vt cauetur in Comit. d. cap. 5. in fin. vbi hoc limitatur quando debitum esset pro residuo maioris summæ, vel quando domi debitores haberent mulieres habentes literas saluadotales, & similes. At Cardinalis Bevilaqua Legatus prohibuit carcerationem, si debitum non ascendit ad scuta quatuor, sub die 24. Octobris 1600. manu D. Sebastiani Fustini, in visitatione Carcerum. Camerarij non possunt carcerari certo tempore dixi ver. Camerarius. Venientes ad Ciuitatem die Sabbati non possunt capi pro debitis ciuilibus, & damnis datis Stat. rubr. 341. lib. 1. fol. 94. vbi etiam de diebus Mercurij, & Veneris, quod etiam habetur rubr. 61. §. volumus insuper. lib. 3. fol. 29. sed ibi in addit. de die Sabbati tantum, & hoc obseruatur, fuitque factum ob mercatum, quod dicto die fit in Ciuitate Perusiæ, vt legitur Constitutio facta sub die 20. Augusti 1469. in 3. registr. fol. 42. ampliata per Legatum die 17. Iunij 1571. in d. registr. fol. 45. vbi etiam de immunitate Nundinarum in festo omnium Sanctorum in Ciuitate, & pariter constat in 2. registr. fol. 63. & in d. 3. registr. fol. 22. De Mercatis, & Nundinis habetur Statut. rubr. 80. lib. 4. fol. 23. & dicam ver. Nundinæ; & quoad venientes ad Ciuitatem die Sabbati, quod sint tuti, amplia quamuis essent Ciues allibrati inter Ciues originarios, dummodo habitent in Comitatu, & exerceant Artem rusticalem, quia isti gaudent eodem priuilegio

ex obseruantia, de qua est fides Collegij mei sub die 7. Septembris 1589. Dum sonat Squilletta non potest quis capi pro debito ciuili, vt in ver. Campana. Sunt etiam tuti debitoris sub Porticu, vulgò Loggia Noua, in capite Plateæ magnæ, & in Audientijs Collegiorum Artium, & in Audientia Collegij Notariorum Statut. rubr. 155. lib. 4. fol. 46. Item in apothecis Hospitalis Sanctæ Mariæ de Misericordia, existentibus in Platea minori, nec extra per quinque pedes, per Breue Sixti IV. sub die 23. Ianuarij 1478. in
E 3. registr. fol. 95. E Recommendatio, aut arrestatio alicuius carcerati quomodo fiat, vide rubr. 187. §. & nullus. lib. 1. fol. 65. vbi quod debet apponi causa, & quantitas, & illa describi in libro Carceratorum. Si recommendatio sit facta pro maiori quantitate, quàm sit subsequuta condemnatio, soluta condemnatione relaxatur carceratus rubr. 185. §. possint tamen. vers. & quia sæpe. lib. 1. fol. 63. Captus pro debitis Ciuitatis non potest recommendari ad petitionem priuatæ personæ nisi haberet ius a Com-
F muni Stat. rubr. 342. lib. 1. in fin. fol. 84. F De excarceratione captiuorum facienda quibusdam temporibus amore Dei vide Stat. rubr. 187. lib. 1. fol. 64. & in rubr. seq. cauetur, quod isti non possint habere aliquod officium à Communi,
G nec à Collegijs Artium. G In loco, seu mansione Visitæ Carceratorum possunt celebrari instrumenta cum Carceratis, non obstante, quod per dictum locum transitus fiat ad carceres, & illius claues retineantur à Custode, adeo vt locus ipse quoad hunc effectum non dicatur Carcer ita mandauit Cardinalis Riarius Legatus sub die 4. Februarij 1583. manu D. Gentuli de Con-
H tulis Notarij. H Carceratorum causæ sunt summariæ Stat. rubr. 3. lib. 2. fol. 1.

## Adnotationes.

1 De Carceribus † est tractatus *Bart. inter eius tractatus post consilia, & etiam Bal. int. tract. sub signo Aquilonis tom. 11. par. 1 fol. 200. & latius Farinacc. in quæst. crim. tom. 2. tit. de carcer. & carcerat. quæst.*
2 *27. cum pluribus seqq.* Ad defensam † Dominorum Priorum Ciuitatis, qui non occurrerunt Gubernatori, dum ad Carceres quisquam ducebatur *vide Eug. cons. 56. lib. 2.*

3 A De frangente Carceres, † & ab illis aufugiente, & quando habeatur pro confesso *vide Farinacc. vbi sup. quæst.* 30. & in carcerato, seu detento in domo, seu Ciuitate loco Carceris, quibus in casibus licitè, & impunè recedere possit, seu rediens à pœna excusetur *vide Honded. cons 94. lib. 2.*

4 B De priuatum † Carcerem faciente est *tex. in l. vn. C. de priuat. carc. & vide Farinacc. vbi sup. quæst. 27.*
5 *num. 8. & seqq.* An valeat pactum, † quod debitor possit propria auctoritate capi à creditore, quod non. *Valasc. consult. 173. num. 28. & seqq. vide Mauson. de caus. execut. lib. 1. quæst. 1. per totam.*

6 C *Vide † Farinacc. d. loco quæst. 32.* vbi etiam quando liceat Iudici, & eius Executoribus impunè resistere, & è contra quando liceat Executoribus resistentes vulnerare, & occidere.

7 D De carceratorum relaxatione † *vide tract. Paul. Grillan. int. tract. sub signo Aquilonis tom. 11. par. 1. fol. 347. & vide quæ super Statuto Mediolani scripsit Carpan. par. 2. cap.* 158. & quod non possint relaxati ipso die capi. *idem Carpan. par. 1. cap. 341.*

8 E De captura nulla † ratione loci, vt si in domo propria, vel loco incongruo, vel alias prohibito vide nouissimè per *Mauson. de caus. execut. lib. 1. ampliat.* 24. quoad domum *vide Farinacc. d. quæst. 27. num. 91.* Circumscripto priuilegio Hospitalis Mise-
9 ricordiæ potest quis capi in apotheca, † vt per *Gabr. de malef. conclus.* 10. *num.* 18. *Bonacost. quæst. crim. in ver. captus:* sed quod stante Statuto ne quis possit capi in domo, non possit neque capi in apotheca, quam quis tenet ad vendendum pannos. *Castr. in l. cætera igitur 43. §. hoc Senatus consultum il 2. num. 3. ff. de leg. 1.*

F An, & quando debitor carceratus pro vna cau-
10 sa possit pro alia recommendari † vide nouissimè per *Mauson. de caus. executiu. lib 1. ampliat. 27. & in simili Statuto Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 242. vbi etiam de capto pro debito publico. Sed quod non
11 fiat recommendatio carcerati † pro causa criminali ob debitum ciuile in Statu Ecclesiastico. *Ios. Ludou. decis. Perus. 70. num. 2. & seq. vide Carpan. d. cap. 242. num. 6. & 7. Caball. resolut. crimin. cent. 3. cas. 299. & Mauson. d. ampliat. 27. num. 9:* & quid si pri-
12 ma † captura pro causa ciuili fuit iniusta, aut nulla. *vide Bart. in eius quæst. 6. incip. Lapus à num. 15. Carpan. ad d. cap. 242. num. 18. & seqq. Mauson. vbi sup. num. 10. & seq.*

13 G De simili Statuto † *vide Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 239.* Sic dimissi amore Dei non vexabuntur amplius etiam si ad pinguiorem fortunã peruenìant. *Brun. de cess. bon. 1. quæst. 4. num. 5.*

14 H Per hoc decretum tollitur dubium † an obligatio facta à carcerato cum illo, qui carcerare fecit sit valida, de qua *vide Farinacc. vbi sup. quæst.* 35. & pro inualiditate respondit *Rota in Romana repetitionis indebiti 30. Aprilis, & 25. Iunij 1610. coram R. P. D. Pirouano, quæ decisiones sunt impressæ post cons. Farinacc. lib. 2. decis. 286. & 295. & post tract. D. Cenc. de Censibus decis. 292. & decis. 266. vide etiam decis. 490. par. 1. recent. & decis. 674. num. 4. int. casd.*

## CARCERVM
## Custodes.

### SVMMARIA.

*Custodum Carcerum officium quale ex Stat.*
*Custodes isti, & fideiussores tenentur de fuga carceratorum ex Stat. vers. Custodes. & num. 2. vbi quod præsumitur culpa ipsorum, & quando secus.*
*Custodes tenentur dare carceratis, quod eis traditur pro alimentis carceratorum etiam in secretis vers. Tenentur.*

*Custodes quid possint recipere à carceratis vers. Quid.*
*Præfectura Carcerum fuit cõcessa Confraternitati Iustitiæ vers. Præfecturam.*

DE Custodia, & Custodibus Carcerum Communis, est Statut. rubr. 185. lib. 1. pag. 63. vbi quod Custodes debent habere librum Carceratorum. Custodes Carcerum, & eorum fideiussores tenētur ad debitum pro quo detinebatur ille, qui aufugit Statut. rubr. 185. §. item quid si aliquis. lib. 1. fol. 63. vbi etiam
A de poena quando causa erat criminalis. A Tenentur Custodes sub poena priuationis officij liberè dare carceratis etiam in secretis carceribus, arbitrio tamen Gubernatoris pro tempore, omne id, & totum, quod sibi pro alimentis carceratorum traditum fuerit, & statur dicto carcerato vna cum teste etiam carcerato, & eius iuramento, ita cauetur in d. Constit. cap. 39. in 1. addit. Quid singulis diebus soluendum sit à carceratis ob crimen. d. Constit. Card. Vrbini cap. 39. Carcerati verò pro debitis ciuilibus non tenentur soluere aliquid Custodi, nisi solidos decem pro relaxatione, vt in d. Constit. Card.
B Vrbini cap. 47. B Præfecturam Carcerum Clemens VIII. in eius Bulla sub dat. 3. Idus Aprilis 1592. concessit Confraternitati Iustitiæ, cum facultate deputandi Custodes, & alijs multis, vt in dicta Bulla.

## Adnotationes.

1 Vide de materia Custodum † Carcerum *Carpan. ad Stat. Mediol par. 2. cap. 155. & seqq.*

2 A Quod præsumatur culpa † Custodis si carceratus aufugerit, & pariter, quod fuerit illatum ferrum, venenum, & similia respondit *Aret. cons. 38. sequitur alijs citatis. Carpan. ad Stat. Mediol. par. 2. cap. 159. num.* 1. Quod non teneatur de fuga carceratorum vbi aufugit Concustos cum illis. *Franc. Cremen. sing.* 100. Ad materiam nempè ad quid, quando, & quomodo teneatur Custos Carcerum ex fuga, aut morte carcerati *vide Farinacc. in quæst. crimin. tom. 2. quæst. 31. & nouissimè Mauson. de caus. execut. lib. 1. ampliat. 25.*

# CARNES.

### SVMMARIA.

*Carnes comedentes in diebus vetitis puniuntur ex Stat.*
*Sunt suspecti de hæresi, vt num.* 1.

DE pœnis comedentium carnes in diebus vetitis vide Stat. lib. 3. rubr. 18. fol. 17. Alia vide verb. Macellum.

## Adnotationes.

1 Comedens carnes † in diebus prohibitis ab Ecclesia est suspectus de hæresi, & si credat non esse peccatum, potest tamquam hæreticus puniri. *Farinacc. de hæres. quæst. 178. num.* 80.

# CASTRVM, seu Pagus.

### SVMMARIA.

*De Castris aliqua ex Stat. in princ.*
*Castra non possunt condere Statuta vers. Non possunt. & num. 4.*
*Castrum quodlibet debet de per se seruire, & soluere collectas vers. Castrum vbi de terminatione territoriorum.*
*Habitantes in Castris debent facere factiones in locis vbi habitant vers. Habitantes.*
*Adunantia Castrorum quomodo vers. Adunantia.*
*Turres, & Turriones non possunt concedi nisi à Magistratu vers. Castrorum.*
*Ædificari non potest in muris Castrorum, nec fieri porta, & fenestra vers. Non potest.*
*Muri Castrorum debent conseruari, & rumpentes puniuntur vers. Debent.*
*Ciuitatis appellatione veniunt Castra, & Villæ in bannimentis vers. Appellatione.*
*Castrum Marsciani fuit emptum per Ciuitatem, & tenentur homines illius contribuere ad onera Camerralia cum Ciuitate vers. Castrum Marsciani.*
*Castrorum, & Villarum appellatione, quæ veniant num. 1.*
*Castrum vbi sit inter duas Ciuitates præsumitur propinquioris num. 2. sed non præsumitur Ciuitatis cum possit esse sine ea ibid.*
*Castra exempta non includuntur sub Ciuitate, vel districtu num. 3. vbi quod in dismembratis non attenditur Statutum Ciuitatis.*

CAstra subiecta Ciuitati Perusiæ sunt descripta in Statut. rubr. 104. lib. 3. fol. 38. & melius in Statutello Cardinalis Cortonensis sub rubr. 31. Quod Castra, & Villæ diminutæ vniantur cum alijs Castris, & Villis potentioribus habetur Statut. rubr. 131. lib. 4. pag. 39. Non possunt Castra, & Vniuersitates facere statuta, & ordinationes circa retentionem animalium in eorum districtu rubr. 88. vol. 4. fol. 25. vbi hoc declaratur. Nec possunt condere statuta in præiudicium Ciuium rubr. 13. §. & quia sæpe lib. 3.
A fol. 10. A Castrum quodcumque de per se seruire debet, & soluere datas, & collectas Stat. rubr. 197. in princ. lib. 1. fol. 67. & ibi disponitur generaliter de terminatione, & diffinitione territoriorum ipsorum Castrorum, & in addit. ponitur terminatio quorumdam in specie. Habitantes debent facere factiones personales in lo-

cis

cis, in quibus habitant, licet alibi sint accatrastati Stat. rubr. 124. lib. 1. fol. 46. De adunantia Castrorum, & Vniuersitatum vide Stat. rubr. 17. §. & ad prædicta. lib. 2. fol. 8. vbi de Sindico creando pro pecunia mutuo recipienda, & de partito pro maiori parte suffragiorum obtinendo. Castrorum, Turres, & Propugnacula, vulgo Turriones, non possunt vendi, aut concedi nisi à Magistratu, accedente tamen voluntate Hominum ipsius Castri Stat. rubr. 197. in fin. lib. 1. fol. 67. Non potest ædificari in muris Castrorum nisi obtento partito, vt in lege condita manu Bernardini Angeli Notarij de anno 1512. in Annal. fol. 227. Nec possunt fieri portæ, nec fenestræ in dictis muris, si de facili haberetur introitus Stat. rubr. 134. lib. 4. fol. 39. nec propè muros prædictos potest ædificari ad duodecim passus ibidem in addit. Debent muri Castrorum reuideri, & conseruari rubr. 57. lib. 4. fol. 16. vbi latè & rubr. seq. Rumpens huiusmodi muros grauiter punitur d. rubr. 57. §. item quod nullus. vers. & quod si aliquis. & vide etiam ver. Murus. Appellatione Ciuitatis veniunt Castra, & Villæ in Bannimentis generalibus de ordine Sanctissimi publicatis num. 93. Castrum Marsciani fuit aliàs emptum per Ciuitatem Perusiæ, vt colligitur ex Stat. rubr. 72. in princ. lib. 4. fol. 20. Marscianenses, & Clusini respectu subsidij triennalis, & aliorum onerum Cameralium debent contribuere cum Ciuitate Perusiæ non obstante dismembratione, ita fuit conclusum in Camera Apostolica sub die 11. Octobris 1555. in 6. registr. fol. 123. & dixi ver. Clusium vbi etiam de Castro Castilionis Lacus Trasimeni. Vide aliqua ver. Vniuersitas.

## Adnotationes.

1 Castrorum, Villarum, † & Burgorum appellatione, quæ veniunt vide apud *Carpan. ad Stat. Mediol.*
2 *par. 2. cap.* 382. Castrum † vbi sit inter duas Ciuitates, cuius territorij præsumatur idem *Carpan. ad d. Stat. par.* 1. *cap.* 130. *num.* 7. vbi quod propinquioris, & quod non præsumatur esse Ciuitatis cum possit esse sine Ciuitate idem *Carpan. d. loco num.* 10.
3 *post Alciat. cons.* 34. *num.* 1. Castra exempta † per Principem non includuntur sub Ciuitate, vel districtu *Bal. cons.* 102. *num.* 2. *vol.* 2. & an Statuta Ciuitatis debeant attendi in Castro dismembrato à Ciuitate, vt illud Castilionis vide *Eug. cons.* 25. *num.* 16. *& seq. lib.* 1. *& Honded. cons.* 13. *lib.* 1. vbi de Castro Schiphanoiæ.

4 A De iure non possunt † Castra condere Statuta *Boer. decis.* 320. *num.* 5. vbi quod tamen possunt imponere collectas, & de Statuto Ciuitatis dominantis attendendo. *Peregr. decis. Patau.* 1. *num.* 4.

# CATASTRVM.

## *SVMMARIA.*

*Constitutiones Armarij quæ cap. 1. in princ.*
*Officiales Armarij cognoscunt causas priuatiuè quoad alios Iudices ibidem vers. Nullus Iudex.*
*Catastrum debet fieri distinctè à quolibet ibidem vers. Catastrum.*
*Consultorem habent Officiales Armarij ibidem vers. Officiales.*
*Officiales Armarij, & Notarij ipsorum quomodo eligantur, & de eorum officio cap. 2. in princ.*
*Mutatio libræ non potest fieri nisi de consensu partium, & voluntate Officialium ibidem vers. Mutatio.*
*Notarij principales Armarij quales, & de eorum officio cap. 3.*
*Notarij ad copias extrahendas quomodo eligantur ibidem vers. Extrahuntur.*
*Descriptio in Catastro quomodo, & à quibus sit facienda cap. 4.*
*Hæreditaria bona quomodo describantur ibidem vers. Hæreditaria.*
*Filij familias quomodo describant acquisita ibidē vers. Acquisita, & cap. 7. vers. De bonis.*
*Alluuione acquisita quomodo sint allibranda ibidem vers. Quæ per alluuionem; & vide in ablatis impetu fluminis cap. 8. & num. 2. in adnot.*
*Dotalia bona quomodo allibrentur d. cap. 4. vers. Dotes, & cap. 7. vers. Quando bona, & cap. 8.*
*Vsufructuarius describit sibi bona d. cap. 4. vers. Vsufructuarius.*
*Molendina olim allibrabantur ibidem vers. Olim quoque.*
*Domus etiam ibidem vers. Domus.*
*Fratres diuidentes debent facere seorsum Catastrum ibidem vers. Fratres. & cap. 7. vers. De bonis pariter.*
*Bona extra Comitatum existentia non debent allibrari d. cap. 4. in fine.*
*Bona, quæ sunt descripta in Catastro, sunt tributaria, & possessores tenentur ad onera, & collectas cap. 5. in princ.*
*Ciues habitantes fuerunt facti immunes à solutione focularis, respectu bonorum per ipsos possessorum, quo verò ad bona acquirenda illa transeunt cum oneribus d. cap. 5. vers. Ciues.*
*Venditor tenetur ad onus focularis, si non expressit, quod hoc onere erant grauata bona, & ipse erat Ciuis ibidem vers. Et si aliquis.*
*Forenses, & Comitatenses non describuntur inter Ciues cap. 6.*
*Bona quando, & quomodo ponantur de vno ad aliud Catastrum cap. 7.*
*Permutata bona quomodo allibrentur ibibem vers. Bona quæ.*
*Bona quomodo liberentur à solutione focularis cap. 8.*
*Valor qui attendatur in accatastratione cap. 9.*
*De focularibus mortuis vide cap. 10.*
*Pro bonis Banniti, vel absentati, & cuius bona non reperirentur, diminuitur libra Vniuersitatibus ibid.*
*Libra qualis fiat cap. 11.*
*De libra mortua cap. 12.*

## Caput I.

IN Armario Perafino (qui eſt locus, vbi Cataſtrum, ſiue liber æſtimi ſeruatur) ſunt quędam Conſtitutiones, ſeu Regulationes, quæ obſeruandæ omninò ſunt Statut. rubr. 98. in addit. lib. 1. fol. 44. Sunt etiam Ordinationes multæ ſub die 8. Aprilis 1494. in 4. regiſtr. fol. 129. Nullus Iudex poteſt ſe intromittere in aliquas cauſas Armarij, & ad Dominos Officiales ſpectant etiam in vim appellationis Stat. rubr. 144. lib. 1. fol. 50. Cataſtrum debet fieri diſtinctè, & quilibet debet facere ſibi deſcribi ſua bona, aliàs deſcripti tenentur ad ſolutionem totius libræ focularis, vt in lege Dominorum Priorum per Legatum confirmata de anno 1507. die 25. Octobris in 4. regiſtr. fol. 195. Officiales debent habere Conſultorem, vt colligitur ex rubr. 97. §. item cum ad obuiandum in addit. eod. lib. 1. fol. 43.

## De Officialibus Armarij.
## Caput II.

ELiguntur duo boni viri de ſex in ſex menſes in principio per ſacculum, vnà cum duobus Notarijs ead. rubr. 97. in princ. §. & volumus lib. 1. fol. 43. Et poſſunt cogi ad acceptandum huiuſmodi officium ibi §. & quod dicti Notarij. Debent dicti Officiales, & Notarij aſſiduè de mane, & de ſero manere in dicto Armario ibidem §. & quod dicti Officiales. & poſſunt ad id cogi rubr. 123. lib. 1. fol. 46. Debent facere Inuentarium ſcripturarum, & illud vnà cum clauibus reſtituere ſucceſſoribus ead. rubr. 97. in princ. De libris Armarij prędicti debent facere copiam omnibus petentibus ibidem verſ. qui boni homines, ſed non permittere vt libri extrahantur ex dicto Armario, excepto libro Ordinationum, ſeu Regulationum, qui de licentia tamen Dominorum Priorum extrahi poteſt §. & non ſinat cum §. ſeq. ead. rubr. Notarij de mandato Officialium debent facere ſummam librarum cuiuſcunque deſcripti rubr. 143. eod. lib. 1. fol. 50. Officiales prædicti, & Notarij principales finito eorum officio debent ſindicari rubr. 561. eodem lib. 1. fol. 124. Mutatio libræ non poteſt fieri niſi de conſenſu partium, & voluntate Officialium rubr. 99. fol. 44. eod. lib. 1. Debent Officiales prędicti vacaſſe à tali officio per tres annos rub. 73. §. fin. lib. 1. fol. 33.

## De Notarijs Armarij.
## Caput III.

DVo Notarij, qui vocantur principales, eliguntur, vt ſupra, vnà cum dictis Officialibus d. rubr. 97. §. & volumus fol. 43. qui Notarij ſunt Iudices circa fraudes, quæ committerentur in huiuſmodi Cataſtris, vel Armario, nempe quando quis ſcienter, vel ignoranter omiſiſſet ponere bona, quæ poſſideret, vel poſuiſſet in ſuo aliena bona, vel alio modo libram defraudaſſet, & ipſi ſunt circa hoc executores d. rubr. 97. in addit. §. pen. lib. 1. fol. 44. vbi dicitur, quod lucrantur tertiam. Debent iſti antequam deſcribant rem in Cataſtro alicuius habere titulum inſtrumenti emptionis reſpectu valoris; de alijs verò titulis creditur iuramento rubr. 561. §. fin. vbi etiam hoc declaratur lib. 1. fol. 125. & in addit. d. rubr. 97. §. item ad obuiandum fol. 43. vbi etiam de qualitate inſtrumenti. Licet dictis Notarijs ſcribere, addere, delere, & minuere in libris quibuſcumque, & manu cuiuſcumque Notarij, dummodo tamen ſint iuxta formam Ordinamentorum, & de mandato Officialium, vel alterius ipſorum rubr. 106. lib. 1. fol. 45. vide d. §. item ad obuiandum. Extrahuntur etiam de ſacculo quinque Notarij vnus pro Porta ſingulis ſex menſibus, ad copiandum, & exemplandum ſcripturas in dicto Armario exiſtentes d. rubr. 97. §. & quod in dicto Armario, cum §. ſeq. Quibus ſcripturis ab aliquo eorum ſubſcriptis adhibetur plena fides ibidem §. fin. ante Addit. Non poſſunt deinde dicti Notarij habere idem officium per tres annos ead. rubr. §. & quod Notarij. Durante eorum officio non poſſunt habere aliud officium niſi per ſacculum rubr. 97. §. & quod dicti Notarij lib. 1. fol. 43. De iſtis Notarijs fit etiam mentio in Bulla nouæ Reformationis Iulij II. in 5. regiſtr. fol. 33.

## De bonorum deſcriptione.
## Caput IV.

DEſcriptio debet fieri in Porta, & Parochia cuiuſcumque, ſi eſt Ciuis, rubr. 120. lib. 1. fol. 46. ſi verò eſt in Caſtro, vel Villa debet fieri, vbi quis familiariter habitat rubr. 122. d. lib. 1. fol. 46. Sed iſte functiones perſonales debet facere in loco, in quo habitat, quamuis alibi ſit

deſcriptus rubr. 124. d. fol. 46. Licet debeat contribuere cum Communitate, in qua eſt allibratus rubr. 145. fol. 50. lib. 1. vbi declaratur. Emptores debent deſcribere bona empta rubr. 98. lib. 1. fol. 44. & ſic huiuſmodi bona debent deleri de Cataſtro alienantium, vel aliorum, & deſcribi in poſſidentium rubr. 130. §. item ad hoc fol. 48. eod. lib. 1. Et de modo ſeruando rubr. 116. d. lib. 1. fol. 45. & rubr. 129. ibidem fol. 47. Quid ſeruandum in bonis emptis cum pacto de retrouendendo, vide d. rubr. 97. in Addit. §. item cum ſæpe numero fol. 43. Si quis retinet bona ſucceſſionis, vel quauis de cauſa debet petere ſibi allibrari, & curare, vt deleantur nomina illorum, qui deſierunt poſſidere, rubr. 128. §. & quia multi d. lib. 1. fol. 47. Hæreditaria bona ſtatim mortuo aliquo debent deſcribi ſub nomine hæredis, & in eius Cataſtro, quod ſi non habeat hæres proprium Cataſtrum, apponitur in illo defuncti nomen hæredis, niſi ſit ruſticus, vel forenſis Stat. rubr. 107. lib. 1. fol. 45. Acquiſita etiam per filios familias debent per ipſos deſcribi in proprio Cataſtro, quando parentes nollent allibrari in eorum Cataſtro rubr. 118. d. lib. 1. fol. 46. Quæ per alluuionem accreuerunt quomodo ſint allibranda rubr. 561. §. item quod dicti fol. 125. & prius rubr. 100. §. & ſi alicui, cum §. ſeq. lib. 1. fol. 44. Dotes pariter exiſtentes in rebus immobilibus, quæ eſſent reſtituendæ, debent deſcribi, rubr. 113. lib. 1. fol. 45. Sed quid ſi maritus eſſet allibratus, vide rubr. 128. §. & quia plerumque fol. 47. d. lib. 1. Vſusfructuarius tenetur deſcribere bona, ſuper quibus habet vſumfructum durante vſufructu d. rubr. 113. lib. 1. fol. 45. Olim quoque allibrabantur Molendina, & Valcheriæ iuxta eorum redditum rubr. 101. §. 1. lib. 1. fol. 44. Domus dum locabantur rubr. 102. lib. 1. fol. 44. & rubr. 103. ibidem, quimmò etiã domus propria, in qua quis exerceret aliquam artem rubr. 114. lib. 1. fol. 45. Fratres ſi diuiderent bona communia, debet etiam diuidi libra, & cuilibet ſeorſum deſcribi rubr. 119. lib. 1. fol. 46. Et quod fratres facta diuiſione debeant facere Cataſtrum ſeparatum, eſt Edictum Cardinalis Sabelli Legati die 11. Aprilis 1480. in 4. regiſtr. fol. 12. Non debent allibrari bona exiſtentia extra Comitatum rub. 141. fol. 50. lib. 1. Et quod Peruſini habentes bona in alijs Territorijs non teneantur ſoluere aliquas datas, vel collectas, ſeu impoſitiones in Ciuitate Peruſiæ eſt Stat. rubr. 68. lib. 2. fol. 35.

## Quæ bona ſint ſubiecta ſolutionibus focularis libræ.

## Caput V.

Bona quæcumque deſcripta in Cataſtro Ciuium, vel Comitatenſium intelliguntur eſſe tributaria, & illorum poſſeſſores tenentur ad onera, & collectas Stat. rubr. 69. §. quæ omnia lib. 2. fol. 35. Ciues Peruſini in Ciuitate habitantes, & ciuiliter viuentes fuerunt facti immunes, & exempti à ſolutione focularis, reſpectu bonorum tunc per ipſos poſſeſſorum à Iulio II. vt in eius Breui dat. 16. Kal. Martij 1511. regiſtrato in Canc. Comm. in 5. regiſtr. fol. 32. Declarauit tamen ibi dictus Pontifex, quod bona deinde per ipſos acquirenda trãſirent cum eorum onere. Et ſi aliquis Ciuis Peruſinus vendat alteri Ciui aliquod prædium, & in inſtrumento non fiat expreſſa mentio, quod illud eſt obnoxium ſolutioni focularis, venditor tenetur emptori dictum prædium facere bonum, & ſoluere dictum onus, vel illud extinguere, aut liberare prædium, cum Ciues illud non ſoluant, niſi emant à ruſtico, eſt fides Collegij mei ſub die 19. Iulij 1598. In liberatione, & priuilegio fauore Ciuium non fuerunt comprehenſa loca Pia, prout deinde declarauit Leo X. in eius Bulla cap. 5. quæ eſt in d. 5. regiſtr. fol. 51. & per aliud ſpeciale Breue ſub die 10. Maij 1517. in eod. regiſtr. fol. 71. Bona etenim acquiſita per Eccleſias, aut eiſdem relicta ſubiacent ſolutioni focularis, vt per Breue Alexandri VI. dat. die 29. Aprilis 1500. in 4. regiſtr. fol. 138. Et quod Monaſterium Montis Morcini deberet ſoluere foculare, prout ſoluunt aliæ Eccleſiæ, Monaſteria, & loca Pia, fuit declaratum per Breue Sixti IV. dat. die 13. Martij 1463. fol. 75. Nicolaus V. reſpectu etiam focularis reuocauit omnes conceſſiones, & priuilegia, vt in eius Breui regiſtrato in 4. libro Cam. Apoſt. Peruſ. fol. 76. Presbyteros, Monachos, & Tertiarios debere ſoluere foculare, fuit etiam declaratum per literas Sacræ Conſultæ ſub die 7. Nouembris 1576. in 7. regiſtr. Comm. fol. 95. De anno 1568. 8. Martij in Camera Apoſtolica fuit concluſum, & declaratum, quod priuilegia conceſſa Tertiarijs comprahenderent perſonas particulares habitum geſtantes, non autem filios, vel familiam, & tenerentur ad ſolutionem omnium onerum realium, & perſonalium, excepta rata tangente propriæ perſonæ, vt in quodam libro Cam. Apoſt. Peruſ. incipien. De anno 1492. fol. 71. quod Tertiarij deberent ſoluere, adſunt literæ Cardinalis Camerarij ſub die 24. Februarij 1593. in 7. regiſtr. fol. 170. & aliæ ſub die 22. Martij 1595. in d. 7. regiſtr. fol. 181.

Coloni enim locorum Piorum non poterant restituere frumētum dominis Tetrarum sine apodixa Depositarij Communis respectu solutionis focularis, & hoc per legem Dominorum Priorum factam sub die 25. Maij 1497. quæ fuit confirmata per Legatum die 18. Augusti in 4. regist. fol. 124. vbi quod semper adest tacita obligatio, & sequestratio pro huiusmodi solutione. Verum modo non soluunt loca Pia foculare, nescio autem an aliqua noua dispositio superuenerit, & dicam in ver. Clericus.

## De bonis Ciuium, & illorum descriptione. Caput VI.

FOrenses hoc est exteri, & Comitatenses non possunt describi, aut allibrari inter Ciues originarios, nec inter absentatos, nisi cum deliberatione Dominorum Priorum, & Camerariorum rubr. 128. §. saluo lib. 1. fol. 47. Et debent esse triginta quinque vota alba Camerariorum rubr. 561. §. item quod in dicto d. lib. fol. 125. vbi videtur correcta d. rubr. 128. lib. 1. Et isti in effectu sunt, qui dicuntur Ciues ex priuilegio, & dicam in ver. Ciuis.

## Bona quando, & quomodo ponantur de vno ad aliud Catastrum. Caput VII.

BOna quæcumque empta, vel acquisita debent deleri de Catastro defuncti, vel primi possessoris, & describi in Catastro successoris rubr. 98. lib. 1. fol. 44. & rubr. 129. fol. 47. & rubr. 130. §. item ad hoc fol. 48. Si Ciuis emisset à Comitatense antequam mutetur Catastrum, debet iurare, quod dicta venditio sit vera, & non ficta rubr. 116. §. & teneantur fol. 45. Empta autem non describuntur emptori durante pacto, dummodo terminus non excedat tres annos rubr. 97. §. item cum sæpe numerò in addit. d. lib. 1. fol. 43. Hæres statim mortuo suo auctore, seu antecessore debet sibi bona hæreditaria allibrare, & illius loco describi facere rubr. 107. fol. 45. eod. lib. 1. Sed si hæres fuisset rusticus, aut forensis, tunc debet in suo Catastro apponere, vel de eis sibi Catastrum conficere d. rubr. 107. & debet ibi fieri mentio causæ successionis, aut aliorum titulorum respectiuè rubr. 128. §. & quia multi d. lib. 1. fol. 47. Debet etiam adnotari in margine Catastri cassandi rubr. 116. d. lib. 1. fol. 45. De bonis acquisitis per filios familias, quando pater nollet describi in eius Castro, debet fieri descriptio in persona filij, vt in rubr. 118. d. lib. 1. fol. 46. Sed si habitaret seorsum, & nihil possideret, non debet cògi ad faciendum sibi fieri libram rubr. 97. §. item quia sæpissimè in addit. d. lib. 1. fol. 44. De bonis pariter inter fratres diuisis debet diuidi libra, & quilibet facere Catastrum separatum rubr. 119. d. lib. 1. fol. 46. vide supra cap. 4. Bona, quæ in permutam consequitur Ciuis loco non allibratorum, & non soluentium, sed exemptorum, succedunt pro concurrenti quantitate in locum permutatorum, & è conuerso rubr. 97. in addit. §. 1. d. lib. 1. fol. 43. Sed non debent deleri de Catastro permutantis, quando essent data in permutam non subiecto, nisi primo res per non subiectum permutata, & tradita ponatur in Catastro subiecti, & æstimetur rubr. 561. §. item quod per subiectum lib. 1. fol. 125. Quando Comitatensis esset allibratus in duobus locis, debet tota eius libra fieri, & reduci in loco, in quo familiariter habitaret rubr. 122. d. lib. 1. fol. 46. Si allibratus in aliquo Castro recessisset, & habitasset in alio loco domum propriam per duos annos continuos, potest petere se describi in loco habitationis, si tamen ibi haberet maiorem partem suorum bonorum rubr. 104. d. lib. 1. fol. 45. Facit hoc ad effectum etiam, vt quis teneatur contribuere cum Vniuersitate, cum qua est allibratus rubr. 145. d. lib. 1. fol. 50. vbi declaratur. Functiones personales tenētur facere per locum, in quo habitant, licet alibi sint allibrati rubr. 124. eod. lib. 1. fol. 46. Castrum etiam, & Villa, si esset depauperatum, & diminutum, & non haberet octo focularia, tunc debet vniri viciniori, & in illius Catastro poni bona rubr. 131. lib. 4. fol. 39. Quando bona etiam libera fuissent data in dotem alicui rustico durāte tali matrimonio, ponuntur inter soluētia, & è contra, vt cap. seq.

## Quomodo, & quando bona liberentur à solutione. Caput VIII.

SI allibrentur inter Ciues, vt supra dictum est, cap. 6. Quando bona soluentia darentur in dotem alicui Ciui, & de hoc fieret instrumentum, efficiuntur libera, donec tamen duraт matrimonium rubr. 97. §. item quia lib. 1. fol. 43. Et è contra si maritus non esset allibratus sunt subiecta rubr. 128. §. & quia plerumque eod. lib. fol. 47. & idem si esset rusticus rubr. 117. d. lib. 1. fol. 46. Si essent occupata, vel sublata à fluminibus rubr. 100. d. lib. 1. fol. 44. vel per alluuionem ablata, dummodo vnus ex Officialibus cum Notario accederet ad inspiciendū talem alluuionem rubr. 561. §. item quod dicti fol. 125. eod. lib. 1.

## De Valore attendendo in Accataſtratione. Caput IX.

NOn poſſunt per Notarium bona deleri de vno, & poni in aliquo alio Cataſtro, niſi habito prius inſtrumento, vel fide venditionis, aliàs non tenet caſſatio d.rubr.97. lib.1. in addit. §. item ad obuiandum fol. 43. & bona empta pro maiori prӕcio, quàm ibidem eſſent ӕſtimata, debent poni in Cataſtro ſecundum prӕcium ipſius emptionis Stat. rubr. 115. d. lib.1. fol. 45. & ſemper in allibratione attenditur, quod eſt maius, nempe ſi ӕſtimatio eſſet maior prӕcio, illa, & non prӕcium attenditur, rubr. 125. eod. lib.1. fol.46. & ſic ſi prӕcium rei excederet ӕſtimationem, ponitur ſecundum prӕcium, ſi autem ӕſtimatio excederet prӕcium ponitur ſecũdum ӕſtimationem,ita vt ſemper maior quantitas allibretur rubr.561. §.fin. eod.lib.1. fol.125.

## De focularibus mortuis,vt vocantur. Caput X.

QVando eſſent banniti, vel abſentati aliqui de aliquo loco, & in effectu non reperirentur eius bona, ſuper quibus pro datijs, collectis, & alijs oneribus poſſit haberi regreſſus, tunc ad inſtantiam Sindici illius Vniuerſitatis, vel illius, cuius intereſt, facta de prӕdictis fide Officialibus,& prӕcedente declaratione per eos, Vniuerſitas illius loci minimè grauari poteſt pro huiuſmodi abſentatis, & bannitis rubr.105.lib.1. fol. 45. & pariter quando eſſent mortui, vel abſentati aliqui de aliquo loco alienatis, vel adiudicatis bonis,vel ſi bona reuerſa eſſent ad extraneos, tunc libra ad petitionem Sindici Caſtri,vel loci illius, debet caſſari per dictos Dominos Officiales d. lib. 1. rubr. 111. fol. 45. & rubr. 126. §. fin. fol. 47. Et in effectu omnia, & ſingula focularia mortua, & abſentata de Ciuitate,& Comitatu cum omnibus eorum bonis debent tolli, caſſari, & deleri de libro librӕ, & Cataſtri talis Vniuerſitatis, ſtatim facta fide per tres teſtes dictis Officialibus, & debet pro tali rata dictӕ Vniuerſitati diminui libra, vt latiùs in rubr.140. lib. 1. fol. 50. & etiam in rubr. ſuperiori 126. fol. 46. vbi quod Sindicus loci habens ad hoc ſpeciale mandatum debet inſtare pro tali caſſatione huiuſmodi focularium mortuorum abſentatorum, ſeu depauperatorum, vbi de modo citandi, & agendi in tali, & ſimili caſu rubr.140. d.lib.1. fol.50. Vniuerſitates autem non poſſunt inducere teſtes de ſua Vniuerſitate in eius fauorem rubr. 109. eod. lib. 1. fol.45.

## De Libra. Caput XI.

LIbra Ciuium, & etiam forenſium allibratorum in Ciuitate, vel inter abſentatos de Comitatu debet fieri, & facta intelligitur ad minus viginti quinque librarum ad groſſam, & allibratorum in Comitatu ad minus quinque librarum ad groſſam rubr.132.lib.1. fol.48. Quilibet tamen poteſt augere libram ad ſuum arbitrium, etiam quod bona ſtabilia non aſſignaret rubr. 135. d. lib. 1. fol. 49. decem autem librӕ ad minutam faciunt vnam libram ad groſſam. Libra minuta valet ſolidos 20. & ſic baiocchos 12. & ½. vnde libra groſſa valebit florenis duobus, & ſic ſcutum vnum, & baiocchos 25. Solidus enim eſt trium quadrantium, ad rationem 24. quatrenorum pro quolibet groſſo, & ſic ſolidos octo hodie faciunt quatreni 25. & ſic baiocchos 5. vide infra cap. 15.

## De Libra mortua. Caput XII.

LIbram mortuam etiam vocat Sixtus V. in ſua Bulla ſuper confirmatione rerum geſtarum, per Reuerendiſſimum D. Maluaſiam tunc Viſitatorem in hac Ciuitate, quӕ vt ibi dicitur, ſoluitur per eos, qui nihil prorſus poſſident, quam dictus Pontifex mandauit ibi omnino deleri, & iuxta dictam Bullam Theſaurarius Apoſtolicus per literas mandauit caſſari huiuſmodi libram mortuam, vt in eius literis in 7. regiſtr.fol.144. In Statuto cauebatur,quod ſi quis haberet libram mortuam, & vellet ponere bona in ſuo Cataſtro, talis libra mortua deberet deleri, & fieri libra pro bonis, ita tamen, quod Ciuis minimum deberet habere viginti quinque libras ad groſſam, & Comitatenſis quinque rub. 133. in fin. lib. 1. fol. 48.

## De errore corrigendo. Caput XIII.

POſſunt menſurari Terrӕ, quando dubitaretur de errore menſurӕ, de mandato tamen Officialium,& ſumptibus petentis rub.110. lib. 1. fol. 45. ſi etiam appareret de euidenti errore librӕ debet reduci ad veritatem rubr. 133. fol. 48. eod. lib. 1. & etiam circa nomina, ſi res eſſet bis ſcripta, & adſcripta duobus, vel ſi eſſet deſcripta vni, & deberet adſcribi alteri, vel ſi eſſet erratum in nomine, pronomine, & ex quauis cauſa appareret de errore rubr. 134. eodem lib. 1. fol. 48.

## De pœnis, & illarum remissione. Caput XIV.

Domini Priores habent omnimodam facultatem condemnandi, vel absoluendi in totum, vel in partem quoad pænas contentas in dictis Statutis, & Regulationibus Armarij rubr. 97. in fine eod. lib. 1. fol. 44.

## De valore, & qualitate monetarum. Caput XV.

Solidus de quo fit mentio supra Cap. XI. est trium quatrenorum, ad rationem 24. quatrenorum pro quolibet grosso, sed solidi octo hodie faciunt quatrenos 25. & consequenter baiocchos 5. quatuor denarij faciunt vnum quatrenum. Quando autem in Catastro dicitur, tale petium Terræ est æstimatum libr. 20. solid. 10. denar. 2. intelligitur ad rationem libræ ad minutam. Quando autem dicitur, quod quis habet 30. libras intelliguntur libræ ad grossam. Solidi 20. faciunt libram vnam paruam, siue ad minutum. Libræ autem quinque faciunt florenum vnum. decem minores libræ faciunt vnam maiorem, siue ad grossam; & hæc facit florenos duos.

## De solutione focularis respectu Ciuium. Caput XVI.

Vsque ad libras 25. Ciues respectu bonorum solutioni focularis subiectorum soluunt solidos 45. qui constituunt baioc. 28. quatr. 1. A 25. vsque ad 40. florenum vnum, florenus autem in hac materia constituit baioc. 56. quatr. 1. A 40. vsque ad 100. inclusiuè florenum vnum, solid. 45. & sic baioc. 84. quatr. 3. A 100. vsque ad 200. inclusiuè florenos duos, & sic scutum vnum baioc. 12. $\frac{1}{2}$. A dicta summa vsque ad infinitum soluuntur solidi 45. pro quolibet centenario librarum vltra dictas libras 200.

## De solutione focularis respectu Rusticorum. Caput XVII.

Rustici soluunt respectu graduum, qui in totum sunt septem, & respectu libræ, cum vltra gradum debeant soluere denarios 21. & $\frac{1}{7}$. pro qualibet libra, & consequenter pro omni decina librarũ solidos 18. & sic baioc. 11. quatr. 1. $\frac{1}{7}$. in circa, qui faciunt scutum 1. baioc. 12. $\frac{1}{2}$. pro quolibet centenario librarum: Solutiones autem respectu graduum fiunt, & regulantur hoc pacto.

Primus gradus vsque ad libras decem inclusiuè soluit solidos 60. baioc. 37. $\frac{1}{2}$.

Secundus. A decem vsque ad 25. solidos 80. baioc. 50.

Tertius. A 25. vsque ad 50. florenum vnum, & solid. 45. baioc. 87. $\frac{1}{2}$.

Quartus. A 50. vsque ad libras 100. florenos duos, scut. 1. baioc. 12. $\frac{1}{2}$.

Quintus. A 100. vsque ad 200. florenos tres, scut. 1. baioc. 68. quatr. 3. $\frac{1}{2}$.

Sextus. A 200. vsque ad 300. florenos quatuor, scut. 2. baioc. 25.

Septimus. A 300. vsque ad infinitum florenos quinque, nempe florenos ad rationem 90. solidorum pro quolibet floreno, scut. 2. baioc. 81. quatr. 1.

## Adnotationes.

1 Catastrum † vox est sono potius, quam significatione, Græca. Est autem apud nos liber, in quo bona stabilia Ciuium solent describi, & æstimari ad tributa colligenda; & huiusmodi tributum dicitur solutio per æs, & libram: quod perinde accipi debet, ac si diceremus, tributum iuxta vires, & modum facultatum cuiuscumque, & hoc verbo vtitur. *Bart. in l. forma. § illam æquitatem. & § si cum ego. ff. de censib.* vbi quod pro bonis à flumine exportatis debet minui libra ab Officiali super Catastro, & vide *Prate. in lexico ver. Catastrum*, & est idem, quod alij dicunt
2 Aestimum, † qui liber, quod Catastrum appelletur à Perusinis, *post Bal. scripsit Festas. de æstim. & collect.*
3 *cap. 1. num. 3.* & esse sacristiam Perusinorum, † & debere custodiri sicut rem sanctissimam, & sacrarium, & vitam Ciuitatis dixit *Bald. cons. 294. in fin. lib. 4.* in quo consilio agit, an stante Statuto contra Comi-
4 tatenses † filius naturalis ex Patre Comitatiuo debeat poni in Cathalogo Ciuium. Nostrum Catastrum es-
5 se distinctum in tres partes, † videlicet, Ciuium, Comitatensium, & Forensium, inter quos describuntur incolæ, scripsit *Corn. cons. 194. num. 4. in fin. lib. 4.* Locus autem, in quo retinetur appellatur Armarium,
6 † quæ vox etiam in Iure significat locum, vbi libri reponuntur *l. 3. ff. de suppell. leg. l. librorum. §. chartis. ff. de leg. 3. Glos in l. vulgaris. ff. de furt.* De Communi Perusiæ, quòd statuerit, vt omnes Possessiones
7 † essent tributariæ, & consequenter ex hoc Collectæ, quæ pro rebus imponerentur, essent onus reale, & propterea, quod ad illas Collectas Ecclesia teneantur loquitur *Bar. in l. fin. num. 2. C. de exact. tribut. lib. 10.* quem refert *Bero. cons. 150. num. 19. lib. 3.* Sed quoad Ecclesiasticos dicam in ver. Clericus. An
8 & quando probet † Catastrum vide *Mascard. de Probat. lib. 1. conclus. 273. Pacian. in sim. lib. 1. cap. 46. num. 10. & seq: & latius Genua de script. priu. lib. 3. tit. de libr. Aest. pag. 273. & seqq.*

# CAVALCATA, seu Conuenticula.

*SVMMARIA.*

*Caualcata, seu Conuenticula punitur in princ. & in adnot num. 1.*
*In funeralibus coitiones hominum prohibentur ex Stat. verf. Prohibentur.*
*Statutum puniens coadunantes gentem in quot hominibus verificetur num. 2.*

CAualcatas facere causa capiendi tenutam, seu possessionem alicuius rei sine iuris cognitione est prohibitum Stat. rubr. 99. §. prætexea volumus il primo lib. 3. fol. 36. quod idem pariter fuit prohibitum sub grauissimis pœnis per Sixtum V. in eius Bulla dat. 11. Kal. Martij 1588. quæ est in Bullario nouo tom. 2. const. 75. pag. 617. & vide Bannimenta Generalia num. 46. & 47. Prohibentur etiam hujusmodi coitiones in funeralibus rubr. 48. lib. 1. fol. 27.

## Adnotationes.

Conuenticula illicita † punitur etiam in *l. conuen-*
1 *ticulam. C. de Episc. & Cler.* Quando, & quatenus liceat facere conuenticulas, & caualcatas ad declarationem dictæ Bullæ Sixti V. vide responsa apud *Farinacc. cons. 65. lib. 1. & ibi Adden.* Statutum puniens † coadunantes gentem in quot hominibus verifi-
2 cetur vide *Bart. in l. 1. num. 2. ff. de prob.*

# CAVSA.

*SVMMARIA.*

*Causæ debent cognosci coram Iudicibus Ordinarijs in princ.*
*Legatus de latere auocat causas ex Prouincia verf. Legatis de latere, & num. 6.*
*Idem in Gubernatore verf. ex stylo.*
*Causæ ordinariæ, & summariæ qua verf. De cognitione.*
*Causæ instantia quando non currat verf. Instantia autem.*
*Causa quot modis accipiatur num. 1. & seq.*
*Accipitur pro controuersia Iudiciali, seu exercitio litis num. 2.*
*Causa an incipiat ante litis contestationem num. 4.*
*Statutum loquens in causis ciuilibus, an habeat locum in criminalibus, vel mixtis num. 5.*

DOmini Priores, & Camerarij sub 5. Martij 1474. condiderunt legem, quòd causæ cognoscerentur coram Iudicibus Ordinarijs Ciuitatis, vt in libro gestorum dicti anni fol. 30. & in Stat. vol. 4. rubr. 144. fol. 42. quam legem confirmauit. Deinde Sixtus IV. vt in 4. registr. Comm. fol. 39. vbi etiam prohibuit auocationem sub pœna excommunicationis, cuius Breue confirmatum fuit per Alexandrũ VI. sub die 15. Octobris 1493. in d. 4. registr. fol. 110. vbi loquitur præsertim de causis vertentibus coram Consulibus, Auditoribus, & alijs Camerarijs, & Iudicibus Ordinarijs dictæ Ciuitatis. Sunt diuersæ Bullæ diuersorum Summorum Pontificum circa hoc registratæ in d. 4. vol. sub rubr. 145. & seqq. Gregorius XIII. mandauit cognosci primas, & secundas causas coram Iudicibus Ordinarijs, vt in eius Breui sub die 13. Decemb. 1572. in 7. registr. fol. 72. Legatis de latere conceditur in eorum facultatibus à Pontifice, quòd possint auocare causas ex Prouincia, & committere eorum Iudicibus Ordinarijs, vt habetur præ-
A sertim in Breui Leonis X. in 5. registr. fol. 50. Ex stylo, & consuetudine etiam Gubernatores Perusiæ solent ad eorum libitum auocare causas tam in prima, quàm in secunda instantia, & tam ciuiles, quàm criminales, & committere in hac Ciuitate, vt patet fides DD. Causidicorum sub die 3. Ianuarij 1589. & præsertim ex Ciuitate Typherni, vt in alia fide eiusdem Collegij die 26. Ianuarij 1593. & dixi ver. Appellatio cap. 2. Ad materiam vide etiam ver. Forum. De cognitione ordinaria causarum ciuilium, & de illarum expeditione habetur Statut. vol. 2. rubr. 2. fol. 2. De summaria autem cognitione rubr. 3. d. 2. vol. & dicam ver. Iudicium. Instantia autem causæ non currit durante compromisso facto Statut. d. rubr. 2. §. si verò tempus d. lib. 2. fol. 3. & de hac materia vide ver. Desertio.

## Adnotationes.

Causa propriè † & secundum Philosophos loquen-
1 do, est id, à quo aliud prouenit, & diuiditur in materialem, formalem, efficientem, ac finalem. In materia autem nostra † accipitur pro controuersia Iu-
2 diciali, seu exercitio litis. *Bald. cons. 106. num. 2. vol. 2. Asin. in Prax. Iudic. rubr. 1. cap. 1. num. 9.* & in hac strictiori significatione differt † à quæstione
3 lite controuersia, & discordia. *Asin. vbi sup. num. 1. & seqq.* vbi quod modis accipiatur refert *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 1. num. 44. & cap. 47. num. 84.* An incipiat † ante litis contestationem vide *Asin. d.*
4 *loco num. 10. & seq. Carpan. d. cap. 1. num. 42.* Statutum loquens † in causis ciuilibus, an habeat locum
5 in causis criminalibus, vel mixtis vide eundem *Asin. d. loco cap. 4. num. 1. & seqq.*
A De Bulla Pij IV. † prohibente Gubernatores
6 auocare causas, quod non liget Legatos de latere vide *Corn. cons. 253. lib. 3,* & dicam ver. Legatus de latere.

# CAVSIDICVS, seu Procurator.

## SVMMARIA.

*Causas agere, vt quis possit requisita in princ. & vide vers. De anno.*
*Causidicorum Collegij constitutiones referuntur vers. Ad Procuratoris officium.*
*Fides super stylo à Collegio Causidicorum qualiter fiant vers. Fides. Defertur eis vt num. 8.*
*Forenses ex Prouincia tamen, debent admitti in Collegium Causidicorum vers. De anno.*
*Procurare possunt omnes pro certis personis, sed gratis ibidem.*
*Agere, & se defendere potest quis per se, vel alium habentem legitimum mandatum vers. Anno verò.*
*De salario, & mercede Procuratorum vers. Super salario, & num. 7.*
*Causidicus quis dicatur num. 1.*
*De Statuto quod quis non possit procurare nisi sit de Collegio num. 2.*
*Causidicus cogitur patrocinium acceptare num. 3.*
*Causidicos eminentiores Iudex assignat vtrique parti num. 4.*
*Procuratoris officium an sit vile num. 5.*
*Acquisitum à Causidico dicitur peculium quasi Castrensi num. 6.*

Licet aliàs per Statuta esset prouisum circa electiones, & approbationes Procuratorum, illorumque qualitates, & studia, vt latè in rubr. 597. quæ est fine lib. 1. fol. 130. & Iulius II. statuisset, quod forenses non possent procurare in hac Ciuitate, & quod Ciues procurare volentes, deberent approbari à DD. Consultoribus Collegiorum Mercantiæ, & Cambij, vt in eius Breui dat. 17. Iulij 1511. in 5. registr. fol. 25. Tamen prædicta respectu approbationis, & electionis nunquam habuerunt locum, nec vsu recepta fuerunt, sed de anno 1573. Collegium DD. Procuratorum fuit reformatum per DD. Priores Ciuitatis Perusiæ cum quampluribus capitulis, quæ reformatio, & capitula fuerunt confirmata per quamplures Gubernatores, & præsertim per D. Io: Thomam Sanfœlicium sub die 1. Octobris 1573. per D. Montem de Valentibus sub die 4. Nouembris 1574. per D. Ghislerium sub die 29. Ianuarij 1577. & successiuè per alios, & tandem specificè per Breue Gregorij XIII. sub die 1. Octobris 1579. in quibus reformationibus, & capitulis hęc præcipua habentur. Ad Procuratoris officium exercendum debent aggregari, qui sint Ciues originarij Perusini, bonorum morum, laudabilis vitæ, optimæ conditionis, & famæ, qui etiam debent operam dedisse literis legalibus per quinque annos, & per duos annos sub aliquo ex dictis Procuratoribus practicę incubuisse, vt in cap. 1. licet deinde in reformatione, & addit. factis dictis capitulis sub die 2. Nouembris 1580. fuerit declaratum, quod Ciuis originarius intelligeretur ille, qui verè natus, & educatus fuisset Perusiæ ex patre, vel cum patre ciui, aut in dicta Ciuitate post priuilegium Ciuilitatis obtentum à se per decem annos continuos habitasset. Non potest recipi, qui ab aliquo alio Collegio fuisset repulsus cap. 12. De modo procedendi in illorum approbatione, & aggregatione, & de rigorosa perquisitione, ac rigoroso examine & de solutione facienda per aggregatum cap. 4. & in reform. & cap. 5. & in reform. Decanus, & Vicedecanus, qui sint cap. 2. De obedientia, & reuerētia præstanda eisdem cap. 3. De iuramento, quod prȩstat aggregatus in principio, præsertim de fideliter, legaliter, cum bona fide, & recta conscientia exercendo, iustas causas defendendo, iustitiam, & veritatem amplectendo, & cognito iniustam causam assumpsisse, illam penitus derelinquendo, & in eam se amplius non intromittendo; nec dando malum consilium, auxilium, opem, vel consilium in rebus illicitis, Statuta Ciuitatis, & Superiorum Constitutiones, & ordinationes obseruando, Pupillos, viduas, pauperes, & miserabiles personas pro viribus gratis, & amore Dei tuendo, pacta de quota litis nullo modo faciendo; & multa alia, de quibus in cap. 6. & in Constitutione Cardinalis Vrbini cap. 19. Singulisque annis tempore Paschali, Pentecostes, & Natiuitatis Domini tenentur confiteri, & assumere Sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ, & hæc fecisse infra quintam diem per fidem docere debent; vt in cap. 7. De congregatione facienda, & de pœna soluenda per inobedientes cap. 8. De præcedentia inter ipsos in omni actu cap. 9. De non iurgando, ac superfluis, & iniuriosis verbis vtendo etiam contra litigantes cap. 10. Quod nemo Procuratorum in causam alterius Procuratoris cœptam se intromittat, nisi de licentia illius Procuratoris primi cap. 11. Quod nemo Procuratorum accipiat causas contra Communitatem, aliquod Collegium, vel alium Procuratorem, nisi licentia prius petita cap. 13. De pace inter se habenda, & de concordia causarum tractanda inter litigantes cap. 14. De diebus festiuis obseruandis cap. 15. De indumentis, & vestibus Procuratorum cap. 16. De restitutione scripturarum, & processuum cap. 17. De Procuratore pauperum cap. 20. De anno 1613. die 3. Februarij emanarunt literæ à Sacra Consulta super ijs, qui exercere possent officium Procuratoris, & mandatur, vt in Collegium debeant admitti etiam oriundi ex Prouincia subiecta Gubernio, & quod ij, qui non sint de Collegio possint procurare pro amicis, consanguineis, A
pupillis,

pupillis, orphanis, viduis, & aliis miserabilibus personis: Sed postea sub die 6. Martij eiusdem anni fuit declaratum per alias literas, quod procurantes pro amicis tenerentur patrocinari gratis, absque eo, quod valeant discipulos conuenire, aut aliquod pro mercede ab eis petere. Anno verò 1623. die 17. Septembris. existente Legato de latere Perusiæ, & Vmbriæ Eminentissimo Cardinali Boncompagno, R. P. D. Marcus Antonius Cuccinus illius Vicelegatus, mandauit, vt in futurum quilibet, qui in suis causis agendis, & defendendis opera, & auxilio Procuratorum in supradicto Collegio descriptorum vti noluerit, quorum tamen vsus sit cuilibet licitus, & permissus, possit, & valeat per se metipsum, vel aliam legitimam personam ab eo legitimum mandatum habentem, causas suas agere, & defendere, & quilibet Notarius Actuarius teneatur, & debeat recipere quascumque comparitiones, propositiones, responsiones, protestationes, & quaslibet alias instantias, & acta, quæ coram ipso fierent tam à principalibus, siue Actoribus, siue Reis, quàm etiam ab eorum legitimis procuratoribus, & dictas comparitiones, responsiones, protestationes, instantias, & acta scribere, & super illis quodlibet decretum ordinarium, & sibi ex generali commissione permissum facere, vel si requiratur, Iudicis tamen decretum speciale dictas comparitiones, propositiones, responsiones, protestationes, instantias, & acta coram eo, vel pro tribunali sedente, vel in Camera, prout opus erit, seu negocium requiret, legere, vt ab eo congruum fiat decretum. Quæ dispositio fuit confirmata per Sanctissimum Dominum Nostrum Papam Vrbanum VIII. per Breue datum die 3. Iunij 1624. quod ad instantiam Dominorum Priorum, & Collegij vtriusque Iuris Doctorum, mandauit executioni mandari, & obseruari Eminentissimus Cardinalis Verospius tunc Gubernator sub die 27. Iunij eiusd. & hæc omnia fuerunt impressa apud Naccarinos de dicto anno 1624. Vide ad materiam Causidici aliqua ver. Aduocatus, & ver. Mandatum procurat. Super salario, seu mercede Procuratorum vide Constit. Cardinalis Vrbini rubr. 27. & 28. Et in Aduocatis, & Procuratoribus Vniuersitatum conductis pro certo tempore, vel pro vno anno, quòd non possint petere salarium pro tempore futuro, nisi denuo fuerint conducti pro alio tempore, vide Constit. Marchiæ lib. 2. cap. 26. A Fides super stylo non possunt fieri à Causidicis, nisi Collegio conuocato, & nisi fuerit data copia cuilibet saltem per diem ante, vt in decreto sub die 21. Augusti 1615. B

## Adnotationes.

1 Causidicus dicitur, † qui in causis versatur. *Asin. in prax. in princ. cap. 1. num. 8.* Collegium Procuratorum Perusiæ, & in eo descriptos laudat *Hond. cons.*
2 *81. num. 57. lib. 1.* De Statuto Ferrariæ, † quod non possit quis esse Procurator, nisi sit approbatus in Collegio Procuratorum, vide *Farinacc. cons. 83. num.*
3 *51. & seqq. lib. 1.* Cogitur Causidicus † patrocinium assumere. *Bal. in l. eum qui res. num. 13. C. de Procur. & dixi verb. Aduocatus. num. 2.* Si vna ex parti-
4 bus † elegerit eminentiores Causidicos, succurritur alteri à Iudice, qui debet eas exæquare est *text. in l. prouidendum. C. de postulan.* Procuratoris officium
5 † quando sit vile? *Honded. d. cons. 81. num. 13. & seq. & num. 55. cum seq. lib. 1.* Acquisitum à Causi-
6 dico † filio familias dicitur peculium quasi Castrense, maximè in hac Ciuitate, ex dictis supra. *Carpan. ad Stat. Mediol. par. 2. cap. 483. num. 254. & seqq. Pascal. de Virib. patr. pot. par. 1. cap. 3 num. 4.*

A Vide *Caballin. in glos. ad d. Const. Marcb. cap.*
7 *26. lib. 1.* Aduocato † exercenti etiam officium Procuratoris debetur duplex salarium. *Gayl. pract. obseru. lib. 1. obseru. 44. num. 8.* & in Procuratore exercente officium Aduocati vide *Gratian. ibidem. 12. sub num. 8.*
8 B Fidei Collegij Causidicorum † defertur à Rota, *vt in Perusina Fideicommissi de Bigazzinis 7. Februarij 1605. coram Litta, quæ est post tract. decis. 20. num. 8. & in Perusina Hæreditatis de Amicis 28. Nouembris 1616. coram Buratto, quæ est in calce decis. 35. num. 31. & in Perusina Bonorum 8. Martij 1627. coram Reuerendissimo Coccino Decano, quæ pariter est in fine decis. 47. num. 5.*

# CAVTIO.

## SVMMARIA.

*Cautio de stando iuri, & iudicatum soluendo potest peti ab Artifice conuento coram Camerario ex Stat. Forensis tenetur cauere eius. Debet etiam.*
*Cautio quomodo accipiatur num. 1.*

CAutionem de stando iuri, & iudicatum soluendo in causa reconuentionis potest petere Artifex, qui esset conuentus coram suo Camerario à non Artifice, dummodo tamen detur reconuentio intra tres dies, quia aliàs cautio intelligeretur cassa Stat. rubr. 81. §. statuimus insuper lib. 5. fol. 36. Debet etiam præstare forensis, qui vellet agere cum Perusino dicam ver. Satisdatio vbi alios casus ponam, & prius ver. Fideiussio.

## Adnotationes.

De cautione de stando iuri, & iudicatum soluendo vide *Pyrr. Maur. de fideiuss. par. 1. sect. 2. cap. 1. & ad*
1 Cautio † propriè accepta intelligitur de nuda à fideiussoribus, seu à pignoribus non à stipulatione. *Glos. & DD.*

*& DD. ad l. sancimus. C. de verb. signif. Duen. reg. 86. Pyrr. Maur. d. tract. par. 1. cap. 8.* vbi multa, & quod in hoc differt à satisdatione.

# CENCIARIAE Vectigal.

### SVMMARIA.

*Cenciariæ Vectigalis introductio num. 1.*
*Aedificijs publicis reparandis applicatur num. 2.*
*Item librorum impressioni num. 3.*
*Item Bibliothecæ publicæ num. 4.*
*Item debitis Ciuitatis dissoluendis num. 5.*
*Iterum Bibliothecæ num. 6.*
*Aedes Bibliothecæ vsui coemuntur, & construuntur num. 7.*
*Præfecti Bibliothecæ, & Custos eliguntur num. 8.*
*Publicis Professoribus idem Vectigal pro maiori parte conceditur num. 9.*
*Eisdem aufertur, & Ciuitati ad dissoluendum æs alienum restituitur num. 10.*

IVs coemendi, ad conficiendum papyrum, li-
1 neos pannos † laceros, & obsoletos, qui Italicè Cenci vocantur, auctionari ceptum est ante annos plus minus trecentos. Huiusmodi reddi-
2 tus attributus † reperitur publicis quibusdam ædificijs reparandis, vt legitur in Annalibus Perusiæ per Pompeium Pellinum cōgestis libro XI. ad annum Christi 1409.

Nostra autem memoria maximus literarum
3 Patronus Gregorius XIII. † Vectigal hoc, tamquam ad Sedem Apostolicam deuolutum iterum Ciuitati concessit ad annos decem insumendum tamen in typographorum stipendium, & ad librorum impressionem studiosorum commodo procurandam vt in eius Breui dato 13. Decembris 1572. Hanc cōcessionem postea per aliud Breue ad aliud quinquennium prorogauit,
4 demum cum persensisset † Prosperum Podianum Ciuem Perusinum supra priuati hominis modum, ac vires copiosissimam Bibliothecam innumeris refertam libris comparasse, eamque Ciuitati donasse hoc idem vectigal ad alios viginti annos eiusdem Bibliothecæ vsui destinauit. quibus nondum elapsis Clemens VIII. eundem in vsum ad alios viginti annos impertitus est. quā-
5 quam non ita multo post † Ciuitas ære alieno mirum in modum grauata obtinuit huiusmodi redditus in debitorum solutionem conuerti; quo
6 tempore Bibliotheca penè pessum iuit † donec Paulus V. idem vectigal ad annos adhuc decem eidem Bibliothecæ restituit. Tunc de construen-
7 dis † ædibus Bibliothecæ decentius asseruandæ cogitari ceptum; coempta ad hoc domus è regione Gymnasij sub die 23. Aprilis 1623. per acta D. Balthassaris Bonaquisti, quæ postea magna impensa in eam, qua nunc visitur formam constructa, atque instructa est. coempta insuper est Apotheca in angulo eiusdem domus sub die 3. Octobris 1624. per acta D. Propertij Simonetti.
8 electis prius per publica suffragia † quinque Viris, qui vnà cum magistratu eidem Bibliothecæ præessent, & peculiari Custode, qui illam administraret. is fuit D. Ludouicus Aurelius Philosophiæ, Theologiæ, ac I. V. D. &, quod ad id muneris propius spectat, politiori literatura instructus.

9 Eo decennio nondum elapso † Vrbanus VIII. Pontifex Maximus maiori adhuc liberalitate, per suum Breue datum 2. Octobris 1625. Cenciariæ Vectigal, quod tunc temporis pro scutis 740. locari consueuerat, Ciuitati in perpetuum concessit, ea tamen lege, vt ex his penderentur scuta 600. annua, legum, atque Artium, cæterarumque disciplinarum in publico Gymnasio Interpretibus, ac professoribus, residuum verò pro eadem Bibliotheca insumeretur. quoniam verò huiusmodi vectigal non vsque adeo certum erat, conuenit inter Interpretes, & Bibliothecæ Præfectos, vt certus esset Bibliothecæ redditus scutorum 140. residuum ad Interpretes spectaret, siue illud scuta 600. excederet aucto appaltu, siue non æquaret, imminuto. vt constat per publicum instrumentum per acta DD. Christophori Pallerij Notarij Magistratus, & Francisci Garosani Notarij Gymnasij die 13. Februarij 1626.

Triennio nondum elapso, cum per mortem D. Rubini Montemelini præcipui Iuris Prudentiæ interpretis illius stipendium, quod erat scutorum 600. reliquis Interpretibus accreuisset;
10 † ad Ciuitatis supplicationem, quæ iterum ære alieno premebatur, idem Pontifex scuta 600. quæ Prælectoribus solui iusserat, eidem Ciuitati, ad æs alienum dissoluendum, attribuit firmo residuo Bibliothecæ vsibus iam concesso. vt patet ex Breui dato 30. Augusti 1628. quod Breue, quem admodum, & alia de quibus supra meminimus in Cancellaria Decemuirorum, tum in proprijs originalibus exemplaribus, tum in libris in quibus registrari, seu describi solent asseruantur.

# CESSIO.

### SVMMARIA.

*Cessio crediti pro minori pretio quando non valeat ex Stat. in princ.*
*Et quæ sit de bonis litigiosis vers. Si fieret.*
*Nec facta à forensi contra Ciuem vers. Nec tenet.*
*Cedens iura contra aliquem, qui trahendus esset extra districtum punitur vers. Punitur.*
*Cessio titulo lucratiuo debet fieri coram Notario matriculato*

*triculato, & quinque testibus vers. Cessio facta.*
*Cessionarius aliquando debet cauere antequam audiatur vers. Cessionarius.*
*Cessionarius Ciuitatis procedit vt Ciuitas contra debitores vers. Cessionarij.*
*Solutio vbi fit cum pecunijs debitoris non suffragatur cessio num. 1. Declara vt num. 2.*

CEssio non tenet, nec valet vbi est facta pro minori summa de credito, solutionis cuius non cessit dies Stat. rubr. 215. §. & fraudibus lib. 3. fol. 65. de quo dicam ver. Vsura. Si fieret de iuribus, seu bonis litigiosis pariter non valet Stat. rubr. 10. lib. 2. fol. 5. & rubr. 205. lib. 3. fol. 61. & dicam ver. Lis. Nec tenet cessio facta à forensi contra Ciuem Stat. rubr. 145. in princ. lib. 3. fol. 50. & dicam ver. Forensis. Punitur cedens iura de aliqua re si occasione illius trahendus esset quis ad Curiam extra districtũ Perusiæ Stat. rubr. 130. §. & si quis alicui lib. 3. fol. 47. Cessio facta titulo lucratiuo non valet nisi sit facta manu Notarij matriculati in Collegio Notariorum, & cum præsentia quinque testium Statut. rubr. 205. lib. 3. fol. 61. de quo vide ver. Donatio. Cessionarius habens ius cessum à persona religiosa, vel ab aliquo forensi non auditur nisi præstita satis datione Stat. rubr. 4. lib. 2. fol. 4. dicam ver. Satis datio. Cessionarij Ciuitatis possunt procedere contra debitores prout ipsa Ciuitas Stat. rubr. 346. lib. 1. fol. 95. quomodo autem Ciuitas procedere possit dicam ver. Debitores Ciuitatis.

## Adnotationes.

De Cessione iurium, & actionum habes tractatus aliquorum *in tom. 3. par. 2. tract. impress. sub signo Aquilonis pag. 72. & seqq.* De Cessione prohibita à Statuto vide latè per *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 445. & seqq.* Vbi solutio fit † cum pecunijs princi-
1 palis debitoris non potest obtineri cessio. *Bart. in l. Modestinus. num. 4. & ibi etiam Castr. num. 4. vers. in nihilum autem. & sub num. 5. vers. nam principali. ff. de solut. Rota coram Ludou. decis. 68. num. 4. & 5.* Declaratur † hoc dictum *in Perusina Pecuniaria* 10.
2 *Maij* 1628. *&* 14. *Ianuary* 1629. *coram R. P. D. Vbaldo*, quæ decisiones sunt impressæ in fine *decis.* 112. *num.* 2. *& seqq. & decis.* 113. *num.* 2. *& seqq.*

# CESSIO BONORVM.

### SVMMARIA.

*Cessio bonorum quomodo fiat ex Stat. & Bullis vbi de Pileo viridi in princ.*
*Obligatus in forma Cameræ, à quo Iudice admittatur ad cessionem vers. Quoad debitores.*
*Statutum mandans fieri cessionem cum ignominia debitoris non valet num. 2.*
*Cessionis bonorum exceptio an admittatur contra instrumentum num. 3.*
*Cessionis beneficio an possit renunciari cum iuramento, & an sit necessaria absolutio num. 4.*
*Cedens remanet dominus bonorum, nec creditor potest illa accipere propria auctoritate, & quid agendum post cessionem num. 5.*

CEssio bonorum quomodo fiat Statut. rubr. 158. vol. 4. fol. 47. vbi de edictis faciendis ante cessionem, de cessione ipsa facienda in publico, & de eundo per plateas cum duobus præconibus. A Adsunt plures Constitutiones Pontificiæ de materia loquentes, & præsertim Pij IV. in eius Constit. 39. in Bullar. nou. tom. 2. pag. 53. vbi de deferendo Pileo viridi, quæ licet videatur loqui in Vrbe, tamen Collegium DD. Causidicorum sub die 30. Augusti 1589. fidem fecit, quod Bullæ Summorum Pontificum loquentes super delatione Pilei viridis, per eos, qui cedunt bonis, fuerunt semper, & sunt in viridi obseruantia, & contra inobedientes fuit deuentum ad plura genera pœnarum, & si qui fuerunt, vel sunt, qui non obseruarunt, & non fuerunt puniti, id fuit, quia fuerunt specialiter gratiati, accedente consensu maioris partis creditorum. Quoad debitores obligatos in forma Cameræ, quod solus Auditor Cameræ admittat ad huiusmodi beneficia adest Constit. Pauli V. in Bullar. nou. XX. tom. 3. pag. 215. §. 26. Sed de anno 1608. die 13. Februarij Eminentissimus Cardinalis Crescentius tunc Cameræ Apostolicæ Auditor dedit literas ad Gubernatorem tunc temporis Perusiæ, conferendo eidem facultatem admittendi carceratos in vim mandatorum à suo tribunali relaxatorum, ad huiusmodi beneficium per se ipsum, seruata forma Motus proprij, absque eo, quod expectari deberent amplius literæ eiusdem super hoc.

## Adnotationes.

1 Vide *Matthæum Brunum † in tract. de cess. bonor. Carol. de Grass. in tract. de except. ad Stat. except. 17. & 32. Mauson. de caus. execut. lib. 1. lim. 5.*
2 A Super simili Statuto † vide *Carpan ad Stat. Mediol. cap. 408. 409. & 410.* Posset dubitari de validitate huius nostri Statuti, ex quo mandat fieri cessionem cum ignominia debitoris, sufficit enim, quod fiat coram Iudice. *Rolan. cons. 7. num. 9. & seqq. lib. 2.*
3 Exceptio † cessionis bonorum an admittatur contra instrumentum habens executionem paratam ex Statuto nostro vide *D. Cencium de Censib. par. 2. cap. 2. quæst. 5. art. 6. num. 46. & in addit. pag. 81. num. 8.*
4 *& seqq.* Dubitant DD. an huic beneficio † renunciari possit cum iuramento, vt per *Grass. d. except. 17. num. 10.* vbi tenet, quod non possit renunciari, & *num. 11.* quod neque sit necessaria absolutio à iuramento, sed in Statu Ecclesiastico solitum est dictam

absolutionem

absolutionem obtinere, vt dicit *Ios. Ludou. decis. Perus. 64. num. 13.* Cedens remanet † dominus bonorum. *l. 3. ff. de cess. bon.* & potest dare illa insolutum. *Bran. de tract. quæst. 18.* & ideo creditor facta cessione non potest propria auctoritate accipere possessionem bonorum debitoris cedentis, sed curare debet, vt vendantur auctoritate Iudicis, & exponantur venalia, & plus offerent deliberentur, vt per *Asyn. cons. 213. num. 1.* qui subdit, quod tuebitur, & tutur prædicta erit, quod detur curator bonis ipsius debitoris, qui bonis cessit, de quo per *Speculat. in tit. de Iudic. §. 1. num. 40. lib. 4. & de curat. §. 3. num. 15. lib. 1. Mart. vot. 98. num. 9.*

# CITATIO.

## SVMMARIA.

*Nomen proprium citati, & citari facientis debet exprimi in citatione, in princ.*

*Petitio quando debeat exprimi in citatione vers. Petitionem.*

*Citatio potest committi diebus feriatis vers. Potest. & num. 6.*

*Citatio ad domum sufficit ex Stat. vers. Citatio debet, & vide num. 7. & seqq.*

*Terminus citationis si caderet in diem feriatum, extenditur in sequentem vers. Citationis terminus, & num. 11.*

*Citatio vbi non est expressa hora quomodo intelligatur vers. Hora.*

*Baiuli omnes possunt deferre citationes vers. Baiuli.*

*Statutum citationis modum præter ius commune inducere potest, & attenditur Statutum loci vbi est facta citatio num. 10. & seq.*

*In citatione ad respondendum Inquisitioni transmittitur copia inquisitionis num.*

*Notarius actuarius de consuetudine habet facultatem faciendi citationes quocumque tempore etiam de nocte num. 5.*

IN citatione debet exprimi nomen proprium citati, & citari facientis, aliàs citatio est nulla cum omnibus inde sequutis Constitut. Comit. rubr. 2. cap. 6. lib. 1. fol. 5. Petitionem debet continere saltem secunda citatio, quæ fit coram Legatis, Vicelegatis, vel Gubernatoribus, cum prima citatio coram prædictis Superioribus possit fieri à Cursoribus tantum oretenus cum iuribus Comit. d. rubr. 2. cap. 1. Post dictam citationem cum iuribus coram Gubernatore factam personaliter, vel domi, & parte ipsa contumace existente, si citetur iterum domi, vel personaliter coram eodem ad dicendum causam quare licentia, seu mandatum relaxari non debeat, & pars citari faciens comparеat in termino, contumaciamque partis citatæ non comparentis accuset, & petat dictam licentiam, seu mandatum relaxari pro summa petita penès Notarium, si tunc temporis petita, & declarata fuerit, vel pro summa, quæ tunc coram Gubernatore exprimatur, & obtineat dictam relaxationem pro petitis, & impensis, quod dicta licentia, seu mandatum fuerint executioni data testati fuerunt DD. Causidici in fide sub die 13. Decembris 1577. Potest committi etiam diebus feriatis Stat. rubr. 81. §. & quod dilationes lib. 1. fol. 37. rubr. 24. in 2. de fer. §. declarantes lib. 2. fol. 13. & rubr. 61.
A §. & quod dilationes lib. 3. fol. 29. A Citatio debet fieri personaliter, vel ad domum solitæ habitationis Stat. rubr. 2. §. item dicimus lib. 2. fol. 2. & in criminalibus rubr. 4. in princ. lib. 3. fol. 4. & vide etiam Constitut. March. lib. 4. cap. 10. Aliquando sufficit si esset affixa in Porta Ciuitatis, vel loci habitationis citati, prout quando proceditur contra decoctores, vt in casu Stat. rubr. 74. §. & quod potestas lib. 2. fol. 37. Habitantes in Comitatu vltra tria milliaria possunt citari ad eligendum locum in ipsa Ciuitate vbi velint citari, vel ad constituendum Procuratorem, & facta dicta citatione in contumaciam Rei eligitur locus per Iudicem in Ciuitate, & notificatur Reo, qui postea citatur in dicto loco ad singulos actus vsque ad sententiam diffinitiuam exclusiue Stat. rubr. 12. lib. 2. fol. 6. Habetur ad materiam attestatio DD. Causidicorum, quod in omnibus causis etiam inter Perusinos, & forenses omnes, & quæcumque citationes, quæ fiunt domi solitæ habitationis citati semper habitæ fuerunt, & habentur pro legitimè factis, & eandem vim habuerunt, & habent, ac si personaliter factæ fuissent, & quod habitantes extra Ciuitatem, & Suburbia, tam in Territorio Perusino, quam extra solent citari in prima citatione ad eligendum locum in Ciuitate Perusina, vbi in posterum citari velint ad omnes, & singulos actus vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiuè, cum comminatione, quod aliàs eligetur in valuis Palatij Apostolici Perusini, & in contumaciam locus huiusmodi eligitur, & parti intimatur, & quando fiunt extra Territorium Perusinũ solet addi in dicta prima citatione, prout ex nunc eligimus, & per præsentes intimamus, & si sic citatus non comparuerit, & locum non elegerit ab illa prima citatione in posterũ vsque ad sententiam inclusiuè fiunt citationes per affixionem ad valuas Palatij prædicti, & dictæ citationes ipsum citatum afficiunt tamquam legitimè factæ non secus, ac si semper domi, vel personaliter citatus fuisset, vt in fide sub die 17. Martij 1599. & sub die 11. Octobris 1601. dixerunt, quod citationes quæcumque in quauis causa, & ad quemuis actum etiam ad sententiam diffinitiuam, siue factæ fuerint personaliter, siue domi cum dimissione cedularum, fuerunt, & sunt habitæ semper, & continuè, & habentur pro validis, & pro ritè, & rectè, ac legitimè fa-

ctis, & illarum vigore semper, & continuè legitimè deuentum fuit, & deuenitur ad omnes, & quoscumque actus, qui in causis fieri solent, & contingant, etiam ad sententiam diffinitiuam. Domi tamen non possunt fieri citationes oretenus, sed cum dimissione cedulæ Constit. Cardi-
B nalis Vrbini cap. 48. in fin. B Citationis terminus si caderet in diem feriatum extenditur in sequentem diem Stat. rubr. 81. §. & quod dilationes lib. 1. fol. 37. rubr. 24. in 2. de fer. §. declarantes lib. 2. fol. 23. & rubr. 61. §. & quod dilationes lib. 3. fol. 29. & adest in hoc etiam fides
C Collegij prædicti sub die 13. Decembris 1577. C Hora quando non esset expressa in citatione ad sententiam, intelligitur commissa pro prima hora iuris immediate sequenti post executam citationem, si tamen citatio sit executa in Ciuitate, & personaliter, si vero domi, vel in Comitatu pro prima die iuris tunc immediate sequenti, vt in alia fide dicti Collegij sub die 6. Decembris dicti anni 1577. & vide etiam Constit. Cardinalis Vrbini cap. 48. in fine. Baiuli omnes Ciuitatis possunt, & solent deferre citationes, & facere relationes in quacumque Curia, & in quolibet Tribunali dictæ Ciuitatis, vt attestati fuerunt DD. Causidici sub dicta die 6. Decembris 1577.

## Adnotationes.

1 De Citatione † habes tractatum *Virgilij Boccatij post tract. eiusdem de liter. remiss. vide Carpan. ad Stat. Mediol. in princ. & per plura capit.* Statutum citationis † modum præter ius commune inducere potest. *Asin. in Prax. §. 6. cap. 4. num. 1.* & attendi debet Statutum loci † vbi facta est citatio, *idem Asin. di. §. 6. cap. 10. num. 1.* & de obseruantia Curiæ Perusinæ, † quod in citatione ad respondendum inquisitioni transmittatur copia inquisitionis testatur *Bar. in l. inter accusatorem num. 6. in fin. ff. de public. Iudic.* Notarius actuarius † de consuetudine censetur habere auctoritatem quocumque tempore etiam de nocte ad simplicem partis requisitionem describendi, & decernendi citationes, *Eug. cons. 48. num. 38, [illegible]*

6 A De Iure communi citatio † commissa, & executa die feriata in honorem Dei non valet. *l. fin. C. de fer. Marant. de ord. Iudic. par. 6. tit. de Citat. num. 319. fol. mihi 324. Farinacc. cons. 28. num. 6. & 7. lib. 1.* Sed contrarium obseruatur, vt per *Vestr. in Prax. lib. 1. cap. 9. num. 7.* & quod possit citatio decerni, & exequi die feriata, *Gayl. obser. 53. num. 6. & 9. lib. 1.*

7 B Citatio facta domi † de iure communi non sufficit nisi Statuto aliter disponatur. *Rota decis. 569 num. 2. par. 1. recent. per Farinac.* Sed quod de stylo, & consuetudine sufficiat facta domi. *Adden. ad decis. 209. post cons. Farinacc. lib. 2. vide Carpan. cap. 2. num. 131. & Marant. d. par. 6. tit. de Citat. num. 124. & 125.* vbi an possit fieri citatio in apotheca, vel porti-
8 cu, vel stabulo. In criminalibus † an sufficiat facta domi vide *Eug. cons. 2. lib. 1.* Statutum nostrum lo-
9 quitur alternatiuè † personaliter, vel domi de intelligentia vide *Pacian. de Probat. cap. 48. num. 41. lib. 1.* vbi quod hæc non est alternatiua ordinis, sed voluntatis, & sufficit alterum ex duobus adimplere; nulla distinctione habita an persona reperiatur; nec nos post *Bart. in l. 4. §. Prætor ait. num. 15.* qui rationem affert, vt Statutum iuri communi aliquid addat, quia alias nihil operaretur. *ff. de dam. inf.* & alios per
10 *Pacian.* citatos. De diligentijs citandi † aliquem ante affixionem ad Valuas vide *Rot. in Perusina Liquidationis fructuum 27. Februarij 1612. coram Pamphilia*, quæ est impressa in fine *decis. 40. num. 12. & seqq.* vbi defendit processum à nullitatibus oppositis contra processum remissorialem ex stylo Curiæ Perusinæ, de quo testari fuerunt periti Notarij, & ex comparitione Procuratoris.
11 C Quid de Iure communi † vide *Marant. d. par. 6. tit. de Citat. num. 120. & seq.*

## CIVIS.

### SVMMARIA.

*Ciues originarij qui dicantur ex Stat. in princ.*
*Forenses efficiuntur Ciues per habitationem triginta annorum vers. Forenses & vide num. 8.*
*Ciues efficiuntur per solutionem, vel per priuilegium, & quando vers. Item efficiuntur.*
*Ciues, qui non habitauerint, non possunt obtinere certa officia vers. Ciues qui.*
*Comitatenses effecti Ciues quando possunt habere officia vers. Comitatenses.*
*Ciues non soluunt focolare vers. Ciues.*
*Ciues sunt immunes à quibusdam oneribus vers. Martinus Papa.*
*Ciues Perusini habentes bona in alienis territorijs, si pr[illegible], quomodo eis succurratur vers. Ciues Perusini.*
*Offendens Ciuem punitur grauiter vers. Si quis.*
*Ciues præferuntur forensibus creditoribus vers. Ciues Perusini.*
*Ciues, vel Comitatenses quando habeantur pro forensibus vers. Ciues, vel Comitatenses.*
*Ciues ruri degentes non gaudent quibusdam priuilegijs concessis Ciuibus vers. Ciues ruri. & vide num. 14.*
*Ciues non dicuntur, qui habitant in locis vbi non sunt Episcopi num. 1.*
*Ciuis dicitur ille, qui est originarius num. 2.*
*An veniat Ciuis ex priuilegio num. 3.*
*Originarium Ciuem non potest facere Princeps num. 4.*
*Originarius quis dicatur num. 5.*
*Ciuis quando quis desinat esse num. 6.*
*Perusinus, & de Perusio an idem importent num. 7.*
*Ciuis an possit quis fieri ex Statuto, vel à Ciuitate num. 9.*
*Ciuilitas concessa patri transit in filium num. 10.*
*Priuilegium Ciuilitatis quando non prosit num. 11. & an sit necessaria habitatio num. 12.*
*Vxor efficitur Ciuis loci viri, & idem est in vidua num. 13.*

Ciues originarij qui dicantur vide Stat. rubr. 139. lib. 1. pag. 49. vbi de Comitatensibus

quando

A quando efficiuntur Ciues originarij. A Forenses efficiuntur Ciues si habitauerint continuè per triginta annos rubr. 136. d. lib. 1. fol. 49. vbi de probationibus faciendis. B Filij forensium, qui nati sunt in Ciuitate, & quorum patres mortui sunt, & libram habent in Ciuitate describuntur inter Ciues Stat. rubr. 131. lib. 1. fol. 48. Item efficiuntur quando soluissent impositionem, vel obtinuissent priuilegium speciale rubr. 137. dict. lib. 1. fol. 49. & d. rubr. 139. §. & idem dicto loco. Pro concedendo autem priuilegio ciuilitatis debet poni partitum inter Camerarios num. 35. dantes vota fauorabilia rubr. 561. lib. 1. fol. 148. & ita alias fuit die 27. Iunij 1447. decretum per Consilium, vt in summ. Legum fol. 26. Sed Sixtus V. in eius Bulla super confirmatione rerum gestarum per Reuerendissimum D. Maluasiam data sub 17. Decembris 1588. amplius Rusticos fieri posse Ciues, & illos à solutione, & oneribus liberari prohibuit. Clemens VIII. etiam in Bulla super Bono regimine, quæ est in Bullar. nou. tom. 3. constit. 16. in §. præterea prohibet exemptiones, remissiones, & condonationes iurium, atque onerum realium, & personalium, aut mixtorum, & ideo hodie Ciues non fiunt illi, qui subiacent alicui solutioni ad fauorem Com-
C munis absque licentia Sedis Apostolicæ. C Ciues, qui non habitassent per triginta annos, & allibrati non fuissent per viginti, non possunt habere officia Ciuitatis rubr. 136. & rubr. 137. lib. 1. fol. 49. quæ statuta de anno 1536. 11. Kalend. Aprilis fuerunt confirmata per Cardinalem Grimanum tunc Legatum, vt in 6. registr. Cancell. Comm. fol. 39. vbi etiam habetur, quod ista lex fuit alias moderata, quod Ciues effecti intra quindecim annos non consequerentur officia publica. Comitatenses verò effecti Ciues non poterant habere officium Prioratus, vel Camerariatus in Ciuitate à die suæ receptionis, vel adeptæ ciuilitatis ad duodecim annos rub. 209. §. fin. lib. 1. fol. 70. Alia verò officia præter Camerariatus, & Prioratus possunt habere, qui libram habuissent inter Ciues per septem annos Statut. rubr. 553. lib. 1. fol. 123. Ciues in Ciuitate habitantes, & ciuiliter viuentes fuerunt exempti à solutione focularis, vt dictum fuit ver. Catastrum cap. 5. Martinus Papa V. de anno 1425. & die 30. Iunij confirmauit omnes immunitates, & exemptiones concessas per Brachium de Fortebrachijs Ciuibus, & Comitatiuis Perusiæ in 1. regist. Canc. Comm. fol. 14. Ciues Perusini habentes bona in territorio Assisiensi, vel alio territorio non possunt cogi ad aliquod aliud onus nisi solitum, & consuetum, vt in Breui Alexandri VI. sub die 15. Februarij 1497. in 4. regist. eiusdem Canc. fol. 118. & si pro bonis in alienis territorijs existentibus molestarentur, vltra id, quod soluunt illorum Ciues, & Incolæ, pro eadem summa datur sequestratio fructuum contra illos de alieno territorio, qui haberent bona in territorio Perusino Statut. rubr. 68. §. sed licitum sit lib. 2. fol. 35. Ciues Perusini erant immunes à solutione onerum in Ciuitate Ferrariæ, & illius Comitatu, vt per literas Leonelli Atestini eius Ciuitatis tunc Domini, sub die 27. Septembris 1446. in 2. regist. Canc. Comm. fol. 19. Item à solutione gabbellæ in territorio Ducis Vrbini, in loco, seu Castro Giomicis, per literas eiusdem Ducis sub die 18. Aprilis 1587. in 7. reg. fol. 132. Si quis Comitatiuus, vel forensis offendisset cum sanguine ex proposito Ciuem Perusinum, punitur poena homicidij, si verò absque sanguinis effusione in quadruplum, vt in lege facta à DD. Prioribus, & Camerarijs, quæ est in Annal. ad annum 1483. fol. 26. & fuit confirmata per Innocentium VIII. vt in Breui de anno 1487. in 4. reg. Canc. Comm. fol. 76. quæ omnia sunt etiam registrata in 4. reg. Breu. Cam. Apost. Perusinæ fol. 185. Offendens Perusinum in quacumque parte mundi debet puniri Stat. rubr. 123. in addit. lib. 3. fol. 44. Ciues Perusinos præferri forensibus etiam habentibus hypothecam super bonis alicuius falliti existentibus in Ciuitate, vel Comitatu Perusiæ cauetur in Stat. rubr. 74. §. fin. lib. 2. fol. 87. & dicam ver. Forensis. Ciues, vel Comitatenses, qui non soluissent datas, vel collectas, & imprestantias impositas per Commune habentur pro forensibus, & in ciuilibus non debent audiri, & idem est in eorum cessionarijs Stat. rubr. 343. lib. 1. fol. 94. & rubr. 9. in princ. lib. 2. fol. 5. Alios casus in quibus denegatur audientia dixi ver. Audientia. Ciues ruri degentes subiacent Capitaneis, & eorum Vicarijs, & coràm illis conueniri possunt, & debent soluere collectas, & subire alia onera, prout antea obligati erant, licet secus in eorum ciuilitatibus fuisset concessum, ita fuit decretum per Cardinalem Crispum tunc Legatum sub die 1. Iunij 1546. manu D. Ioannis Massani Notarij, vt in 6. registr. fol. 87. Cardinalis Sabellus pariter Legatus in 15. cap. suarum Constitutionum factarum de Mense Ianuarij 1480. in 4. reg. fol. 15. & fol. 176. mandauit, quod Ciues Rusticani ruri degentes, & opera rusticalia exercentes quomodocumque essent Ciues, etiam si ciuilitatem à Ciuitate emissent, tenerentur ad quæcumque extraordinaria, & imponenda Comitatiuis, & haberentur pro Comitatiuis. Quinimò etiam habitantes in Suburbijs, rusticalia exercentes tenentur prout alij de Comitatu ad salaria Capitanei, & custodias faciendas, prout tenebantur quando in Comitatu degebant, vt in decreto D. Archiepiscopi

Neapolitani

Neapolitani tunc Gubernatoris die 1. Decembris 1441. in 2. regist. fol. 9. Habitatio in Comitatu quando non præiudicet Ciuilitati vide Stat. sub. D 50. §. si verò iuerint lib. 2. fol. 28. D

## Adnotationes.

1 Ciuium † plures sunt species *Carpan. ad Stat. Mediol. par. 2. cap. 218. num. 70. & seqq. vbi num. 74.* quod non dicuntur Ciues ij, qui habitant in locis vbi non sunt Episcopi.

2 A Ciuis Perusini † appellatione, quod non veniat, qui domicilium habet Perusiæ, sed qui ibidem natus est, & originem suam illic nasciuntur, & quod propriè Ciuis dicatur ille, qui est originarius, non autem Incola, respondit *Natt. cons. 254. num. 3.* An autem

3 veniat Ciuis ex priuilegio † pro affirmatiua *Corn. cons. 189. num. 5. lib. 2. vide Rolan. cons. 79. lib. 3. Eugen. cons. 18. num. 60. lib. 3. Menoch. cons. 165. num. 2. & 14. lib. 2. cons. 678. num. 1. lib. 7. & cons. 1129. num. 62. lib. 12. Galganett. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 32. num. 20. vers. Ciuis. & lib. 2. cap. 30.*

4 *num. 20.* Quod neque Princeps † possit facere, quod Ciuis fiat originarius. *Rota coram Seraph. decis. 1251.*

5 *num. 9.* & quod vt quis dicatur originarius † opus sit, vt non solum sit natus in loco, sed etiam quod parentes habeant ibi domicilium. *Cas. de Grass. decis. 61.*

6 *num. 4.* Ciuis transferens † domicilium ad aliam Ciuitatem, an, & quando desinat esse Ciuis, & numquid vti possit beneficio Statuti Ciuitatis originis.

7 *Honded. cons. 5. lib. 1.* Perusinus, & de Perusio † idem important *post Bartolum Dec. cons. 550. num. 7.* sed quod de Perusio sint originarij. *Thesaur. decis. 123. num. 3. & num. 13. vers. Ad secundum.*

8 B De Ciue per habitationem † triginta annorum, ex Statuto nostro, vide decisionem *in Perusina Ciuilitatis 26. Ianuarij 1615. coram Manzanedo*, quæ est in fine *decis. 29.* vbi resoluitur pro nullitate sententiæ super Ciuilitate ob non seruatam formam Statuti, & pro iniustitia ob non probatam habitationem per triginta annos integros requisitos à Statuto.

9 C Ciuis an possit fieri per Statutum, † & an Ciuitas possit concedere ciuilitatem, *Carpan. ad Statut. Mediol. par. 2. cap. 218. num. 94. & 108.* Ciuilitas

10 concessa patri † transit in filios. *Honded. cons. 5. num. 6. lib. 1.* etiam si de illis non sit facta mentio in priuilegio. *Menoch. cons. 165. num. 6. lib. 2.* & quod nati essent ante priuilegij adeptionem *idem Menoch. cons.*

11 *678. num. 3. lib. 7.* Priuilegium † non prodest vbi quis non est vsus, nec vnquam habitauit, nec onera substinuit, vt dixit *Rota in Narniensis Successionis 22. Maij 1628. coram R. P. D. Merlino*, quæ est in

12 fine *decis. 99. num. 51.* sed an habitatio † sit necessaria, quod non, vide *in Perusina Bonorum de Balleonibus 23. Ianuarij 1591. coram bo. me. Comitulo*, quæ est in calce *decis. 8. num. 17. & seqq.* in qua firmatur,

13 quod mulier forensis nupta Perusino † efficitur Ciuis, nec desinit esse mortuo viro, dum remanet vidua. An autem ista amittat originem propriam, vide *Thesaur. decis. 123.*

14 D De Iure communi Ciues tractari † non debent vti Comitatiui si habitent in Comitatu, nec arctantur ad onera vti Comitatiui. *Corn. loquens in Ciui-*

*bus Perusinis cons. 155. lib. 1.* vbi post totum respondit super dicta constitutione Cardinalis Sabelli, qui tempore, quo illam edidit non erat Cardinalis, vt colligitur *ex eodem Corneo d. loco circa fin.* sequitur *Carpan. ad d. Statut. Mediol. cap. 230. præsertim num. 3.*

## CIVITAS PERVSIAE, & illius bona

### SVMMARIA.

*Perusia antiquitas, & nobilitas in princ. & num. 1.*
*De Magistratus restitutione vers. Iulius III.*
*De Prouentuum concessione vers. Per dictum.*
*Capitula cum Pontifice vers. Capitula inter.*
*Fœderis cum Senensibus Capitula vers. Capitula fœderis.*
*Ciuitas non potest conueniri nisi data copia petitionis Prioribus vers. Ciuitas. & num. 4.*
*Nec extra districtum vers. Nec potest.*
*De bonis Ciuitatis à vers. Bona.*
*Comitatus restitutus Ciuitati, cum reuocatione exemptionum vers. Idem Iulius III.*
*Officia, & iura Ciuitatis non possunt nisi à Prioribus concedi vers. Officia.*
*Confinia inter Ciuitates Perusinam, & Eugubinam vers. De confinibus.*
*Argentaria, & supellex Ciuitatis vers. De Pecunia.*
*Conseruatores Monetæ locant, seu vendunt prouentus Ciuitatis vers. Conseruatores.*
*Locationes, seu venditiones prouentuum Ciuitatis quomodò fiant, ibidem.*
*Fideiussores idonei debent præstari à conductoribus bonorum Ciuitatis infra biduum vers. Conductores tenentur.*
*Filijfamilias, & minores obligantur validè fauore Ciuitatis vers. Et licet.*
*Pecuniæ possunt accipi sub fænore in damnum non soluentium in tempore vers. Debet.*
*Debitores Ciuitatis coguntur via facti ad soluendum vers. Tam ipsi.*
*Remissio non fit conductoribus bonorum Ciuitatis vers. Et respectu. & num. 3.*
*Qualitas oblatoris non consideratur, sed quantitas oblata vers. Et ad materiam.*
*Nec attenditur oblatio extra tempus, ibidem.*
*Ciuitas dicitur quasi Ciuium vnitas, & illius appellatione non veniunt Suburbia num. 1. & quod de Territorio, Diœcesi, Castris, & Villis num. 2.*

DE Ciuitatis Perusiæ antiquitate, & nobilitate nonnulla habentur in 3. registr. Cancel. A eiusdem Ciuitatis fol. 100. & in 5. regist. fol. 17. Iulius III. per Breue datum 11. Kal. Maij 1553. restituit, & reintegrauit dictam Ciuitatem ad Magistratus, & ad multa alia, quæ sub Pontificatu Pauli III. eius antecessoris amiserant, in 6. registr. fol. 111. Paulus IV. confirmauit, vt in eius Bulla sub die 23. Augusti in d. 6. registr. fol. 121. Pius IV. asserens se etiam fuisse alias in di-

de

sta Ciuitate Prolegato pariter hoc idem confirmauit sub die 6. Iunij 1560. in 7. registr. fol. 2. Pius V. idem in Breui sub die 10. Maij 1566. in d. 7. registr. fol. 45. Per dictum Iulium III. fuerunt concessi quicumque prouentus Comitatus, etiam si excederent summam contentam in eius Bulla sub 10. Iulij 1554. in 6. reg. fol. 116. Martinus V. in 40. cap. suarum concessionum factarum de anno 1425. in 1. registr. fol. 14. mandauit, quod bona dictæ Ciuitatis nemini concederentur. Capitula inter Innocentium VIII. & dictam Ciuitatem fuerunt facta de anno 1484. & die 8. Nouembris in 4. registr. fol. 61. Capitula fœderis inter Perusinos, & Senenses facta de anno 1495. & die 29. Aprilis in d. 4. reg. fol. 113. Ciuitas præfata non potest conueniri, nisi prius data copia petitionis DD. Prioribus præsente eorum Notario, aliàs omnia redduntur nulla

B rubr. 44. lib. 2. fol. 24. B Nec potest conueniri extra districtum ad aliquam aliam Curiam, & ille, qui conueniret, perdit omnia sua bona rubr. 130. §. quicumque. lib. 3. fol. 47. Bona eiusdem Ciuitatis ob canonem, seu pensionem non solutam debent per D. Capitaneum vindicari eidem Ciuitati rubr. 114. vol. 4. fol. 31. vbi idem, si fuissent illa donata vnà cum fructibus. Priuilegia, & exemptiones multæ dictæ Ciuitatis sunt in quadam capsa existente in Armario rubr. 127. lib. 1. fol. 47. Communantiæ, seu redditus, & Gabbellæ Ciuitatis habentur in rubr. 230. 261. cum pluribus seqq. & 351. lib. 1. Bona Communitatis prædictæ non possunt coli, nec detineri, nec in eis ligna cædi sine licentia Communis, & quilibet potest esse accusator rubr. 112. §. præterea lib. 4. fol. 31. vbi alia multa de bonis per Ciuitatem possessis. Idem Iulius III. de anno 1553. 11. Kal. Maij restituit totum Comitatum dictæ Ciuitati, vt patet per dictum eius Breue in 6. registr. fol. 112. Pius verò IV. reuocauit, & annullauit omnes exemptiones, omniaque priuilegia concessa Castris, & personis particularibus in damnum Ciuitatis, vt in eius Breui sub die 22. Iunij 1561. in 7. registr. fol. 7. Sed tamen deinde per literas Cardinalis Borromæi sub die 22. Iunij 1561. & 4. Iunij 1562. fuit hoc limitatum, & declaratum respectu quorumdam Castrorum, & maximè SS. Angeli, Agnetis, & Helenæ, vt in d. 7. registr. fol. 11. & 19. Officia iura, vel quæcumque res corporales, & incorporales ad dictam Ciuitatem pertinentes, præterquàm à DD. Prioribus, & Camerarijs impetrari nemo potest etiam à Summo Pontifice, vt est lex DD. Priorum, & Camerariorum in Annalibus ad annum 1559. sub die vltima Aprilis manu D. Iacobi Sanctutij confirmata ibidem à Reuerendissimo D. Gubernatore, & deinde die 6. Iunij 1560. à Pio IV. vt in 7. reg. Breu. fol. 3. & à Pio V. sub die 10. Maij 1566. in d. 7. registr. fol. 46. De confinibus inter dictam Ciuitatem Perusinam, & Eugubinam, vide instrumentum factum sub die 9. Februarij 1491. in lib. 10. submiss. fol. 61. De pecunia relinquenda pro Argentaria à quolibet Magistratu, vide rubr. 68. lib. 1. fol. 31. vbi in §. fin. disponitur, quòd vasa argentea, pecuniæ, & reliqua supellex non possint vsurpari, pignorari, seu aliter concedi, sub pœna mille florenorum vnà cum refectione omnium damnorum. Conseruatores Monetæ debent locare, seu vendere redditus Ciuitatis, mediante subhastatione facienda per duos menses antequã dicti redditus reuertantur ad Ciuitatem, & debet locatio, seu venditio fieri plus offerentibus Stat. rubr. 259. lib. 1. fol. 74. Conductores tenentur infra biduum post subhastationem factam præstare fideiussores idoneos, quorum bona valeant duplum promissionis, & debent se obligare insolidum cum principalibus, aliàs iterum debet fieri subhastatio, & primi oblatores teneantur ad supplementum illius, quod deficeret in secunda subhastatione rubr. 264. §. fin. lib. 1. fol. 85. & latiùs rubr. 266. eod. lib. rubr. 356. & 358. eod. lib. fol. 98. & rubr. 485. fol. 114. Conseruatores, & alij, qui debet interuenire locationibus, seu venditionibus huiusmodi tenerentur de proprio si fideiussores bonos non accepissent rubr. 265. lib. 1. fol. 85. rubr. 357. fol. 98. & 484. d. lib. fol. 114. Et licet isti promittentes essent filij familias minores, dummodo essent maiores 18. annorum, debent promissiones obseruare Stat. rubr. 95. lib. 4. fol. 27. Debet apponi, & pro apposita habetur, quòd in euentum non solutionis debitis temporibus possint pecuniæ accipi ad fœnus sub cambio, & ipse teneatur ad illius solutionem rubr. 260. lib. 1. fol. 84. Tam ipsi Conductores, quam alij quicumque debitores Ciuitatis possunt de facto sine aliqua citatione, & processu cogi ad soluendum rubr. 189. lib. 1. fol. 65. vbi in fine idem disponitur in socijs, & cessionarijs, & quod elapso termino solutionis possit fieri executio personalis, vel realis de facto, & licet hoc non fuisset appositum, tamen intelligitur pro apposito, & habetur in d. rubr. 260. in fin. & vide ver. Debitores Ciuitatis, & ver. Executio. Habes ferè omnia supradicta in Bulla Clementis Papæ VIII. super Bono regimine, quæ est constit. 10. in Bull. nou. tom 3. pag. 8. Et respectu remissionis non faciendæ conductoribus ex quacumque etiam rationabili causa, de quo in dicta Bulla, & prius in Statut. rubr. 258. lib. 1. fol. 83. & rubr. 352. ibidem fol. 97. & rubr. 480. d. lib. fol. 113. habentur literæ

C Cardinalis Aldobrandini sub die 8. Iulij 1603. C

Et

Et ad materiam locationum huiusmodi vide literas Congregationis super Bono regimine sub die 18. Septembris 1610. registratas in instrumento locationis Salariæ sub die 16. Octobris dicti anni rogato D. Angelo Fustino, vbi habetur, quod in appaltu prouentuum Communitatum ad hastam, non vult Sacra Congregatio, quod attendatur qualitas offerentium, sed quantitas, quæ offertur, & quod dando idoneum fideiussorem approbandum in publico Consilio; præferatur semper is, qui in extinctione Candelæ reperietur fecisse meliorem conditionem, absque eo, quod habeatur ratio eius, qui superuenit post extinctionem.

## Adnotationes.

1 Ciuitas dicitur † quasi Ciuium vnitas. *Tusc. Pract.*
*conclus. tom. 1. lit. C. conclus.* 280. vbi ponit quando
Ciuitatis appellatione veniant Suburbia, & quod non
veniant, sed tantum quod continetur intra muros nisi
in fauorabilibus. *Carpan. ad Stat. Mediol par. 1. cap.*
*38. num. 15. & seq. cap. 45. num. 2. & 3. & cap. 442.*
*num. 5. & 6. & par. 2. cap. 54. num. 10. cap. 65. num.*
*4. & seq. cap. 239. num. 4. & 5. & cap. 342. num. 5.*
2 *& seqq.* An autem † veniat Territorium, & Diœcesis, Castra, & Villæ vide eundem *Carpan. d. cap. 342.*
*num. 9.*

3 A Vide † *Pellinum* in ipso principio Annalium dictæ Ciuitatis Perusiæ, multa etiam peti possunt ex
Oratione, quam *Marius Podianus* habuit ad Paulum III. & ex ea, quam nuper habuit *Ludouicus Aurelius* in funere Adreani Balleoni, quę impressæ leguntur, & multa *ex Doctoribus* de Ciuitate Perusiæ, & illius Statutis, & priuilegijs congessit *Card. Tusc. Pract. conclus. tom. 6. lit. P. conclus.* 325.

4 B Pro nullitate † sententiæ ob non datam Dominis Prioribus huiusmodi copiam respondit Rota in *Perusina Ciuilitatis 26. Ianuary 1615. coram Manzanedo*, quæ est in calce *decis. 29. num. 2.*

5 C De remissione facienda † non obstantibus capitulis, & dispositionibus contrarium suadentibus vide *Mastrill. decis. Sicil.* 299. & ad materiam vide etiam decisionem in *Perusina Appaltus 16. Martij 1592. coram Orano*, quæ est in fine *decis.* 92.

# CLERICVS.

### SVMMARIA.

*Statuta contra Ecclesiasticas personas non valent, in princ. & num. 1. cum seqq.*

*Possessores bonorum Clerici, & illius Cessionarij conueniuntur coram quocumque Iudice ab eo, qui fideiussit pro ipso Clerico vers. Possessores.*

*Clericis idem ius seruatur in Curia Sæculari, quod seruatur Laicis in Curia Episcopali vers. In Curia. & num. 5.*

*Habens cessionem à Clerico debet cauere vers. Habens.*

*Clerici non incedentes in habitu, & tonsura, non gaudent priuilegio Clericorum vers. Clerici. & num. 6.*

*Laici contumaces processantur ab Ecclesiastico, & Sæculari vbi deliquerunt cum Clericis, & vide num. 7.*

*Ecclesiasticus Iudex est competens contra Laicum, & Clericum, simul num. 7. & seq.*

*Ecclesiasticæ personæ tenentur ad foculare vers. Ecclesiastica. sed vide num. 8. & decisionem subsequentem.*

*Clerici quando ligentur Statutis Laicorum num. 1. & seqq.*

A STatuta facta contra Ecclesiasticas personas non tenent Stat. rubr. 128. vol. 4. fol: 38. A
Possessores bonorum Clerici, & illius cessionarij possunt conueniri coram Iudicibus etiam Laicis ad conseruãdum indemnem obligatum pro Clerico, & contra ipsos mandatur exequutioni instrumentum Stat. rubr. 18. lib. 2. fol. 8. vbi latè de conseruatione indemnitatis fideiussorum, & obligatorum pro Clerico, & vide ver. Forus. In Curia sæculari Clericis seruatur idē ius, quod seruatur laicis in Curia Ecclesiastica Stat. rubr. 5.
B lib. 2. fol. 4. B Habens ius cessum à Clerico non potest agere nisi data cautione, quòd cedens stabit iuri in causa reconuentionis, & pro expensis, & debet ipse cessionarius, & fideiussor promittere condemnationem, & iudicatum soluere Stat. rubr. 4. lib. 2. fol. 4. Clerici non incedentes in habitu, & tonsura non debent gaudere beneficio Clericali, ex Breui Innocentij VIII. sub die 2. Nouembris 1487. in 4. regist. Canc. fol. 7. quod fuit declaratum per eundem Pontificem in d. 4. reg.
C fol. 104. C Si Laici cum interuentu Clerici commiserint aliquod delictum, potest in contumaciam non solùm Iudex Ecclesiasticus, sed etiam sæcularis procedere contra Laicos tantum, ex literis Sacræ Consultæ ab Eminentissimo Cardinali Barberino subscriptis sub die 24. Ianuarij 1624. quæ sunt etiam registratæ in Curia Episco-
D pali. D Ecclesiasticæ personæ tenentur ad solutionem focularis, vt dixi ver. Catastrum cap. 5.
E vers. In liberatione, & in Adnot. num. 7. E

## Adnotationes.

De Clericis, & eorum priuilegijs vide nouissimè *Carol. de Grass. in tract. de effect. Cleric.*

1 A Idem est de iure, † quia Statutum laicale expressè de Clericis loquens non valet. *Ambrosin. de immunit. & libert. Eccles. cap. 21. num. 7.* qui plures citat, quibus addo *Surd. cons. 301. num. 13. & 43. lib. 3. & Mobedan. decis. 4. in fin. de constit.* quando
2 autem ligetur † Clericus Statuto generali Laicorum, vide per eundem *Ambrosin. d. cap. 21. per tot. & decis. Perus. 39. par. 2.* vbi agit de Statuto Perusino ad fauorem conductoris, & resoluit nō ligare Clericum, vide etiam *Carpan. ad Stat. Mediol. in prælud. num.*
3 *373. & seqq.* Quòd ligetur † in ordinatorijs *Rota Ianuen. decis. 79. Surd. decis. 13. num. 8. Gayl. obseru. 32.*
*num.*

*num. 10. lib. 2. Carol. de Grass. in tract. de except ad Stat. in prælud. num. 91. & d. tract. de effect. Cleric. effect. 2. num. 132. & seqq. Mascard. de general. Stat.*
4 *interpret. conclus. 6. num.* 197. Et non † denegantur Clerico beneficia Statutorum. *Ambrosin. d. cap. 21. num.* 20. vide *Surd. cons. 386. num.* 22. & quòd vtatur Statuto dante executionem instrumentis, tam agens in omni foro, quàm conuentus in foro Ecclesiastico. *Galganett. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 82. in fin.*

5 B Huiusmodi Statutum † valet. *Paul. de Castr. in Auth. Cassa num. 5. C. de Sacros. Eccles.*

6 C Idem disponitur † in Concilio Tridentino *sess. 23. cap. 6.* & vide *Ambrosin. de immunit. & libert. Eccles. cap. 22. num. 8. & per tot. & cap. 23.*

7 D Regulariter, vbi inter plures † delinquētes adest Clericus, cognitio contra omnes spectat ad Ecclesiasticum Iudicem. *Ambrosin. vbi sup. cap. 20. num. 9.*
8 & in iudicio ciuili † etiam immissionis contra plures, inter quos sit Clericus, quòd Iudicium sit faciendum coram Ecclesiastico, dixit Rot. in *Perusina Attentatorum 19. Aprilis 1619. coram Eminentissimo Card. Pamphilio, quæ est in fine decis. 27. num. 7.*

9 E In hac materia vide † pro Clericis vltra decisionem in Brundusina Gabbellæ 13. Februarij 1604. coram Penia, quæ est in calce decis. 114. aliam nouissimam, quæ superuenit tenoris infrascripti.

## R. P. D. Merlino
## Albēsis Gabbellæ, seu Onerum
## Veneris 28. Iunij 1630.

IVdex Taurinensis condemnauerat Archipresbyterum Ecclesiæ Gorzenij ad onera realia, ordinaria, certa, & inuariabilia, in fauorem Communitatis dicti loci, pro prædijs eiusdem Ecclesiæ, quam sententiam in hac parte omninò reuocandam esse, Domini censuerunt. Certa est enim Theologorum, Canonistarum, & Iurisconsultorum propositio, quam, & nemo ex Catholicis audet impugnare, bona Ec-
1 clesiastica immunia † esse, & libera ab oneribus, & tributis impositis per Communitates, & Principes laicos, Itá definitum est in Concilio Lateranensi sub Alexandro III. *par. 1. cap. 19.* sub Innocentio III. *cap. 46.* & habetur in *cap. non minus*, vbi Consules, & alij Magistratus, Ecclesiasticis, & eorum bonis collectas, & pedagia imponentes anathemate feriuntur, & in *cap. aduersus de Immunit. Eccles.* & in *cap. 1. & 3. eod. tit. in 6.* & in *cap. quamquam de censibus in 6.* & in *Clem. vnica de Immunit. Eccles.* quæ Sanctiones innouatæ fuerunt per Sacrum Concilium Tridentinum *sess. 25. cap. 20. de reformat.* Romanique Pontifices quotannis in Bulla Cenie §. 18. huiusmodi pedagia imponentes, & exigentes censuris coercent, & Constantinus primus Imperatorum palàm Christianis Immunitatem hanc Ecclesiasticam, siue potius illius vsum exhibuit, vt apud *Eusebium lib. 10. histor. ecclesiast. cap. 7. & in orat. de laudibus Constantini*; Sublatisque Ethnicis, neminem ex orthodoxis, & illibatæ Religionis Imperatoribus tributum de bonis Ecclesiarum exegisse obseruat *Card. Baron. tom. 3. Annal. sub anno 387. num. 23. & Iustinianus* etiam hanc Clericorum Immunitatem, vel respectu bonorum edicto sanciuit, vt in *l. sancimus 20. C. de sacros. eccles. & Federic. in auth. Item nulla Communitas, C. de sanctiss. Episcop.* Nec à Iure positiuo,
2 & Imperatorum liberalitate, † sed immediatè à Iure Diuino ortum habuisse huiusmodi Immunitatem respectu etiam bonorum fatendum est, vt disertis verbis asseritur in *cap. quamquam de censib.* ibi, *Ecclesia, ecclesiasticaque personæ, & res ipsorum, non solùm Iure humano, quinimò & diuino à sæcularium personarum exactionibus sint immunes*, & in Concilio *Tridentino dicta sess. 25. cap. 20. de reformatione* dicitur, *Immunitas hæc Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus instituta est*, quibus verbis apertè diluitur callida quorundam interpretatio, qui putarunt verba de quibus in *d. cap. quamquam, vbi De Iure Diuino, & humano*, intelligi posse Iure positiuo, scilicet Canonico, & Ciuili.

3 Nihilque refert hanc Immunitatem † respectu bonorum oculariter non legi scriptam in sacris Scripturis, quia vt Iuris Diuini dicatur, sat est, quod ex testimonijs, vel exemplis ex ipsa sacra pagina deprompptis, vel traditione Ecclesiæ deducatur, prout egregiè hæc Immunitas deducitur ex *Genes. cap. 47.* vbi Ioseph Prorex Pharaonis Sacerdotes, & eorū agros etiam eis à Rege traditos in primeua libertate dimisit, quamuis reliquos totius populi seruituti Regis subegerit, & meminit etiam *Ioseph de antiquit. Iudaic. lib. 2. cap. 4. & Diodor. Sicul. in 2. lib. histor. & Herodot. in Euterpe lib. 2.* Hinc appositò in dicto Concilio Lateranen. de quo in *cap. non minus de Immunit. Eccles. in 6.* infertur *non decere Ecclesiam Dei minus liberam esse tempore Principum Christianorum, quam fuerit tempore Pharaonis*, immo & addi potest, tempore etiam Ethnicorum, qui Flamines, Augeres, Salios, Fœciales, aliosque Sacerdotes, vna cum bonis ipsorum immunes, & liberos à tributo reddebant, vt obseruat, & indè ad propositum nostrum arguit *Præpositus in cap. Si tributum num. 5.* & ibidem *Card. 11. q. 3.* & sequitur *Io. Ant. de Nigr. in repet. extrauag. vnicæ, num. 243. de vit. & honest. Cleric. Plot. in addit. ad vlt. cons. Laudens. sub num. 8*, Aliaque exempla deduci possunt ex primo *Esdr. cap. 7. & Numer. cap. 3.* & luculentius testimonium patet apud *Matth. cap. 17.* vbi filius Regis qualis est Christus, qui est filius Regum Regis, eximitur à tributo Principis, Ecclesiam autem, & Ecclesiasticas personas, tanquam sponsam, familiaresque, & domesticos Christi, eadem potiri prærogatiua inferunt *D. Hieronym. ibidem, & D. Augustin. lib. 1. qq. Euangelic. q. 23. Io: Ant. Niger in repet. extrauag. vnica num. 223. de vit. & honest. Cleric.* & doctè *Suarez ad Regem Angliæ de Immunit. Eccles. lib. 4. cap. 5. num. 12. & cap. 8. num. 16.* quæ testimonia, & exempla ad hanc rem rectè perpendunt *Card. Bellarm. Controuers. tom. 2. lib. 1. de Cleric. cap. 28. in 4. & 5. propositione*, vbi pluribus comprobat hanc Immunitatem esse de Iure Diuino, & idem firmarunt *Io: Montaig. de collat. parlam. p. 2. num. 11. Bursatt. cons. 42. num. 1. lib. 1. & cons. 186. num. 6. lib. 2. Borell. cons. 74. num. 1. Plot. in addit. ad vlt. cons. Laudens. num. 8. Euerard. cons. 30. num. 23. ad fin. Coual. comm. contra commun. q. 899. num. 32. & 42. Cabed. decis. 83. num. 19. par. 2. Thom. Bozz. de Iur. Stat. Eccles. libert. lib. 4. cap. 8.* plenè *Paulus*

I *Comitul.*

*Comitul. respons. moral. lib. 1. cap. 97. num. 8. & seqq. Suarez ad Regem Angliæ d. lib. 4. cap. 8. num. 9.* qui alios plures enumerat, & bona dum Ecclesijs tra-
4 duntur † eo ipso eximuntur à dominio, & potestate laicorum, & ex speciali iure sub dominio Christi Domini constituuntur, nec per metaphoram, sed per omnimodam proprietatem, ita vt tale dominium Christi in his bonis Ecclesiarum sit proximum, & immediatum, illique dicatur acquisitum tanquam principali domino; vt per *Innocent. in cap. cum super num. 3. de caus. possess. & propor.* & in *cap. verum num. 2. de for. compet. Afflict. decis. 361. num 22. & seqq.* & post *Suarez d. lib. 4. cap. 17. num 9. & cap. 18. num. 5. & 7. & cap. 21. num. 5.* pluribus comprobat *Comitul. respons. moral. lib. 1. cap. 70. & 71.*

5 Vndè si Christus Dominus † omninò Immunis fuit à Tributis, vt ad literam habetur apud *Matth. 17.* & ibi notant *SS. Hieronym. Chrysost. & Ambros. atque alij* per *Suarez d. lib. 4. cap. 5. num. 1. in fin.* consequens est etiam bona Ecclesiarum, quæ subsunt immediato, & proximo dominio Christi Domini, immunia esse ab omnibus Tributis, vt per eundem *Suarez lib. 4. cap. 18. num. 5. & 7. & cap. 21. num. 5.* vbi quod hoc est valdè consentaneum Diuinitati, & excellentiæ personæ suæ; Præterea si bona patrimo-
6 nialia † Clericorum etiam laicalia sunt immunia ab oneribus laicalibus ob dignitatem personarum, quæ dignitas personæ influit Immunitatem in ipsa bona; illa enim abhærent personæ Clerici, nec persona dici potest plenè, ac perfectè exempta, nisi etiam illius bona exempta sint; Ita *Abb. Dec. Felin. & alij Canonistæ* communiter in *cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ* & in *cap. quæ in Ecclesiarum de Constit. Bald. in l. 2. C. de Episc. & Cleric.* & alios refert, ac sequitur *Suarez d. lib. 4. cap. 25. num. 4. & seqq.* Ergò multò
7 magis idem erit in bonis Ecclesiarum, † Tum quia perpetuò sunt Ecclesiastica, & in diuinum cultum per se ordinantur; Tum quia non Clericorum, qui Christi famulatum agunt; sed ipsius Domini patrimonium sunt, & vt dictum est, sub immediato Dominio Dei, patrimonialia verò bona Clericorum sunt quidem sub eorum Dominio, sed hoc dominium illis competit vti ciuibus, non autem vti Clericis, & tamen propter sacram qualitatem cohærentem personæ, bona sunt Immunia, quæ ratio fortius vrget in bonis Ecclesiarum, vt perpendit *Suarez vbi suprà cap. 16. num. 11. & cap. 17. num. 1.*

8 Nec quicquàm verò facit antiquitùs † aliquandò Clericos soluisse tributa Principibus laicis, hancquè exactionem cessasse ijsdem Principibus indulgentibus; quoniam id accidit tempore, quo nondum Principes Euangelij iugo ceruices subegerant, & sic ab tas ipsa, seu immunitas à collectis, & tributis Clero competebat quidem de iure, sed adhuc de facto, & malè exigebatur, & sic ipsa Immunitas à Iure Diuino profecta est, Immunitas autem vsus, seu exercitium emanauit à Principum Orthodoxorum sanctionibus, qui Principes Christiani non verè, & propriè Ecclesiasticis bonis exemptionem concesserunt, sed potius detexerunt; & in eam à Deo concessam consenserunt, illiusque exercitium iussere, & hoc benè agnouit Iustinianus in *d. l. sancimus 20. C. de Sacros. Eccles.* ibi, *nec enim non facimus discrimen inter res diuinas, & humanas, & cur competens prærogatiua cælesti fauori non conseruetur?* Et sic annuit hanc Immunitatem non à sua munificentia, quam alijs in rebus & locis sæpius gloriosus commemorat, sed à dictamine diuino, & à natura effluxisse, vt benè ratiocinatur *Comitul. respons. moral. lib. 1. d. cap. 97. num. 11.* vbi etiam antiquam traditionem, & populorum mores circà hanc Immunitatem recenset, & ita pariter respondet *Suarez* contra Reg. Angl. *d. lib. 4. de Immunit. Eccles. cap. 6. num. 4. & cap. 21. num. 3. & 8.*

Nec obstat potissimum fundamentum Communi-
9 tatis, † quod hæc onera olim imposita essent istis prædijs, quæ posteà in Ecclesiam peruenerunt, & ideò transiuisse affecta tributaria, & cum eodem onere ad quoscumque quamuis priuilegiatos successores, atque etiam in ipsas Ecclesias, iuxta *Can. tributum 23. q. 8.*

10 Quoniam pro responsione † duo firmanda sunt, vnum in facto, alterum in Iure in facto quod antiquitus hæc prædia erant eiusdem Ecclesiæ Archipresbyteri Gorzenij, & paucis solummodò ab hinc annis distracta in laicos, à quibus in Catastro Communitatis redacta sunt, detecta autem nullitate alienationis Iure merito Ecclesia, & pro ea Archipresbyter modernus in Iudicio spolij fuit reintegratus, & proptereà, vt reintegratio suum plenarium consequatur effectum, opus est, quod Ecclesia recuperet prædia libera, & immunia à quibuscumque oneribus, prout erant antequam ab Antecessore distraherentur, & consequenter reuocanda sunt, & descriptio in Castro, & impositio onerum, quæ tempore vsurpationis laicorum sequuta sunt, tantum enim restituere
11 † debet reintegratio, quantum abstulit distractio, *l. fin. §. fin.* & ibi *Bart. & alij C. de sent. pass. & quod si minor, §. restitutio, ff. de minor.* & notat *Vdd. de restit. in integ. par. 1. q. 44. art. 3. num. 29 & seqq.* & retrahenda est hæc reintegratio, perindè ac si semper penès Ecclesiam prædia permansissent, ad *l. 1. §. vlt. ff. de quæst. l. 1. C. de sent. pass. Bald. in l. post aditam num. 1. C. de impuber. & alijs Subst. Cotta de retrotract. cap. 8. cas. 17. num. 2. & seqq.* quæ si permansissent neque relata in Catastro, neque onera fuissent imposita.

In Iure autem illud notandum est, quod bona
12 † semel à laicis etiam legitimè possessa, non semper cum onere tributi, & vectigalis transeunt ad Ecclesiam, sed cum distinctione trium specierum bonorum.

Prima est species bonorum, quæ habet, & possidet
13 Ecclesia Iure † spirituali, & Diuino, vt Decimæ, oblationes, & hæc semper, ac perpetuò immunia sunt à quibuscumque oneribus secularibus, tàm præteritis, quam futuris, quia immediatè habet à Deo, nec commiscenda cum laicis, vt in *Numer. cap. 18.* & notant Canonistæ communiter in *cap. si tributum 11. q. 1.* & in *cap. secundum 23. q. 8.*
14 Alia sunt bona, quæ à priuatis † quidem habuit Ecclesia, sed ad cultum diuinum, & officium spirituale sunt destinata; vt situs Ecclesiarum, & Cœmeterium pro sepulturis, hortus iuxta Ecclesiam, & sunt hæc pariter immunia semper ab omnibus tributis, & oneribus, nedùm publicis, & Regijs, sed quod magis est etiam priuatis, & prætensentibus ob eorum specialem sanctitatem, vt habetur in *d. cap. secundum 23. q. 8.*

23. q. 8. & per Bald. in l. omnes, num. 12. C. de Sacros. Eccles. & doctè tradit Turrecremat. in cap. si tributum, 11. q. 1. & in Summa de Eccles. lib. 1. cap. 98. in responsione ad 7. argumentum, Io. Ant. de Nigr. in repet. Extrauag. vnica num. 242. de vit. & honest. Cleric. Suarez ad reg. Angl. de Immunit. Eccles. lib. 4. cap. 17. num. 6. & 7. & cap. 19. num. 2. & 8. & latius cap. 20. num. 17.

15 Tertia est species bonorum, † quæ possidet Ecclesia forte temporali, & Iure ciuili, vt titulo venditionis, legati vel alio simili, &c. Et in his etiam subdistinguendum est, & quoad onera imposita de tempore, quo penes Ecclesiam bona reperiuntur, certum est ipsi omnino suffragari Immunitatem ex superius deductis, & Bart. in l. rescripto, §. final. num. 5. vers. videte, ff. de minor. ingenuè fatetur, nullum dari remedium, seu cautelam, quod Clericis, seu Ecclesijs pro eorũ prædijs imponatur collecta, cum laici non possint edere legem per quam libertas Ecclesiastica infringatur; & Scriptores omnes Catholicos sine dissensione hoc admittere monet Suarez de reg. Angl. d. lib. 4. cap. 20. num. 2. Fallitur autem
16 † idem Bart. d. loco, dum subdit, posse laicos à principio efficere tributaria, & affecta oneribus omnia prædia eorum Territorij, itaut agri qui postea ad Ecclesias peruenerint, obnoxij sint collectis imponendis, quia indirectè permitteretur contra libertatem Ecclesiasticam, quod directè omninò prohibitum est, cap. quæ in Ecclesiarum de Constit. auth. Cassa. C. de sacros. Eccles. & alibi; Et licet eo tempore, quo vniuersum Territorium efficitur tributarium, prædia sint sub Iurisdictione laicorum, attamen hoc tempus inspici non debet, sed illud, quo ipsæ collectæ imponuntur, tunc enim formam habent, & solummodò radicem aliquam causalem, & remotam habuerunt à Statuto, quod etiam dum facit Territorium tributarium pro collectis imponendis, habet tacitam conditionem, scilicet, si imponantur, quæ conditio cum sit potestatiua, non retrotrahitur in præiudicium Ecclesiæ, quæ medio tempore acquisiuit, nec tunc subiacent Iurisditioni laicorum, Ita eleganter Bartolum impugnando arguit Bald. in l. omnes, num. 12. 13. & 14. cum seqq. C. sine cens. vel reliq. fund. compar. non poss. & in l. placet num. 10. vbi quod Bart. in casu quem posuit non dicit verum, C. de sacros. Eccles. & in l. neminem, n. 4. C. eodem, vbi quod hæc onera tunc nec certa essent, prout tamen requiritur ad effectum vt ad Ecclesiam transeant prædia cum suis oneribus, & infra dicetur, & cons. 112. n. 7. lib. 2. vbi quod Bart. contra omnes, & non benè loquitur, neque dicit verum, & quod illius cautela non valet vnam festucam, quia non potest considerari tributum nisi post indictionem, & specificationem, quæ fieri nequit postquam res fecit transitum ad Ecclesiam, Abb. cap. fin. num. 13. de vit. & honest. Cleric. Ias. in d. l. placet, num. 21. vbi quod dictum Bartholi est falsum, & damnatum per omnes, & idem testatur Guidòpap. quæst. 381. Ruin. cons. 117. num. 8. lib. 4. Felin. in cap. Ecclesia S. Mariæ, num. 76. de constit. Plot. in addit. ad cons. volt. Laudens. num. 10. & 13. qui testatur ità fuisse declaratum à Senatu Mediolani pro Monialibus Sanctæ Claræ Nouariæ, Alba cons. 8. num. 4. & seqq. vbi quod huiusmodi Statutum volens prouidere oneribus, quæ adhuc non sunt in rerum natura, & volens fingere id quod non est, non caret suspicione fraudis, Siluan. cons. 9. num. 29. & cons. 32. num. 11. Marcambrun. cons. 40. num. 29. vbi dicit communem esse hanc opinionem, Pasetb. cons. 31. num. 8. Vegg. cons. 7. num. 11. Grass. commun. opin. lib. 1. cap. 18. quæst. 2. qui pariter de communi testatur, Remig. Gosiy. de charit. subsid. q. 62. num. 16. vbi quod hæc est tutior opinio Card. Alban de Immunit. Eccles. num. 92. asserens hanc esse opinionem Legistarum validissimis rationibus confirmatam, & quod graue piaculum committeret quicunque contrarium sentiret, Ceual. Comm contra comm. q. 899. num. 72. & 106. qui plures alios cumulat Rimin. Iun. cons. 25. num. 23. Azor. Instit. moral. par. 1. lib. 5. cap. 13. q. 1. Thesaur. decis. 234. num. 5. Io. Ant. Niger, in repet. extrauag. vnica de vit. & honest. Cleric. num. 190. Alphons. de Montalu. in foro legum Castell. lib. 1. leg. 2. vers. in contrarium Martien. qui alios congerit ad ll. Hispan. lib. 5. l. 11. glos. 5. num. 5. Guttier. pract. quæst. lib. 2. quæst. 132. num. 5. vbi de veriori, & communiori opinione testatur.

17 Nec potest dici statuentes tunc vinculum † iniecisse dum Territorium effecerunt tributarium, quo tempore Iurisdictionem habebant in prædijs, quæ postea ad Ecclesiam peruenerunt, & sic transire cum suo onere; quoniam vinculum propriè iniectum est, dum collecta imponitur, tunc enim declaratio illa de toto territorio tributario suum sortitur effectum, cum tributum imponitur, & res non dicitur esse tributaria, nisi quando re vera, & ipso facto debita est solutio suis singulis temporibus, & contributio, vt post alios tradit Alba cons. 8. num. 5. & seqq. & tunc solùm dicitur actus perfectus, & consumatus, vt declarat Card. Alban. de Immunit. Eccles. num. 70. & 71. hoc autem tempore bona sunt extra Iurisdictionem laicalem, & subiectum est inhabile ad recipienda onera laicalia, resque dicitur deuenisse ad casum, à quo non posset incipere, & conferunt tradita per Bald. cons. 112. num. 7. lib. 2. Alex. cons. 210. num. 11. & cons. 211. num. 4. lib. 2. Ruin. cons. 204. num. 11. lib. 1. Surd. decis. 20. num. 8. Alba d. cons. 8. num. 4. Card. Alban. vbi supra num. 70.

Quòd autem ad onera imposita † priusquam præ-
18 dia ad Ecclesiam peruenerint, ad hæc tunc solummodò tenetur Ecclesia, quando copulatiuè hæc omnia concurrunt, quod scilicet onera sint vera, realia, ipsis fundis infixa, & imposita sint bonis, propter bona, non autem personis propter bona, quod sint perpetua, certa, & inuariabilia, non autem ex aliquibus causis vrgentibus, & illis cessantibus remouenda; Itàdocent Canonistæ in d. cap. 1. de Immunit. Eccles. in 6. vbi præcipuè Gemin. num. 9. Abb. in cap. fin. num. 12. de vit. & honest. Cleric. Turrecremat. in cap. si tributum, 11. quæst. 1. vers. alia vero, Barbat. plenè cons. 1. per tot. lib. 3. Felin. plenissimè cons. 46. in 4. dub. Niger in repet. extrauag. vnica de vit. & honest. Cleric. num. 247. cum pluribus seqq. Gomitul. respons. moral. lib. 1. cap. 94. num. 3. vbi omnia ista recenset requisita, & sat est allegare Magistralem decisioné in Brundusina Gabella 13. Februarij 1604. coram bo. me. Penia, quam & passim sequitur Sacra Congregatio super Controuersijs Iurisditionalibus per Sanctissimum D. N. Vrbanum VIII. magno Rei-

publicæ Christianæ bono Instituta ; & in his termi-
nis loquitur, *text. in cap. tributum*, 23. *q.* 8. ibi *de
Exterioribus Ecclesiæ, quod constitutum est antiquitus*,
(nempè illud quod antequam ad Ecclesiam perue-
nerint prædia) *persoluendum est*, & in *cap. si tributum*,
11. *q.* 1. vt ibi per *Turrecrem. & per Comitul. respon-
sor. moral. lib.* 1. *q* 93. *num.* 16. *Ceual. commun. con-
tra comm. q.* 899. *num.* 106. *Alphons. de Montalu. in
for. leg. Castel. lib.* 1. *d. l.* 2. *vers. ad quorum corrobo-
rationem fol.* 13. *col.* 3. *& Suarez. ad Reg. Angl. d.
lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 13. qui etiam obseruat, ibi Vrba-
num primum loqui iuxta morem sui temporis, quo
Imperatores erant Ethnici, & Ecclesia nondum sibi
libertatem actu vindicauerat ab huiusmodi tributis,
& in hoc casu dum Ecclesia soluit collectas, non sol-
uit vti tributum, & in recognitionem Dominij vel
superioritatis, quam regulariter indicat tributi exa-
ctio, vt ex *cap.* 2. *de censibus*, sed ob conditionem
inhærentem rei, & inseparabilem, & quemadmodum
ergà priuatas personas solueret census, & teneretur
ad hypothecas, quæ ab eius authoribus laicis prius
impositæ essent, ita pari ratione tenebitur Ecclesia
ad tributa, quæ vel ex pacto, vel alia ex causa, &
conuentione Princeps, dum prædia possessa à laicis
sub eius erant potestate, infixit ijsdem prædijs, vt
benè per *Fr. Io. de Nespol. Ord. Prædicat. in quæst.
Parisien. q.* 39. *puncto* 3. *ad quartum argumentum*.

19 Immo † *Card. Albanus de Immunit Eccles. Gutie-
rez pract. quæst. lib.* 1. *q.* 3. *num.* 15. *vers. præterea*,
& fusius *Suarez d. lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 6. *quæst.* 11.
*& seqq. vsque ad fin.* asseuerant tunc demum bona
translata in Ecclesias retinere onus, & obligationem
soluendi tributum, quatenus hoc Tributum à Prin-
cipe prius impositum fuerit expresso pacto inter ip-
sum, & priuatos inito, vel ex peculiari dominio il-
lius prædij, itaut ipse in priuatos transtulerit, hac sibi
reseruata pensione, censu, seù collecta, non autem
si exegisset ex sola vi Regiæ potestatis, & iurisdictio-
nis, hæc enim tunc penitus expirat, cum bona ad
Ecclesiam perueniunt, & res deuenit ad statum qui
incapax est illius subiectionis tributi ergà Principem
laicum, quod secus est in pactis, & conuentionibus
per viam contractus initis, quia vis illorum transit,
& continuat in quibuscũque personis quomodocun-
que exemptis, & priuilegiatis. *Felin. in cap. Eccle-
sia Sancta Maria num.* 77. *de constit. Vegg. cons.* 7.
*num.* 5. *& seqq. Bellon. cons.* 40. *num.* 4. *&* 5. *Festas
de Collect. par.* 4. *cap.* 2. *num.* 31. *Alderan. Mascard.
de gen. interpret. stat. concl.* 1. *num.* 100. *Azor. Instit.
moral. par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 13. *quæst.* 1. *vers. secundo
sciendum est*, vbi quod ratione pacti, vel conditione
adiecta in legato, siue contractu, Ecclesia tenetur
ad collectas bonorum, ad quas alias non teneretur, &
per *Suarez vbi supra num.* 6. *&* 15. *in fin. num.* 28.
vbi respondet ad motiuum quòd res transit cum suo
onere, & *num.* 9. prudenter indicat, quomodo pro-
bari possit prædia fuisse sub particulari dominio
Principis, vel tributum solui ex conuentione, non
autem ex solo iure vniuersali principatus ; quibus
consequens est, vt cum onera, de quibus agitur, non
sint antiqua, nec infixa essent dum ad Ecclesiam pri-
mò hæc bona transiuerunt, & conuentio omninò ex-
cludatur, nullatenus Ecclesia ad illa onera teneatur.

20 Non obstat, hæc prædia descripta † esse in Cata-
stro laicorum, ex quo regulatur taxa onerum, & indè
Archipresbyterum teneri ad collectas, iuxta doctri-
nam *Bald. in auth. sed. & periculum, num.* 2. *vers. hoc
verum nisi Ecclesia*, *C. sine censu vel reliq. &c.* vbi
quòd si Ecclesia facit æstimum tenetur ad collectas
in vim sui consensus, non ex vi Iurisdictionis laico-
21 rum ; Quoniam hæc descriptio † in Catastro non fuit
facta de consensu Rectoris, sed illorum laicorum,
qui Ecclesiam hisce bonis spoliarunt, vt supra dictum
fuit ; Immò etiam si facta fuisset de Rectoris consen-
su, hoc non præiudicaret Ecclesiæ ; sed opus fuisset
auctoritate, & assensu Summi Pontificis, cuius inte-
rest communibus Ecclesiarum vtilitatibus prouide-
re, vt in *cap. aduersus de Immunit. Eccles.* & in pun-
cto *Abb. ibi num.* 1. *&* 4. & in *cap. non minus num.*
18. *eod. tit. & cons.* 13. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 2. *Marant.
cons.* 99. *num.* 2. *Natt. cons.* 203. *num.* 4. *& seqq.*
vbi declarat doctrinam Baldi procedere data legiti-
ma discriptione in æstimo, seu Catastro, nempè quod
accesserit auctoritas Sedis Apostolicæ.

22 Non obstant solutiones factæ, † quoniam aut pro-
cesserunt à laicis, & tunc non præiudicant Ecclesiæ,
laici quippè tanquam subiecti tenebantur ad colle-
ctas, dum verò extat persona immunis, cessat ratio
subiectionis, & sic etiam obligatio, mutata enim
persona, mutatur status rei, *l.* 1. *C. de impon. lucr.
d. s. lib.* 10. *Gemin. in d. cap.* 1. *num.* 9. *de Immunit.
Eccles. in* 6. *Anchar. cons.* 129 *sub. num.* 2. *Niger. in
repet. extrauag. vnica, de vit. & honest. Cleric num.*
224. *Marant. d. cons.* 99. *nu.* 3. *&* 4. *Guttier. pract.
quæst. lib.* 1. *q.* 3. *nu.* 15. vbi post *Mattienz* dicit hunc
esse casum mirabilem, quo res non transit cum suo
onere ; atque vt supra dictum fuit, reintegratio con-
cessa Rectori debet abolere quicquid post alienatio-
nem gestum est in præiudicium Ecclesiæ.

Aut verò solutiones † prætenduntur factæ à Re-
23 ctore, & tunc nec etiam præiudicant, cum Rector
non potuerit tollere priuilegium libertatis Ecclesiæ,
non enim est personale beneficium, sed ipsi ordini Ec-
clesiastico, & ipsis bonis Ecclesiarum concessum,
cui gesta priuatorum præiudicare non possunt, & in
hoc casu opus fuisset assensu Summi Pontificis, vt di-
ctum fuit, & notatur à *Castr. cons.* 423. *num.* 1. *lib.* 2.
*Ceual Comm. contra commun. quæst.* 899. *num.* 107.
*ad fin.* & Modernus Rector quatenus soluisset non,
inde tamen priuatus censetur sua Immunitate ab his-
ce collectis, & oneribus, quæ de Iure sibi competit,
ad *text. in l. voluntarie, C. de excus. tutor. Alex. cons.*
33. *num.* 2. *vers. sed ea mihi lib.* 5. *Castr. d. cons.* 423.
*num.* 2. *Natt. cons.* 447. *num.* 16.

Et ità bis diligenter examinato articulo resolu-
tum fuit.

# CLOACA.

## SVMMARIA.

*Cloacam ceptam vicini debent prosequi, & producere
extra muros ex Stat. in princ.*
*Debet fieri à vicinis, & quomodo vers. Debet fieri.* 1
*Impedimenta remoueri ab illis debent vers. Ab illis.*
*Vbi, & quomodo fieri debeant vers. Et fien.*

Refectio

*Refectio cloacæ non impeditur per nunciationem noui operis num. 2.*

CLoacam construi cœptã vicini debent prosequi, & producere extra muros Stat. rubr. 37. lib. 4. fol. 11. & habetur rubr. 38. in princ. eod. lib. 4. Debet fieri ab his, qui sunt vicini, nempe à quolibet pro mensura domus, vel fundi cuiusque d. rubr. 38. in princ. vbi etiam quomodo debeant construi, & de contributione vicinorum vide rubr. 41. eod. lib. 4. Ab illis debent remoueri omnia impedimenta etiam per visitationem loci procedendo summariè, sine strepitu, & figura iudicij etiam appellatione non obstante rubr. 41. eod. lib. 4. fol. 13. & rubr. 84. in princ. d. lib. 4. fol. 22. Et fieri debent, vbicumque necesse fuerit, in Ciuitate, & Suburbijs tam in vijs publicis, quàm vicinalibus, dummodo tamen decurrant extra muros, non autem per claustrum, vel domum alterius, sed tantùm sub via, & non debent nocere aquæ alicuius fontis, vel putei, & ab illis fieri debent, ad quos spectat vtilitas sub certa poena, & non licet mutare, vel impedire antiquum cursum, quo casu tenerentur ad remittendum proprijs sumptibus, de his, & alijs vide rubr. 40. eod. lib. 4. fol. 12. vide ver. Intercasellum.

## Adnotationes.

1 Ad materiã Cloacarum † *Capoll. de seruitut. Vrb. præd. cap. 48. pag. 40. & seq. & de seruit. rust. præd. cap. 6. pag. 91. & Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 256. par. 2.* Nunciatio † noui operis non potest fieri, si quis reficiat Cloacam. *Carpan. vbi supra cap. 340. num. 48. par. 2.*

2

# CLVSIVM.

### SVMMARIA.

*Clusium spectat ad Cameram Apostolicam in princ.*
*Bona Clusij non collectantur vers. Die.*
*Frumentum, vinum, & alij fructus non possunt extrahi extra Comitatum Perusiæ, & debent vendi in Ciuitate vers. Frumentum.*
*Clusium fuit concessum Malatestæ Balleono vers. De anno.*
*Posteà Ciuitati Perusiæ vers. Concessum.*
*Posta Clusij quæ vers. Posta.*
*Habitare volentibus in Clusio conceduntur Casalena, & terræ vers. Habitare, & Immunitates ibidem, & vers. Clemens VII.*
*Possunt coloni diuidere laborenia vers. Coloni.*
*Debent colere terras alias auferuntur vers. Debent.*
*Respondent Dominis de tertia parte fructuum vers. Et debent.*
*Pascendi facultas in Bandita Pozzoli conceditur Hominibus dictæ Villæ vers. Facultas.*
*Clusij Marchionatus contribuit cum Ciuitate ad onera vers. Marchionatus.*
*Clusium quid sit num. 1.*
*Oppidum Castilionij caput Clusij num. 2.*
*Concessum Dominis de Cornea ibidem.*
*Ascanius Corneus laudatur num. 3.*
*Fuluius Corneus creatus Dux Castilionis à Paulo V. num. 4.*
*Habitatores Clusij habent ius perpetuæ coloniæ num. 5.*
*Fructus Clusini possunt asportare ad Statum Ecclesiasticum non obstante prohibitione num. 6.*
*Gabbella non potest imponi ibidem.*
*Statuta Ciuitatis an sint attendẽda in Clusio dismembrato num. 7.*

A CLusium A spectare ad Cameram Apostolicam pleno iure, & sine aliquo onere dixit Sixtus IV. in suo Breui sub die 24. Maij 1484. in 4. reg. Cancell. DD. Priorum fol. 49. vbi prohibet colonos molestari à Ciuibus Perusinis super certis terraticis. Die 21. Maij 1612 Illustr.ss. D. Marinus Gubernator, & Commissarius Apostolicus auditis Syndicis Villarum Clusij, & & me Bartholomço Giliano etiam nomine aliorum habentium prædia, & bona libera in Clusio Perusino mandauit non posse collectari bona omnimodo libera rogato D. Ludouico Riccerio Notario Audientiæ eiusdem Illustriss. Frumentum, vinum, cæterosque fructus non possunt extrahi extra Comitatum Perusiæ rubr. 116. in fin. addit. lib. 4. fol. 34. Paulus II. mandauit frumentum Clusij non extrahi de Ciuitate, & Comitatu, sed vẽdi in platea, vt in Breui dato 20. Iulij 1469. in 4. reg. Breu. fol. 102. Innoc. VIII. per suum Breue datum die prima Septembris 1487. mandauit frumentum ad Cam. Apost. pertinens vẽdi in Ciuitate Perusiæ iuxta consuetum in 4. registr. Canc. Comm. fol. 70. Pius II. per Breue datum die 20. Iulij 1459. mandauit frumentum prædictum per Thesaurarium reponi, & vendi in Ciuitate Perusiæ in 3. reg. d. Canc. Comm. fol. 34. Idem per Leonem X. in 5. reg. fol. 48. Paulus IV. mandauit d. frumentum non extrahi de Clusio, seu Territorio Perusino, sed vel ibi consumi, vel in platea Perusina pro concurrẽti quantitate vendi, vt in eius Breui sub die 9. Augusti 1555. in 6. reg. fol. 122. Pius IV. confirmauit, vt in eius Breui sub die 6. Iulij 1556. in 7. reg. fol. 2. Pius V. idem confirmauit in d. 7. reg. fol. 45. Sixtus V. hoc idem confirmauit, vt in Bulla de rebus gestis per Reuerẽdiss. Maltasiam Visitatorem data 17. Decembris 1588. in d. 7. reg. fol. 151. fuit tamen declaratum per literas Card. Iustiniani de ordine Sanctissimi sub die 17. Ianuarij 1590. huiusmodi Bullam non compræhendere frumentũ Marchionatus Clu-

ctis, & illarum vigore semper, & continuè legitimè deuentum fuit, & deuenitur ad omnes, & quoscumque actus, qui in causis fieri solent, & contingant, etiam ad sententiam diffinitiuam. Domi tamen non possunt fieri citationes oretenus, sed cum dimissione cedulæ Constit. Cardi-
B nalis Vrbini cap. 48. in fin. B Citationis terminus si caderet in diem feriatum, extenditur in sequentem diem Stat. rubr. 81. §. & quod dilationes lib. 1. fol. 37. rubr. 24. in 2. de fer. §. declarantes lib. 2. fol. 23. & rubr. 61. §. & quod dilationes lib. 3. fol. 29. & adest in hoc etiam fides
C Collegij prædicti sub die 13. Decembris 1577. C Hora quando non esset expressa in citatione ad sententiam intelligitur commissa pro prima hora iuris immediate sequenti post executam citationem, si tamen citatio sit executa in Ciuitate, & personaliter, si vero domi, vel in Comitatu pro prima die iuris tunc immediatè sequenti, vt in alia fide dicti Collegij sub die 6. Decembris dicti anni 1577. & vide etiam Constit. Cardinalis Vrbini cap. 48. in fine. Baiuli omnes Ciuitatis possunt, & solent deferre citationes, & facere relationes in quacumque Curia, & in quolibet Tribunali dictæ Ciuitatis, vt attestati fuerunt DD. Causidici sub dicta die 6. Decembris 1577.

## Adnotationes.

1 De Citatione † habes tractatum *Virgily Boccatij post tract. eiusdem de liter. remiss. vide Carpan. ad Stat. Mediol. in princ. & per plura capit.* Statutum citationis † modum præter ius commune inducere po-
2 test. *Afflict. ad Prou. §. 6. cap. 1. num. 1.* & attendi debet Statutum loci † vbi facta est citatio. *idem Afflict.*
3 *in §. 6. cap. 1. num. 1.* & de obseruantia Curiæ Perusinæ, † quod in citatione ad respondendum inqui-
4 sitioni transmittatur copia inquisitionis testatur *Bar. in l. inter accusatorem num. 6. in fin. ff. de public. Iudic.* Notarius actuarius † de consuetudine censetur
5 habere auctoritatem quocumque tempore etiam de nocte ad simplicem partis requisitionem describendi, & decernendi citationes. *Bug. cons. 48. num. 38. lib.*
6 A De Iure communi citatio † commissa, & executa die feriata in honorem Dei non valet. *l. fin. C. de fer. Marant. de ord. Iudic. par. 6. tit. de Citat. num. 119. fol. mihi 324. Farinacc. cons. 28. num. 6. & 7. lib. 1.* Sed contrarium obseruatur, vt per *Vestr. in Prax. lib. 1. cap. 4. num. 7.* & quod possit citatio decerni, & exequi die feriata, *Gayl. obser. 53. num. 6. & 7. lib. 1.*
7 B Citatio facta domi † de iure communi non sufficit nisi Statuto aliter disponatur. *Rota decis. 569 num. 9. par. 1. recent. per Farinacc.* Sed quod de stylo, & consuetudine sufficiat facta domi. *Addent. ad decis. 569. post cons. Farinacc. lib. 1. & vide Carpan. cap. 1. num. 111. & Marant. d. par. 6. tit. de Citat. num. 124. & 125.* vbi an possit fieri citatio in apotheca, vel porti-
8 cu, vel stabulo. In criminalibus † an sufficiat facta domi vide *Bug. cons. 2. lib. 1.* Statutum nostrum lo-
9 quitur alternatiuè † personaliter, vel domi de intelligentia vide *Pacian. de Probat. cap. 48. num. 41. lib. 2.* vbi quod hæc non est alternatiua ordinis, sed voluntatis, & sufficit alterum ex duobus adimplere; nulla distinctione habita an persona reperiatur; nec nos post *Bart. in l. 4. §. Prætor ait. num. 14.* qui rationem affert, vt Statutum iuri communi aliquid addat, quia alias nihil operaretur. *ff. de dam. inf.* & alios per
10 *Pacian.* citatos. De diligentijs citandi † aliquem ante affixionem ad valuas vide *Rot. in Perusina Liquidationis fructuum 17. Februarij 1614. coram Penia*, quæ est impressa in fine *decis. 10. num. 18. & supp.* vbi defendit processum à nullitatibus oppositis contra processum remissorialem ex stylo Curiæ Perusinæ, de quo testati fuerunt periti Notarij, & ex comparitione Procuratoris.
11 C Quid de Iure communi † vide *Marant. d. par. 6. tit. de Citat. num. 120. & seq.*

# CIVIS.

## *SVMMARIA.*

*Ciues originarij qui dicuntur ex Stat. in princ.*
*Forenses efficiuntur Ciues per habitationem triginta annorum vers. Forenses & vide num. 8.*
*Ciues efficiuntur per solutionem, vel per priuilegium, & quando vers. Item efficiuntur.*
*Ciues, qui non habitauerint, non possent obtinere certa officia vers. Ciues qui.*
*Comitatenses effecti Ciues quando possent habere officia vers. Comitatenses.*
*Ciues non soluunt forulare vers. Ciues &.*
*Ciues sunt immunes à quibusdam oneribus vers. Martinus Papa.*
*Ciues Perusini habentes bona in alienis territorijs, si grauentur, quomodo eis succurratur vers. Ciues Perusini.*
*Offendens Ciuem punitur grauiter vers. Si quis.*
*Ciues præferuntur forensibus creditoribus vers. Ciues Perusini.*
*Ciues, vel Comitatenses, quando habeantur pro forensibus vers. Ciues, vel Comitatenses.*
*Ciues ruri degentes non gaudent quibusdam priuilegijs concessis Ciuibus vers. Ciues ruri. & vide num. 14.*
*Ciues non dicuntur, qui habitant in locis vbi non sunt Episcopi num. 1.*
*Ciuis dicitur ille, qui est originarius num. 2.*
*An veniat Ciuis ex priuilegio num. 3.*
*Originarium Ciuem non potest facere Princeps num. 4.*
*Originarius quis dicatur num. 5.*
*Ciuis quando quis desinat esse num. 6.*
*Perusinus, & de Perusio an idem importent num. 7.*
*Ciuis an possit quis fieri ex Statuto, vel à Ciuitate num. 9.*
*Ciuilitas concessa patri transit in filium num. 10.*
*Priuilegium Ciuilitatis quando non prosit num. 11. & an sit necessaria habitatio num. 12.*
*Vxor efficitur Ciuis loci viri, & idem est in vidua num. 13.*

Ciues originarij qui dicantur vide Stat. rubr. 239. lib. 1. pag. 49. vbi de Comitatensibus

A quando efficiuntur Ciues originarij. A Forenses efficiuntur Ciues si habitauerint continuè per triginta annos rubr. 136. d. lib. 1. fol. 49. vbi de
B probationibus faciendis. B Filij forensium, qui nati sunt in Ciuitate, & quorum patres mortui sunt, & libram habent in Ciuitate describuntur inter Ciues Stat. rubr. 131. lib. 1. fol. 48. Item efficiuntur quando soluissent impositionem, vel obtinuissent priuilegium speciale rubr. 137. dict. lib. 1. fol. 49. & d. rubr. 139. §. & idem dicto loco. Pro concedendo autem priuilegio ciuilitatis debet poni partitum inter Camerarios num. 35. dantes vota fauorabilia rubr. 561. lib. 1. fol. 148. & ita alias fuit die 27. Iunij 1447. decretum per Consilium, vt in lustro. Legum fol. 26. Sed Sixtus V. in eius Bulla super confirmatione rerum gestarum per Reuerendissimum D. Maluasiam datæ sub 17. Decembris 1588. amplius Rusticos fieri posse Ciues, & illos à solutione, & oneribus liberari prohibuit. Clemens VIII. etiam in Bulla super Bono regimine, quæ est in Bullar. nou. tom. 3. constit. 10. in §. præterea prohibet exemptiones, remissiones, & condonationes iurium, atque onerum realium, & personalium, aut mixtorum, & ideo hodie Ciues non sunt illi, qui subiacent alicui solutioni ad fauorem Com-
C munis absque licentia Sedis Apostolicæ. C Ciues, qui non habitassent per triginta annos, & allibrati non fuissent per viginti, non possunt habere officia Ciuitatis rubr. 136. & rubr. 137. lib. 1. fol. 49. quæ statuta de anno 1536. 11. Kalend. Aprilis fuerunt confirmata per Cardinalem Grimanum tunc Legatum, vt in 6. registr. Cancell. Comm. fol. 39. vbi etiam habetur, quod ista lex fuit alias moderata, quod Ciues effecti intra quindecim annos non consequerentur officia publica. Comitatenses verò effecti Ciues non poterant habere officium Prioratus, vel Camerariatus in Ciuitate à die suæ receptionis, vel adeptæ ciuilitatis ad duodecim annos rub. 209. §. fin. lib. 1. fol. 70. Alia verò officia præter Camerariatus, & Prioratus possunt habere, qui libram habuissent inter Ciues per septem annos Statut. rubr. 553. lib. 1. fol. 123. Ciues in Ciuitate habitantes, & ciuiliter viuentes fuerunt exempti à solutione focularis, vt dictum fuit ver. Catastrum cap. 5. Martinus Papa V. de anno 1425. & die 30. Iulij confirmauit omnes immunitates, & exemptiones concessas per Brachium de Fortebrachijs Ciuibus, & Comitatiuis Perusiæ in 1. regist. Canc. Comm. fol. 14. Ciues Perusini habentes bona in territorio Assisiensi, vel alio territorio, non possunt cogi ad aliquod aliud onus nisi solitum, & consuetum, vt in Breui Alexandri VI. sub die 15. Februarij 1497. in 4. regist. eiusdem Canc. fol. 118. & si pro bonis in alienis territorijs existentibus molestarentur, vltra id, quod soluunt illorum Ciues, & Incolæ, pro eadem summa datur sequestratio fructuum contra illos de alieno territorio, qui haberent bona in territorio Perusino Statut. rubr. 68. §. sed licitum sit lib. 2. fol. 35. Ciues Perusini erant immunes à solutione onerum in Ciuitate Ferrariæ, & illius Comitatu, vt per literas Leonelli Atestini eius Ciuitatis tunc Domini, sub die 27. Septembris 1445. in 2. regist. Canc. Comm. fol. 19. Item à solutione gabbellæ in territorio Ducis Vrbini, in loco, seu Castro Giomicis, per literas eiusdem Ducis sub die 18. Aprilis 1587. in 7. reg. fol. 132. Si quis Comitatiuus, vel forensis offendisset cum sanguine ex proposito Ciuem Perusinum, punitur poena homicidij, si verò absque sanguinis effusione in quadruplum, vt in lege facta à DD. Prioribus, & Camerarijs, quæ est in Annal. ad annum 1483. fol. 26. & fuit confirmata per Innocentium VIII. vt in Breui de anno 1487. in 4. reg. Canc. Comm. fol. 76. quæ omnia sunt etiam registrata in 4. reg. Breu. Cam. Apost. Perusinæ fol. 183. Offendens Perusinum in quacumque parte mundi debet puniri Stat. rubr. 123. in addit. lib. 3. fol. 44. Ciues Perusinos præferri forensibus etiam habentibus hypothecam super bonis alicuius falliti existentibus in Ciuitate, vel Comitatu Perusiæ cauetur in Stat. rubr. 74. §. fin. lib. 2. fol. 87. & dicam ver. Forensis. Ciues, vel Comitatenses, qui non soluissent datas, vel collectas, & imprestantias impositas per Commune habentur pro forensibus, & in ciuilibus non debent audiri, & idem est in eorum cessionarijs Stat. rubr. 343. lib. 1. fol. 94. & rubr. 9. in princ. lib. 2. fol. 5. Alios casus in quibus denegatur audientia dixi ver. Audientia. Ciues ruri degentes subiacent Capitaneis, & eorum Vicarijs, & coram illis conueniri possunt, & debent soluere collectas, & subire alia onera, prout antea obligati erant, licet secus in eorum ciuilitatibus fuisset concessum, ita fuit decretum per Cardinalem Crispum tunc Legatum sub die 1. Iunij 1546. manu D. Ioannis Massani Notarij, vt in 6. registr. fol. 87. Cardinalis Sabellus pariter Legatus in 15. cap. suarum Constitutionum factarum de Mense Ianuarij 1480. in 4. reg. fol. 15. & fol. 176. mandauit, quod Ciues Rusticani ruri degentes, & opera rusticalia exercentes quomodocumque
A essent Ciues, etiam si ciuilitatem à Ciuitate emissent, tenerentur ad quæcumque extraordinaria, & imponenda Comitatiuis, & haberentur pro Comitatiuis; Quinimò etiam habitantes in Suburbijs, rusticalia exercentes tenentur prout alij de Comitatu ad salaria Capitanei, & custodias faciendas, prout tenebantur quando in Comitatu degebant, vt in decreto D. Archiepiscopi

Neapolitani

Neapolitani tunc Gubernatoris die 1. Decembris 1441. in 2. regist. fol. 9. Habitatio in Comitatu quando non præiudicet Ciuilitati vide Stat. sub. D 50. §. si verò fuerint lib. 2. fol. 28. D

## Adnotationes.

1 Ciuium † plures sunt species *Carpan. ad Stat. Mediol. par. 2. cap. 218. num. 70. & seqq.* vbi *num.* 74. quod non dicuntur Ciues ij, qui habitant in locis vbi non sunt Episcopi.

2 A Ciuis Perusini † appellatione, quod non veniat, qui domicilium habet Perusiæ, sed qui ibidem natus est, & originem suam illic nasciuntur, & quod propriè Ciuis dicatur ille, qui est originarius, non autem Incola, respondit *Natt. cons. 254. num. 3.* An au-
3 tem veniat Ciuis ex priuilegio † pro affirmatiua *Corn. cons. 189. num. 5. lib. 2.* vide *Rolan. cons. 79. lib. 3. Eugen. cons. 18. num. 60. lib. 1. Menoch. cons. 365. num. 2. & 14. lib. 3. cons. 678. num. 1. lib. 7. & cons. 1129. num. 62. lib. 12. Galganett. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 32. num. 20. vers. Ciuis. & lib. 2. cap. 30.*
4 *num. 20.* Quod neque Princeps † possit facere, quod Ciuis fiat originarius. *Rota coram Seraph. decis. 1251.*
5 *num. 9.* & quod vt quis dicatur originarius † opus sit, vt non solum sit natus in loco, sed etiam quod parentes habeant ibi domicilium. *Cas. de Grasc. decis. 61.*
6 *num. 4.* Ciuis transferens † domicilium ad aliam Ciuitatem, an, & quando desinat esse Ciuis, & numquid vti possit beneficio Statuti Ciuitatis originis.
7 *Honded. cons. 5. lib. 1.* Perusinus, & de Perusio † idem important *post Bartolum Dec. cons. 550. num. 7.* sed quod de Perusio sint originarij *Thesaur. decis. 123. num. 3. & num. 13. vers. Ad secundum.*

8 B De Ciue per habitationem † triginta annorum, ex Statuto nostro, vide decisionem *in Perusina Ciuilitatis 26. Ianuarij 1615. coram Manzanedo,* quæ est in fine *decis.* 29. vbi resoluitur pro nullitate sententiæ super Ciuilitate ob non seruatam formam Statuti, & pro iniustitia ob non probatam habitationem per triginta annos integros requisitos à Statuto.

9 C Ciuis an possit fieri per Statutum, † & an Ciuitas possit concedere ciuilitatem, *Carpan. ad Statut. Mediol. par. 2. cap. 218. num. 94. & 108.* Ciuilitas
10 concessa patri † transit in filios. *Honded. cons. 5. num. 6. lib. 1.* etiam si de illis non sit facta mentio in priuilegio. *Menoch. cons. 165. num. 6. lib. 2.* & quod nati essent ante priuilegij adeptionem *idem Menoch. cons.*
11 *678. num. 3. lib. 7.* Priuilegium † non prodest vbi quis non est vsus, nec vnquam habitauit, nec onera subsiinuit, vt dixit *Rota in Narniensis Successionis 22. Maij 1628. coram R. P. D. Merlino,* quæ est in
12 fine *decis. 99. num. 51.* sed an habitatio † sit necessaria, quod non; vide *in Perusina Bonorum de Balleonibus 23. Ianuarij 1591. coram bo. me. Comitulo,* quæ est in calce *decis. 8. num. 17. & seqq.* in qua firmatur,
13 quod mulier forensis nupta Perusino † efficitur Ciuis, nec desinit esse mortuo viro, dum remanet vidua, An autem ista amittat originem propriam, vide *Thesaur. decis. 123.*

14 D De Iure communi Ciues tractari † non debent vti Comitatini si habitent in Comitatu; nec arctantur ad onera vti Comitatini. *Corn.* loquens in Ciuibus Perusinis *cons. 155. lib. 1.* vbi post totum respondit super dicta constitutione Cardinalis Sabelli, qui tempore, quo illam edidit non erat Cardinalis, vt colligitur *ex eodem Corneo d. loco circa fin.* sequitur *Carpan. ad d. Statut. Mediol. cap. 236.* præsertim *num. 3.*

# CIVITAS PERVSIAE, & illius bona.

## SVMMARIA.

*Perusiæ antiquitas, & nobilitas in princ. & num. 1.*
*De Magistratus restitutione vers. Iulius III.*
*De Prouentuum concessione vers. Per dictum.*
*Capitula cum Pontifice vers. Capitula inter.*
*Fœderis cum Senensibus Capitula vers. Capitula fœderis.*
*Ciuitas non potest conueniri nisi data copia petitionis Prioribus vers. Ciuitas. & num. 4.*
*Nec extra districtum vers. Nec potest.*
*De bonis Ciuitatis à vers. Bona.*
*Comitatus restitutus Ciuitati, cum reuocatione exemptionum vers. Idem Iulius III.*
*Officia, & iura Ciuitatis non possunt nisi à Prioribus concedi vers. Officia.*
*Confinia inter Ciuitates Perusinam, & Eugubinam vers. De confinibus.*
*Argentaria, & supellex Ciuitatis vers. De Pecunia.*
*Conseruatores Monetæ locant, seu vendunt prouentus Ciuitatis vers. Conseruatores.*
*Locationes, seu venditiones prouentuum Ciuitatis quomodo fiant, ibidem.*
*Fideiussores idonei debent præstari à conductoribus bonorum Ciuitatis infra biduum vers. Conductores tenentur.*
*Filijfamilias, & minores obligantur, validè fauore Ciuitatis vers. Et licet.*
*Pecunia possunt accipi sub fœnore in damnum non soluentium in tempore vers. Debet.*
*Debitores Ciuitatis coguntur via facti ad soluendum vers. Tam ipsi.*
*Remissio non fit conductoribus bonorum Ciuitatis vers. Et respectu. & num. 5.*
*Qualitas oblatoris non consideratur, sed quantitas oblata vers. Et ad materiam.*
*Nec attenditur oblatio extra tempus, ibidem.*
*Ciuitas dicitur quasi Ciuium vnitas, & illius appellatione non veniunt Suburbia num. 1. & quod de Territorio, Diœcesi, Castris, & Villis num. 2.*

DE Ciuitatis Perusiæ antiquitate, & nobilitate nonnulla habentur in 3. registr. Cancell. A eiusdem Ciuitatis fol. 100. & in 5. regist. fol. 17. A Iulius III. per Breue datum 11. Kal. Maij 1553. restituit, & reintegrauit dictam Ciuitatem ad Magistratus, & ad multa alia, quæ sub Pontificatu Pauli III. eius antecessoris amiserant, in 6. registr. fol. 111. Paulus IV. confirmauit, vt in eius Bulla sub die 23. Augusti in d. 6. registr. fol. 121. Pius IV. asserens se etiam fuisse aliàs in di-

ſta Ciuitate Prolegato pariter hoc idem confirmauit ſub die 6. Iunij 1560. in 7. regiſtr. fol. 2. Pius V. idem in Breui ſub die 10. Maij 1566. in d. 7. regiſtr. fol. 45. Per dictum Iulium III. fuerunt conceſſi quicumque prouentus Comitatus, etiam ſi excederent ſummam contentam in eius Bulla ſub 10. iulij 1554. in 6. reg. fol. 116. Martinus V. in 40. cap. ſuarum conceſſionum factarum de anno 1425. in 1. regiſtr. fol. 14. mandauit, quod bona dictæ Ciuitatis nemini concederentur, Capitula inter Innocentium VIII. & dictam Ciuitatem fuerunt facta de anno 1484. & die 8. Nouembris in 4. regiſtr. fol. 61. Capitula fœderis inter Peruſinos, & Senenſes facta de anno 1495. & die 29. Aprilis in d. 4. reg. fol. 113. Ciuitas præfata non poteſt conueniri, niſi prius data copia petitionis DD. Prioribus præſente eorum Notario, aliàs omnia redduntur nulla

B rubr. 44. lib. 2. fol. 24. B Nec poteſt conueniri extra diſtrictum ad aliquam aliam Curiam, & ille, qui conueniret, perdit omnia ſua bona rubr. 130. §. quicumque. lib. 3. fol. 47. Bona eiuſdem Ciuitatis ob canonem, ſeu penſionem non ſolutam debent per D. Capitaneum vindicari eidem Ciuitati rubr. 114. vol. 4. fol. 31. vbi idem, ſi fuiſſent illa donata vnà cum fructibus. Priuilegia, & exemptiones multæ dictæ Ciuitatis ſunt in quadam capſa exiſtente in Armario rubr. 127. lib. 1. fol. 47. Communantiæ, ſeu redditus, & Gabbellæ Ciuitatis habentur in rubr. 230. 261. cum pluribus ſeqq. & 351. lib. 1. Bona Communitatis prædictæ non poſſunt coli, nec detineri, nec in eis ligna cædi ſine licentia Communis, & quilibet poteſt eſſe accuſator rubr. 112. §. præterea lib. 4. fol. 31. vbi alia multa de bonis per Ciuitatem poſſeſſis. Idem Iulius III. de anno 1553. 11. Kal. Maij reſtituit totum Comitatum dictæ Ciuitati, vt patet per dictum eius Breue in 6. regiſtr. fol. 112. Pius verò IV. reuocauit, & annullauit omnes exemptiones, omniaque priuilegia conceſſa Caſtris, & perſonis particularibus in damnum Ciuitatis, vt in eius Breui ſub die 22. Iunij 1561. in 7. regiſtr. fol. 7. Sed tamen deinde per literas Cardinalis Borromæi ſub die 22. Iunij 1561. & 4. Iunij 1562. fuit hoc limitatum, & declaratum reſpectu quorumdam Caſtrorum, & maximè SS. Angeli, Agnetis, & Helenæ, vt in d. 7. regiſtr. fol. 11. & 19. Officia iura, vel quæcumque res corporales, & incorporales ad dictam Ciuitatem pertinentes, præterquàm à DD. Prioribus, & Camerarijs impetrari nemo poteſt etiam à Summo Pontifice, vt eſt lex DD. Priorum, & Camerariorum in Annalibus ad annum 1559. ſub die vltima Aprilis manu D. Iacobi Sanctutij confirmata ibidem à Reuerendiſſimo D. Gubernatore, & deinde die 6. Iunij 1560. à Pio IV. vt in 7. reg. Breu. fol. 5. & à Pio V. ſub die 10. Maij 1566. in d. 7. regiſtr. fol. 46. De confinibus inter dictam Ciuitatem Peruſinam, & Eugubinam, vide inſtrumentum factum ſub die 9. Februarij 1491. in lib. 10. ſubmiſſ. fol. 61. De pecunia relinquenda pro Argentaria à quolibet Magiſtratu, vide rubr. 68. lib. 1. fol. 31. vbi in §. fin. diſponitur, quòd vaſa argentea, pecuniæ, & reliqua ſupellex non poſſint vſurpari, pignorari, ſeu aliter concedi, ſub pœna mille florenorum vnà cum refectione omnium damnorum. Conſeruatores Monetæ debent locare, ſeu vendere redditus Ciuitatis, mediante ſubhaſtatione facienda per duos menſes antequã dicti redditus reuertantur ad Ciuitatem, & debet locatio, ſeu venditio fieri plus offerentibus Stat. rubr. 259. lib. 1. fol. 74. Conductores tenentur infra biduum poſt ſubhaſtationem factam præſtare fideiuſſores idoneos, quorum bona valeant duplum promiſſionis, & debent ſe obligare inſolidum cum principalibus, aliàs iterum debet fieri ſubhaſtatio, & primi oblatores tenentur ad ſupplementum illius, quod deficeret in ſecunda ſubhaſtatione rubr. 264. §. fin. lib. 1. fol. 85. & latiùs rubr. 266. eod. lib. rubr. 356. & 358. eod. lib. fol. 98. & rubr. 485. fol. 114. Conſeruatores, & alij, qui debet interuenire locationibus, ſeu venditionibus huiuſmodi tenerentur de proprio ſi fideiuſſores bonos non accepiſſent rubr. 265. lib. 1. fol. 85. rubr. 357. fol. 98. & 484. d. lib. fol. 114. Et licet iſti promittentes eſſent filij familias minores, dummodo eſſent maiores 18. annorum, debent promiſſiones obſeruare Stat. rubr. 95. lib. 4. fol. 27. Debet apponi, & pro appoſita habetur, quòd in euentum non ſolutionis debitis temporibus poſſint pecuniæ accipi ad fœnus ſub cambio, & ipſe teneatur ad illius ſolutionem rubr. 260. lib. 1. fol. 84. Tam ipſi Conductores, quam alij quicumque debitores Ciuitatis poſſunt de facto ſine aliqua citatione, & proceſſu cogi ad ſoluendum rubr. 189. lib. 1. fol. 65. vbi in fine idem diſponitur in ſocijs, & ceſſionarijs, & quod elapſo termino ſolutionis poſſit fieri executiò perſonalis, vel realis de facto, & licet hoc non fuiſſet appoſitum, tamen intelligitur pro appoſito, habetur in d. rubr. 260. in fin. & vide ver. Debitores Ciuitatis, & ver. Executio. Habes ferè omnia ſupradicta in Bulla Clementis Papæ VIII. ſuper Bono regimine, quæ eſt conſtit. 10. in Bull. nou. tom 3. pag. 8. Et reſpectu remiſſionis non faciendæ conductoribus ex quacumque etiam rationabili cauſa, de quo in dicta Bulla, & prius in Statut. rubr. 258. lib. 1. fol. 83. & rubr. 352. ibidem fol. 97. & rubr. 480. d. lib. fol. 113. habentur literæ

C Cardinalis Aldebrandini ſub die 8. Iulij 1603. C

Et ad materiam locationum huiusmodi vide literas Congregationis super Bono regimine sub die 18. Septembris 1610. registratas in instrumento locationis Salariæ sub die 16. Octobris dicti anni rogato D. Angelo Fustino, vbi habetur, quod in appaltu prouentuum Communitatum ad hastam, non vult Sacra Congregatio, quod attendatur qualitas offerentium, sed quantitas, quæ offertur, & quod dando idoneum fideiussorem approbandum in publico Consilio; præferatur semper is, qui in extinctione Candelæ reperietur fecisse meliorem conditionem, absque eo, quod habeatur ratio eius, qui superuenit post extinctionem.

## Adnotationes.

1 Ciuitas dicitur † quasi Ciuium vnitas. *Tusc. Pract. conclus. tom. 1. lit. C. conclus. 280.* vbi ponit quando Ciuitatis appellatione veniant Suburbia, & quod non veniant, sed tantum quod continetur intra muros nisi in fauorabilibus. *Carpan. ad Stat. Mediol par. 1. cap. 38. num. 15. & seq. cap. 45. num. 2. & 3. & cap. 44. num. 5. & 6. & par. 2. cap. 54. num. 10. cap. 65. num. 4. & seq. cap. 239. num. 4. & 5. & cap. 342. num. 5.*
2 *& seqq.* An autem † veniat Territorium, & Diœcesis, Castra, & Villæ vide eundem *Carpan. d. cap. 342. num. 9.*

A Vide † *Pellinum* in ipso principio Annalium di-
3 ctæ Ciuitatis Perusiæ, multa etiam peti possunt ex Oratione, quam *Marius Podianus* habuit ad Paulum III. & ex ea, quam nuper habuit *Ludouicus Aurelius* in funere Adreani Balleoni, quę impressæ leguntur, & multa *ex Doctoribus* de Ciuitate Perusiæ, & illius Statutis, & priuilegijs congessit *Card. Tusc. Pract. conclus. tom. 6. lit. P. conclus. 325.*

4 B Pro nullitate † sententiæ ob non datam Dominis Prioribus huiusmodi copiam respondit Rota in *Perusina Ciuilitatis 26. Ianuary 1615. coram Manzanedo*, quæ est in calce *decis. 29. num. 2.*

5 C De remissione facienda † non obstantibus capitulis, & dispositionibus contrarium suadentibus vide *Mastrill. decis. Sicil. 299.* & ad materiam vide etiam decisionem in *Perusina Appaltus 16. Martij 1592. coram Orano*, quæ est in fine *decis. 92.*

# CLERICVS.

### SVMMARIA.

*Statuta contra Ecclesiasticas personas non valent, in princ. & num. 1. cum seqq.*

*Possessores bonorum Clerici, & illius Cessionarij conueniuntur coram quocumque Iudice ab eo, qui fideiussit pro ipso Clerico vers. Possessores.*

*Clericis idem ius seruatur in Curia Saeculari, quod seruatur Laicis in Curia Episcopali vers. In Curia. & num. 5.*

*Habens cessionem à Clerico debet cauere vers. Habens.*

*Clerici non incedentes in habitu, & tonsura, non gaudent priuilegio Clericorum vers. Clerici. & num. 6.*

*Laici contumaces processantur ab Ecclesiastico, & Seculari vbi deliquerunt cum Clericis, & vide num. 7.*

*Ecclesiasticus Iudex est competens contra Laicum, & Clericum, simul num. 7. & seq.*

*Ecclesiasticæ personæ tenentur ad foculare vers. Ecclesiasticæ. sed vide num. 8. & decisionem subsequentem.*

*Clerici quando ligentur Statutis Laicorum num. 1. & seqq.*

A Statuta facta contra Ecclesiasticas personas non tenent Stat. rubr. 128. vol. 4. fol. 38. A Possessores bonorum Clerici, & illius cessionarij possunt conueniri coram Iudicibus etiam Laicis ad conseruãdum indemnem obligatum pro Clerico, & contra ipsos mandatur exequutioni instrumentum Stat. rubr. 18. lib. 2. fol. 8. vbi latè de conseruatione indemnitatis fideiussorum, & obligatorum pro Clerico, & vide ver. Forus. In Curia sæculari Clericis seruatur idē ius, quod seruatur laicis in Curia Ecclesiastica Stat. rubr. 5.
B lib. 2. fol. 4. B Habens ius cessum à Clerico non potest agere nisi data cautione, quòd cedens stabit iuri in causa reconuentionis, & pro expensis, & debet ipse cessionarius, & fideiussor promittere condemnationem, & iudicatum soluere Stat. rubr. 4. lib. 2. fol. 4. Clerici non incedentes in habitu, & tonsura non debent gaudere beneficio Clericali, ex Breui Innocentij VIII. sub die 2. Nouembris 1487. in 4. regist. Canc. fol. 7. quod fuit declaratum per eundem Pontificem in d. 4. reg.
C fol. 104. C Si Laici cum interuentu Clerici commiserint aliquod delictum, potest in contumaciam non solùm Iudex Ecclesiasticus, sed etiam sæcularis procedere contra Laicos tantum, ex literis Sacræ Consultæ ab Eminentissimo Cardinali Barberino subscriptis sub die 24. Ianuarij 1624. quæ sunt etiam registratæ in Curia Episco-
D pali. D Ecclesiasticæ personæ tenentur ad solutionem focularis, vt dixi ver. Catastrum cap. 5.
E vers. In liberatione, & in Adnot. num. 7. E

## Adnotationes.

De Clericis, & eorum priuilegijs vide nouissimè *Carol. de Grass. in tract. de effect. Cleric.*

1 A Idem est de iure, † quia Statutum laicale expressè de Clericis loquens non valet. *Ambrosin. de immunit. & libert. Eccles. cap. 21. num. 7.* qui plures citat, quibus addo *Surd. cons. 301. num. 13. & 43. lib. 3. & Mobedan. decis. 4. in fin. de constit.* quando
2 autem ligetur † Clericus Statuto generali Laicorum, vide per eundem *Ambrosin. d. cap. 21. per tot. & decis. Perus. 39. par. 2.* vbi agit de Statuto Perusino ad fauorem conductoris, & resoluit nō ligare Clericum, vide etiam *Carpan. ad Stat. Mediol. in prælud. num.*
3 *373. & seqq.* Quòd ligetur † in ordinatorijs *Rota Ianuen. decis. 79. Surd. decis. 13. num. 8. Gayl. obseru. 32. num.*

num. 10. lib. 2. Carol. de Graſs. in tract. de except ad
Stat. in prælud. num. 91. & d. tract. de effect. Cleric.
effect. 2. num. 132. & ſeqq. Maſcard. de general. Stat.
4 interpret. concluſ. 6. num. 197. Et non † denegantur
Clerico beneficia Statutorum. Ambroſin. d. cap. 21.
num. 20. vide Surd. conſ. 386. num. 22. & quòd vtatur Statuto dante executionem inſtrumentis, tam agens in omni foro, quàm conuentus in foro Eccleſiaſtico. Galganett. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 82. in fin.

5 B Huiuſmodi Statutum † valet. Paul. de Caſtr. in Auth. Caſſa num. 5. C. de Sacroſ. Eccleſ.

6 C Idem diſponitur † in Concilio Tridentino ſeſſ. 23. cap. 6. & vide Ambroſin. de immunit. & libert. Eccleſ. cap. 22. num. 8. & per tot. & cap. 23.

7 D Regulariter, vbi inter plures † delinquẽtes adeſt Clericus, cognitio contra omnes ſpectat ad Eccleſiaſticum Iudicem. Ambroſin. vbi ſup. cap. 20. num. 9.
8 Et in iudicio ciuili † etiam immiſſionis contra plures, inter quos ſit Clericus, quòd Iudicium ſit faciendum coram Eccleſiaſtico, dixit Rot. in Peruſina Attentatorum 19. Aprilis 1619. coram Eminentiſſimo Card. Pamphilio, quæ eſt in fine deciſ. 27. num. 7.

9 E In hac materia vide † pro Clericis vltra deciſionem in Brunduſina Gabbellæ 13. Februarij 1604. coram Penia, quæ eſt in calce deciſ. 114. aliam nouiſſimam, quæ ſuperuenit tenoris infraſcripti.

## R. P. D. Merlino
## Albẽſis Gabbellæ, ſeu Onerum
## Veneris 28. Iunij 1630.

IVdex Taurinenſis condemnauerat Archipresbyterum Eccleſiæ Gorzenij ad onera realia, ordinaria, certa, & inuariabilia, in fauorem Communitatis dicti loci, pro prædijs eiuſdem Eccleſiæ, quam ſententiam in hac parte omninò reuocandam eſſe, Domini cenſuerunt. Certa eſt enim Theologorum, Canoniſtarum, & Iuriſconſultorum propoſitio, quam, & nemo ex Catholicis audet impugnare, bona Ec-
1 cleſiaſtica immunia † eſſe, & libera ab oneribus, & tributis impoſitis per Communitates, & Principes laicos, ità definitum eſt in Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. par. 1. cap. 19. ſub Innocentio III. cap. 46. & habetur in cap. non minus, vbi Conſules, & alij Magiſtratus, Eccleſiaſticis, & eorum bonis collectas, & pedagia imponentes anathemate feriuntur, & in cap. aduerſus de Immunit. Eccleſ. & in cap. 1. & 3. eod. tit. in 6. & in cap. quanquam de cenſibus in 6. & in Clem. vnica de Immunit. Eccleſ. quæ Sanctiones innouatæ fuerunt per Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 20. de reformat. Romanique Pontifices quotannis in Bulla Cœnæ §. 18. huiuſmodi pedagia imponentes, & exigentes cenſuris coercent, & Conſtantinus primus Imperatorum palàm Chriſtianis Immunitatem hanc Eccleſiaſticam, ſiuè potius illius vſum exhibuit, vt apud Euſebium lib. 10. hiſtor. eccleſiaſt. cap. 7. & in orat. de laudibus Conſtantini; Sublatiſque Ethnicis, neminem ex orthodoxis, & illibatæ Religionis Imperatoribus tributum de bonis Eccleſiarum exegiſſe obſeruat Card. Baron. tom. 3. Annal. ſub anno 387. num. 21. & Iuſtinianus etiam hanc Clericorum Immunitatem, vel reſpectu bonorum edicto ſanciuit, vt in l. ſancimus 20. C. de ſacroſ. eccleſ. & Federic. in auth. Item nulla Communitas, C. de ſanctiſſ. Epiſcop. Nec à Iure poſitiuò,
2 & Imperatorum liberalitate, † ſed immediatè à Iure Diuino ortum habuiſſe huiuſmodi Immunitatem reſpectu etiam bonorum fatendum eſt, vt diſertis verbis aſſeritur in cap. quamquam de cenſib. ibi, Eccleſia, eccleſiaſticaque perſona, & res ipſorum, non ſolum Iure humano, quinimò & diuino à ſecularium perſonarum exactionibus ſint immunes, & in Concilio Tridentino dicta ſeſſ. 25. cap. 20. de reformatione dicitur, Immunitas hæc Dei ordinatione, & Canonicis ſanctionibus inſtituta eſt, quibus verbis apertè diluitur callida quorundam interpretatio, qui putarunt verba de quibus in d. cap. quamquam, vbi De Iure Diuino, & humano, intelligi poſſe Iure poſitiuo, ſcilicet Canonico, & Ciuili.

3 Nihilque refert hanc Immunitatem † reſpectu bonorum oculariter non legi ſcriptam in ſacris Scripturis, quia vt Iuris Diuini dicatur, ſat eſt, quod ex teſtimonijs, vel exemplis ex ipſa ſacra pagina depromptis, vel traditione Eccleſiæ deducatur, prout egregiè hæc Immunitas deducitur ex Geneſ. cap. 47. vbi Ioſeph Prorex Pharaonis Sacerdotes, & eorũ agros etiam eis à Rege traditos in primeua libertate dimiſit, quamuis reliquos totius populi ſeruituti Regis ſubegerit, & meminit etiam Ioſeph de antiquit. Iudaic. lib. 2. cap. 4. & Diodor. Sicul. in 2. lib. hiſtor. & Herodot. in Euterpe lib. 2. Hinc appoſitè in dicto Concilio Lateranen. de quo in cap. non minus de Immunit. Eccleſ. in 6. infertur non decere Eccleſiam Dei minus liberam eſſe tempore Principum Chriſtianorum, quam fuerit tempore Pharaonis, immo & addi poteſt, tempore etiam Ethnicorum, qui Flamines, Augeres, Salios, Fœciales, alioſque Sacerdotes, vna cum bonis ipſorum immunes, & liberos à tributo reddebant, vt obſeruat, & indè ad propoſitum noſtrum arguit Præpoſitus in cap. Si tributum num. 5. & ibidem Card. 11. q. 1. & ſequitur Io. Ant. de Nigr. in repet. extrauag. vnicæ, num. 243. de vit. & honeſt. Cleric. Plot. in addit. ad vlt. conſ. Laudenſ. ſub num. 8. Aliaque exempla deduci poſſunt ex primo Eſdr. cap. 7. & Numer. cap. 3. & luculentius teſtimonium patet apud Matth. cap. 17. vbi filius Regis qualis eſt Chriſtus, qui eſt filius Regum Regis, eximitur à tributo Principis, Eccleſiam autem, & Eccleſiaſticas perſonas, tanquam ſponſam, familiareſque, & domeſticos Chriſti, eadem potiri prærogatiua inferunt D. Hieronym. ibidem, & D. Auguſtin. lib. 1. qq. Euangelic. q. 23. Io. Ant. Niger in repet. extrauag. vnica num. 223. de vit. & honeſt. Cleric. & doctè Suarez ad Regem Angliæ de Immunit. Eccleſ. lib. 4. cap. 5. num. 12. & cap. 8. num. 16. quæ teſtimonia, & exempla ad hanc rem rectè perpendunt Card. Bellarm. Controuerſ. tom. 2. lib. 1. de Cleric. cap. 28. in 4. & 5. propoſitione, vbi pluribus comprobat hanc Immunitatem eſſe de Iure Diuino, & idem firmarunt Io. Montaig. de collat. parlam. p. 2. num. 11. Burſatt. conſ. 42. num. 1. lib. 1. & conſ. 186. num. 6. lib. 2. Borell. conſ. 74. num. 1. Plot. in addit. ad vlt. conſ. Laudenſ. num. 8. Euerard. conſ. 30. num. 23. ad fin. Cenal. comm. contra commun. q. 899. num. 39. & 40. Cabed. deciſ. 83. num. 19. par. 2. Thom. Bozz. de Iur. Stat. Eccleſ. libert. lib. 4. cap. 8. plenè Paulus

*Comitul. respons. moral. lib. 1. cap. 97. num. 8. & seqq. Suarez ad Regem Angliæ d. lib. 4. cap. 8. num. 9.* qui alios plures enumerat, & bona dum Ecclesijs traduntur

4 † eo ipso eximuntur à dominio, & potestate laicorum, & ex speciali iure sub dominio Christi Domini constituuntur, nec per metaphoram; sed per omnimodam proprietatem, ita vt tale dominium Christi in his bonis Ecclesiarum sit proximum, & immediatum, illique dicatur acquisitum tanquam principali domino; vt per *Innocent. in cap. cum super num. 3. de caus. possess. & propor.* & in *cap. verum num. 2. de for. compet, Afflict. decis. 361. num 21. & seqq.* & post *Suarez d. lib. 4. cap. 17. num 9. & cap. 18. num. 5. & 7. & cap. 21. num. 5.* pluribus comprobat *Comitul. respons. moral. lib. 1. cap. 70. & 71.*

5 Vndè si Christus Dominus † omninò Immunis fuit à Tributis, vt ad literam habetur apud *Matth. 17.* & ibi notant *SS. Hieronym. Chrysost. & Ambros. atque alij* per *Suarez d. lib. 4. cap. 5. num. 1. in fin.* consequens est etiam bona Ecclesiarum, quæ subsunt immediato, & proximo dominio Christi Domini, immunia esse ab omnibus Tributis, vt per eundem *Suarez lib. 4. cap. 18. num. 5. & 7. & cap. 21. num. 5.* vbi quod hoc est valdè consentaneum Diuinitati, & excellentiæ personæ suæ; Præterea si bona patrimo-

6 nialia † Clericorum etiam laicalia sunt immunia ab oneribus laicalibus ob dignitatem personarum, quæ dignitas personæ influit Immunitatem in ipsa bona; illa enim abhærent personæ Clerici, nec persona dici potest plenè, ac perfectè exempta, nisi etiam illius bona exempta sint. Ita *Abb Dec. Felin. & alij Canonistæ* communiter in *cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ,* & in *cap. quæ in Ecclesiarum de Constit. Bald. in l. 2. C. de Episc. & Cleric.* & alios refert, ac sequitur *Suarez d. lib. 4. cap. 25. num. 4. & seqq.* Ergò multo

7 magis idem erit in bonis Ecclesiarum, † Tum quia perpetuò sunt Ecclesiastica, & in diuinum cultum per se ordinantur; Tum quia non Clericorum, qui Christi famulatum agunt, sed ipsius Domini patrimonium sunt, & vt dictum est, sub immediato Dominio Dei, patrimonialia verò bona Clericorum sunt quidem sub eorum Dominio, sed hoc dominium illis competit vti ciuibus, non autem vti Clericis, & tamen propter sacram qualitatem cohærentem personæ, bona sunt Immunia, quæ ratio fortius vrget in bonis Ecclesiarum, vt perpendit *Suarez vbi suprà cap. 16. num. 11. & cap. 17. num. 1.*

8 Nec quicquam verò facit antiquitus † aliquandò Clericos soluisse tributa Principibus laicis, hancque exactionem cessasse ijsdem Principibus indulgentibus; quoniam id accidit tempore, quo nondum Principes Euangelij iugo ceruices subegerant, & facultas ipsa, seu immunitas à collectis, & tributis Clero competebat quidem de iure, sed adhuc de facto, & malè exigebatur, & sic ipsa Immunitas à Iure Diuino profecta est; Immunitas autem vsus, seu exercitium emanauit à Principum Orthodoxorum sanctionibus, qui Principes Christiani non verè, & propriè Ecclesiasticis bonis exemptionem concesserunt, sed potius detexerunt, & in eam à Deo concessam consenserunt, illiusque exercitium iussere; & hoc benè agnouit Iustinianus in *d. l. sancimus 20. C. de Sacros. Eccles.* ibi, *cur enim non facimus discrimen inter res diuinas, & humanas? & cur. competens. prærogatiua cælesti fauori non conseruetur?* Et sic annuit hanc Immunitatem non à sua munificentia, quam alijs in rebus & locis sæpius gloriosus commemorat, sed à dictamine diuino, & à natura effluxisse, vt benè ratiocinatur *Comitul. respons. moral. lib. 1. d. cap. 97. num. 11.* vbi etiam antiquam traditionem, & populorum mores circà hanc Immunitatem recenset, & ita pariter respondet *Suarez* contra Reg. Angl. *d. lib. 4. de Immunit. Eccles. cap. 6. num. 4. & cap. 21. num. 3. & 8.*

Nec obstat potissimum fundamentum Communi-

9 tatis, † quod hæc onera olim imposita essent istis prædijs, quæ postea in Ecclesiam peruenerunt, & ideò transiuisse affecta tributaria, & cum eodem onere ad quoscumque quamuis priuilegiatos successores, atque etiam in ipsas Ecclesias, iuxta *Can. tributum 23. q. 8.*

10 Quoniam pro responsione † duo firmanda sunt, vnum in facto, alterum in Iure in facto quod antiquitus hæc prædia erant eiusdem Ecclesiæ Archipresbyteri Gorzenij, & paucis solummodò ab hinc annis distracta in laicos, à quibus in Catastro Communitatis redacta sunt, detecta autem nullitate alienationis Iure merito Ecclesia, & pro ea Archipresbyter modernus in Iudicio spolij fuit reintegratus, & propterea, vt reintegratio suum plenarium consequatur effectum, opus est, quod Ecclesia recuperet prædia libera, & immunia à quibuscumque oneribus, prout erant antequam ab Antecessore, distraherentur, & consequenter reuocanda sunt, & descriptio in Catastro, & impositio onerum, quæ tempore vsurpationis laicorum sequuta sunt, tantum enim restituere

11 † debet reintegratio, quantum abstulit distractio, *l. fin. §. fin.* & ibi *Bart. ac alij, C. de sent. pass. l. quod si minor, §. restitutio, ff. de minor.* & notat *Odd. de restit. in integ. par. 1. q. 44. art. 3. num. 23. & seqq.* & retrahenda est hæc reintegratio, perindè ac si semper penès Ecclesiam prædia permansissent ad *l. 1. §. vlt. ff. de quæst. l. 1. C. de sent. pass. Bald. in l. post additam num. 1. C. de impuber. & alijs Subst. Costa de retrotract. cap. 8. cas. 17. num. 2. & seqq.* quæ si permansissent neque relata in Catastro, neque onera fuissent imposita.

In Iure autem illud notandum est, quod bona

12 † semel à laicis etiam legitimè possessa, non semper cum onere tributi, & vectigalis transeunt ad Ecclesiam, sed cum distinctione trium specierum bonorum.

Prima est species bonorum, quæ habet, & possidet

13 Ecclesia Iure † spirituali, & Diuino, vt Decimæ, oblationes, & hæc semper, ac perpetuò immunia sunt à quibuscumque oneribus secularibus, tàm præteritis, quam futuris, quia immediatè habet à Deo, nec commiscenda cum laicis, vt in *Numer. cap. 18.* & notant Canonistæ communiter in *cap. si tributum 11. q. 1.* & in *cap. secundum 23. q. 8.*

14 Alia sunt bona, quæ à priuatis † quidem habuit Ecclesia, sed ad cultum diuinum, & officium spirituale sunt destinata, vt situs Ecclesiarum, & Cœmeterium pro sepulturis, hortus iuxta Ecclesiam, & sunt hæc pariter immunia semper ab omnibus tributis, & oneribus, nedùm publicis, & Regijs, sed quod magis est etiam priuatis, & præexistentibus ob eorum specialem sanctitatem, vt habetur in *d. cap. secundum 23. q. 8.*

23. q. 8. & per Bald. in l. omnes, num. 12. C. de Sacrosf. Eccles. & doctè tradit Turrecremat. in cap. si tributum, 11. q. 1. & in Summa de Eccles. lib. 1. cap. 98. in responsione ad 7. argumentum, Io. Ant. de Nigr. in repet. Extrauag. vnica num. 242. de vit. & honest. Cleric. Suarez ad reg. Angl. de Immunit. Eccles. lib. 4. cap. 17. num. 6. & 7. & cap. 19. num. 2. & 8. & latius cap. 20. num. 17.

15 Tertia est species bonorum,† quæ possidet Ecclesia forte temporali, & Iure ciuili, vt titulo venditionis, legati vel alio simili, &c. Et in his etiam subdistinguendum est, & quoad onera imposita de tempore, quo penes Ecclesiam bona reperiuntur, certum est ipsi omnino suffragari Immunitatem ex superius deductis, & Bart. in l. rescripto, §. final. num. 5. vers. videte, ff. de minor. ingenuè fatetur, nullum dari remedium, seu cautelam, quod Clericis, seu Ecclesijs pro eorũ prædijs imponatur collecta, cum laici non possint edere legem per quam libertas Ecclesiastica infringatur; & Scriptores omnes Catholicos sine dissensione hoc admittere monet Suarez de reg. Angl. d. lib. 4. cap. 20. num. 2. Fallitur autem

16 † idem Bart. d. loco, dum subdit, posse laicos à principio efficere tributaria, & affecta oneribus omnia prædia eorum Territorij, itaut agri qui postea ad Ecclesias peruenerint, obnoxij sint collectis imponendis, quia indirectè permitteretur contra libertatem Ecclesiasticam, quod directè omninò prohibitum est, cap. quæ in Ecclesiarum de Constit. auth. Cassa. C. de sacrosf. Eccles. & alibi; Et licet eo tempore, quo vniuersum Territorium efficitur tributarium, prædia sint sub Iurisdictione laicorum, attamen hoc tempus inspici non debet, sed illud, quo ipsæ collectæ imponuntur, tunc enim formam habent, & solummodò radicem aliquam causalem, & remotam habuerunt à Statuto, quod etiam dum facit Territorium tributarium pro collectis imponendis, habet tacitam conditionem, scilicet, si imponantur, quæ conditio cum sit potestatiua, non retrotrahitur in præiudicium Ecclesiæ, quæ medio tempore acquisiuit, nec tunc subiacent Iurisditioni laicorum. Ita eleganter Bartolum impugnando arguit Bald. in l. omnes, num. 12. 13. & 14. cum seqq. C. sine cens. vel reliq. fund. compar. non poss. & in l. placet num 10. vbi quod Bart. in casu quem posuit non dicit verum, C. de sacrosf. Eccles. & in l. neminem, n. 4. C. eodem, vbi quod hæc onera tunc nec certa essent, prout tamen requiritur ad effectum vt ad Ecclesiam transeant prædia cum suis oneribus, & infra dicetur, & cons. 112. n. 7. lib. 2. vbi quod Bart. contra omnes, & non benè loquitur, neque dicit verum, & quod illius cautela non valet vnam festucam, quia non potest considerari tributum nisi post indictionem, & specificationem, quæ fieri nequit postquam res fecit transitum ad Ecclesiam, Abb. cap. fin. num. 13. de vit. & honest. Cleric. Iaf. in d. l. placet, num. 21. vbi quod dictum Bartholi est fallum, & damnatum per omnes, & idem testatur Guidpap. quæst. 381. Ruin. cons. 117. num. 8. lib. 4. Felin. in cap. Ecclesia S. Mariæ, num. 76. de constit. Plot. in addit. ad cons. alt. Laudens. num. 10. & 13. qui testatur ità fuisse declaratum à Senatu Mediolani pro Monialibus Sanctæ Claræ Nouariæ, Alba cons. 8. num. 4. & seqq. vbi quod huiusmodi Statutum volens prouidere oneribus, quæ adhuc non sunt in rerum natura, & volens fingere id quod non est, non caret suspicione fraudis, Siluan. cons. 9. num. 29. & cons. 32. num. 11. Marcambrun. cons. 40. num. 29. vbi dicit communem esse hanc opinionem, Pasetb. cons. 31. num. 8. Vegg. cons. 7. num. 11. Graff. commun. opin. lib. 1. cap. 18. quæst. 2. qui pariter de communi testatur, Remig. Gosfy. de charit. subsid. q. 62. num. 16. vbi quod hæc est tutior opinio Card. Alban de Immunit. Eccles. num. 92. afferens hanc esse opinionem Legistarum validissimis rationibus confirmatam, & quod graue piaculum committeret quicunque contrarium sentiret, Ceual. Comm contra comm. q. 899. num. 72. & 106. qui plures alios cumulat Rimin. Iun. cons. 25. num. 23. Azor. Instit. moral. par. 1. lib. 5. cap. 13. q. 1. Thesaur. decis. 234. num. 5. Io. Ant. Niger, in repet. extrauag. vnica de vit. & honest. Cleric. num. 190. Alphons. de Montalu. in foro legum Castell. lib. 1. leg. 2. vers. in contrarium Martien. qui alios congerit ad ll. Hispan. lib. 5. l. 11. glos. 5. num. 5. Guttier. pract. quæst. lib. 2. quæst. 132. num. 5. vbi de veriori, & communiori opinione testatur.

17 Nec potest dici statuentes tunc vinculum † iniecisse dum Territorium effecerunt tributarium, quo tempore Iurisdictionem habebant in prædijs, quæ postea ad Ecclesiam peruenerunt, & sic transire cum suo onere; quoniam vinculum propriè iniectum est, dum collecta imponitur, tunc enim declaratio illa de toto territorio tributario suum sortitur effectum, cum tributum imponitur, & res non dicitur esse tributaria, nisi quando re vera, & ipso facto debita est solutio suis singulis temporibus, & contributio, vt post alios tradit Alba cons. 8. num. 5. & seqq. & tunc solùm dicitur actus perfectus, & consumatus, vt declarat Card. Alban. de Immunit. Eccles. num. 70. & 71. hoc autem tempore bona sunt extra Iurisdictionem laicalem, & subiectum est inhabile ad recipienda onera laicalia, resque dicitur deuenisse ad casum, à quo non posset incipere, & conferunt tradita per Bald. cons. 112. num. 7. lib. 2. Alex. cons. 210. num. 11. & cons. 211. num. 4. lib. 2. Ruin. cons. 204. num. 11. lib. 1. Surd. decis. 10. num. 8. Alba d. cons. 8. num. 4. Card. Alban. vbi supra num. 70.

Quò autem ad onera imposita † priusquam præ-
18 dia ad Ecclesiam peruenerint, ad hæc tunc solummodò tenetur Ecclesia, quando copulatiuè hæc omnia concurrunt, quod scilicet onera sint vera, realia, ipsis fundis infixa, & imposita sint bonis, propter bona, non autem personis propter bona, quod sint perpetua, certa, & inuariabilia, non autem ex aliquibus causis vrgentibus, & illis cessantibus remouenda; Itàdocent Canonistæ in d. cap. 1. de Immunit. Eccles. in 6. vbi præcipuè Gemin. num. 9. Abb. in cap. fin. num. 12. de vit. & honest. Cleric. Turrecremat. in cap. si tributum, 11. quæst. 1. vers. alia vero, Barbat. plenè cons. 1. per tot. lib. 3. Felin. plenissimè cons. 46. in 4. dub. Niger in repet. extrauag. vnica de vit. & honest. Cleric. num. 247. cum pluribus seqq. Gomitul. respons. moral. lib. 1. cap. 94. num. 3. vbi omnia ista recenset requisita, & sat est allegare Magistralem decisionẽ in Brundusina Gabellæ 13. Februarij 1604. coram bo. me. Penia, quam & passim sequitur Sacra Congregatio super Controuersijs Iurisditionalibus per Sanctissimum D. N. Vrbanum VIII. magno Rei-

publicæ Christianæ bono Instituta; & in his terminis loquitur, *text. in cap. tributum*, 23. *q.* 8. ibi *de Exterioribus Ecclesiæ, quod constitutum est antiquitus,* (nempè illud quod antequam ad Ecclesiam peruenerint prædia) *persoluendum est*, & in *cap. si tributum*, 11. *q.* 1. vt ibi per *Turrecrem. & per Comitul. responsor. moral. lib.* 1. *q* 93. *num.* 16. *Ceual. commun. contra comm. q.* 899. *num.* 106. *Alphons. de Montalu. in for. leg. Castel. lib.* 1. *d. l.* 2. *vers. ad quorum corroborationem fol.* 13. *col.* 3. *& Suarez. ad Reg. Angl. d. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 13. qui etiam obseruat, ibi Vrbanum primum loqui iuxta morem sui temporis, quo Imperatores erant Ethnici, & Ecclesia nondum sibi libertatem actu vindicauerat ab huiusmodi tributis, & in hoc casu dum Ecclesia soluit collectas, non soluit vti tributum, & in recognitionem Dominij vel superioritatis, quam regulariter indicat tributi exactio, vt ex *cap.* 2. *de censibus*; sed ob conditionem inhærentem rei, & inseparabilem, & quemadmodum erga priuatas personas solueret census, & teneretur ad hypothecas, quæ ab eius authoribus laicis prius impositæ essent, ita pari ratione tenebitur Ecclesia ad tributa, quæ vel ex pacto, vel alia ex causa, & conuentione Princeps, dum prædia possessa à laicis sub eius erant potestate, infixit ijsdem prædijs, vt benè per *Fr. Io. de Neapol. Ord. Prædicat. in quæst. Parisien. q.* 39. *puncto* 3. *ad quartum argumentum*.

19 Immo † *Card. Albanus de Immunit. Eccles. Gutierrez pract. quæst. lib.* 1. *q.* 3. *num.* 15. *vers. præterea*, & fusius *Suarez d. lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 6. *quæst.* 11. *& seqq. vsque ad fin.* asseuerant tunc demum bona translata in Ecclesias retinere onus, & obligationem soluendi tributum, quatenus hoc Tributum à Principe prius impositum fuerit expresso pacto inter ipsum, & priuatos inito, vel ex peculiari dominio illius prædij, itaut ipse in priuatos transtulerit, hac sibi reseruata pensione, censu, seù collecta, non autem si exegisset ex sola vi Regiæ potestatis, & iurisdictionis, hæc enim tunc penitus expirat, cum bona ad Ecclesiam perueniunt, & res deuenit ad statum qui incapax est illius subiectionis tributi ergà Principem laicum, quod secus est in pactis, & conuentionibus per viam contractus initis, quia vis illorum transit, & continuat in quibuscúque personis quomodocumque exemptis, & priuilegiatis. *Felin. in cap. Ecclesia Sancta Maria num.* 77. *de constit. Vegg. cons.* 7. *num.* 5. *& seqq. Bellon. cons.* 40. *num.* 4. *&* 5. *Festas de Collect. par.* 4. *cap.* 2. *num.* 31. *Alderan. Mascard. de gen. interpret. stat. concl.* 1. *num.* 100. *Azor. Instit. moral. par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 13. *quæst.* 1. *vers. secundo sciendum est*, vbi quod ratione pacti, vel conditione adiecta in legato, siue contractu, Ecclesia tenetur ad collectas bonorum, ad quas alias non teneretur, & per *Suarez vbi supra num.* 6. *&* 15. *in fin. num.* 28. vbi respondet ad motiuum quòd res transit cum suo onere, & *num.* 9. prudenter indicat, quomodo probari posset prædia fuisse sub particulari dominio Principis, vel tributum solui ex conuentione, non autem ex solo iure vniuersali principatus; quibus consequens est, vt cum onera, de quibus agitur, non sint antiqua, nec infixa essent dum ad Ecclesiam primò hæc bona transiuerunt, & conuentio omninò excludatur, nullatenus Ecclesia ad illa onera teneatur.

20 Non obstat, hæc prædia descripta † esse in Catastro laicorum, ex quo regulatur taxa onerum, & indè Archipresbyterum teneri ad collectas, iuxta doctrinam *Bald. in auth. sed. & periculum, num.* 2. *vers. hoc verum nisi Ecclesia*; *C. sine censu vel reliq. &c.* vbi quòd si Ecclesia facit æstimum tenetur ad collectas in vim sui consensus, non ex vi Iurisdictionis laico-
21 rum; Quoniam hæc descriptio † in Catastro non fuit facta de consensu Rectoris, sed illorum laicorum, qui Ecclesiam hisce bonis spoliarunt, vt supra dictum fuit; Immò etiam si facta fuisset de Rectoris consensu, hoc non præiudicaret Ecclesiæ; sed opus fuisset auctoritate, & assensu Summi Pontificis, cuius interest communibus Ecclesiarum vtilitatibus prouidere, vt in *cap. aduersus de Immunit. Eccles.* & in puncto *Abb. ibi num.* 1. *&* 4. & in *cap. non minus num.* 18. *eod. tit. & cons.* 13. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 2. *Marant. cons.* 99. *num.* 2. *Natt. cons.* 203. *num.* 4. *& seqq.* vbi declarat doctrinam Baldi procedere data legitima discriptione in æstimo, seu Catastro, nempè quod accesserit auctoritas Sedis Apostolicæ.

22 Non obstant solutiones factæ, † quoniam aut processerunt à laicis, & tunc non præiudicant Ecclesiæ, laici quippè tanquam subiecti tenebantur ad collectas, dum verò extat persona immunis, cessat ratio subiectionis, & sic etiam obligatio, mutata enim persona, mutatur status rei, *l.* 1. *C. de impon. lucr. d. s. lib.* 10. *Gemin. in d. cap.* 1. *num.* 9. *de Immunit. Eccles. in* 6. *Anchar. cons.* 129 *sub. num.* 2. *Niger. in repet. extrauag. vnica, de vit. & honest. Cleric num.* 224. *Marant. d. cons.* 99. *nu.* 3. *&* 4. *Guttier. pract. quæst. lib.* 1. *q.* 3. *nu.* 15. vbi post *Mattienz* dicit hunc esse casum mirabilem, quo res non transit cum suo onere; atque vt supra dictum fuit, reintegratio concessa Rectori debet abolere quicquid post alienationem gestum est in præiudicium Ecclesiæ.

Aut verò solutiones † prætenduntur factæ à Re-
23 ctore, & tunc nec etiam præiudicant, cum Rector non potuerit tollere priuilegium libertatis Ecclesiæ, non enim est personale beneficium, sed ipsi ordini Ecclesiastico, & ipsis bonis Ecclesiarum concessum, cui gesta priuatorum præiudicare non possunt, & in hoc casu opus fuisset assensu Summi Pontificis, vt dictum fuit, & notatur à *Castr. cons.* 423. *num.* 2. *lib.* 2. *Ceual Comm. contra commun. quæst.* 899. *num.* 107. *ad fin.* & Modernus Rector quatenus soluisset non inde tamen priuatus censetur sua Immunitate ab hisce collectis, & oneribus; quæ de Iure sibi competit, ad *text.* in *l. voluntarie, C. de excus. tutor. Alex. cons.* 33. *num.* 2. *vers. sed ea mihi lib.* 5. *Castr. d. cons.* 423. *num.* 2. *Natt. cons.* 447. *num.* 16.

Et ità bis diligenter examinato articulo resolutum fuit.

# CLOACA.

## SVMMARIA.

*Cloacam ceptam vicini debent prosequi, & producere extra muros ex Stat. in princ.*

*Debet fieri à vicinis, & quomodo vers. Debet fieri.*

*Impedimenta remoueri ab illis debent vers. Ab illis.*

*Vbi, & quomodo fieri debeant vers. Et fien.*

*Refectio*

*Refectio cloacæ non impeditur per nunciationem noui operis num. 2.*

CLoacam construi cœptā vicini debent prosequi, & producere extra muros Stat. rubr. 37. lib. 4. fol. 11. & habetur rubr. 38. in princ. eod. lib. 4. Debet fieri ab his, qui sunt vicini, nempe à quolibet pro mensura domus, vel fundi cuiusque d. rubr. 38. in princ. vbi etiam quomodo debeant construi, & de contributione vicinorum vide rubr. 41. eod. lib. 4. Ab illis debent remoueri omnia impedimenta etiam per visitationem loci procedendo summariè, sine strepitu, & figura iudicij etiam appellatione non obstante rubr. 41. eod. lib. 4. fol. 13. & rubr. 84. in princ. d. lib. 4. fol. 22. Et fieri debent, vbicumque necesse fuerit, in Ciuitate, & Suburbijs tam in vijs publicis, quàm vicinalibus, dummodo tamen decurrant extra muros, non autem per claustrum, vel domum alterius, sed tantùm sub via, & non debent nocere aquæ alicuius fontis, vel putei, & ab illis fieri debent, ad quos spectat vtilitas sub certa poena, & non licet mutare, vel impedire antiquum cursum, quo casu tenerentur ad remittendum proprijs sumptibus, de his, & alijs vide rubr. 40. eod. lib. 4. fol. 12. vide ver. Intercasellum.

## Adnotationes.

1 Ad materiā Cloacarum † *Capoll. de seruitut. Vrb. præd. cap. 48. pag. 40. & seq. & de seruit. rust. præd. cap. 6. pag. 95. & Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 256.*
2 *par. 2.* Nunciatio † noui operis non potest fieri, si quis reficiat Cloacam. *Carpan. vbi supra cap. 340. num. 48. par. 2.*

# CLVSIVM.

### SVMMARIA.

*Clusium spectat ad Cameram Apostolicam in princ.*
*Bona Clusij non collectantur vers. Die.*
*Frumentum, vinum, & alij fructus non possunt extrahi extra Comitatum Perusiæ, & debent vendi in Ciuitate vers. Frumentum.*
*Clusium fuit concessum Malatestæ Balleono vers. De anno.*
*Postea Ciuitati Perusiæ vers. Concessum.*
*Posta Clusij quæ vers. Posta.*
*Habitare volentibus in Clusio conceduntur Casalena, & terræ vers. Habitare, & Immunitates ibidem, & vers. Clemens VII.*
*Possunt colonis diuidere laborenia vers. Coloni.*
*Debent colere terras alias auferuntur vers. Debent.*
*Respondent Dominis de tertia parte fructuum vers. Et debent.*
*Pascendi facultas in Bandita Pozzoli conceditur Hominibus dictæ Villæ vers. Facultas.*
*Clusij Marchionatus contribuit cum Ciuitate ad onera vers. Marchionatus.*
*Clusium quid sit num. 1.*
*Oppidum Castilionis caput Clusij num. 2.*
*Concessum Dominis de Cornea ibidem.*
*Ascanius Corneus laudatur num. 3.*
*Fuluius Corneus creatus Dux Castilionis à Paulo V. num. 4.*
*Habitatores Clusij habent ius perpetuæ coloniæ num. 5.*
*Fructus Clusini possunt asportare ad Statum Ecclesiasticum non obstante prohibitione num. 6.*
*Gabbella non potest imponi ibidem.*
*Statuta Ciuitatis an sint attendēda in Clusio dismembrato num. 7.*

A CLusium A spectate ad Cameram Apostolicam pleno iure, & sine aliquo onere dixit Sixtus IV. in suo Breui sub die 24. Maij 1484. in 4. reg. Cancell. DD. Priorum fol. 49. vbi prohibet colonos molestari à Ciuibus Perusinis super certis terraticis. Die 21. Maij 1612 Illustr ss. D. Marinus Gubernator, & Commissarius Apostolicus auditis Syndicis Villarum Clusij, & & me Bartholomęo Giliano etiam nomine aliorum habentium prædia, & bona libera in Clusio Perusino mandauit non posse collectari bona omnimodo libera rogato D. Ludouico Riccerio Notario Audientiæ eiusdem Illustriss. Frumentum, vinum, cæterosque fructus non possunt extrahi extra Comitatum Perusiæ rubr. 116. in fin. addit. lib. 4. fol. 34. Paulus II. mandauit frumentum Clusij non extrahi de Ciuitate, & Comitatu, sed vēdi in platea, vt in Breui dato 20. Iulij 1469. in 4. reg. Breu. fol. 102. Innoc. VIII. per suum Breue datum die prima Septembris 1487. mandauit frumentum ad Cam. Apost. pertinens vēdi in Ciuitate Perusiæ iuxta consuetum in 4. registr. Canc. Comm. fol. 70. Pius II. per Breue datum die 20. Iulij 1459. mandauit frumentum prædictum per Thesaurarium reponi, & vendi in Ciuitate Perusiæ in 3. reg. d. Canc. Comm. fol. 34. Idem per Leonem X. in 5. reg. fol. 48. Paulus IV. mandauit d. frumentum non extrahi de Clusio, seu Territorio Perusino, sed vel ibi consumi, vel in platea Perusina pro concurrēti quantitate vendi, vt in eius Breui sub die 9. Augusti 1555. in 6. reg. fol. 122. Pius IV. confirmauit, vt in eius Breui sub die 6. Iulij 1556. in 7. reg. fol. 2. Pius V. idem confirmauit in d. 7. reg. fol. 45. Sixtus V. hoc idem confirmauit, vt in Bulla de rebus gestis per Reuerēdiss. Maluasiam Visitatorem data 17. Decembris 1588. in d. 7. reg. fol. 151. fuit tamen declaratum per literas Card. Iustiniani de ordine Sanctissimi sub die 17. Ianuarij 1590. huiusmodi Bullam non comprahendere frumentū Marchionatus Clusij

sij in d. 7. reg. fol. 151. De anno 1530. 16. Septembris Clemens VII. cocessit Malatestæ Balleono fructus Clusij spectantes ad Cam. Apost. in vitam in 6. registro fol. 10. & prius per breue datum 20. Ianuarij 1528. de quo in 5. reg. fol. 126. prohibuerat venationem in Clusio sub pœna pecuniaria, & executiones absque licẽtia Malatestæ, & Horatij de Balleonibus. Concessũ deinde fuit Ciuitati sub diuersis conuentionibus, & capitulis per Clem. VII. in 5. reg. fol. 125. Capitula autem Clusij cum d. Pontifice sunt in Stat. rubr. 150. lib. 4. fol. 45. Paulus III. die 26. Martij 1537. renouauit cum solutione 500. florenorum in d. reg. fol. 42. Idem Pontifex condonauit Ciuitati 1500. salmas d. frumenti distribuendas inter Ciues per singraphas DD. Priorum, vt in eius Bulla sub anno 1535. in d. 6. reg. fol. 41. Postæ Clusij habentur in Stat. rubr. 475. lib. 1. fol. 112. Habitare volens in Castro Castilionis Clusij poterat propria auctoritate appræhendere Casalenum ibidem existens, & in eo ædificare, & pariter poterat appræhendere tres corbes terræ existentis in districtu d. Castri, quæ stetisset per tres annos inculta cum certa pensione Stat. rubr. 221. §. item quod quæcunque persona lib. 1. fol. 74. vbi etiam de multis exemptionibus artificum ibidem permanentium, & de immunitate Nundinarum S. Matthæi, & de quantitate terræ, quæ eis conceditur vide etiam Stat. rubr. 116. §. volumus etiam, & §. & quod sindicus Communis lib. 4. fol. 32. Habẽtur etiam nonnullæ exemptiones in d. rubr. 116. §. volumus, & iubemus lib. 4. fol. 33. Habitantibus in d. Castro, & illius Villis fuerunt concessæ per Superiores multæ immunitates, & exemptiones, & præsertim de Mense Maij 1490. in 4. reg. fol. 98. renouatæ, & confirmatæ per Card. Camerarium de anno 1496. & 26. Martij etiam respectu Villarum Clusij in 4. reg. Canc. fol. 117. & per Card. Legatum de anno 1505. in d. 4. reg. fol. 184. Domini Priores, & Camerarij de anno 1513. reuocauerunt huiusmodi exemptiones respectu onerum focularium, vt in annalibus ad d. annum fol. 35. Acceptarunt quidam huiusmodi reuocationẽ in eod. lib. fol. 51. Consultum super hoc per multos Doctores ibidem fol. 152. Clem. VII. mandauit colonos, & laboratores Clusij quorum maiores (dicit ipse) terras ipsas ad culturam reduxerint, ex boscauerint, & fertiliores reddiderint, in eorum iuribus, & consuetudinibus, illæsos conseruari, & manuteneri, vt patet in capitulis confirmatis, & approbatis per d. Pontificem sub rubr. 150. vers. quod quoad colonos lib. 4. fol. 46. & superius vocat illos colonos adscriptitios in princ. d. rubr. Quæ Bulla, seu capitula sunt registrata in 5. reg. B fol. 127. B Coloni prædicti possunt diuidere laborenia rubr. 19. §. sint autem lib. 2. fol. 9. Debent autem colere Terras eisdem cõcessas rubr. 117. §. dum tamen fol. 34. eod. lib. 4. & nisi colere cæpissent infra annum, licet vnicuique personæ illa colere in d. rubr. 117. in fin. & in dd. capitulis Clementis habetur, quod si essent negligentes, possent expelli d. rubr. 150. §. quod coloni negligentes fol. 46. Et debent respondere de tertia parte omnium fructuũ dominis terrarum, nempe tritici, Ordei, Speltæ, Leguminum, lini, & omnium aliarum rerum, & ipsi retinere duas partes omnium dd. fructuum rubr. 150. in princ. lib. 4. fol. 45. & superius in rubr. 117. §. saluis, & §. quilibet autem eod. lib. 4. fol. 34. Facultas pascẽdi in Bãdita Pozzoli concessa per Eugenium IV. de anno 1426. Hominibus dictæ Villæ est in 1. lib. reg. fol. 83. Marchionatus Clusij debet contribuere cum Ciuitate Perusiæ ad onera, & solutionem Gabbellæ fogliettæ, vt per literas Cardinalis Camerarij sub die 19. Nouembris 1588. in 7. reg. Comm. fol. 143. & pariter respectu subsidij triennalis, & aliorum onerum debet contribuere cum Ciuitate dismembratione non obstante, & ita fuit resolutum in Camera Apostolica, vt per literas sub die 11. Octobris 1555. in 6. reg. fol. 123.

## Adnotationes.

1 A Clusium Perusinum † est tractus ille, & agri portio, quæ iacet inter Clusinam paludem vulgò Chiane, & Lacum Trasimenum. Differt autem, vt patet à Clusio Vrbe Hetruriæ priscorum Hetruriæ Regum, aut certè Porsenæ Romanorum hostis Regia sedes.

2 Clusij Perusini caput † est Oppidum Castilionis Patrum nostrorũ memoria à Marchionibus Corneis ædibus penè Regijs auctum, atque ornatum. Iulius III. Iacobæ germanæ sorori attribuit ad tertiam, vt vocant, generationem Pius verò IV. ad quartam protulit, & Ascanium Corneum, ac Fuluium S. R. E. Cardinalem Iacobæ filios, & Ascanij etiam per adoptionem filios, nepotes, ac pronepotes Marchionis titulo insignitos multis auxit honoribus, ac priuilegijs.

3 Hic ille est Ascanius, † qui eiusdem Pij missu Melitensis Insulæ obsidionem soluit, quique haud ità multò post, vt fœderatorum classis Dux præcipuus, ità reportatę de Turcis victorię præcipuus auctor extitit, vt de alijs eius facinoribus in præsentia sileam.

4 Nuper autem † Paulus V. Castilionis, & Clusij Marchionatum, in Ducatum erexit, quo titulo insignitus est Fuluius Ascanij iunioris filius, à cuius laudibus, quia adhuc superest, abstinendum duximus.

5 B Habitatores Clusij habere ius perpetuum † coloniæ fuit decisum apud *Card. Mantic. decisio 27. & decis.* 23. 95. 97. 117. & 148. quas videas super statu, & iure illorum hominum, & vide etiam *Bug. cons.* 28. *lib.* 2. & *Hond. cons.* 83. *lib.* 1. Quod hominibus

Clusij

6 Clusij † non possit prohiberi, quo minus exporterit ad Statum Ecclesiasticum eorum bona, & victualia, & multò minus, quod pro hoc faciendo soluant aliquam Gabbellam, maximè stantibus priuilegijs, & exemptionibus concessis istis habitatoribus ex causa onerosa, hoc est, vt venirent ad habitandum, & reducerent Territorium ad culturam, fuit per Rotam Romanam decisum *coram Card. Sacrato, in Clusina, seu Perusina exemptionis die 3. Martij 1608. quæ est in fin. decis. 59. num. 4.*
7 An Statuta † Ciuitatis Perusiæ sint attendenda in Clusio iam dismembrato à Ciuitate, *vide Eug. cons. 25. num. 16. & seqq. lib. 1.*

# COLLEGIA ARTIVM.

## *SVMMARIA.*

*Artium Collegia quæ in princ. & num. 1. & seqq.*
*Matriculæ Artium sunt confirmatæ vers. Matriculæ, & vide num. 5. & seqq.*
*Iuratorum numerus qui vers. De numero, vbi de admissione in Collegium, & num. 10.*
*Artifices qui vers. Artifices.*
*Debent parere Camerarijs, & iurare vers. Debent.*
*Et accedere ad Luminaria vers. Debentque, vbi de numero.*
*Audientiæ Artium sunt tutæ debitoribus vers. Audientiæ.*
*Camerarij sunt Iudices inter Artifices vers. Camerarij.*
*Emere quis non potest rem, nisi ab exercentibus mercaturam illius rei vers. Quis.*
*Dohanam Artifices non Collegiati tenentur soluere vers. Artifices, & num. 12.*
*Collegium quomodò debeat estare vers. Collegium, & num. 13.*
*Collegium vt dicatur, requisita num. 4.*
*Et licitum quando dicatur ibidem.*
*Matriculæ Artium confirmatæ à Statuto habent vim Statutorum num. 5.*
*An attendantur in alia Curia num. 6.*
*Statuta Collegiati, & Artifices possunt concedere, & quando num. 7. & seqq.*
*Collegia Artium habent Iudices num. 11.*
*Collectas an possit imponere Collegium num. 12.*

ARtes, seu potius Collegia Artium vsque ad numerum quadraginta quatuor ordinatim ponuntur in Stat. rubr. 85. d. lib. 1. fol. 37. & huius numeri fit mentio rubr. 136. §. saluo quod d. lib. 1. fol. 48. De Mercantia vide Collegium Mercantiæ, de Cambio vide Collegium
A Cambij. A Matriculæ Artium sunt confirmatæ à Statuto, dummodo tamen contrariæ non sint Statutis Ciuitatis, & contra publicam vtilitatem Stat. rubr. 82. lib. 1. fol. 38. Nec sint contra Annonam, vel in illius diminutionem rubr. 49. lib. 4. fol. 15. de quo vide etiam vers. Annona in fine, & in Adnotat. num. 24. Nec tollant ferias rubr. 81. §. in omnibus verò lib. 1. fol. 37. Nec sint contra formam Statutorum vol. 4. vt in rubr. 90. eod. lib. 4. fol. 15. & quòd Ordinamenta Artium, quæ non essent contra ordinamenta Vniuersarum Artium, nec contra Statuta, attendi debeant cauetur Stat. rubr. 71. eod. lib. 1. fol. 32. quæ fuerunt etiam confirmata per Breue Sixti IV. de quo in 3. reg. fol. 64. B De numero
B Iuratorum, seu Collegiatorum, qui esse deberent pro qualibet Arte grossa, vt possint ex ea eligi Priores, vide Stat. rubr. 37. §. pen. lib. 1. fol. 32. & generaliter, & distinctè habetur rubr. 85. d. lib. 1. fol. 38. & vide etiam rubr. 55. §. pen. d. lib. 1. fol. 123. & de admissione in Collegium, seu descriptione in Matriculam vide d. rubr. 85. §. teneatur tamen & §. seq. lib. 1. fol. 39. & de habitatione requisita vide rubr. 136. §. saluo quod. lib. 1. fol. 48. Et quod non possit quis facere se describi in duabus Artibus ca-
C uetur rubr. 86. d. lib. 1. fol. 39. C Artifices dicuntur illi, qui sunt descripti in aliqua ex dd. Collegijs Artium Stat. rubr. 24. §. pen. lib. 2. fol. 13. & quandoque illi, qui exercent aliquam Artem rubr. 81. lib. 1. fol. 37. Debent parere eorum Camerarijs Stat. rubr. 50. in princ. lib. 4. fol. 15. atque iurare, vt in rubr. 87. d. lib. 1. fol. 39. Debentque accedere ad Luminaria ordine, & iuxta præcedentiam, prout in rubr. 91. eod. lib. 1. fol. 90. & Camerarius Artis grossæ debet habere, & ducere saltem quindecim Artifices; Camerarius verò Artis de minoribus saltem quinque d. rubr. 91. §. & post modum eod. lib. 1. fol. 30. Audientię Artium sunt tutę debitoribus rubr. 155. lib. 4. fol. 47. dixi ver. Carcer vers. Sunt etiam. Camerarij Artium sunt Iudices earum Artium, & artifices pro negociationibus suæ Artis, vel dependentibus ab ea ipsum adire debent sub poena nullitatis rubr. 24. §. item habeant cognitionem in fine lib. 2. fol. 12. & rubr. 81. §. item habeant vers. ita tamen lib. 1. fol. 36. quod procedit etiam, si quis esset deletus de aliqua Arte, vt possit conueniri pro debito contracto, tempore, quo fuit in Matricula talis artis rubr. 86. §. & quod Consules vers. Et quod lib. 1. fol. 36. & super huiusmodi iurisdictione vltra Breue Alex. VI. impressum in 4. vol. Stat. sub rubr. 146. fol. 44. est aliud Pij IV. in 7. reg. Canc. Commun. fol. 2. & vide ver. Camerari-
D us vers. Iurisdictio. D. Quis non potest emere rem, nisi ab exercentibus mercaturam illius rei Stat. rubr. 215. §. insuper statuimus lib. 3. fol. 64. & dicam vers. Emptio. Artifices non iurati, vel descripti in aliqua Matricula tenentur soluere Camerario illius Artis, quam exercent solidos viginti annuos, hoc est solidos decem pro quolibet semestri, non obstante quod plures artes exercerent, vel quod pro maiori parte anni d. artem non exercerent Stat. rubr. 50. in

addit.

addit. lib. 4. fol. 6. quæ additio fuit renouata de anno 1554. 18. Maij, vt in pecudino, seu actis publicis. Comitatenses verò exercentes verè, & propriè aliquam Artem non tenentur nisi ad solutionem solidorum decem ad plus pro quolibet anno rubr. 61. in princ. d. lib. 4. fol. 16. Quò verò ad Artifices forenses, seu exteros an teneantur ad hanc solutionem dicam ver. foren-
E ses. E Collegium quomodo debeat citari, vide Stat. rubr. 4. §. si verò lib. 3. fol. 4. quod vide-
F tur procedere in causis criminalibus. F

## Adnotationes.

A Sunt in hac nostra Ciuitate Collegia, † quæ à va-
1 rijs Artibus nomina sortiuntur. Horum origo est antiquissima, & proinde incerta, mentio illorum frequens in Annalibus publicis, & apud Pellinum ante annos non minus quadringentos. Ex his Collegijs Magistratus legitur, & non aliunde. Pleraque omnia suos habent redditus, quædam perexiguos, quædam satis opulentos, ex quibus Xenodochia, & Nosocomia, hoc est Hospitales domos ad Peregrinos, aut valetudinarios excipiendos, alunt. Opulentiora ex his † præter Hospitales domos, quas diximus, sua
2 habent domicilia, quæ vulgò Audientiæ dicuntur, illuc quater, vt plurimum in anno conueniunt, & insuper quotiescumque noui coöptandi sint Collegati, qui iurati vocantur. Duo Priora ex eisdem Collegijs † inter suos iuratos non nisi ex prima nobilitate
3 viros admittunt, proxima decem non nisi honesto loco natos; reliqua omnis generis Artifices etiam ex Plebe dummodo Ciues. Ex primo Collegio, quod Mercatorum vocatur, creantur Consules, præcipuus post Decemuiros Ciuitatis Magistratus, qui Annonæ etiam præest, & ex secundo Collegio, quod vocatur Cambij, duo Auditores, ex reliquis Collegijs singuli Camerarij depromuntur, qui omnes generale Concilium constituunt. Requisita, vt dicatur Colle-
4 gium, † vide per DD. in l. 1. ff. de Collig. illicit. & in c. significauit de appell. & in c. dilecta de excess. Prælat. & quando sint licita, vide per Decian. in tract. crim. tom. 2. lib. 7. cap. 20. & per Farinacc. de crimin. les. maiest. q. 114. & seqq.

5 B De Statutis † Artium, quæ dicuntur Matriculæ, vide Bal. in §. constat Inst. de iur. nat. gent. & ciuil. vbi quod Matriculæ cõfirmatæ per Statutum habent vim Statutorum, sequitur Petr. de V bald. de duob. fratrib. par. 2. num. 4. vbi quod nisi sint confirmata,
6 valent inter se. An autem attendantur † in alia Curia, quòd non. Glos. fin. in l. 2. C. de constit. pecun. Castr. in l. cum qui. §. quod exigimus num. 3. ff. eod. vide Petr. de V bald. vbi supra num. 6. Quod autem
7 Collegiati, & Artifices † possint condere statuta talem in concernentibus eorum Artem, respondit post Bar. in l. fin. C. de iurisd. omn. Iud. Corn. cons. 232.
8 num. 2. lib. 3. dummodo † in aliorum, & publicæ vtilitatis præiudicium non tendant. Bero. cons. 171. num. 3. lib. 3. & vide eundem cons. 7. num. 34. & seq. eod. lib. 3. vbi de Statutis diuersarum Artium contrarijs, & in Statuto facto per Artem Sericariorum an liceat Mercinarijs ex speciu mercium, quas de serico faciunt, vide Soc. iun. cons. 38. num. 9. lib. 1. De Matricula Artis Clauariorum vide Ios. Ludouic. decis.
9 Perus. 98. Et quod Collegia possint Statuta † inter suos condere etiam contra Ius commune post Bar. & alios in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. scripsit Decian. d. cap. 20. num. 11. Et quod Statutum Macellariorum debeat restringi ad homines dictæ Artis. Rota coram Ludouis. decis. 45. num. 4. vide coram Caualer. decis. 64. num. 4.
10 C De admissione † in Collegium vide, quæ dicam de cooptatione in Collegium Doctorum ver. Doctor.
11 D Quod Artium Collegia † approbata possint habere Iudices vide Iacob. de Aren. apud Bald. in fin. C. de iurisd. omn. Iud. & cessat difficultas stante Statuto nostro, quod regulariter intelligeretur, vbi agitur de re ad ipsam Artem pertinente. Menoch. cons. 479. num. 4. lib. 5. Si quis esset matriculatus in pluribus Artibus, quis Iudex sit adeundus, vide Petr. de V bald. de duob. fratr. par. 2. num. 3.
12 E Dohana vulgo † appellatur huiusmodi solutio, de qua vide Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 98. & an Collegium possit imponere Collectas, vide de Collegio Aromathariorum eundem decis. 43.
13 F Citari quomodo † debeat Vniuersitas de Iure communi, vide Gabr. comm. conclus. tit. quod cuiusque V niuers. nom. conclus. 1. num. 13. vers. Amplia. vbi quod non sufficit citare Officiales ipsius Vniuersitatis, sed debet citari Vniuersitas Collegialiter congregata, nisi Vniuersitas nollet se congregare, & ad idem vide Rotam in Perusina hereditatis 26. Ianuar. 1601. coram bo. me. Card. Pamphilio, quæ est decis. 389. in fine par. 4. diuers. licet per errorem sit inscripta Seraphino.

# COLLEGIVM Cambij.

*SVMMARIA.*

*Statuta Collegij Cambij sunt confirmata à Pontifice in princ.*
*Auditores eliguntur tantum ex Collegio Cambij vers. Collegium hoc.*
*De tempore eorum officij ibidem.*
*Deputans Campsores ad sigillandum, & ponderandum florenos aureos vers. Habent.*
*Visitare debent Hospitales domos, quæ habent multa priuilegia vers. Debent.*
*Iurisdictio Auditorum in cognoscendis causis vers. De iurisdictione.*
*Campsores qui dicantur num. 1.*
*Eorum exercitium non est vile num. 2.*
*De Cambio tractatus num. 3.*

STatuta vulgo Matriculas Collegij Cambij, & aliarum Artium confirmauit Sixtus IV. per eius Bullam in 3. reg. Canc. Comm. fol. 64. Collegiũ hoc tantùm potest eligere Auditores Stat. rubr. 8. §. & nulla Ars, lib. 1. fol. 34. Officium autem dd. Auditorum incipit à Kal. Ianuarij, & durat vsque ad Kal. Iulij, & sic successiue ibi-

dem

dem. Habent particularem auctoritatem eligendi, & deputandi duos Campsores ad sigillandum, & ponderandum florenos aureos iuxta pondus per d. Collegium ordinatum, quod pondus, & sigillationem d. Collegium potest vendere rubr. 122. lib. 4. fol. 36. Debent visitare eorum Hospitales domus rubr. 125. lib. 4. fol. 38. Quæ domus habent multa priuilegia, & exemptiones concessas ab Eugenio Papa IV. de anno 1432. in 4. reg. Breu. Canc. Apost. Perus. fol. 77. & dicam ver. Collegium Mercantiæ. De iurisdictione Auditorum in cognoscendis, & decidendis causis vide Stat. rubr. 81. lib. 1. fol. 36. & rubr. 24. lib. 2. fol. 12. & legem DD. Priorum, & Camerariorum, quæ est sub rubr. 144. vol. 4. fol. 42. & fuit confirmata à Summis Pontificibus, vt in rubr. seqq. & præsertim per Alex. VI. vt rubr. 146. vbi in specie fit mentio de causis coram Auditoribus Cambij. Et quod præfati Auditores semper habuerint, & habeant de præsenti auctoritatem, & iurisdictionem cognoscendi, & terminandi omnes, & quascumque causas, & differentias pecuniarias, in quibus pecuniæ quacumque occasione inter quascumque personas peterentur, & Legati, & Gubernatores duràte prima instantia, quando pro Reorum parte fuisset ad illos recursum, soliti fuerint, & sint causas huiusmodi pendentes ad eosdem remittere, Collegium meum fecit fidem de anno 1597. die 7. Martij. vbi etiam fuit dictum, quod vt plurimum Auditores dant operam, & nituntur, vt causæ expediantur potius per concordiam partium, quàm per sententiã, & quod ad scribendum, & actitandum coram eis semper fuerint soliti in eorum Curia retinere, prout de præsenti retinent Notarios idoneos, & Collegiatos Perusinos. Vide ver. Camerarius, Collegia Artium, Collegium Mercantiæ.

## Adnotationes.

1 Campsores † dicuntur illi, qui monetam auream, vel argenteam exercent, qui vulgò dicuntur Banchieri. *Afflict. in Constit. Regn. lib. 3. rubr. 40. §. si quis campsor num. 2. pag. mihi 203.* refert, & sequitur *Carpan. ad Stat. Mediol. tom. 2. cap. 88. num. 1.*

2 Quorum exercitium † non est vile, dum retinent domi rationes, quicquid sit de alijs. *Carpan. ad d. Stat. Mediol tom. 1. cap. 415. num. 30. & seqq.* & cessat disputatio in istis Collegiatis, qui se non exercent aliquo modo, & non admittuntur nisi nobiles, vt dixi in Adnotationibus ver. Collegia Artium circa princ. ver. Duo priora. De Cambio † habes tractatum Sigismundi Scacciæ, qui est nouissimus, & plenus.

3

# COLLEGIVM Mercantiæ.

*SVMMARIA.*

*Consules eliguntur de Collegio Mercantiæ in princ. vbi de tempore eorum officij.*
*Consulum iurisdictio in causis vers. De iurisdictione.*
*Visitare debent Hospitalium domum, & recipere rationem administrationis à Priore vers. Debent ipsi.*
*Non possunt in eorum foro litem prosequi, aut mouere vers. Durante.*
*Debetur eis obedientia à Collegiatis vers. Collegiati.*
*Intersunt scrutinio familiæ Dominorum Priorum vers. Debent interesse.*
*Eligunt Rectorem Sapientiæ Nouæ vers. Eligunt.*
*Præcedunt Auditoribus Collegij Cambij vers. Super.*
*Statuta Collegij Mercantiæ sunt confirmata à Pontifice vers. Statuta.*
*Hospitalis domus dicti Collegij est immunis vide vers. Hospitalis.*
*An Episcopus visitet num. 2.*

Collegium Mercantiæ eligit Consules Stat. rubr. 80. §. & nulla Ars lib. 1. fol. 34. vbi quod initur officium Kal. Ian. & durat vsque ad Kal. Iulij, & tunc incipit officium aliorum. De Iurisdictione Consulum habetur late rubr. 81. lib. 1. fol. 36. rubr. 24. lib. 2. fol. 12. & rubr. 125. §. Consules. lib. 4. fol. 38. & vide etiam Breue Alexandri VI. in Stat. rubr. 146. lib. 4. fol. 45. & alias rubr. ibidem. Sunt etiam Iudices super grauaminibus Gabbellariorum Statut. rubr. 575. lib. 1. fol. 126. sed vide ver. Gabbella. Debebant interesse in concedendis represalijs Stat. rubr. 175. §. 1. lib. 1. fol. 57. Per ipsos Consules fit approbatio scripturæ, quod illa sit manu alicuius scripta quando fuit confecta per aliquem Mercatorem, aut per eum, qui non esset de aliquo Collegio Stat. rubr. 14. §. & quod dictum est lib. 2. fol. 6. & dicam ver. Recognitio. In causis coram ipsis pendentibus debent procedere summariè, de plano, sine strepitu, & figura iudicij, & sententiare de iure, vel de æquitate Statut. rubr. 24. §. statuimus insuper lib. 2. fol. 12. Debent expedire causas intra tres menses sub certa pœna, facta tamen requisitione per partem Statut. rubr. 556. lib. 1. fol. 124.
1 Super dictorum Consulum iurisdictione est fides Collegij Causidicorum sub die 3. Martij 1597. in qua fuit dictum, quod ab immemorabili tempore in Curia, Tribunali, seu Foro Consulum, semper, & continuè ex eorum, & dicti Tribunalis antiqua, & longissima consuetudine, & stylo fuerunt introductæ, auditæ, cognitæ, iudicatæ, decisæ, & terminatæ omnes, & quæcumque causæ ciuiles inter quoscumque laicos, & etiam

Clericos laicos conuenientes alios in dicto Tribunali, exceptis causis successionum, & quando agitur super bonis stabilibus, nisi illa bona stabilia essent obligata occasione alicuius obligationis, de qua per Consules cognosci posset, & licet quandoque conuenti præfati in prima instantia adierint Curiam superiorem, vt plurimum tamen, cum fuerit instatum, eædem causæ per Dominos Superiores, & eorum Iusdicentes fuerunt remissæ ad Consules, & propterea ipsi Consules in audiendis, cognoscendis, iudicandis, & terminandis dictis causis fuerunt, & sunt in pacifica, & quieta quasi possessione. Debent ipsi Consules visitare eorum Hospitales Domos, & recipere administrationis rationem à Priore eiusdem Domus quolibet anno, & possunt ad libitum Priorē officio priuare Stat. rubr. 125. lib. 4. fol. 38. vbi etiam de officio dicti Prioris. Durante Consulum officio non possunt coram se, & Collegis aliquam litem prosequi, aut incipere, seu mouere Stat. rubr. 81. §. volumus insuper lib. 1. fol. 36. & rubr. 24. §. fin. lib. 2. fol. 13. Collegiati debent eisdem obedientiam Stat. rubr. 50. lib. 4. fol. 15. Debent interessendum quolibet anno consueto scrutinio subijcitur familia Dominorum Priorum, vt in Bulla Clementis VII. data die 20. Aprilis 1524. in 5. registr. fol. 106. Eligunt vna cum D. Priore Capituli Ecclesiæ Cathedralis Rectorem Sapientiæ Nouæ, vt in Bulla Sixti IV. data die 2. Ianuarij 1582. in 4. registr. fol. 28. & dicam ver. Collegium studiosorum. Super præcedentia Consulum non obstante. Breui obtento per Auditores Collegij Cambij, vide declarationem Gubernatoris sub die 24. Maij 1441. in 2. registr. fol. 7. Destatera nuncupata grossa dicti Collegij Mercantiæ vide ver. Pondus. Statuta vulgo Matriculas dicti Collegij confirmauit Sixtus IV. vt in Breui de anno 1470. in 3. regist. fol. 64. Hospitalis Domus dicti Collegij est libera, & immunis cum omnibus iuribus a quibuscumque collectis, grauaminibus, & impositionibus etiam per Sedem Apostolicam, vt in Breui Martini V. de anno 1432. in 4. regist. Bull. Cam. Apost. Perus. fol. 17. & approbatur permutatio nonnullorum bonorum existentium in Clusio Perusino inter Cameram Apostolicam, & dictam Domum in Breui Sixti IV. sub die 14. Maij 1473. in 3. reg. fol. 75. Idem Pontifex in alio Breui dato die 16. Maij eiusdem anni 1473. mandauit, quod eidem Domui darentur quolibet anno à Thesaurario Gorbes quinque hordei pro aqua hordacea pro vsu languentium in dicta domo existentium, vt in dicto 3. reg.

## Adnotationes.

1 De Consulibus, † & Iudicibus Mercatorum vide *Straceh. in tract. de Mercat. par. vlt. pag.* 285. & vide ver. *Mercatura*.

2 A Hospitalis domus † prædicta an subiaceat Visitationi Episcopi vide *Non. conf.* 61. vbi etiam disputat an teneatur ad confectionem, & substentationem Seminarij, & latius super visitatione vide *Eug. cons.* 88. *lib.* 2.

# COLLECTA.

## SVMMARIA.

*Collecta imponuntur super omnibus bonis territorij in princ.*

*Collectas non soluens non auditur in iudicio vers. Collectas,*

*Emphiteutæ Ecclesiæ an teneantur ad Collectas num.*

*Collegia, & Vniuersitates an possint imponere Collectas num.* 2.

*Executiue proceditur in exactione Collectarum num.* 3.

*Bona stestassrata sunt tacitè obligata pro Collectis num.* 4.

*Collecta possunt exigi insolidum ab vno ex possessoribus, qui repetit ab alijs num.* 5.

*Collectam non fuisse solutam probatur in libro num.* 6.

*Immunis à Collectis an teneatur bona assignare num.* 7.

Ciuitas Perusina recipit Collectas, & Datas de omnibus bonis, rebus, & possessionibus, quæ sunt in eius Territorio Stat. rubr. 130. §. item ad hoc. lib. 1. fol. 48. & rubr. 69. in princ. & in §. & ad hoc lib. 2. fol. 35. Amplia etiam quoad bona dotalia, vt rubr. 128. in fin. lib. 2. fol. 47. vide tamen quæ dixi ver. Catastrum cap. 5. & quoad dotalia dicam ver. Vxor. Collectas, & Datas si quis non soluerit non debet in iudicio audiri Stat. rubr. 343. lib. 1. fol. 94. & rubr. 9. in princ. lib. 2. fol. 5. vbi etiam quod idem habet locum respectu cessionariorum, & dixi etiam ver. Audientia.

## Adnotationes.

1 De Aestimo, & Collectis *est tract. Nicolai Festasij.* An super bonis † emphiteuticis Ecclesiæ possint imponi Collectæ vide ex nostris Doctoribus *Odd. cons.* 79. *Eug. cons.* 96. *lib.* 1. & quæ super Statuto Mediolani scripsit *Carpan. par.* 2. *cap.* 218. *à num.* 51. & quoad Clericos vide *decis. relatas supra ver. Clericus num.* 9.

2 Collegia, † & Vniuersitates an possint imponere Collectas vide *Ios. Ludou. decis. Perus.* 47. & in Doghana vide *decis.* 98.

3 Executiuè proceditur † in exactione Collectarum. *Caballin. ad Constit. March. lib.* 6. *cap.* 2. *ver. Præcepto, num.* 3. & pro illarum

solutione

4 solutione bona † accatastrata sunt tacitè obligata, & hypothecata, & possunt vendi non solum pro Collectis, sed etiam pro pœnis impositis contra non soluentes, & Dominus volens deinde soluere non auditur, nisi si bona essent solemniter vendita alteri, quia iste offerens solutionem auditur ita *Neguſ. de Pign. in 4. mem. 2. par. num. 125.* Exactor potest agere
5 contra † possessorem vnius corporis insolidum, & iste cessis iuribus potest agere contra alios pro eorum ratis. *Peregr. de Iur. Fisc. lib. 6. tit. 6. num. 50.*
6 *&* 51. Non fuisse solutam † Collectam probatur ex inspectione libri. *Pacian. de Probat. lib. 1. cap. 44.*
7 Immunis à Collectis † an teneatur assignare bona, vide *Amat. decis. March. 35.* & dicam ver. *Exemptio.*

# COLONVS Partiarius.

### SVMMARIA.

*Colonus non potest fructus colligere, & diuidere absque Domini, vel Locatoris licentia, alias punitur, & tenetur ad damni refectionem in princ. & num. 3.*

*Tenetur manutenere formas iuxta vias vers. Tenentur. & mundare fossata suis sumptibus, vt num. 4.*

*Pacta, & conuentiones tenentur obseruare, & illi, qui non interuenerunt locationi, & eorum descendentes vers. Pacta.*

*Solitum attenditur circa culturam vers. Solitum.*

*Non possunt Coloni deserere culturam bonorum vers. Non possunt.*

*Iuramento Domini statur cum vno teste super inobseruantia vers. Statur. & iuratur in litem num. 5.*

*Non possunt Coloni tenere laboritia extra Comitatum vers. Laboritia.*

*In causis Colonorum proceditur summariè, & diebus feriatis, nec potest peti compromissum, & potest agi criminaliter vers. Proceditur. & vide num. 7.*

*Negantes, vel interuertentes possessionem Domino puniuntur, nec faciunt ipsi præiudicium vers. Negans & num. 8.*

*Fructuum ratam restituere tenentur locatori, non obstante sequestro absque licentia vers. Debet.*

*Vendentes rem quam habebant ad laboritium puniuntur vers. De pœna.*

*Paleam totam relinquere tenentur in discessu, & quando vers. Stipulam. & num. 10.*

*Remoueri non possunt durante laboritio vers. Non potest. vide tamen num. 11.*

*Vendita re data ad laboritium remanet saluum ius Coloni vers. Si vendatur. & vide num. 12.*

*Sed an ipse Colonus teneatur perstruere vide num. 13.*

*Pars colonica non venit in venditione vers. Pars. & vide num. 14.*

*Redempta re vendita Colono, cum pacto non remouetur ipse si incepit colere ibid.*

*Data alicui in solutum re Colonus debet istum recognoscere in dominum vers. Et si res.*

*Forenses venientes ad habitandum, & colendum sunt immunes vers. Exteri.*

*Absentati redeuntes ad colendum sunt immunes ibid.*

*Habitantes in Ciuitate, vel Burgis, qui solebant colere bona coguntur redire ad colendum sine præiudicio Ciuilitatis vers. Habitantes.*

*Renunciari laboritijs intra quod tempus debeat vers. Renunciari. & num. 15.*

*Offendentes Dominos grauiter puniuntur vers. Coloni.*

*Colonorum plures sunt species num. 1.*

*Colonus partiarius dicitur ille, qui colit ad medietatem ibid.*

*Semen poni debet à Colono num. 2.*

*Onus probandi bene coluisse incumbit Colono num. 6.*

*De furto non possunt accusari Coloni de iure communi num. 7.*

*Colonus non præiudicat Domino ab alio conducendo etiam cum responsione fructuum num. 8.*

*Molestias denunciare tenetur Domino num. 9.*

NON potest Colonus metere, vel triturare, vel manipulas ad aream asportare, vel vindemiare, vel oliuas ad molendina portare, vel oleum ex oliuis facere irrequisito domino, vel illo, qui concessit ad laboritium, sub certa pœna Stat. rubr. 174. lib. 3. fol. 56. vbi in Addit. dicitur, quod teneatur etiam ad reficiendum damnum; Colonus tamen probare posset licentiam per vnum testem cum suo iuramento, vt
A d. rubr. 174. A Tenentur Coloni facere, & manutenere scrobes vulgò formas, iuxta vias publicas Stat. rubr. 11. §. Item statuimus. lib. 1. fol. 8. vbi, quod ad hoc possunt cogi per Ædiles Magistros Viarum, & rubr. 67. lib. 4. fol. 19. Et ad hoc faciendum possunt cogi etiam domini rubr.
B 85. §. idem fiat. lib. 4. fol. 25. & dicam ver. Via. B Pacta, promissiones, & conuentiones tenentur obseruare & illi quoque, qui non interuenerunt locationi, & eorum descendentes Stat. rubr. 50. §. statuimus, quod omnes. lib. 2. fol. 27. Solitum attenditur circa culturam, & restitutionem fructuum, vel prout faciunt Coloni rerum vicinarum d. §. statuimus, quod omnes. vers. vel si pacta, & infra. Non possunt Coloni deserere culturam, vt d. §. statuimus, quod omnes. vers. & quod nulla. Et generaliter de non deserenda cultura per illos, qui solebant colere, vide in princ. d. rubr. 50. & in fine, vbi quod tenetur etiam Castrum, & Villa ad emendationem damni. Et de terris Communis Perusiæ, quod coli debeant per homines Castri, & Villæ, vbi bona sita sunt Stat. rubr. 51. lib. 2. fol. 28. Statur iuramento domini cum vno teste super inobseruantia dict. rubr. 50. §. statuimus, quod omnes.
C vers. & ad probationem. lib. 2. C Laboritia non possunt tenere extra Comitatum d. rubr. 50. §. statuimus, quod nullus. Proceditur in causis huiusmodi summariè &c. etiam diebus feriatis, præterquam in honorem Dei, nec potest peti compromissum iudiciale; potest tamen agi criminaliter d. §. statuimus, quod nullus. vers. & in

D prædictis omnibus.[D] Negans, vel interuertens
possessionem domino, vel ei, à quo conduxit,
punitur, & nullum facit præiudicium domino,
E vel possessori Statut. rubr. 160. lib. 3. fol. 52.[E]
Debet restituere ratam fructuum locatori non
obstante sequestro, nisi præcedat licentia con-
F tra locatorem d. rubr. 160. in Addit.[F] De pœ-
na vendentis rem, quam habebat ad laboritium,
vide Stat. rubr. 175. lib. 3. fol. 56. Stipulam,
seu paleam totam tenetur relinquere nouo Co-
lono, vbi in prædio adest domus ex lege Domi-
G norum Priorum in lib. 4. Banniment. fol. 40.[G]
Non potest Colonus remoueri durante labori-
tio, si tamen pacta seruauerit Stat. rubr. 53. in
H fine lib. 2. fol. 29.[H] Si vendatur res data ad la-
boritium, remanet ius saluum Colono pro tem-
pore locationis ei factæ Stat. rubr. 596. lib. 1. fol.
I 130. & rubr. 52. in princ. lib. 2. fol. 29.[I] Pars
colonica fructuum, quod non censeatur compre-
hensa in venditione, & si redimatur res vendita
ipsi Colono cum pacto, & ipse incepisset colere
non potest remoueri pro illo anno Stat. d. rubr.
K 52. in princ.[K] Et si res daretur alicui in solutum
ex causa crediti, tunc Colonus debet recogno-
scere istum in dominum Stat. rubr. 182. §. 1. lib. 1.
fol. 61. Exteri venientes ad habitandum, &
colendum bona, necnon absentati redeuntes sunt
immunes à quibuscumque oneribus Statut. rubr.
582. lib. 1. fol. 126. & rubr. 50. §. statuimus in-
super. lib. 2. fol. 28. Habitantes in Ciuitate, vel
Burgis, qui solebant bona colere, coguntur re-
dire ad habitandum, & colendum, absque tamen
præiudicio eorum ciuilitatis d. §. à vers. & ad
hoc vt cultura vsque in fin. Renunciari debet
laboritio intra certum tempus, nempe, si est Po-
tere, per totum Mensem Augusti; si autem sit
fundus minoris quantitatis, quam Potere, vel
si sit Vinea, intra Mensem Nouembris, alias in-
telligitur durare per alium annum, & aliam re-
collectionem fructuum cum eisdem pactis Stat.
L rubr. 52. §. fin. lib. 2. fol. 29.[L] Coloni offen-
dentes dominos grauiter puniuntur, ex lege
Cardinalis Legati in 1. reg. fol. 25.

## Adnotationes.

1 Colonorum plures sunt † species, vt per *Carpan. ad Stat. Medsol. par. 1. cap. 167. num. 96. & seqq.* vbi quod partiarius dicitur ille, qui ad medietatem colit. Plura de huiusmodi Colono habes per *Carocc. de loc. & cond. diuersis locis, & per Odd. cons. 34.* vbi
2 agit de semine † ponendo à Colono, vt consequatur medietatem fructuum, & multa scribit idem *Carpan. ad dict. Stat. par. 2. cap. 381. & seqq.*
3 A Simile Statutum † adest etiam Mediolani, de quo *Carpan. d. par. 2. cap. 382.* & quod non possit Colonus diuidere frumentum nisi præsento, vel voca-
to domino probatur ex congestis per *Hieron. Laurent. decis. Auenion. 54.*
4 B Colonum teneri mundare † fossata suis sumptibus tradit *Carocc. de loc. & cond. tit. de Melior. q. 3. Ios. Ludou. decis. Perus. 58. num. 8. Carpan. d. cap. 381. num. 5. par. 2.*
5 C Quod possit iurari in litem † contra Colonum *Carpan. ad cap. 381. num. 11. & cap. 402. num. 24.*
6 *par. 2.* Imò quod onus probandi se bene † coluisse incumbit ipsi Colono, nam locatori sufficit exhibere instrumentum, in quo Colonus promisit colere arbitrio boni viri. *Carocc. d. tract. tit. de Fideiuss. num. 20. pag. 249. & pag. 279. q. 17.* vbi plures citat, & præsertim *Ios. Ludou. decis. Perus. 22. num. 25.* adde *Ancharan. quæst. famil. 24. lib. 1. Pacian. de Probat. lib. 1. cap. 51. num. 48. Carpan. ad cap. 402. num. 14. & seqq. par. 2.*
7 D Quod de Iure communi Coloni non possint accusari de furto † si frumenta, vel vuas ad eorum habitationem asportant. *Carocc. decis. 33.* sequitur *Caball. resolut. crimin. cent. 3. cas. 216.*
8 E Idem videtur de Iure communi, † vt dixit *Rota in Perusina Bonorum de Venturinis 19. Januar. 1609. coram Ortimbergo,* sub his verbis. Non obstat, quod idem Colonus, qui conduxerat à Venturinis, postea conduxit etiam à Lupattellis Aduersarijs, qui vigore istius locationis exegerunt pensiones, quia cum ista locatio fuerit facta inscijs Venturinis Colonus non potuit interrumpere illorum possessionem, tam ex Statuto Perusiæ, quam ex dispositione Iuris. *l. vlt. C. de acq. possess. Soc. cons. 18. num. 28. lib. 1. Dec. cons. 400. num. 9. Gozad. cons. 86. num. 16.* etiam respondendo de fructibus. *l. quamuis. §. si conductor. ff. de acq. possess. Benint. decis. 93. num. 3.*
9 F Colonus tenetur denunciare † Domino molestias. *Menoch. de arbitr. cas. 137. num. 19.*
10 G Quid de Iure communi † vide *Ios. Ludou. decis. Perus. 24. Carocc. dicto tract. tit. de Paleis fol. 225. Carpan. ad Stat. Medsol. cap. 391. num. 2 par. 2.*
11 H De expulsione † permissa si non obseruauerit promissa in instrumento. *Non. cons. 58. num. 19.* & quæ teneatur facere ponit. *Carpan. ad cap. 402. par. 2.* pro excusatione vide *Seraph. decis. 1185.* De prætendente coloniam perpetuam vide *Honded. cons. 83. lib. 1.* & dixi ver. *Clusium num. 5.*
12 I De Iure communi an, & quando emptor, † & alius singularis successor teneatur stare Colono partiario vide *Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 11.* & an huiusmodi Colonus teneatur perseuera-
13 re † quando res fuit alienata vide *Surd. decis. 52.* & ad materiam *Carpan. ad cap. 379. num. 352. & seqq.*
14 K Quod pars colonica † fructuum veniat in venditione, si non sit facta reseruatio tradit *Ios. Ludou. decis. Perus. 83.* sed stante Statuto est dubitabilis hæc eius opinio.
15 L Hoc Statutum † refert *Eug. cons. 28. num. 33. lib. 2.* vbi quod Statutum addit iuri communi tempus renunciationis faciendæ.

## COLONVS Ecclesiæ.

*SVMMARIA.*

*Coloni Ecclesiarum non sunt exempti à Gabbella macinatus in princ.*
*Soluere debent onera Cameralia vers. Et in Colonis.*
*Non gaudent priuilegio immunitatis pro bonis proprijs vers. Immunitates.*
*Coloni Equitum Hierosolimitanorum in quo non sint immunes ibidem.*
*Coloni Clericorum non possunt grauari pro Clericis, & Statutum hoc disponens est iniquum, & iniustum num. 1.*
*Immunes an sint pro parte colonica num. 2.*
*De Religione Equitum Hierosolimitanorum, & eorum priuilegijs num. 3.*

A COloni, A & Censuarij Episcopi Tudertini declarantur non exempti à Gabbella macinatus in literis Cardinalis Camerarij sub die 5. Iunij 1593. in 7. reg. fol. 171. Et in Colonis Equitum Hierosolimitanorum, quod debeant soluere
B onera Cameralia pro parte colonica B vide literas eiusdē Cardinalis Camerarij sub die 5. Octobris 1594. in dicto 7. reg. fol. 41. Immunitates,
C & priuilegia Colonis dictorum Equitum C non intelliguntur de bonis proprijs ipsorum Colonorum, vt declarauit Iulius III. in eius Breui dato 5. Maij 1555. in 6. reg. fol. 118. & est similis declaratio in dicto lib. fol. 124.

### Adnotationes.

1 A Coloni Clericorum † non possint grauari propter ipsos Clericos. *Bart. in l. 1. penes: num.* 1. *C. de Agric. & Cens. lib.* 11. vbi appellat iniquum, & iniustum Statutum Perusiæ, quo cauebatur, quod Coloni tenerentur pro Clericis soluere *collectas. Mascard. de gener. stat. interpr. conclus.* 1. *num.* 145.

2 B An Coloni Ecclesiarum † sint immunes à Collectis ratione partis colonicæ vide *Thesaur decis.* 116. *& Menoch. de arbitr. cas.* 562. *num.* 35. *& seqq.* vbi distinguit, sed pro Colonis respondit *Eug. cons.* 96. *lib.* 1. & stat Rota in *Leodien. exemptionis Colonorum* 11. *Ianuarij* 1627. *coram R. P. D. Pirouano.*

3 C De hac Religione Hierosolimitana, † & aliquibus eius priuilegijs, & vnione Beneficiorum vide quæ scripsit *Eug. cons.* 43. *& cons.* 44. *lib.* 1.

## COLVMBAE.

*SVMMARIA.*

*Columbas domesticas, vel alterius capiens, seu vendens punitur per tot. vbi etiam de aucupio illarum,*
*Idem de Iure communi quo pœna furti intrat num. 1.*
*Columbaria fert fructus, & potest locari num. 2.*

COlumbas domesticas, vel alias alterius capere est prohibitum sub poena, imo etiam venditio illarum, & aucupium prohibentur, vt latè in Stat. rubr. 172. lib. 3. fol. 54. vbi etiam habetur alia lex vulgari sermone promulgata, & vide etiam rubr. 214. §. & quia praui. dicto lib. 3. fol. 64. vide etiam in Bannim. Gener. num. 87. & 88.

### Adnotationes.

1 De Iure communi † etiam prohibetur quis capere has columbas, & intrat pœna furti. *l. Pomponius. §. 1. ff. famil. ercisc. Cepoll. de seruit. vrb. præd. cap.* 77. & vide super simili Statuto nostro. *Carpan. ad Stat. Mediol. par.* 2. *cap.* 442. *&* 445.

2 Columbaria fert fructus. *l. si vsusfructuarius. §. in viuarijs. ff. de vsufr. & ibi not. Florian. Cepol. d. cap.* 77. *num.* 2. & ideo potest locari vt contra *Corn. cons.* 237. *in fine lib.* 2. concludit *Neguz. de Pignor. par.* 5. *mem.* 5. *num.* 8. *&* 9. sequitur *Caroc. de locat. tit. de Columb num.* 2. *&* 3. *fol.* 142. & de conductore, qui promisit restituere Columbariam columbis refertam vide *Ciriac. contr. forens. tom.* 2. *contr.* 229. *num.* 23. *& seqq.* vbi quod tenetur etiam si sit destituta sine ipsius culpa, & multa ponit de Columbis, & Pipionibus.

## COMESTIBILIA, seu Victualia.

*SVMMARIA.*

*Comestibilia causa reuendendi quando, à quibus, & quo tempore, ac loco non possint emi in princ.*
*Collegiati Artis Pullariorum sunt priuilegiati in hoc ibidem.*
*Vendere possunt omnes comestibilia vers. Possunt.*
*Nec soluitur Gabbella ibid. & num. 4.*
*Officialis Communis, seu Plateæ est Iudex in prædictis vers. Officialis.*
*Causæ super venditionibus rerum ad vsum, seu cibum, & potum sunt summariæ vers. Causæ.*
*Comestibilium, seu victualium appellatione, quæ veniant num. 1.*
*Esculenta, & poculenta quæ sint num. 2.*
*Statutum quod quilibet singulo die mittat ad Plateam victualia, valet num. 3.*

COmestibilia causa reuendendi quando, à quibus, & quo tempore, & loco non possint emi vide Statut. rubr. 47. lib. 4. fol. 14. vbi etiam de Collegiatis Artis Pullariorum, qui sunt in aliquibus priuilegiati, vide etiam rubr. 49. §. quod ex nunc vbi prohibetur emptio Piscium exterorum ad reuendendum & rubr. 52. & rubr. 53. d. lib. 4. fol. 16. Possunt omnes vendere Co-
A mestibilia, vt d. rubr. 47. §. cuilibet. lib. 4. fol. 14. A Nec soluitur Gabbella, vt d. rubr. 49. §. ita ordinamus

B dinamus. d. lib. 4. fol. 15. B Officialis Communis potest, tenetur, & debet de supradictis inquirere, & à contrafacientibus pœnas exigere dicta rubr. 512. lib. 4. in addit. fol. 16. & dicam ver. Officialis Communis, seu Plateæ. Causæ super venditionibus rerum ad vsum, seu cibum, & potum paratarum sunt summariæ. Stat. rub. 3. vers. & in causis quæ sunt. lib. 2. fol. 3.

## Adnotationes.

1 Comestibilium, seu Victualium appellatione, † quæ veniant vide *Surd. de alim tit. 4. quæst. 22. num. 2.*

2 Esculenta, & poculenta, † quæ sint vide *Afflict. in Constit. Reg. rubr. 41. de offic. Capit. à num. 27. vers. XV. nota lib. 1. quem refert Carpan. ad Stat. Mediol. lib. 2. cap. 461.*

3 A Imo quod victualia † quilibet singulo die conferat ad Plateam Statuto fieri potest. *Surd. d. tract. de Alim. tit. 1. quæst. 77. num. 7.*

4 B De non impediendo deferentes † victualia, adest Statutum etiam Mediolani de quo *Carpan. d. par. 2. cap. 178.*

# COMITATVS Comitatensis.

### SVMMARIA.

*Comitatus Ciuitati Perusiæ fuit restitutus per Iulium III. in princ.*

*Exemptiones, & priuilegia in præiudicium Ciuitatis reuocata fuerunt, præterquam respectu quorundam Castrorum vers. Exemptiones.*

*Comitatenses, seu illorum filij quando per habitationem gaudeant priuilegio Ciuilitatis vers. Comitatenses.*

*Comitatenses effecti Ciues non possunt habere officium Prioratus, seu Camerariatus, nisi post duodecim annos vers. Non possunt.*

*Comitatenses offendentes Ciues grauius puniuntur vers. Offendens.*

*Personæ particulares quādo teneantur pro debitis Vniuersitatum vers. Particulares.*

*Venientes ad Ciuitatem de Comitatu in die Sabbati non possunt capi pro aere alieno vers. Venientes.*

*Vicarij Comitatus quam iurisdictionem habeant in habitantes Comitatum vers. Circa.*

*Comitatus quid sit, quid Diœcesis, quid Territorium, quid Districtus num. 1.*

*Comitatenses obseruare debent Statuta Ciuitatis n. 2.*

Totus Comitatus fuit restitutus Ciuitati Perusiæ per Iulium III. vt in princ. eius Breuis dati 11. Kal. Maij 1553. in 6. regist. fol. 112. Exemptiones, & priuilegia omnia concessa Castris, seu Pagis Comitatus, & personis singularibus quoad Ciuitatem reuocauit Pius IV. sub die 22. Iunij 1560. vt in 7. reg. fol. 7. quod tamen fuit declaratum non habere locum respectu nonnullorum, nempè Castrorum Formarum, Sanctæ Helenæ, & Sanctæ Agnetis, vt in literis Cardinalis Borromæi sub die 1. Ianuarij 1562. & sub die 4. Iunij eiusdem Anni in d. 7. reg. fol. 11. & 19. Comitatenses, seu illorum filij, qui habitassent familiariter Ciuitatem, an & quando gaudere debeant priuilegio Ciuilitatis vide Statut. rubr. 128. §. saluo. lib. 1. fol. 47. & rubr. 203. eodem lib. 1. fol. 68. sed tamen hodie videtur obseruanda rubr. 561. §. item qui. d. lib. 1. vbi quod requiritur consensus DD. Priorum, & Camerariorum, & vide ver. Ciuis. Non possunt isti Comitatenses effecti Ciues habere officium Prioratus, vel Camerariatus per duodecim annos à die obtentæ Ciuilitatis Stat. rubr. 209. §. fin. lib. 1. fol. 70. & dicam ver. Priores Ciuitatis, & dixi ver. Camerarius. Offendentes Ciues grauiori pœna puniuntur Statut. rubr. 22. §. semper. lib. 3. fol. 18. & dixi ver. Ciuis. vers. Si quis. Particulares personæ an, & quando pro debitis eorum Vniuersitatum molestari, vel grauari possint vide Stat. rubr. 17. in princ. & in fine lib. 2. fol. 7. & dicam ver. Vniuersitas. Venientes ad Ciuitatem in die Sabbati pro quibusdam debitis Ciuilibus capi minimè possunt rubr. 61. §. volumus. & in fine addit. lib. 3. & dixi ver. Carcer. vers. Venientes. Circa iurisdictionem Vicariorum in habitantes Comitatum dixi ver. Ciuis. vers. Ciues ruri. & dicam ver. Vicarij Comitatus, Vide ver. Castrum, seu Pagus.

## Adnotationes.

1 Comitatus quid sit, † quid Diœcesis, & quid Territorium ponit *Afflict. in Prax. §. 7. cap. 1. pag. 65.* & de Comitatu, & Districtu vide *Galgan. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 7. num. 10. & num. 30.* Statuta † Ciuitatis sunt etiam obseruanda à Comitatensibus. *Corn. cons. 224. num. 3. lib. 2.* & dixi ver. Castrum num. 4.

# COMPENSATIO.

### SVMMARIA.

*Compensationis exceptio quando possit opponi ad impediendam executionem in princ. & num. 1.*

*Probari quomodo debeat ibid. & num. 2.*

*Relictum ab vxore marito compensatur cum lucro dotis, quod lucratur maritus, ex Statuto, vers. Compensatur.*

Compensationis exceptio quantitatis purè, & liquidè debitæ potest opponi contra instrumentum, illiusque petitam executionem Stat. rubr. 29. §. contra confessiones. lib. 2. fol. 18. & quatenus ex eodem Statuto in §. & opponens

probatio

probatio deberet fieri per publicum instrumentum, vel aliam scripturam similem, poterit probatio etiam huius exceptionis fieri per testes, & omne genus probationis, si obtineatur habilitatio à Superiore, vt in fide Collegij Dominorum
A Causidicorum sub die 19. Septembris 1578. A
Compensatur cum lucro dotis debito marito omne id, & totum, quod vxor eidem reliquerit Stat. rubr. 15. §. saluo quod. lib. 2. fol. 7. de quo dicam ver. Dotis lucrum.

## Adnotationes.

1 De huiusmodi exceptione † an, & quando admittenda sit vide *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 42. num. 148. & num. 172. cum seqq. & cap. 158. num. 108. & seqq. Carol. de Grass. de except. ad Stat. excluden. exc. 16. Galles. de obligat. Cam. quæst. 18. num. 6. &*
2 *Zach. ad eum num. 8. & seqq.*

A Quod huiusmodi exceptio † possit probari per duos testes Statuto non obstante. *Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 96. num. 27.*

## COMPROMISSVM.

### SVMMARIA.

*Statutum de Compromissis, & Reformationes sunt confirmatæ à Papa in princ. & ponitur tenor confirmationis.*
*De Compromissis Doctores tractantes referuntur n. 1.*
*Statutum de Compromissis est fauorabile vide num. 2. & 3.*
*Statutum Perusinum de Compromissis est in viridi obseruantia num. 3.*

STatutum antiquum de Compromissis est lib. 2. rubr. 27. super cuius confirmatione est Breue Iulij II. de anno 1508. quod est in Cancell. Comm. in 5. Reg. Bull. fol. 2. Verum occasione Reformationū dicti Statuti emanauit alia confirmatio Gregorij XIII. data die 13. Octob. 1575. in 7. Reg. fol. 89. in qua confirmatur Statutum d. rubr. 27. lib. 2. necnon reformationes desuper factæ, & in posterum faciendæ, cuius confirmationis tenor est sequens. Extra, DILECTIS FILIIS Prioribus Artium, & Populi Communitatis, & Hominum Ciuitatis nostræ Perusinæ. DILECTI FILII salutē, & Apostolicam benedictionem. Expositum nuper Nobis fuit pro parte vestra per dilectum filium Io: Paulum Lancellottum V.I.D. Conciuem vestrum, quod in volumine Statutorum lib. 2. rubr. 27. inter alia extat Statutum de Compromissis faciendis de causis, differentijs, & controuersijs inter quoscumque vertentibus, quod hucusque semper fuit in viridi obseruantia. Verum quia nonnulli viri litigiosi dispositionem præfati Statuti varijs modis effugere satagunt, & si præfato Statuto aliquo pacto derogaretur, eidem Ciuitati Ciuibus, & Communitatibus valde perniciosum esset. Quare Nobis humiliter supplicare fecistis quatenus desuper de benignitate Apostolica prouidere dignaremur. Nos igitur, qui commoditatibus subditorum nostrorum omni studio intendimus vestris supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica tenore præsentium vos, & vestrum quemlibet à quibusuis excommunicationis, suspensionis, interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existitis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore cēsentes Statutum huiusmodi cum reformationibus, & modificationibus desuper hucusque factis, & per vos in posterum legitimè faciendis, quatenus, vt præfertur in viridi obseruantia existat, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illudque ab omnibus, & singulis dictæ Ciuitatis Ciuibus, Incolis, & Comitatiuis perpetuò, & inuiolabiliter obseruari mandamus, nec illi quouis modo directè, vel indirectè derogari posse, nisi ex certa scientia nostra, & per cedulam manu propria nostra, & pro tempore existentis Romani Pontificis signatam, ac citatis quorum interest, & de expresso ipsorum consensu apud acta Notarij causæ, seu causarum huiusmodi redigendo, & per Consilium generale dictæ Ciuitatis, nemine pœnitus discrepante, approbando. Nec sub quibusuis derogationibus, limitationibus, inhibitionibus, aut contrarijs dispositionibus vllo modo comprædhendi posse, & quoties illæ emanabunt, statim Statutum prędictum in pristinum restitutum, & reualidatum censeri, & aliter factas derogationes, & illarum, seu alterius rescripti, aut auctoritatis vigore, inhibitiones quorumcumque irritas, & inanes, & nullius roboris, & momenti existere decernimus, & nihilominus auctoritate, & tenore prædictis, omnibus, & singulis Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Potestatibus, eorumque Collateralibus, ac alijs dictæ Ciuitatis, eiusque Comitatus, & Districtus Iudicibus, iniungimus, & mandamus, quatenus Statutum prædictum inuiolabiliter obseruent, & obseruari faciant, & mandent, & partes ab eodem Statuto comprædhensas, iuxta illius continentiam, & tenorem, quacumque inhibitione, & derogatione alias quam vt præmittitur, emanata, non obstante ad compromittendum iuris remedijs compellant, & cogant. Necnon quibusuis Compromissarijs, seu Arbitris, vigore dicti Statuti electis, seu deputatis, vt ad expeditionem causarum

sarum compromissarum huiusmodi vsque ad laudum, illiusque executionem, iuxta dicti Statuti formam procedant. Non obstantibus præmissis, necnon Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac alijs dictæ Ciuitatis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris die 13. Octobris 1575. Pontificatus nostri Anno quarto. Cæsar Glorierius.

## Adnotationes.

1 De Compromissis habes tractatum † *Marci Antonij Blanci*, & super simili Statuto vide *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 115. *& seqq.* multa etiam ponit *Marant. de ordin. Iudic. par.* 6. *act.* 2. *pag. mihi* 380. *& seqq.* & vide etiam quæ super Statuto Vrbis scripsit *Galganett. lib.* 1. *cap.* 100. vbi in principio firmat,
2 quod Statutum † huiusmodi est à Iure communi approbatum, & fauorabile, sed quia hoc nostrum cogit non solum consanguineos, & affines ad compromittendum, sed etiam alias quascumque personas, *vt in cap.* 1. ideo quod sit odiosum in hac parte vide *Honded. cons.* 9. *num.* 12. *& cons.* 84. *num.* 49. *lib.* 1.
3 Statutum hoc est in viridi † obseruantia in omnibus Curijs, & Tribunalibus, vt fidem fecerunt Domini Causidici sub die 12. Iulij 1601. & quod inter omnes personas in dicto Statuto compræhensas, testati fuerunt in alia fide sub die 21. Maij 1612. Sed vide quæ dicuntur in Adnot. ad cap. 1. vbi etiam an confirmatio Gregorij XIII. sit in forma specifica. Quod sit
4 fauorabile, † & in viridi obseruantia dixit Rota in *Perusina Hæreditatis vltima Ianuarij* 1614. *coram bo. me. Dunozetto*, quæ decisio est in fine Operis, *decis.* 28. *num.* 9. *&* 10.

Reformationum autem factarū vsque ad diem 28. Decembris 1585. tenor est vt infra.

## Inter quas personas Compromissum sit faciendum. Cap. I.

PRæsenti capitulo duximus statuēdum, quod tam inter consanguineos, & affines, quam alias quascumque personas, causæ lites, quæstiones debeant compromitti iussu D. Potestatis, vel Capitanei, vel Iudicis illius Curiæ, coram quo erit causa, lis, vel controuersia, siue fuerit inter ciuem, & ciuem, siue inter ciuem, & comitatensem, siue districtualem, siue inter comitatensem, & comitatensem, siue inter comitatensem, & forensem, siue inter ciuem, & forensem, siue inter forensem, & forensem, siue inter clericum, & laicum, vel secularem, siue inter maiorem, & minorem vigintiquinque annis, siue inter maiorem, & minorem etiam pupillum, vel pupillos, siue inter minorem, & minorem, siue inter filios familias, & cum filijs familias, siue etiam lis esset cum aliqua vniuersitate, corpore, vel collegio agente, vel defendente, tam religiosarum, quam secularium personarum.

## Adnotationes.

### SVMMARIA.

*Compromittere quis non cogitur de iure communi n.* 1. *nisi Statuto aliter caueatur vt Perusiæ num.* 2.

*Minores, & Pupilli coguntur compromittere ex Statuto num.* 3. *vbi de tutore, & curatore, sed an sint necessariæ solemnitates requisitæ in contractibus vide num.* 5.

*Statutum de compromissis est in viridi obseruantia num.* 4.

*Vniuersitates nō comprehenduntur in Statuto de compromissis num.* 6. *vbi secus stante specifica mentione.*

*Vidua comprehenditur in Statuto de Compromissis num.* 7.

*Ecclesia, & Ecclesiastica persona an comprehendantur in Statuto de Compromissis vide num.* 4. *& num.* 8. *cum seqq. vsque in finem.*

*Statutum de Compromissis est confirmatum in forma specifica num.* 9. *& seqq. sed contra num.* 24. *& seqq.*

*Confirmatio Apostolica non extendit confirmatum num.* 22. *&* 23.

1 De Iure communi nemo cogatur † compromittere. *l. diem proferre. §. stari ibi, & sibi imputet, quis compromisit. ff. de recept. Arbitr. Hond. cons.* 9. *num.*
2 9. *lib.* 1. Tamen vt vides Statutum aliter † disponit cogens omnes etiam non consanguineos, & affines, vt cōsideraiut etiam Rota in *Perusina prætensi compromissi* 16. *Aprilis* 1602. *coram Litta*, quæ est in fine, *decis.* 19. *num.* 2. & in supra citata *Perusina Hæreditatis vltima Ianuarij* 1614. *coram Dunozetto*, quæ
3 est *decis.* 28. *num* 9. & quidem etiam Minores † imo Pupillos quos Statutū generaliter loquens non compræhenderet, vt tenuit *Bart. cons.* 40. *lib.* 2. licet in hoc contraria opinio videatur verior, vt per *Rol. de lucr. dot. quæst.* 44. *num.* 4. *& num,* 9. *cum seq.* vbi quod tutor, & curator coguntur compromissum facere stante Statuto licet voluntarium compromissum facere non possint, de quo etiam vide vltra citatos per eum post *Angel. cons.* 212. *Dec. cons.* 22. *num.* 2. *vers.* 2. *non obstat. & Iof. Ludou. decis. Peruf.* 2. *num.* 12. *&* 16. & quod Statutum hoc sit in viridi ob-
4 seruantia † in omnibus Curijs, & Tribunalibus, tam inter Ciues, quam Comitatenses, & exteras personas, Pupillos, Viduas, Personas ecclesiasticas, & loca pia, tam in agendo, quam defendendo testati fuerunt collegialiter Domini Causidici sub die 12. Iulij 1601, siue petitum fuerit compromissum à minore contra maiorem, siue à maiore contra minorem, & etiam pupillum, vt in alia fide eiusdem Collegij sub die

die 21. Aprilis 1608. & generaliter inter omnes per-
ſonas in dicto Statuto comprahenſas, vt in alia fide
de qua etiam ſupra in principio dictum eſt ſub die 21.
5 Maij 1612. Sed quoad minores † an requiratur ſo-
lemnitas requiſita in contractibus vide *Ioſ. Ludou. de-
ciſ. Peruſ.* 2. vbi in compromiſſo facto à tutore *Eug.
conſ. 7. lib. 2. Peregr deciſ. Patau.* 88. *num.* 2. *Car-
pan. ad d. cap.* 115 *num.* 71. *& ſeqq. & Rota deciſio-
nem in Bononienſis Indemnitatis 6. Iunij* 1618. *coram
bo. me. Dunozetto*, quæ eſt in calce, *deciſ.* 121 *num.* 3.
*& ſeqq. & aliam in Peruſina Laudi* 16. *Martij* 1626.
*coram R. P. D. Merlino*, quæ eſt in fine, *deciſ.* 58.
vbi fuit dictum pro nullitate compromiſſi, & laudi
cum in compromiſſo non interuenerint ſolemnitates
requiſitæ à Conſtitutione Marchiæ, & non fuerit fa-
ctum compromiſſum ex diſpoſitione Statuti, ſed vo-
6 luntariè. Vniuerſitates † non comprahenduntur in
Statuto de Compromiſſis etiam ſub verbis vniuerſa-
libus. *Dec. conſ.* 4. *in fine*, ſed cum in hoc noſtro fiat
illarum explicita mentio ceſſat obiectum, vt conſi-
derauit Rota in dicta *Peruſina prætenſi compromiſſi
coram Litta deciſ.* 19 *num.* 4. ex quarum comprahen-
7 ſione, † & ex verbis generalibus Statuti, & ex obſer-
uantia colligit Rota, quod comprahendatur etiam
Vidua, vt in dicta deciſio per totam. Quo verò ad
8 Eccleſiaſticas perſonas, † quod ligentur hoc Statuto
ex confirmatione Pontificia de qua ſupra in principio
faciunt conſiderata in ſequenti allegatione,

R. P. Suaderi poteſt ex pluribus, quod Statutum
9 Peruſinum † de Compromiſſis ſub rubr. 27. dicatur à
Gregorio XIII. non in forma communi, ſed ſpecifi-
ca, & ex certa ſcientia confirmatum, adeo vt tam-
quam Papale comprehendat etiam Clericos, & eos
aſtringat ad compromittendum ad ea, quæ in propo-
ſito latè tradit *Scacc. in ſua praxi lib.* 2. *cap.* 5. *num.*
204. 205. *&* 206.

10 Et primo, quia dum fuit huiuſmodi † confirmatio
in ſpecie de hoc particulari Statuto facta credēdum
eſt, quod de illo Summus Pontifex notitiam, & cer-
tam ſcientiam habuerit, vt in puncto diſtinguendo in-
ter cōfirmationem generalem plurium Statutorum,
& vnius tantum atteſtatur. *Aret. in conſ.* 8. *num.* 5.
*verſ. nec obſtat*, & hoc ea potiſſimum ratione quo-
niam hoc caſu hæc confirmatio tamquam cauſa ſpe-
cifica producit in eſſe, & dat originem Statuto, & ita
operatur, quod illud Papale dicatur, ſicuti Bal. quem
ipſe Aret. allegat docet *in l ex placito. num.* 6. *C. de
rer. permut.* cum quo poſt *Felyn. Dec. & alios in cap.
cum acceſſiſſent de conſtit. tranſit Surd. conſ.* 38. *num.*
30. *& Gratian. diſcept. forenſ.* 9. *num.* 5. *&* 6.

11 Vlterius & ſecundo, quia Pontifex in dicta † con-
firmatione prohibuit huic Statuto derogari niſi ex
certa ſcientia, ex quo propter hanc prohibitionem,
ſi fuit ablata omnis facultas ipſis ſtatuentibus reuo-
candi dictum Statutū, vt non eſſe dubitandum com-
muniter omnes affirmant, quos allegat *Felyn. in d.
cap. cum acceſſiſſent num.* 9. *&* 21. *& ibi Dec. num.* 7.
8. *&* 9. ergo datur intelligi, quod non fuit hæc in for-
ma communi, quæ notiſſimi iuris eſt nullum ius tri-
buere, & aliquid non operari. *Oldrad. conſ.* 237 *num.*
8. *Bal. conſ.* 130. *num.* 2. *lib.* 1. *& alij communiter in
rubr. & cap.* 1. *de confirm. vtil. vel inutil. & ſignanter
Dec. ibi num.* 5. & in qua non ſolent apponi clauſulæ,
ſeu prohibitiuæ, ſeu decreti irritantus, & propterea
appositè demonſtrant confirmationem ex certa ſci-
entia factam fuiſſe, prout in puncto poſt *Abb in conſ.*
72. *ſub num.* 4. *lib.* 1. *voluit Gabr. conſ.* 200. *num.* 8.
*lib.* 1.

Præterea & tertio, quia admodum inueriſimile eſt,
12 eſt, quod in derogatione † Statuti, & confirmatio-
nis voluerit Papa adhiberi cognitionem, & illam fie-
ri ex eius certa ſcientia, & quod hanc eandem co-
gnitionem non fecerit, ſeu certam ſcientiam de eo
non habuerit quando illud confirmauit, & nihilomi-
nus certi iuris eſt, quod eadem ſolemnitas, quæ adhi-
betur in conſtitutione requiritur, & è contra *Felyn.
vbi ſupra num.* 7. *Bart. in l. actor num.* 9. *ff. rem rat.
haberi. Natt. in l. hac conſultiſſima §. ex imperfecto
num.* 220, *C. de teſtam. cum alijs vt per Surd. deciſ.*
128. *num.* 8. *& ſeq.*

13 Quarto, quia non ſolum ſemel, ſed bis † Pontifex
mandauit huiuſmodi Statutum inuiolabiliter, & per-
petuo obſeruari, quod non arguit formam commu-
nem, ſed certam ſcientiam. *Bero. conſ.* 7. *num.* 16. *lib.*
3. *Eug. conſ.* 4. *num.* 51. *Gabr d. conſ.* 200. *num.* 9.

14 Quinto, quia poſt alias clauſulas additur † non ob-
ſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, quando qui-
dem illa apponitur in confirmatione, manifeſtat Pa-
pam voluiſſe ex certa ſcientia facere. *Dec. in rubr. de
confirm. vtil. vel inutil num.* 5. *& in cap. porrecta
num.* 4. *eod tit. Eug. d. conſ.* 4. *num.* 53.

15 Concludendum eſt igitur, quod ſi vnaquæque † ex
dictis clauſulis de per ſe conſiderata ſufficit ad red-
dendam dictam confirmationem ex certa ſcientia,
vt demoſtratum fuit multo magis id operari debent
cum fuerint in ſimul iunctæ ad corroborationem di-
ctæ confirmationis. *Rol. conſ.* 71. *num.* 47. *&* 50. *lib.*
2. *Eug. d. conſ.* 4. *num.* 54.

16 Maximè quia confirmatio eſt ſimpliciter † facta,
nec in ea reperitur clauſula quatenus Statutum iu-
ſtum, & honeſtum ſit, ſeu contra libertatem Eccle-
ſiaſticam non tendat, vel ſacris Canonibus non ob-
ſtet, quæ in confirmationibus in forma communi ap-
poni ſolent, ex quo dictis clauſulis deficientibus ſem-
per in dubio confirmatio præſumitur ex certa ſcien-
tia facta. *Abb. in cap. ex actam num.* 8. *de confirmat.
vtil. vel inutil. Imol. in cap. venerabilis num.* 4. *eodem
tit.* 2. *Eug d. conſ.* 4. *num.* 56.

Nec prædictis obſtat, quod regulariter quoties
17 non fuerit appoſita dicta clauſula † ex certa ſcientia,
aut non fuit inſertus totus tenor Statuti confirmatio
dicatur in forma communi, & ſic inualida quemad-
modum tradunt omnes *ſcrib. in rub. de confirm. vtil.
vel inutil. Aret. d. conſ.* 8. *num.* 3. *Zabarell. conſ.* 44.
*num.* 4. *& ſeq.* etiam ſi in confirmatione adeſſet clau-
ſula pro expreſſis, vt nouiſſimè diſcurrit *Mareſcott.
var. reſolut. cap.* 47. *num.* 4. *lib.* 2. Quia non habent
18 hęc locum in confirmatione † vnius Statuti tantum,
vt ſuperius ex *Aret. d. conſ.* 8. *ſub num.* 5. fuit com-
probatum, necnon ex pluribus comprahenditur Pa-
pam certam ſcientiam habuiſſe dicti Statuti, quod
ſufficit etiam quod de clauſula ex certa ſcientia non
fuerit facta mentio. *Abb. in c. nonnulli in princ. num.*
8. *de reſcript. Gabr. conſ.* 183. *num.* 15. *lib.* 2.

19 Inſuper & quia cum Papa mandauerit † obſeruari
dictum Statutum iuxta illius continentiam, & teno-
rem idem eſt, ac ſi in dicta confirmatione ſpecifica
inſertio tenoris dicti Statuti facta fuiſſet. *Ant. Gabr.*

*tit. de testam. conclus* 1 1 *num.* 1. *&* 12. *& sequitur Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 134. *num.* 295. *tom.* 1.
20 & ita non obstant in contrarium † allegata; quæ procedunt, & signanter Marescott. in confirmatione cum clausula quatenus sint licita, & honesta, quæ propriè conuenit formæ communi: Clausula enim pro expressis operatur insertionem tenoris in confirmatione. *Bertr. cons.* 2. cuius dicta passim seruari post *Cassad. Sarnen. & alios* testatur *Caputaq. decis.* 72. *num.* 1. *&* 2. *par.* 1.

Quare &c.

Antonius Portius Aduocatus.

*Pro negatiua quod Ecclesiasticæ personæ non ligentur nostro Statuto vide sequentem allegationem.*

R. P. Commissio in qua petitur cogi partes ad compromittendum est reijcienda; de iure enim quis
21 inuitus † cogi non debet ad compromittendum nisi in certis casibus particularibus *Honded. post relatos cons.* 9. *num.* 9. *lib.* 1. Statutum verò loci super compromissis non ligat D. Franciscum, qui est Clericus tanquam Statutum laicorum ad latè tradita per *Surd. cons.* 301. *num.* 12. *& seq. & per Honded. cons.* 3. *num.* 11. *lib.* 1. *qui alios referant.*

22 Non obstat confirmatio Apostolica, † quia illa non operatur, vt compræhendantur personæ, quæ alias ex defectu potestatis statuentium non comprehenderentur, cum de natura confirmationis non sit extendere confirmatum, sed solum corroborare. *Dec. in rubr. de confirmat. num,* 2. *in fin. & num.* 5. *Ruyn. cons.* 12. *num.* 18. *lib.* 3. vbi dicit hoc procedere etiam in confirmatione ex certa scientia. *Surd. cons.* 330. *num.* 18. & in specie quod Statuta à Papa confirmata non ligent Clericos. *Honded. cons.* 20. *num.* 15. *lib.* 2. *qui plures refert.*

23 Et hinc videmus, quod Constitutio Aegidiana † licet sit à Papa confirmata, tamen non compræhendit Clericos, eo quia Aegidius, qui illam edidit habebat solum iurisdictionem temporalem, vt fuit millies à Rota decisum, & præsertim *in Ariminensis diuisionis bonorum* 27. *Iunij* 1608. *coram Reuerendiss. D. Sacrato, & tradit Honded d. cons.* 20. *num.* 8.

Maximè quia ista fuit confirmatio non ex certa
24 scientia, † sed in forma communi, saltem respectu nouarum reformationum, in quibus expressè leguntur etiam Clerici legati, nam sciendum est, quod quando Papa confirmauit Statutum de compromissis in eo non erat facta mentio aliqua de Clericis, sed solum in nouis reformationibus conditis decem annis post dictam confirmationem, vnde respectu illarum non potest dici, quod confirmatio fuerit ex certa scientia cum illas Papa ignoraret, & confirmatio non dicitur ex certa scientia nisi quando Papa plenè causæ cognitione adhibita super actu confirmabili, & inserto toto illius tenore illum authoritate sua corroborat *Seraph. decis* 981. *num.* 2. fuit latè decisum in *Veronensis exemptionis* 27. *Maij* 1594. *coram Cardinali Pamphilio.*

25 Et Papa intelligitur confirmasse futuras † reformationes quatenus essent iustæ, & legitimè. *Rot. decis.* 103. *num.* 37. *p.* 2. *diuers. & decis.* 780. *num.* 6. *p.* 1. & clarè colligitur ex verbo illo, legitimè faciendis, est autem illicitum, quod laici voluerint in eorum constitutionibus compræhendere, & cogere Clericos ad subijciendum se iurisdictioni laicorum maximè absque spe appellationis, reductionis, restitutionis, & cuiuslibet alterius remedij ordinarij, & extra-
26 ordinarij, & quod maximè improbandum † est dirigendo expressè verba in Clericos, cum etiam in casibus, in quibus alias Clerici comptæhenduntur, si expressè illi nominentur non valet Statutum. *Surd. cons.* 301. *num.* 13. *&* 43. *Mohed. decis.* 4. *in fin. de constit.*

Quare &c.

Oliuerius Beltraminus Aduocatus.

*Cum hac causa fuisse proposita in Signatura Sanctissimi à R P. D. Florauantio fuit pro hac secunda opinione negatiua resolutum.*

## In quas Personas non possit compromitti. Cap. II.

CAusæ, lites, & controuersiæ non compromittantur, nec compromitti possint in D. Potestatem, vel Capitaneum, vel Iudicem Iustitiæ, vel aliquem Officialem Ciuitatis Perusiæ, vel aliquem ex eorum Iudicibus, vel in aliquem Officialem forensem dictæ Ciuitatis, vel in aliquem ex Dominis Prioribus Artium ipsius Ciuitatis, sub nomine officij, vel priuato nomine, vel in aliquem, qui sit, vel esset de Collegio Doctorum, vel Aduocatorum, vel Consortij Notariorum Ciuitatis Perusiæ: nec aliquis de prædictis personis possit in dictis compromissis in tertium arbitrum, vel arbitratorem assumi, eligi, vel vocari.

### Adnotationes.

*S V M M A R I A.*

*Arbitri, qui non possint esse de iure communi num.* 1.
*Fœmina, & Monachus licet non possint esse Arbitri, possunt tamen esse Arbitratores num.* 2.

1 Qui non possint esse Arbitri † de iure communi ponit *Blanc. de Compromiss. quæst.* 2. vbi latè plures personas incapaces enumerat. In fœmina, & Mona-
2 cho quod licet non possint esse Arbitri, †, attamen possunt esse Arbitratores vide *Rotam coram Ludouisio decis.* 204. *num.* 1. *vsque ad* 19.

## De quibus rebus non possit fieri compromissum. Cap. III.

CAusæ, & controuersiæ non excedentes summam, vel valorem vigintiquinque librarum denariorum non possint compromitti, nec super ipsis compromissum peti, vel fieri, & Iudex

dex coram quo talis cauſa verteretur neminem cogat ad compromittendum; ſeu compromiſſum faciendum, ſed per ſe ipſum tales cauſas diffiniat, & terminet ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, etiam per delationem iuramenti, ſiue relationem, prout Iudici videbitur. Nec etiam poſſint litigantes cogi ad compromiſſum faciendum, eo caſu quo actor reo, vel reus actori vellet deferre iuramentum ſuper tota lite, quæcumque ſit, & de quacumque, & quantacumque re, vel quantitate, intereſſe, vel facto; ſed dicto caſu etiam debeat per iuramentum terminari, ſub pœna centum librarum denariorum Iudicibus, & cuilibet eorum ſecus facientibus, vel procedentibus in prædictis. In quam pœnam debeant per eorum Sindicatores condemnari. Nec in cauſis criminalibus, nec dependentibus ab eis criminaliter intentatis. Nec in cauſis inſinuationum teſtamentorum, nec codicillorum, nec legatorum, nec vltimarum voluntatum, nec donationum, nec in cauſis vbi peteretur executio inſtrumentorum confeſſionatorum, nec vbi peteretur executio alicuius ſcripturæ, quæ haberet vim inſtrumenti confeſſionati, ſecundum diſpoſitionem Statutorum dictæ Ciuitatis. Nec etiam vbi aliquē peteretur conſeruari indemnem. Nec etiam vbi eſſet cauſa cum Commune Peruſię, nec in alijs caſibus à Statutis expreſſis: In quibus cauſis nec aliqua earum compromiſſum peti non poſſit.

## Adnotationes.

### SVMMARIA.

*Inſtrumentorum cauſæ non compromittuntur num. 2. vbi quando ſecus num. 3. 4. & 7.*

*Aliæ plures cauſæ, quæ non compromittuntur ex Statuto vltra relatas in hoc cap. 3. ponuntur num. 5.*

*Cauſæ quæ de iure non compromittuntur non obſtante Statuto num. 6.*

Ad materiam huius Cap. vide etiam Cap. 6. vbi ponuntur exceptiones impedientes compromiſſum.
1 Quoad cauſas Caſſationum, † & Inſinuationum hic
exceptas concordat Statutum *rubr. 1. §. & etiam x*
2 *dictus. lib. 1. fol. 3.* Quoad cauſas † Inſtrumentorum
vide *Bal. conſ. 38. lib. 5. Ioſ. Ludou. deciſ. Peruſ. 47. num. 18. & Hond. conſ. 9 num. 2. & ſeqq. & num. 16. cum ſeq. lib. 1. & Rotam in Peruſina Hæreditatis vltima Ianuarij 1614. coram bo. me. Dunozetto*, quæ eſt in fine, *deciſ. 28. num. 1. & ſeq* vbi quod cauſa teſtamentorum eſt excepta à Statuto, & quod de iure communi compromiſſi petitio non admittitur in iudicio executiuo. An autem peti poſſit compro-
3 miſſum ſuper exceptionibus, † quæ opponerentur
contra inſtrumentum vide *Chartar. deciſ. 76. num. 3.*
4 *& 8.* & quod poſſit peti ſuper inſtrumento † quando
factum in eo contētum offuſcatur ex aliquibus probationibus. *Surd. conſ. 452. num. 50. lib. 3.* Vltra cauſas in hoc Cap. expreſſas non compromittuntur ex
5 Statuto † Cauſæ Appellationum, *vt rubr. 28 in princ. lib. 2. fol. 17.* & Recurſuum *rubr. 81. §. ſaluo. verſ. & quod ſuper. lib. 1. fol. 36.* Nec cauſæ ſummariæ compræhenſæ ſub *rubr. 3. de ſumm. cognit. verſ. in Cauſis verò. lib. 2. fol. 3.* Nec ſi vxor, quæ receſſit à viro petat alimenta. *rubr. 33. §. & quia. lib. 2. fol. 21.* Nec ſit ſuper libello diffamatorio. *rubr. 49. lib. 2. fol. 27.* Nec ſi ageretur contra laboratores cauſa laboritij, *rubr 50. §. ſtatuimus quod nullus. lib. 2. fol. 27.* & ſi quis vellet ædificare in re ſua, vel à ſe poſſeſſa non fit compromiſſum. *Statut. rubr. 60. §. ſi verò. lib. 2. fol 31.* In cauſis Hoſpitalis S. Mariæ de Miſericordia debet procedi cū Compromiſſo, vel non prout Prioribus eiuſdem Hoſpitalis videbitur *rubr. 166. circa medium. lib. 1. fol. 55.* & ſic in alijs Hoſpitalibus ſeruandum eſt *rubr. 1. col. 2. lib. 1. fol. 3.* In cauſis Priuagiorum, & Cloacarum non poteſt peti Compromiſſum *rubr. 41. verſ. & nihilominus. lib. 4. fol. 12.*
6 Alias cauſas, quæ de iure † non compromittuntur
non obſtante Statuto, ponit *Carpan. d. cap. 115. num. 14. & ſeqq.* & ſignanter, quod non compromittantur cauſæ meri, & mixti Imperij *idem num. 27. Peregr. deciſ. Patau. 46. num. 8.* vbi exemplificat in cauſa appellationis. *Honded. conſ. 84. num. 48. lib. 1.* vbi de cauſa reſtitutionis in integrum, & *Ioſ. Ludou. deciſ. Peruſ. 47. num. 8. & 14.* vbi de cauſa immiſſionis.
7 Quod fiant compromiſſa ſuper reſtitutione † fidei-
commiſſorum, & ſuper liquidatione fructuum eorundem teſtati fuerunt Domini Cauſidici ſub die 21. Aprilis 1666. in fine.

## Quando & intra quæ tempora debeat, vel poſsit compromiſſum peti. Cap. IV.

COmpromiſſum autem petendum eſſe infra quintam diem motæ litis per actorem; lis autem, quæſtio, vel controuerſia intelligatur eſſe mota per porrectionem libelli, vel aliqualis petitionis, & vnicam citationem, ſiue ab actore fiat talis compromiſſi petitio, ſiue à reo conuento in ſuis exceptionibus, vel etiam principaliter extra ipſas exceptiones, infra quintam diem, & non vltra.

## Adnotationes.

### SVMMARIA.

*Tempus petendi compromiſſum quomodo intelligatur num. 1. & ſeq.*

Quod excludatur à compromiſſo is, qui non petijt intra quintam diem ex hoc Statuto. *Ioſ. Ludou. de-*
1 *ciſ. Peruſ. 47. num. 12.* Et terminus † quinque die-
rum non incipit currere niſi à die decretæ copiæ petitionis, ſi tamen copia illius non fuiſſet tranſmiſſa in citatione, ita fuiſſe de ſtylo atteſtati fuerint Do-

mini Causidici antiqui de anno 1576. vt est fides in quodam processu agitato inter D. Marcum Valerianum, & hæredes Capitanei Laurentij Nardutij manu D. Octauiani Aurelij, & idem infexerunt posita recentiores sub die 9. Decembris 1600. in illa fide, in qua
2 etiam fuit dictum, † quod quando Reus fuit citatus ad accipiendum copiam libelli pro prima die, & hora Iuris non currit dictum tempus, nec tenetur comparere nisi prima de Iuris ad accipiendam dictam copiam, quamuis plures dies feriati lapsi sint.

## De modo, & ordine obseruãdo in procedendo, & pronunciando in causa petitionis compromissi. Cap. V.

QVilibet autem Iudex ciuilium causarum adhibitus super petitione compromissi teneatur, & debeat, in procedendo, & pronunciando super huiusmodi causis, infrascriptum modum, & ordinem obseruare, videlicet. Quod statim producto libello, super quo compromissum petitur fieri dictus Iudex teneatur, & debeat ad instantiam Actoris citari facere per publicum Baiulum Communis Perusiæ personaliter, vel ad domum suæ solitæ habitationis reum conuentum ad recipiendum, & accipiendum copiam libelli, seu petitionis, & opponendum contra. Et ipso reo conuento existente contumace ad prædicta, tunc Iudex terminum quinque dierum ad opponendum contra dictam petitionem in absentia ipsi reo teneatur assignare, & ibi notificari facere. Et si per reum conuentum nihil opponatur, dictus Iudex ad compromissum faciendum procedere teneatur, & debeat, secundum formam inferius traditam. Et si nihil fuerit oppositum, teneatur, & debeat Iudex mandata legitima (si per Procuratorem agetur, & legitimanda venirent) & decimum soluendum per petentem compromissum, & causam compromittendam pronunciare.

## Adnotationes.

### SVMMARIA.

*In compromissis attenditur facies petitionis, & libelli num. 1.*

*Pronuncia Iudicis qualis debeat esse num. 2.*

*Mandatum ad petendum compromissum requiritur, & quale num. 3.*

Ad obtinendum vt causa compromitti debeat sta-
1 tur † narratis in petitione, & sola facies libelli, & petitionis attenditur. *Corn. cons. 46. lib. 2. cum alijs per Honded. cons. 9. num. 24. lib. 1.* vbi quod narrata decum coram Arbitro iustificantur, & vide eundem *cons. 84. num. 5. & num. 29. cum seqq. d. lib. 1.* Quo
2 verò ad pronunciam † Iudicis super compromisso faciendo, quod debeat continere mandata legitima, decimum soluendum, & causam compromittendam scripsit *Corn. cons. 269. num. 2. in fine lib. 4.* & quod hæc pronuncia sit necessaria. *Gozad. cons. 71. num. 8. vers. 6.* vbi etiam quod debet ab aliqua parte peti, quod etiam scripsit *Galganett. ad Statut. Vrb. lib. 1. cap. 200. vers. ad instantiam, num. 40.* & dum requi-
3 runtur † mandata Procuræ legitima, Aduertendum est, quod petens compromissum debet habere mandatum legitimum à principale, & sic speciale; licet in reo admittatur Procurator cum mandato generali; sed quando est pronunciatum super compromisso faciendo ad electionem Arbitrorum requiritur speciale mandatum etiam respectu interuenientis pro Reo, & ita obseruatur de stylo, & vide ad hoc *Blanc. de Compromiss. quæst. 3. num. 56. vers. fin. Benint. decis. Bononien. 21. num. 1. & seqq. Eug. cons. 1. num. 47. lib. 1. & Carpan. ad d. cap. 115. num. 124. & seq.* & in Manto vide *Corn. d. cons. 269. num. 1. & seqq. lib. 4.*

## De exceptionibus impedientibus compromissum. Cap. VI.

SI Reus per se, vel alium legitimè comparuerit, & copiam petierit, assignetur ei terminus quinque dierum ad opponendum: & si intra dictum terminum exceptionem dilatoriam, vel declinatoriam opposuerit, ipsas exceptiones probare teneatur, & debeat infra octo dies, à die obiectionis ipsarum exceptionum, super quibus exceptionibus ipse Iudex infra duos dies proximè sequentes, post dictos octo dies teneatur, prout iuris fuerit, pronunciare, & denique in causa procedere ad compromissum faciendum, si per dictum Iudicem huiusmodi exceptiones reiectæ fuerint. Possint tamen, vltra supradictas exceptiones, in supradicto termino opponi contra dictum libellum, exceptio rei iudicatæ, exceptio præscriptionis etiam permissa per formam Statutorum Ciuitatis Perusiæ, exceptio solutionis, & satisfactionis probanda per publicum instrumentum, exceptio, quod quis non debeat audiri secundum formam Statutorum Perusiæ, & exceptio litis pendentiæ. Quas exceptiones opponens, debeat probasse infra terminum octo dierum, à die productionis ipsarum exceptionum, & si non probarentur, Iudex ad compromissum faciendum procedat, secundum formam inferius traditam.

## Adnotationes.

*S V M M A R I A.*

*Terminus iste quibus, & quando non currat num. 1. & 2.*

*Exceptiones impedientes compromissum examinantur relatiuè num. 3.*

Terminus octo dierum assignatus Reo in hoc Cap.
1 8. ad probandum exceptiones non currit † impedito facto Actoris non declarantis tempus, & causam contentorum in libello de quo in Cap. sequenti, ita respondit *Hond. cons.* 27. *num.* 37. *lib.* 1. nec quoties disputatur de aliquo emergenti, *vt per eundem num.*
2 38. & non intrat † dispositio huius Cap. vbi Iudex non processit ad compromissum faciendum, sed passus est extra terminum exceptiones probari, vt dixit *Rota in supra allegata Perusina hereditatis coram Dunozetto*, quæ est in fine, *decis.* 28. *num.* 7. Quo verò ad
3 exceptiones permissas † ad impediendum compromissum in hoc Cap. 6. super exceptione rei iudicatæ vide *Honded. cons.* 84. *num.* 38. *& seqq. lib.* 1. *& Rota decisionem in alias allegata Perusina hereditatis coram Dunozetto, quæ est decis.* 28. *num.* 6. super exceptione præscriptionis *Blanc d. tract. de Compromiss. quæst.* 1. *in princ. num.* 46. & super hoc Statuto *Corn. cons.* 117. *& cons.* 142. *lib.* 1. *& cons.* 46. *num.* 15. *& seqq. lib.* 2. *Honded. d. cons.* 84. *lib.* 1. quando autem intret præscriptio ex nostro Statuto dicam ver. Præscriptio. Super exceptione solutionis vide quę in simili de Statuto reijciente omnes exceptiones, quod non censeatur reijcere hanc exceptionem solutionis tradit *Carol. de Grass. de except. ad Stat. exclud. exc.* 15. vbi etiam de probatione illius facienda per publicum instrumentum, vt cauetur in hoc Cap. 6. Super exceptione quod quis non debeat audiri vide quæ dixi ver. Audientia. Super exceptione verò litis pendentiæ vide *Honded. cons.* 9. *num.* 8. *& num.* 39. *cum seqq. lib.* 1. *& cons.* 95. *num.* 36. *lib.* 2. An autem admittatur exceptio discussionis vide *Corn. d. cons.* 46. *num.* 2. *& seqq. lib.* 2.

## De declaratione libelli, & sententia super exceptionibus ferenda. Cap. VII.

NE autem generalitate libelli reus decipiatur, & defensio sibi competens ex dictis exceptionibus, vel aliqua earum, ipsi reo tollatur, volumus, & ordinamus, quod ad petitionem ipsius rei, actor teneatur, & debeat declarare tempus, & causam omnium deductorum in suo libello coram Iudice producto, quæ tamen libelli substantiam respiciant, & ex quibus ipse reus exceptiones ab eo proponendas, & à Statuto permissas, fundare possit, teneatur tamen dictus reus infra terminum quinque dierum, à die latæ, vel oblatæ copiæ libelli, seu petitionis, petere declarari omnia, & quæcumque voluerit per actorem declarari, & dicto termino elapso, non possit vlterius petere aliquid declarari, & facta dicta petitione per reum, teneatur actor declarare vt supra, infra breuem terminum, Iudicis arbitrio statuendum, per quam declarationem constare, & declarari possit per Iudicem causæ, dictas exceptiones obstare, vel non obstare, prout iuris fuerit, super quibus omnibus exceptionibus præfatus Iudex teneatur, & debeat pronunciare, & per suam sententiam diffinire; & si viderit exceptiones ipsas non fore probatas, statim infra duos dies proximè sequentes post terminum ordinatum ad probandum huiusmodi exceptiones teneatur, & debeat dictus Iudex mandata legitima, si per Procuratorem ageretur, & legi mandata venirent, & decimum soluendum per petentem compromissum, & causam compromittendam pronunciare. Nec possit Iudex dictas exceptiones, nec aliquam earum partibus reseruare, & ipsas fore, & esse per arbitros, & arbitratores discutiendas, vel examinandas, tamquam concernentes, merita causa, seu causarum, pœna ipsi Iudici quinquaginta librarum denariorum, si in prædictis, vel aliquo prædictorum neglexerit, vel contra facere præsumpserit.

## Adnotationes.

*S V M M A R I A.*

*Declarari debet tempus, & causam deductorum in libello num.* 1.

*Publicatio processus non censetur prohibita num.* 2.

*Terminus ad pronunciandum non est de forma substantiali num.* 3.

1 Quod petens compromissum † debeat declarare tempus & causam omnium deductorum in libello ex hoc Statuto respondit *Hond. cons.* 27. *num.* 37. *lib.* 1.
2 Per tempus assignatum à Statuto † non censetur prohibita publicatio processus. *Vid. decis.* 31. *num.* 6. *vers. Nec debet*. Prout nec terminus assignatus Iu-
3 dici duorum dierum ad pronunciandum † dicitur de forma substantiali, & ideo actus non esset nullus si post longius tempus fieret, vt scripsit *Hond. d. cons.* 27. *num.* 27. *& seqq. lib.* 1.

## An, & quando liceat à sententia super petitione compromissi lata appellare. Cap. VIII.

1 A Pronunciatione autem, quod in causa, seu causis compromissum fieri debeat, per

Iudicem

Iudicem facta, seu fienda in casibus prædictis, vel aliquo dictorum, non possit, nec debeat per partes prædictas, nec aliquam ipsarum, modo aliquo, directè, vel indirectè reclamari, appellari, nec recurri, nec de nullitate dici, vel opponi, & per viam supplicationis, aut querelæ aliquid fieri, nisi ex causis de quibus supra in Statuto de executione instrumentorum §. & ab executione. Et appellans, seu aliter aliquo modo prouocans, non audiatur, immò incidat in pœnam mille librarum denariorum à contrafaciente de facto auferendam per Iudicem, qui prædicta pronunciauerit sine aliqua citatione, vel declaratione, & Communi Perusiæ applicandam. Si autem pronunciatum fuerit causam non esse compromittendam, tunc à tali sententia, vel pronuncia possit reclamari, recurri, appellari, & de nullitate dici ad Iudicem competentem, secundum formam Statutorum dictæ Ciuitatis.

## Adnotationes.

SVMMARIA.

*Appellatio de Iure communi datur à pronuncia super compromisso num. 1.*
*Statuto prohibetur num. 2.*
*Datur à pronuncia non esse locum compromisso num. 3. & alias vt num. 4.*
*Statutum hoc respicit decisoria num. 5.*

De Iure communi ab hac prounuciatione causam
1 compromittendam † datur appellatio, licet sit interlocutoria. *Barbat. conf.* 305. *col. pen. lib.* 3. sequitur *Duen. reg.* 32. *limit.* 10. & plures ad hoc citat *Galganett. ad d. cap.* 100. *lib.* 1. *vers. compromissum*
2 *fieri mandatur*. At aliter † disponit Statutum in hoc Cap. 8. imponendo appellanti pœnam mille librarum, & de obseruantia Statuti quoad appellationem prohibitam ab hac pronuncia, testati fuerunt Domini Causidici in fide facta die 12. Iulij 1601. & sentit *Rota in dicta Perusina coram Litta decis.* 19. *num.* 5.
3 Non denegatur † tamen à Pronuncia non esse locum Compromisso, vt in fine huius Cap. 8. & considera-
4 uit *Honded. conf.* 27. *num.* 26. *lib.* 1. & vide † ad materiam *Non. conf.* 9. *num.* 1. *& seqq. & Corn. conf.* 76. *lib.* 1. vbi an pœnæ sit locus quando non fuit admissa exceptio impediens compromissum, & vide etiam *Hond. d. conf.* 27. *num.* 31. *& seq. lib.* 1. Hoc
5 Statutum † respicere decisoria deciditur in dicta *decis.* 19. *num.* 8. *&* 9. & ideo fuit in Rota Romana dictum esse partes cogendas ad compromissum in alias allegata *Perusina Hereditatis vltima Ianuarij* 1614. *coram Dunozetto, quæ est decis.* 28. *num.* 8. *& seq.*

# De decimo, & eius solutione. Cap. IX.

IN omnibus autem causis, litibus, quæstionibus, & controuersijs, quæ compromitti petuntur antequam compromittantur, soluatur per petentem compromissum decimum Conseruatoribus monetæ Communis Perusiæ, vel alteri eorum, ad rationem duorum denariorum pro qualibet libra æstimationis rei petitæ compromitti, quæ esset æstimata in Catastro Communis Perusiæ, si in ipso Catastro huiusmodi res æstimata esset. & si non reperiretur æstimata ad dictam rationem, secundum æstimationem fiendam per dictos Conseruatores, seu alterum eorum. Et si peteretur aliqua res mobilis interesse, vel factum, soluatur, & solui debeat decimum in pecunia numerata, ad dictam rationem pro qualibet libra, secundum æstimationem fiendam, & declarandam coram dictis Conseruatoribus, per petentem compromissum, de qua æstimatione, & declaratione Notarius, qui rogatus fuerit de dicto decimo, expressam debeat facere mentionem. Contra quam æstimationem, si facta fuerit, seruata forma prædicta, nil possit dici, vel opponi, & dicens, vel opponens, non audiatur. Et petens compromissum teneatur supradictum decimum soluere infra octo dies, post pronunciationem factam per Iudicem super compromisso fiendo à die dictæ pronunciationis exclusiuè. Et si aliter solueretur decimum, secus factum compromissum, & laudum inde secutum non valeat ipso iure in fauorem petentis compromissum, valeat tamen, & fieri possit in fauorem aduersarij, videlicet, eius, qui compromissum fieri non petijt. Declarantes, quod si bona fuerint in Catastro æstimata, & ea æstimatione non attenta, solutio decimi facta fuerit secundum aliam æstimationem Conseruatorum, dummodo non sit minor æstimatione contenta in Catastro, talis solutio decimi legitima censeatur, & sit, perinde, ac si secundum formam prædictam facta fuisset.

## Adnotationes.

SVMMARIA.

*Decimi non facta solutio reddit laudum nullum, & quid vbi est erratum in quantitate num. 1.*
*Decima soluuntur Consultori, & Notario num. 2.*

1 De hoc Decimo † loquitur *Corn. conf.* 125. *lib.* 1. vbi vult laudum ex non solutione Decimi reddi nullum, de quo etiam vide *eundem conf.* 16. *& conf.* 135. *lib.* 3. vbi erat erratum in quantitate soluenda, & *conf.*

*conſ.* 190. *lib.* 4. vbi quod laudum non eſt exequendum. Debent etiam ſolui duo alia Decima † Conſultori vnum, & Notario alterum, vt cauetur in lib. Bannim. Canc. Comm. ſub die 6. Septembris 1530. fol. 114. vbi quod debent eſſe eiuſdem ſummæ, & quantitatis, & hæc ſoluuntur quaſi in fine cauſæ.

3

## De fideiuſſoribus dandis de pæna ſoluenda in caſu ſuccumbentiæ. Cap. X.

ET quia ſuccumbēs in compromiſſo ad certam pœnam alligatur, ſtatuimus, & ordinamus, quod tempore ſolutionis decimi, debeat per petentem compromiſſum fideiuſſor dictis Conſeruatoribus dari, pro ſoluendo ipſis pro communi, caſu quo contingat eum ſuccumbere, vel quæſtionem perdere in totum, vel in partem, pœnam, & quantitatem pro pœna, quæ in præſenti Statuto continetur, quos fideiuſſores Notarius ſcribens decimi ſolutiones, in libro iuxta ſcripturam decimi ſoluti ſcribere teneatur, & ſecus factum compromiſſum, & laudum inde (vt ſupra) non valeat ipſo iure.

### Adnotationes:

Dicam infra Cap. 23. quid obſeruetur circa pœnam.

## De optione danda ſuccumbenti in compromiſſo circa ſolutionem rei, vel eius æſtimationem. Cap. XI.

SEd quia in æſtimationibus prædictis per dictos Conſeruatores interdum errabatur in graue damnum, & præiudicium Communis, & Cameræ Communis dictorum Conſeruatorum, & de petens compromiſſum, in dicta æſtimatione, & declaratione Commune Peruſiæ decipiat abſque ipſius petentis compromiſſum iactura, & damno; volumus, & ſtatuimus, quod ille, qui obtineret ſuper eo, quod per ipſum æſtimatum, & declaratum fuerit coram dictis Conſeruatoribus, quod in electione ſuccumbentis ſit, vel ſoluere æſtimationem per aduerſarium coram dictis Conſeruatoribus factam tempore ſoluti decimi, vel ſoluere id, ad quod in laudo fuerit condemnatus, dummodo dictam optionem, & electionem ipſe condemnatus facere poſſit, & debeat quocumque tempore in iudicio, antequam concedatur licentia contra ipſum virtute dicti laudi, in & ſuper eo ad quod fuit condemnatus. Quæ optio, & electio habeatur pro confeſſione in iudicio legitimè facta, & contra ſic eligentem fiat, fieri poſſit executio per Iudicem Communis Peruſiæ in dicta quantitate, vt ſupra declarata tempore ſolutionis decimi prædicti, perinde, ac ſi in dicta quantitate fuerit, vel fuiſſet condemnatus in dicto laudo.

### Adnotationes.

Vide quæ dicentur infra Cap. 23.

## De executione pronunciæ de compromiſſo faciendo. Cap. XII.

TEneantur inſuper dicti Iudices cogere realiter, & perſonaliter litigantes ad compromittendum ipſam cauſam, quæſtionem, controuerſiam, vel litem, quæ verteretur, iuxta formam pronunciationis factæ per Iudicem, & facere quod dicti litigantes compromittant de iure, & de facto, & de veritate, & æquitate in duos arbitros, & arbitratores, & amicabiles compoſitores, & bonos viros, infra quintam diem à die pronunciationis factæ per dictum Iudicem, ſuper cauſa compromittenda, ſiue à die inſtantiæ factæ per petentem compromiſſum, pœna tam dicto Iudici negligenti infra dictum tempus cogere partes prædictas ad compromittendum, forma prædicta ſeruata, quam parti infra dictum tempus ad faciendum compromiſſum non comparenti per ſe, vel legitimam perſonam, quinquaginta librarum denariorum, & nihilominus poſt dictum tempus cauſa, quæſtio, vel controuerſia debeat penitus compromitti.

### Adnotationes.

SVMMARIA.

*Citatio facienda ſuper electione bonimum qualis n.* 1.
*Eligit Arbitrum Iudex in contumaciam citati ibid.*
*Dies prima, & vltima poſt citationem debent eſſe iuridica num.* 2.
*Arbitrorum facultas magna ex Statuto num.* 3.

Poſt pronunciam ſuper compromiſſo faciendo citator † pars aduerſa ad comparendum intra quintam diem cum eius bono homine, & primo Arbitro, & ſi intra præfixum terminum non comparet, tunc non fit intra dictam quintam diem compromiſſum, ſed Iudex monet, ſeu citari mandat pro prima die iuris ad videndum eligi dictum bonum hominem, & primum Arbitrum pro parte non legitimè comparentis iudiciario

1

iudiciario nomine, & in termino dictæ monitionis, seu citationis Iudex eligit iudiciario nomine. Hoc non habetur expressè in Statuto, nisi quod eligit Iudex, vt in Cap. seq. sed ita obseruatur de stylo, vt attestati fuerunt Domini Causidici sub die 24. Nouembris 1597. Pars autem, quæ obtinuit citari aduersarium ad comparendum infra quintam diem cum eius bono homine, & primo Arbitro debet præcauere,
2 quod prima, & vltima dies † post citationem huiusmodi sint iuridicæ ex antiqua, & continuata obseruantia, vt in alia fide Dominorum Causidicorum sub die 1. Iunij 1588. & hoc idem fuit dictum in alia fide sub die 8. Maij 1610. vbi quod propterea sæpe euenit huiusmodi citationes per plures dies, & menses differri, vt reperiantur & prima, & vltima dies quinque
3 dierum iuridicæ. De ampla auctoritate † Arbitrorum ex hoc Cap. 12. vide *Corn. conf.* 10. *lib.* 2. vbi quod habent laxas habenas, & quod, licet dicantur sententiare vt Iudices, sed sequuntur sui capitis sententiam, & procedere possunt, & iudicare manu regia, non seruando Ius ciuile. Isti duo primi Arbitri eligant tertium, de quo in cap. 16.

## Quod parte conuēta compromissum fugiente Arbitratorem, vel arbitrum Iudex eligat. Cap. XIII.

ET si postquam per Iudicē pronunciatum, vel mandatum fuerit compromissum fieri, pars conuenta ad ipsum compromissum faciendum legitimè monita, seu citata se absentauerit, seu latitauerit, vel non comparuerit intra dictum tempus quinque dierum, a die huiusmodi citationis, seu monitionis, per se, vel per personam legitimam ad ipsum compromissum faciendum, ex tunc auctoritate præsentis Statuti Iudex possit, teneatur, & debeat sub supradicta pœna ad requisitionem petentis tale compromissum, vel habentis legitimum mandatum ab eo, eligere pro parte conuenta arbitrum, & arbitratorem, quem crediderit idoneum, tam super petitione petētis fieri compromissum, quam super reconuentione partis conuentæ. Si super dicta reconuentione per dictum Iudicem pronunciatum, vel mandatum fuerit compromissum fieri in talem eligendum, ac etiam in eligendum, seu electum pro parte compromissum fieri petentis, tale compromissum sic per Iudicem nomine aduersæ partis factum, suum sortiatur effectum, & in omnibus vires habeat, ac si per ipsum conuentum aduersarium, præsentem, & consentientem factum esset. Et ipse sic eligendus, seu electus in omnibus habeatur, ac si per ipsum conuentum aduersarium præsentem intelligentem, ac consentientem electus esset.

## Adnotationes.

Dixi ad præcedens Cap. quid sit faciendum.

## Quomodo procedendū si pars petens compromissum se absentauerit. Cap. XIV.

SI verò pars petens compromissum se absentauerit, vel non comparuerit in dicto termino ad compromissum faciendum, habeatur, & intelligatur fictione huius Statuti, liti, causæ, & controuersiæ, ac eius instantiæ penitus renunciasse, & pro renunciato intelligatur, & habeatur, & nihilominus Iudex, parte etiam aliqua non petente, debeat ipsum reum conuentum diffinitiuè absoluere, & absolutum pronunciare de omnibus, & singulis, quæ in principali petitione continerentur sub pœna Iudici contrafacienti pro vice qualibet quingentarum librarum denariorum, de quo expressè, & specialiter debeat sindicari per suum sindicatorem tempore sui sindicatus.

## Adnotationes.

***SVMMARIA.***

1 *Requisitio est necessaria ad compromissum statutarium num.* 1.

2 *Iudicem qui adit censetur renunciare compromisso faciendo num.* 2.

1 De Iure communi non potest † quis cogi à Iudice ad compromittendum, iuxta Statuti dispositionem, nisi fiat requisitio à parte præsente, vel citata alia parte *Carpan. ad d. cap.* 113. *num.* 120. & 121. & si
2 post petitionem compromissi adiret † Iudicem is, qui petijt compromissum, censeretur renunciare compromisso faciendo *Corn. conf.* 216. *num.* 10. *lib.* 1.

## Quomodo procedendum eueniente casu, quo aliquis ex primis Arbitris moriatur. Cap. XV.

INsuper volumus, & statuimus, quod si contingat post electionem primorum arbitrorum ante latum laudum, aliquem ex dictis arbitris decedere, quod pars, quæ elegerit primum arbitrum, teneatur statim id est intra diem aliam videlicet intra vnam diem eligere loco dicti defuncti, & ipsa non eligente, Iudex possit immo teneatur, & debeat pœna supradicta modo quo supra incurrenda, eligere.

Adnotationes

## Adnotationes.

Vide quæ dicam in Cap. 17. vbi agitur quid faciendum mortuo tertio Arbitro.

## De electione tertij Arbitri. Cap. XVI.

PRimi autem arbitri, & arbitratores, & amicabiles compositores sic electi, teneantur, & cogantur, & cogi possint, & debeant statim eligere tertium arbitrum, & arbitratorem, cuius tertij electio, & nominatio pertineat, & spectet ad ipsos primos arbitros, & arbitratores, & amicabiles compositores, & non ad alium. Et statim facta electione tertij, ipse tertius arbiter cogatur acceptare intra duos dies, à die electionis ipsius tertij, ad quem eligendum, per Potestatem, vel alium Iudicem, coram quo, vel in cuius Curia esset quæstio, ipsi primi arbitri cogantur realiter, & personaliter, antequam recedant è Palatio: ita quod intra octo dies omnino debeant ipsum tertium elegisse, à die compromissi in eos facti. Et de huiusmodi grauamine inferendo, tam contra dictos arbitros, & arbitratores, quam contra tertium arbitrum, & arbitratorem, nullus Iudex Communis Perusiæ possit, vel debeat sindicari, pœna Potestati, vel Capitaneo, vel maiori sindico, vel Iudici Iustitiæ prædicta negligentibus, quingentarum librarum pro quolibet eorum, & qualibet vice.

## Adnotationes.

*S V M M A R I A.*

*Tertius Arbiter quomodo eligatur num.* 1.

*Variatio an permittatur ei, qui dedit facultatem eligendi illum num.* 2.

1 Facta electione primorum Arbitrorum, Iudex causæ solet præcipere dictis primis Arbitris † ne discedant de Palatio, quin tertium Arbitrum eligant, sub certa pœna arbitrio dicti Iudicis imponenda, & si dictam electionem infra octo dies facere distulerint, tūc Iudex solet ad instantiam partis petentis, dictos primos Arbitros in aliqua stantia Palatij loco Carceris detrudi facere, & si similiter distulerint, etiam in Carceribus secretis mancipari, & si pariter distulerint etiam alimenta denegat, ad hoc vt tedio affecti dictum tertium Arbitrum eligant, & ob discordiam Arbitrorum electio aliquādo differri solet per aliquot dies, habentur hæc in fide collegialiter facta per Dominos Causidicos sub die 8. Maij 1610. sub qua die in libro duæ reperiuntur fides eiusdem tenoris quoad

2 hunc modum. Si vnus ex primis † Arbitris in apodixa dederit electionem alteri, eligendi vnum ex descriptis in illa, an sit licita variatio vide *Eugen. conf. 67. lib. 2.* vbi concludit pro validitate electionis, & quod non potuerit variare.

## Quomodo procedendum sit si tertius Arbiter moriatur. Cap. XVII.

ET si morietur dictus tertius arbiter, tunc dicti primi arbitri teneantur, & debeant infra duos dies, à die requisitionis de eis factæ ad instantiam partis petentis, alium arbitrum tertium eligere, sub dicta pœna, modo quo supra statutum est (decedente aliquo primorum arbitrorum) incurrenda, & applicanda. Qui arbiter sic electus teneatur prosequi cognitionem dictæ causæ, & illius diffinitionem, intra illud tempus, quod habebat arbiter defunctus, & vltra illud, quindecim aliorum dierum, à die vltima, videlicet, nonagesima finita dicti compromissi, immediatè sequentium facere.

## Adnotationes.

*S V M M A R I A.*

*Arbitrorum morte de Iure communi expirat compromissum num.* 1.

1 De Iure communi si vnus ex tribus Arbitris † electis mortem obeat, euanescit compromissum, nec alij possunt sententiam proferre, vt post *Curt. iun. cons. 79. num.* 1. scripsit *Soarez recept. sent. litt. A. num.* 238. & 251. & tradit etiam *Bianc. in d. tract. de Compromiss. quæst.* 7. *num.* 17. vbi quod multo magis expirat si vnus tantum fuerit electus. *Glos. in l diem proferre.* §. 1. & *in l. si interpellatur.* §. *fin. ff. de recept. arbitr.* sequitur *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 120. *num.* 40.

## Quod compromissum pœnale esse debeat. Cap. XVIII.

COmpromissum autem fiat, & fieri debeat pœnale, & casu quo pœna non esset aliqua apposita in dicto compromisso, quod ipso iure pœna quingentarum librarum denariorum sit, & intelligatur apposita in dicto compromisso, & cum dicta pœna stipulatum, & firmatum esse intelligatur, & habeatur.

## Adnotationes.

Vide quæ dicam ad Cap. 23.

## De modo procedendi, & testes examinandi in causa compromissaria. Cap. XIX.

QVandocumque autem aliqua lis, vel causa, aut controuersia in Curia D. Potestatis, vel D. Capitanei, vel maioris Sindici mota esset, quæ compromitteretur per partes litigantes ad inuicem, in arbitros, arbitratores, & amicabiles compositores, teneantur, & debeant omnem causam, litem, quæstionem, & controuersiam, de qua fuerit compromissum, cognoscere summariè, sine strepitu, & figura iudicij, & prout ipsis arbitris, & arbitratoribus placuerit, & testes recipere ad iuramenta, & testificandum partibus præsentibus, vel absentibus, ac partibus, vel testibus citatis, vel non citatis; dummodo tamen examinatio dictorum testium fieri possit, & debeat per primum Collateralem D. Potestatis, vna cum tertio arbitro, vel per Collateralem alterius Officialis Communis Perusiæ, nisi partibus placuerit, quod examinatio fiat per tertium arbitrum, vna cum Consultore, de partium concordia electo. Et casu, quo dictæ partes non conuenirēt in electione Consultoris, tunc electio cadat in totam Rotam, & omnes Auditores dictæ Rotæ sint Consultores, & dictorum testium examinationi, & receptioni, ac eorum dictis, primi duo arbitri interesse non debeant: & si aliter fieret, examen prædictum, & testium receptio non valeat, nec teneat, & ipsos testes, quos partes coram dictis arbitris, & arbitratoribus induxerint, seu inducere voluerint; D. Potestas, vel Capitaneus, & quilibet ex eorum Iudicibus, ad petitionem alterius partis, teneatur compellere, & cogere, pignoribus captis, & mulcta indicta vsque in quantitatem centum solidorum denariorum ad iurandum, & testificandum coram eis.

### Adnotationes.

*SVMMARIA.*

*Testes examinantur coram tertio Arbitro num.* 1.
*Testes non coguntur ab Arbitris num.* 2.
*Consultoris votum an debeat sequi Arbiter num.* 3.

1 Quoad examen testium, † quod fiat per tertium Arbitrum tantum, nec se intromittant primi Arbitri vide *Corn. cons.* 210. *num.* 13. *lib.* 2. Regulariter non
2 coguntur † ab Arbitris testes ad se subijciendum examini. *Camill. Borell. cons.* 85. *num.* 2. sed vide in Sta-
3 tutarijs *num.* 11. *& seqq.* Quo verò ad † Consultorem, de quo fit mentio in hoc Cap. si Arbiter teneretur assumere illius votum, & diuersimodè pronunciaret, laudum esset nullum *Rota coram Caualer. decis.* 270. *num.* 2. *&* 3. sed vide *Rotam decis.* 553. *num.* 18. *par.* 1. *recent. per Farinacc.*

## De instantia causarum compromissarum. Cap. XX.

CAusam autem, litem, vel quæstionem in compromissum, vt supra deductam, tertius arbiter, & arbitrator teneatur, & debeat intra tempus, & terminum nonaginta dierum à die electionis de eo factæ exclusiuè, etiam parte aliqua non petente terminare, & totaliter diffinire, sub pœna quingentarum librarum denariorum, ipso facto incurrenda, nec possit aliquid sibi, vel alij Iudici quauis de causa reseruare de deductis in compromissum. Et si dicti arbiter, & arbitrator intra dictum tempus nonaginta dierum totaliter non expedierit, tunc volumus, & statuimus virtute præsentis Statuti, reum conuentum à petitis contra ipsum totaliter absolutum, & liberatum esse censeri, & arbiter, & arbitrator, necnon Consultor in dicta causa incidant in pœnam quingentarum librarum denariorum pro quolibet, cuius pœnæ medietas ipso iure, & facto, sine aliqua alia declaratione deueniat, & deuenire debeat ad Commune Perusiæ; altera verò medietas ad illum, qui obtinuerit, cuius pœnæ exactio pertineat, & spectet ad Dominos Priores Artium Ciuitatis Perusiæ, quam exactionem fieri facere debeant ad instantiam cuiuscumque interesse prætendentis.

*Additio facta ex reformatione Anni 1584. die 23. Mensis Martij.*

Ad faciliorem, & commodiorē causarum expeditionē statuimus, quod ex nonaginta diebus per Statutum pręfixis, arbitro, & arbitratori ad laudum ferēdum, & totaliter causam terminandam intelligantur, & sint assignati ipsis partibus sexaginta dies, incohandi à die electionis tertij arbitri, ad fabricandum processum, & probatum habēdum per omne genus probationis quicquid volunt, & possunt, ita & taliter, quod elapsis dictis sexaginta diebus, absque alia partis requisitione, aut Iudicis declaratione sit præclusa in totum vtrique parti via aliud probādi, vel producendi, etiam si essent instrumenta publica, & de nouo reperta, & alij decem dies immediatè sequentes post dictos sexaginta dies intelligantur, & sint assignati actori ad inspiciendum processum: quibus decursis, teneatur, & debeat confestim actor cōsignare dictum processum in manibus Notarij actuarij, sub pœna ducentarum librarum denariorum Communi Perusiæ pro vice qualibet applicandarum, alij verò decem dies exinde

exinde immediatè ſequentes intelligantur,& ſint aſſignati ipſi reo ad proceſſum inſpiciendum, quibus elapſis teneatur, & debeat incontinenti dictum proceſſum conſignare in manibus Notarij actuarij,ſub dicta pœna ducentarum librarum denariorum, vt ſupra applicandarum ; reliqui vero decem dies deſeruiant arbitro, & arbitratori pro inſpiciendo dicto proceſſu: & pro cauſa ipſa diſcutienda, & in totum diffinienda, iuxta formam Statutorum. Et quod Notarius actuarius poſt conſignationem proceſſus ſibi factam ab actore, vt ſupra, non poſſit, nec valeat alteri, quam reo proceſſum accommodare ; & poſt conſignationem dicti proceſſus ſibi factam, vt ſupra à reo conuento, non poſſit, nec valeat dictum proceſſum accommodare alteri, quam arbitro, & arbitratori, ſub pœna ducentarum librarum denariorum pro quolibet vice applicanda Communi Peruſiæ.

## Adnotationes.

### S V M M A R I A.

*Dies decem dantur ad dandum, & probandum exceptiones contra teſtes num. 1.*
*Allegationes quando dentur num. 2.*
*Reus cenſetur abſolutus non prolato laudo ex Statuto confirmato in forma ſpecifica num. 3.*

Vltra ſexaginta dies aſſignatos partibus ad fabri-
1 candum proceſſum, conceduntur alij decem † dies
ad dandum,& probandum exceptiones contra teſtes
per ſcripturas tantum, & non aliter *ex Comitin. Conſilit. par. 1. rubr. 15. pag. 26.* Quoad decem dies aſ-
2 ſignatos † hic *in verſ. Reliqui verò* Arbitro pro inſpi-
ciendo proceſſu, & cauſa diſcutienda, & in totum
definienda, ſcias quod in primis ſex diebus dantur al-
legationes, in vltimis quatuor nemo poteſt audiri ex
Reformatione cum conſilio D. Gulielmi Pontani in
Cancellaria Dominorum Priorum. Circa reum, qui
3 cenſetur totaliter † abſolutus, & liberatus non da-
to laudo *in verſ. Etſi dicti Arbitri* Statutum fuit ſpe-
cificè confirmatum in Breui Iulij II. de quo ſupra di-
xi in principio.

# Quod Arbitris inter ſe diſcordantibus ſtetur ſententiæ, & laudo tertij. Cap. XXI.

VBi autem in ſententia, vel laudo, aut arbitramento dicti arbitri, & arbitratores diſcordarent, adeo quod varias, ſiue contrarias ſententias, ſiue varia lauda, & arbitramenta darent, vel ferrent, ſimul, vel ſeparatim ; tunc ſtetur, & pareatur ſententiæ, ſeu laudo tertij, & eius ſententia, ſeu laudum, vel arbitramentum valeat, & teneat perinde, ac ſi per omnes tres ſimul in concordia lata eſſet, dummodo dictus tertius iuxta formam præſeptis Statuti fuerit electus.

## Adnotationes.

### S V M M A R I A.

*Tertius Arbiter an poſſit ſolus laudum proferre n. 1.*
*Lauda ſi diſcordent latum à duobus primis præualet lato à tertio num. 2.*

Tertius Arbiter an debeat cum altero † ex primis
1 concordare, vel poſſit ſolus laudum proferre vide
*Gabr. de Arbitr. concluſ. 1.* & quod poſſit ſolus vide-
tur colligi ex verbis huius Cap. 21. Quod ſi ſenten-
tia primorum † diſcordet à ſententia tertij, tunc at-
2 tendatur illa lata per primos duos ſuper hoc Statuto
reſpondit *Corn. conſ. 210. lib. 2.*

# Quod laudum latum nulla ratione poſsit impugnari, ſed quod maiorem habeat vim, quá res iudicata. Cap. XXII.

INſuper volumus, quod contra aliquod arbitramentum, ſeu laudum latum, ſeu dandum ex forma præſentis legis, ſeu Statuti per dictos arbitros, & arbitratores, omnes tres, vel tertium, non poſſit, nec debeat per aliquam perſonam aliquid dici, obijci, vel opponi quoquomodo, nec contra ipſum laudum, arbitramentum, arbitros, vel arbitratores, vel alicuius eorum perſonas poſſit, vel debeat aliquis recurſus regularis, vel ſpecialis haberi, nec etiam poſſit peti recurſus ad arbitrium boni viri, ad aliquem
Iudicem, vel ad aliquem Officialem, vel alium Superiorem. Nec etiam poſſit in integrum reſtitutio peti aliqua ratione, vel cauſa, etiam ſi ille, qui in integrum reſtitutionem peteret, diceret ſe fuiſſe, vel eſſe minorem, & læſum enormiter, occaſione dicti laudi, vel arbitramenti. Et ſi aliquis recurſus quomodolibet haberetur contra dictum laudum, vel arbitramentum, vel contra dictos arbitros, vel arbitratores, vel eorum alterum, vel in integrum reſtitutio peteretur, non valeat ipſo iure, nec teneat id, quod in contrarium factum eſſet, vel fieret. Et nihilominus Iudex, vel Officialis, qui contra prædicta aliquid audiret, vel intelligeret, vel aliquid faceret, incidat in pœnam quingentarum librarum

denariorum pro quolibet, & qualibet vice; in qua poena per suos Sindicatores ad petitionem cuiuscumque petentis debeat condemnari, & in eandem poenam incidat pars reclamans, vel faciens contra supradicta, vel aliquod prædictorum, cuius poenę medietas applicetur alteri parti, & alia medietas Communi Perusiæ, pro qua contraueniens possit grauari in persona, & in rebus vsque ad integram satisfactionem, per quemcumque Iudicem, vel Officialem Communis Perusiæ, & per Dominos Priores Artium dictæ Ciuitatis sine alia iuris cognitione, vel alia declaratione, sed incontinenti exhibita ei, vel eis contradictione. Volumus etiam, quod laudum talium arbitrorum, vel saltem dicti tertij arbitri, vel arbitratoris latum, vel ferendum, vt supra, super lite, causa, controuersia in & super qua fuerit factum compromissum, & decimum solutum, modo, & forma supradictis, habeatur pro sententia diffinitiua, quæ transisset, vel transiuerit in rem iudicatam, a qua non liceat appellari, nec reclamari, sed obseruari per ipsas partes, & executioni mandari debeat cum effectu.

*Additio facta ex reformatione Anni 1584. die 13. Mensis Martij.*

Cum publicæ vtilitati plurimum expediat, supradictum Statutum de Compromissis inuiolabiliter obseruari, proinde statuimus, quod contra sententiam, seu pronunciam de faciendo compromissum, intra præscriptum tempus nonaginta dierum, & iuxta formam dicti Statuti latam, seu ferendam, & contra arbitramentum, seu laudum, pariter iuxta formam dicti Statuti per dictos arbitros, vel arbitratores omnes tres, vel per tertium latum, seu dandum, & contra arbitros, vel arbitratores, vel alicuius eorum personas, non possit, non valeat per aliquam personam aliquid dici, obijci, vel opponi, appellando, recurrendo, supplicando, reclamando, in integrum restitutionem ex quocumque capite petendo, dicendo de nullitate, vel alio quocumque modo, directè, vel indirectè, vel in consequentiam, sub quouis prætextu nullitatis, vel iniustitiæ, etiam notoriæ, vel læsionis, etiam enormissimæ, vel sub quouis alio quæsito colore. Et Iudex, vel Officialis, qui contra prædicta aliquem audiret, vel intelligeret, vel aliquid faceret, incidat in poenam mille librarum denariorum pro quolibet, & qualibet vice, in qua poena per suos Sindicatores ad petentis instantiam debeat condemnari, & illa applicari debeat Communi Perusiæ, & nihilominus, quod factum esset, non valeat, nec teneat ipso iure. Pars verò contraueniens, vel eius Procurator, Sollicitator, Causidicus, Aduocatus, necnon Notarius acta contrauentionis recipiens, & rescribens, & quilibet ipsorum, quatenus in numero Ciuium, vel in aliqua Arte, vel Collegio sit descriptus, & aggregatus, ipso facto, & ipso iure incidant, & quilibet ipsorum incidat in priuationem dictæ Ciuitatis, Artis, & Collegij; ita & taliter, quod in futurum non possint, nec valeant amplius potiri dicta Ciuitate, Arte, seu Collegio, & eorum beneficijs, emolumentis, fauoribus, & honoribus, & ad eam non possint, nec valeant vllo vnquam tempore restitui; & insuper plectatur ipso facto, & ipso iure poena exilij à Ciuitate, & eius Territorio per annum, sub infrascripta poena seruandi, & qualibet vice, qua contrafactum fuerit, auferenda, à quo exilio nullatenus possint liberari, & demum incidant, & quilibet ipsorum incidat in poenam mille librarum denariorum, cuius poena medietas applicetur alteri parti non contrauenienti, & alia medietas Communi Perusiæ, pro qua contraueniens, & eius Sollicitator, Procurator, Causidicus, Aduocatus, & Notarius prædicti, & quilibet ipsorum possint grauari in persona, & in rebus vsque ad integram satisfactionem, per quemcumque Iudicem, vel Officialem Communis Perusiæ, & per Dominos Priores Artium, & Populi dictæ Ciuitatis, sine aliqua iuris cognitione, vel alia declaratione, sed incontinenti exhibita ei, vel eis contrauentione.

## Adnotationes.

### SVMMARIA.

*Nullum potest dici laudum ex pluribus causis, vt num. 1. & seqq.*

*Minor potest petere restitutionem in integrum aduersus laudum num. 4.*

*Executio laudi à Iudice datur num. 5.*

*Debet peti intra triginta annos num. 6.*

1 Nullum potest dici laudum † ex non solutione decimi, vt supra Cap. 9. & ob non præstitum fideiussorem, vt Cap. 10. & si non fuisset laudum intimatum Dominis Conseruatoribus, vt infra Cap. 24. Et in

2 terminis nostri Statuti, quod licet nō possit † laudum impugnari directo, quod possit tamen in consequentiam, vt prævia rescissione sententiæ super compromisso faciendo, dixit *Non cons. 9. num. 11.* Item ex eo,

3 quod laudum sit latum super ijs, † super quibus nō est factum compromissum, & sic fuerit excessum, post *Corn. cons. 144. lib. 1.* qui tamen in principio dicit, quod Domini Priores de laudabili cōsuetudine compellunt Statuto cōtrauenientes, & appellantes ad renunciandum, respondit *Non d. cons. 9 num. 13. & seqq.* vbi, quod non solum exigitur, quod laudum feratur super petitis, sed etiā quod feratur super rebus com-

4 prehensis in compromisso. Minor † etiam posset petere restitutionem in integrum, *vt per Non. d. cons. 9. num.*

*num.* 1. *& conf.* 27. *num.* 24. super quo vide *Odd. de restit. in integr. q.* 15. *præsertim n.* 60. *&* 61. Sed videntur aliqua ex his tolli ex verbis huius reformationis. Quid si laudum esset notoriè nullum, vide *Hier. Laur. decis.*
5 *Auenion.* 142. Exequi† laudum non possunt arbitri, sed
6 Iudex. *Camill. Borell. cons.* 85. *n.* 3. Executio† autẽ debet peti intra triginta annos, alias non potest peti, vt respondit *Ambrosin. decis. Perus.* 40. *n.* 17. *& seqq. p.* 2.

## De pœna soluẽda per succumbentem in compromisso. Cap. XXIII.

ITem volumus, quod si actor succubuerit in causa, in de, & super qua fuerit factum compromissum, modo, & forma supradictis, teneatur, & debeat soluere Conseruatoribus monetæ Communis Perusiæ vnum solidum denariorum pro qualibet libra totius quantitatis pecuniæ, vel æstimationis rei petitæ, vel æstimationis interesse, vel facti petiti, secundum æstimationem vt supra dictum est nomine pœnæ, infra quinque dies post latam sententiam, vel laudum latum, videlicet pro tota summa, vbi quæstionem perderet in totum, & vbi causam in totum non perderet, soluat pro illa parte tantummodo in qua succumbuerit, de quibus medietatem habere debeat à dictis Conseruatoribus, si dicta pœna Conseruatoribus soluta esset, sin autem à succumbente reus, seu pars aduersa, quæ obtinuit, sine aliqua apodixa, præcepto, vel mandato, & alia medietas sit Communis Perusiæ, & Potestas, & Capitaneus, & alij Iudices competentes ad petitionem petentis habita, & visa sententia arbitrorum, seu laudo, in qua, seu quo conuentus est absolutus in totum, vel in partem: & visa æstimatione facta, vt supra, quando non quantitas pecuniæ petita fuerit, debeat, & teneatur executionem facere, & fieri facere de facto capiendo, & grauando prędictos debentes soluere ad petitionem rei, vel dictorum Conseruatorum, & id, quod dictum est in actore petente compromissum; & succumbente, habeat locum in reo, qui petit compromissum, super petitione actoris, vel reconuentione si succubuerit, vt pro ea parte in & pro qua succubuerit, teneatur ad pœnam prædictam soluendam, & applicandam principali actori, & Communi Perusiæ.

### Adnotationes.

*SVMMARIA.*

*Fideiussor præstatur de soluendo hanc pœnam num.* 1.
*Sed non exigitur vt num.* 2.

1 Petens compromissum debet in solutione† decimi præstare fideiussorem de soluendo pœnam, de qua hic, vt supra Cap. 10. & ad hunc effectum debet fieri
2 denunciatio laudi, vt in Cap. seq. Ego autem† numquam vidi obseruari, quod soluatur hæc pœna, vidi tamen obseruari intimationem laudi Dominis Conseruatoribus, & condemnari quandoque victum in expensis, de qua condemnatione habetur in Cap. 25.

## De denunciatione lati laudi facienda, & executione pœnæ facienda. Cap. XXIV.

PArs quoque illa, pro qua sententia lata, vel laudum fuerit, teneatur, & debeat infra tempus trium dierum post sententiam datam, vel latum laudum, denunciare, & notificare dictis Conseruatoribus ipsam sententiam, vel laudum, & ipsi Conseruatores denunciare debeant D. Potestati, vel Capitaneo, vel alicui Iudici competenti, vt fiat executio dictæ pœnæ occasione prædicta, & aliter dicta sententia, vel laudum pro ea lata data, vel latum, & datum, sibi non valeat vllo modo, nec liceat vincenti ignorantiam laudi lati prætendere, sed scire præsumatur eo ipso, quod pro eo laudum latum fuerit.

### Adnotationes.

Dixi ad præcedens Cap. quid obseruetur.

## De condemnatione in expensis facienda. Cap. XXV.

TEneantur etiam dicti arbitri, & arbitratores, vel ipse tertius arbiter, ad pœnam centum librarum denariorum, auferendam ab eis à Potestate, vel Capitaneo, vel maiori Sindico, de facto, sine alio processu, vel iuris ordine, condemnare partem succumbentem in totum in expensis, quas aduersarius fecerit in causa. Et prædicta omnia, & singula locum habeant in compromissis factis, vel fiendis iussu Iudicis tantum lite, & controuersia mota, & si aliqua pars petierit à Iudice compromissum fieri, vt quinto capitulo huius capitis de Compromissis continetur, non autem de compromissis fiendis motu proprio, & libera voluntate compromittentium.

### Adnotationes.

Vide quæ dixi ad Cap. 23. n. 2. & *Gabr. de expens. conclus.* 1. & in Arbitro an possit condemnare victum in expensis, vel absoluere, & illas taxare tam de Iure communi, quam ex Statuto vide *Chartar. decis. Ianuen.* 5.

## De compromissis conuentionalibus, & extraiudicialibus. Cap. vltimum.

IN causis quando non esset aliqua lis, causa, seu quæstio mota coram aliquo Iudice, vel si esset mota, & partes vellent libera cuiuslibet earum voluntate facere compromissum, & causam, quæstionem, litem, & controuersiam compromittere, liceat ipsis partibus, ac possint compromittere, & compromissum facere de iure, & de facto, vel de iure tantum, etsi, & prout in simul conuenerint, ipsam litem, causam, & quæstionem, vel differentiam, in vnam, vel duas, aut tres, vel plures personas, cuiuscunque conditionis, etiam Procuratores, Aduocatos, Notarios, & quaslibet alias personas, de quacumque quæstione, causa, seu controuersia, discordia, contentione, & de quacumque quantitate, vel re, vel interesse æstimatione, vel facto. Et tali facto compromisso locum habeant omnia, quæ in compromisso iudiciali, & Statuto de eo loquente continentur. Excepto eo, quod dicitur de termino, intra quem debeat causa, lis, vel quæstio per arbitros, seu arbitrum terminari, qui terminus in huiusmodi compromissis libera voluntate compromittentium fiendis, intelligatur sex mensium, & non vltra, nisi de maiori, vel minori termino, & tempore compromittentes voluerint, & fuerint in concordia. Et excepto eo, quod dicitur supra in capitulo. Item volumus, quod si actor &c. de pœna soluenda in casu succumbentiæ. Excepto eo, quod huiusmodi arbitri, & arbitratores non laudando, pœnam non incidant supradictam. Et excepto, quod eorum laudum possit dici nullum, vel iniustum, vel iniquum, & possit peti reductio ad arbitrium boni viri. Et excepto, quod possit peti restitutio in integrum per minorem aduersus laudum, & sententiam, ex quo, vel ex qua diceretur minorem nimis læsum. Quæ dictio de nullitate laudi, & quæ petitio reductionis ad arbitrium boni viri, & petitio restitutionis in integrum fieri possit intra decem dies, vtiles tamen a die lati laudi, & mortificationis factæ per publicam scripturam, de laudo lato parti, contra quam laudum latum fuerit, & non postea vllo modo, sed elapso dicto tempore decem dierum contra tale laudum nihil in perpetuum possit dici, obijci, vel opponi, & transeat talis sententia, & tale laudum in rem iudicatam, & pro sententia Iudicis, quæ transiuit in rem iudicatam habeatur, & sit, & executioni mandetur, sicut confessio legitimè in iudicio facta, mandari debet.

## Adnotationes.

### SVMMARIA.

*Termini non currunt durante compromisso num. 1.*

*Arbitri plures si sint electi statur laudo vnius in contumaciam alterius num. 2.*

*Tempus sex mensium datur ad laudandum ex Statuto, & quid de Iure communi num. 3.*

*Laudum latum ab Arbitratoribus statim post compromissum est nullum num. 4.*

*Recursuum quis sit Iudex, & an appellatio detur à sententia confirmatoria laudi num. 5.*

*Emologatur laudum nullum, & quando num. 6.*

*Pactum de excomputando quicquid fuerit declaratum non impedit executionem vbi nihil fuit declaratum num. 7.*

*De nullitate laudi post dies assignatos à Statuto non potest dici num. 8.*

1 Durante huiusmodi compromisso † termini partibus, & Iudici non currunt, si causa non fuerit per Arbitrum terminata, vt disponit *Stat. rubr. 2. §. si verò*
2 *tempus. vers. & etiam. lib. 2. fol. 3.* Arbitri † electi vel ex mandato Superiorum, vel voluntate partium debent expedire causas intra terminum sibi tributum, & in contumaciam vnius statur laudo alterius, perinde, ac si ambo in concordia iudicassent, & cum hac clausula, quod stari debeat relationi referentis, censentur facta compromissa, cauetur *in Comit. par. 1. rubr. 56. pag. 27.* Sed dubitari potest de validitate huius Constitutionis cum videatur contra ius, & vide quæ dicam ver. Constitutio Comitma. Tempus
3 sex mensium † ad laudandum, vbi partes aliter non voluerint, assignatur in hoc Cap. sed de Iure communi duraret triennio compromissum, & fortasse perpetuo, & sic triginta annis, ex traditis *per Giouagn. cons. 8. num. 17. & seqq. & cons. 10. num. 29. & 30.*
4 *lib. 1.* Laudum latum † ab Arbitratoribus statim post compromissum, quod sit nullum, respondit *Ambrosin. decis. Perus. 40. num. 10. & seqq. par. 2.* Iudex recur-
5 suum ad huiusmodi laudis † est D. Capitaneus Rotæ, vt dicam ver. Rota. A sententia confirmatiua laudi nõ datur appellatio vide *ver. Appellatio in princ. vers.*
6 *procedit etiam. pag. 16.* Super emologatione † laudi nulliter lati, & quando valeat in vim pacti vide *Corn. cons. 123. lib. 2. & cons. 140. num 7. lib. 4. & Bug. cons. 6. num. 68. & seqq. lib. 2. & in Perusina Laudi de Cantutys 13. Marty 1628. coram R. P. D. Durano*, quæ est in fine, *decis. 88*, à qua decisione recessit postea *Rota sub die 11. May 1629. & 22. Aprilis 1630. coram eodem*, quæ decisiones sunt pariter in calce, *decis. 115. & decis. 116.* Pactum factum de ex-
7 computando † quicquid fuerit declaratum non nocet executioni instrumenti vbi nihil fuit declaratum, vt post alios firmat *Rota in Perusina Pecuniaria 10. Iuny 1613. coram bo. me. Buratto*, quæ est in fine, *de-*
8 *cis. 69. num. 8 & seq.* Post dies assignatos † à Statuto hic non posset dici de nullitate, vt respondit *Corn. cons. 140. num. 6. lib. 4.*

CON-

# CONDEMNATIO
## Condemnatus.

*SVMMARIA.*

*Condemnationes delinquentium non debent excedere pœnas in Statutis contentas in princ.*
*Condemnationes non reuocantur ex eo, quod non adfuerit citatio ad sententiam vers. Non reuocantur, sed vide num. 1.*
*Citatio non potest tolli per Statutum num. 1.*
*Condemnatus ad mortem an possit testari vers. Condemnati, & num. 2.*

COndemnationes delinquentium non debent excedere pœnas in Statutis contentas Status. rubr. 136. lib. 3. fol. 49. & vide ver. Poena. Non reuocantur condemnationes ex eo, quod condemnatus non fuerit citatus ad audiendum sententiam, & ex alijs quibusdam causis Statut.
A rubr. 54. lib. 3. fol. 29. A Condemnati ad mortem possunt testari vsque ad summam scutorum decem ad fauorem Confraternitatis S. Andreæ, aliàs Iustitiæ, ex Breui Pauli III. sub die 17. Sep-
B tembris 1535. in 7. regist. Canc. fol. 73. B De condemnato in contumaciam, & capto an audiatur in defensionibus dicam ver. Contumacia.

### Adnotationes.

1 A De validitate huius Statuti † potest dubitari, ex quo citatio tamquam de Iure naturali, & diuino; cum respiciat defensionem *Rota coram Caualer. decis. 52. num. 2.* non possit per Statutum tolli *Rolan. cons. 29. num. 41. lib. 1. Marant. de ord. Iud. par. 4. distinct. 16. num. 12. pag. mihi 221.*

2 B Damnatus ad mortem † attento iure communi an, & quando possit condere testamentum vide *Farinace. quæst. 102. num. 135. & seqq. & Eugen. cons. 10. lib. 2.*

# CONFESSIO.

*SVMMARIA.*

*Confessio facta à Prodigo, minore, & filiofamilias quando non valeat in princ.*
*Confitentibus maleficia remittitur quarta pars pœnæ vers. Confitentibus, & num. 1.*
*Confessiones debiti quomodo fiant vers. In Tribunalibus omnibus.*
*Exceptiones, quæ admittantur contra confessiones iudiciales vers. Exceptiones.*

NOn tenet, nec valet ipso iure confessio facta à Prodigo, vel ab illo, cui bonis fuit interdictum, vel ab Adulto minore viginti annis sine consensu curatoris, vel à Pupillo sine auctoritate tutoris, vel à filio familias sine consensu patris Stat. rubr. 29. §. item dicimus. lib. 2. fol. 18. & vide ver. Prodigus, ver. Minor, ver. Pupillus, & ver. Filius familias. Confitentibus maleficia remittitur quarta pars pœnæ Statut.
A rubr. 32. lib. 1. fol. 20. & rubr. 59. lib. 3. fol. 28. A In Tribunalibus omnibus huius Ciuitatis facta petitione ab Actore contra Reum pro aliqua re tradenda, consignanda, restituenda, seu relaxanda, vel pro aliqua pecuniarum quantitate soluenda, seu restituenda, Reus citatus, vel non, solitus fuit, ac est comparere, & confiteri debitum, qua confessione facta assignatur terminus sex dierum, si sumus in casu, in quo ille sit obligatus in forma Cameræ, sin minus decem dierum, vel maior, & minor terminus, secundum quod Actor ipse etiam consensit, ad soluendum, vel satisfaciendum, quo termino elapso licentia, seu mandatum executiuum realiter, & personaliter exequendum relaxatur, & per Notarium extrahitur, & debitæ executioni demandatur, ita seruari in confessionibus iudicialibus, testati fuerunt Domini Causidici, vt in fide sub die 11. Aprilis 1589. Exceptiones, quæ contra confessiones iudiciales possunt opponi habes infra ver. Exceptiones.

### Adnotationes.

De confessione est tractatus nouissimus *Vincentij Mancini.*

1 A Quid Iure communi † inspecto vide *Farinace. quæst. 81. num. 172. & seqq.* & in Statuto *num. 180.*

# CONFISCATIO.

*SVMMARIA.*

*Confiscantur bona Homicidæ in princ.*
*Confiscationes quomodo fiant vers. Confiscationes.*
*Pœna non reuelantium res ad Fiscum deuolutas vers. De pœna.*
*Pœnæ non expresse non possunt extendi ad confiscationem vers. Pœnæ, & num. 3.*
*Confiscantur bona non obstante fideicommisso, & prohibitione alienationis vers. Quod non obstante. Sed vide num. 4.*
*Quanto tempore præscribantur res ad Fiscum deuolutæ num. 2.*

COnfiscantur bona Homicidæ Stat. rubr. 15. §. statuerunt. lib. 3. pag. 14. Confiscationes quomodo fiant in hac Ciuitate vide fidem Collegij Dominorum Causidicorum sub die 28. Septembris 1594. quæ signanter loquitur respectu confiscationis legitimæ filiorum, de qua dicam ver. Legitima, & ver. Pater. De pœna non

non reuelantium bona, res, & scripturas, quæ venirent confiscanda vide Bannitum Gener. num.

A 62. A Pœnæ non expressæ non possunt extendi ad confiscationem, ex literis Cardinalis Aldobrandini sub die 23. Septembris 1600. registratis in Canc. Crim. in libro incip. De anno 1595.

B fol. 55. B Quod non obstante fideicommisso, & prohibitione alienationis confiscari debeant bona, cauetur in Bulla Sixti V. vt in Bull. nou. tom.

C 2. constit. 6. C

## Adnotationes.

1 De confiscatione bonorum † vide vltra *Peregr. de Iur. Fisci lib. 5. tit. 1. & Farinacc. quæst. 24. & 25.* tractatum *Sebastiani Guazzini*.

2 A Quanto tempore † præscribantur res ad Fiscum deuolutæ vide *Eugen. cons. 9. lib. 1.*

3 B Quod Præsides, & Gubernatores hanc pœnam imponere non possint, habetur per *Farinacc. d. quæst. 25. num. 19. & seq. Guazzin conclus 12 num. 4. & 5.*

4 C Hæc Bulla † non comprahendit misi recepta ntes Bannitos, vt respondit *Odd cons. 53.* sequuntur *Farinacc. d. quæst. 25. num. 39. circa fin. iuxta tertiam impress. & Guazzin. d. tract. conclus. 13. limit. 17. num. 16. & latius conclus. 27. num. 20. & seq.*

# CONSANGVINITAS.

## SVMMARIA.

*Consanguinei debent citari vbi quis vult agere contra absentes, & minores in princ.*

*Consanguinei de Iure ciuili dicuntur fratres ex eodem patre geniti num. 1. Sed vide per tot.*

*Quid attento communi vsu loquendi num. 2. & seqq.*

*Quid de Iure Canonico num. 6. vbi quod tam agnati, quam cognati.*

*Statutum a Papa confirmatum debet interpretari secundum ius Canonicum num. 5.*

*Attinentium appellatione veniunt etiam cognati n. 8.*

Consanguinei debent citari vbi quis vult agere contra absentes ex Statut. rubr. 26. lib. 2. & ver. Absens. Prout pariter vbi quis vult agere contra Pupillum, vt per Stat. rubr. 20. dicto lib. 2. & dicitur in ver. Minor, & ver. Tutor.

## Adnotationes.

Consanguinei strictè, & propriè secundum ius ci-

1 uile † sunt fratres ex eodem patre geniti. *l. 1. §. consanguineus in princ. & §. 1. ff. de suis & legitim §. 1. vers. itaque. vbi Glos. & Aret. instit. de legit. agnat. success. & dixit Rota in Perusina Bonorum 27. Iunij 1597. coram Gypsio*, quæ est in fine, *decis. 23. num.*

2 51. vbi tamen *num. 10.* admittit, quod † attento communi vsu loquendi, censentur omnes etiam vltra quartum gradum *ex not. per Bart. in l. cum quis* *de in. §. quod dicitur. ff. de acquir. heredit. Franc. in cap. postremo. num. 7. de appellat. Alex. cons. 82. in princ. lib. 1. & idem dixit Rota coram Reuerendissimo* Coccino *Decano decis. 137. num. 21.* Iste tamen

3 communis vsus † loquendi esset probandus secundum *Bero. cons. 83. num. 6. & cons. 95. num. 22. lib. 2.* vbi etiam respondit, quod cum in Statutis verba sint

4 propriè intelligenda appellatione † cõsanguineorum non veniunt nisi fratres, vel agnati, non autem coniuncti per fœminam, de quo etiam *per Non. cons. 108. num. 10.* & in fideicommissis videatur *Fusar. de substit. quæst. 364.* Verum quod etiam cognati veniant appellatione cõsanguineorum in Statuto dixi in ver. *Absentia num. 27.* & suadetur ex eo, quod sumus in terris Ecclesiæ, & in Statuto à Papa confirmato, &

5 ideo debet interpretari † secundum Ius Canonicum *Bal. in l. 1. num. 8. C. qui bon. ced. poss. Petr. de Ancharr. in repet. cap. 1. vers. occurrunt alia quæ homines extra de constit. Felyn. in cap. ex literis. num. 4. col.*

6 *fin.* de iure autem Canonico † appellatione consanguineorum veniunt agnati, atque cognati, *cap. inuenis, & cap. non debet extra de consang. & affinit. cap. postremo extra de appellat. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. num. 4 vers. Sed intelligo. Ludou. Alfer. int. cons. crim. diuers. cons. 151. num. 7. lib. 1.* maxi- A

7 mè vbi hoc verbum consanguinei † poneretur ad differentiam affinium *ad rubr. & nigr. extra de consang. & affinit.* & benè considerat *Boccacc. ad Egid. glos. 32 num. 90.* & vbi Statutum non loqueretur simpliciter

8 de consanguineis, † sed de proximioribus consanguineis, & attinentibus, vt in *rubr. 20. lib. 2.* quia tunc Statutum non facit differẽtiam inter consanguineos, & attinentes, nisi respectu proximioritatis, & appellatione attinentium, absque dubio veniunt etiam cognati *ad Capr. cons. 130. num. 5. Peregr. de fideic. art. 22. num. 41. Fusar. de substit. quæst. 371.*

# CONSERVATORES Monetæ.

## SVMMARIA.

*Conseruatores Monetæ quot, & de eorum officio. à princ.*

*Notarij Conseruatorum quot, & de eorum officio vers. Quoad Notarios.*

*Conseruatores isti si fraudem commiserint non admittuntur ad aliud officium in Adnot.*

Auctoritas Massariorum antiqua fuit translata in Conseruatores Monetæ, vt in Bull. nou. regimin. in 5. reg. Canc. fol. 32. & de auctoritate Massariorum dicam ver. Massarij. Isti Conseruatores Monetæ, qui latinè dicendi essent Quæstores, debent esse tres boni, prudentes, & legales Viri, & eorum officium durat per sex Menses Stat. rubr. 229. lib. 1. fol. 76. vbi de modo eligendi. Sufficiunt duo pro exercitio officij Stat. rubr. 257. dicto lib. 1. fol. 83. Debent iurare vna cum eorum Notarijs de officio benè administrando coram Dominis Prioribus Stat. rubr.

rubr. 327. dicto lib. 1. fol. 82. Consistit eorum officium in exigendo, & recipiendo introitus Ciuitatis, & de ipsis nomine Ciuitatis refutationem faciendo dicta rubr. 229. lib. 1. fol. 76. Necnon circa venditionem Piscium Stat. rubr. 96. in addit. lib. 4. fol. 27. Item in faciendis locationibus bonorum Ciuitatis, vt dictum est ver. Ciuitas pag. 63. Non possunt accipere pecunias mutuo sub fœnore, sine permissione Dominorum Priorum, & Camerariorum Stat. rubr. 272. dicto lib. 1. fol. 86. Quoad Notarios debent habere duos expertos, & idoneos dicta rubr. 229. lib. 1. fol. 76. vbi de modo eligendi. Qui Notarij debent scribere Bannimenta, & venditiones Gabbellarum Stat. rubr. 259. in fin. lib. 1. fol. 84. Isti Notarij Conseruatorum tantum, qui semper fuerunt de Collegiatis, scribunt in causis damnorum datorum, & tam Curiales, quam non Curiales, vt in fide Collegij Dominorum Causidicorum sub die 17. Ianuarij 1597. Conseruatores præfati debent vacasse per tres annos, & Notarij per duos Stat. rubr. 256. eodem lib. 1. fol. 83. & idem quoad Conseruatores legitur rubr. 75. §. fin. lib. 1. pag. 33.

## Adnotationes.

Istorum Conseruatorum Monetæ meminit *Bart. in l. 2. C. de Palatin. sacr. largit. lib. 12.* vbi per illum tex. dicit, quod isti si reperiantur fraudem commisisse non admittuntur ad aliud officium. De Conseruatoribus vide *Galganett. ad Stat. Vrb. cap. 15. lib. 1. pag. 22. & seqq.*

## CONSILIVM, seu Concilium.

### SVMMARIA.

*Consilia Perusia quot in princ.*
*Consilium quandoque, vocatur Adunantia, vers. Consilium, & num. 3.*
*Consilium antiquitus vbi fiebat vers. Tempore.*
*Consilium à quibus, & quomodo conuocetur vers. Domini Priores vbi quod non accedentes puniuntur.*
*In Consilijs quot debeant interuenire vers. In Consilijs.*
*Nemo potest vices suas alteri committere, sed ipsemet accedere debet ibidem.*
*Superior repræsentans auctoritatem Apostolicam, debet interuenire in Consilijs vers. Debet etiam.*
*Deliberatio debet præcedere super proponendis in Consilijs vers. Antequam.*
*Suffragia debēt reddi secreto vers. Suffragia vbi quando dicatur, quid obtentum.*
*Partitum semel positum, & non obtentum, amplius poni non potest vers. Partitum.*
*Scribi non potest, nisi per Notarium, vel Cancellarium Dominorum Priorum vers. Non potest.*
*Strepitus, & clamor prohibetur in Consilijs vers. Nemo potest.*
*Propalantes secreta Consilij puniuntur vers. Non possunt.*
*Auctoritas, & facultas Consilij Camerariorum relatiuè vers. De auctoritate.*
*Opponi contra reformationes factas in Consilio non potest, & quando, vers. Contra reformationes.*
*Capi non possunt pro debitis ciuilibus ij, qui debent interuenire in Consilijs postquam Campana ad Consilium pulsare cœperit vers. Consules.*
*Consilium Quadraginta Ciuium quando ordinatum, & de auctoritate vers. Consilium Quadraginta.*
*Consilia repræsentant totam Ciuitatem Adnot. n. 2.*
*Consilium tenet quamuis non appareat præcessisse vocem Præconis, & sonum Campanæ num. 4.*

OLim in Ciuitate nostra erant diuersa genera Consiliorum, & septem numerantur in Stat. rubr. 222. lib. 1. fol. 74. & in seqq. rubr. tractatur de personis, & auctoritate cuiuslibet Consilij. Consilium quandoque, in Statuto vocatur Adunantia, vt rubr. 74. §. & aliter. lib. 1. fol. 33. & rubr. 77. §. possunt. eodem lib. 1. fol. 34. & de Consilijs Castrorum dixi ver. Castra
A pag. 47.[A] Tempore libertatis Consilium Populi fiebat in Aula inferiori Palatij, in quo erat residentia D. Potestatis Capitaneo assistente, & proponente Stat. rubr. 16. in addit. lib. 4. fol. 8. Domini Priores habent auctoritatem, & iurisdictionem conuocandi Consilium, præcedentibus Banno, & pulsatione Campanæ d. rubr. 74. in princ. cum §. seq. lib. 1. fol. 33. & de Consilio Camerariorum, quod vocetur per Præcones, & pulsum Campanæ habetur rubr. 88. lib. 1. fol.
B 39.[B] & non accedentes ad Consilium puniuntur rubr. 572. lib. 1. fol. 126. In Consilijs debent interuenire Domini Decemuiri numero super septem rubr. 77. §. fin. lib. 1. fol 34. & rubr. 224. post princ. dicto lib. 1. fol. 74. exceptis certis casibus, de quibus dicta rubr. 224. & præsertim in §. saluo, & reseruato, & Domini Camerarij saltem triginta dicta rubr. 74. §. sed possit. lib. 1. fol. 33. & dicta rubr. 224. in princ. fol. 74. & nemo potest committere vices suas alteri, sed ipsemet accedere debet, vt in rubr. 80. §. & quod nullus dicto lib. 1. fol. 35. Debet etiam interuenire Vicelegatus, vel alter ab eo deputatus, qui repræsentet auctoritatem Apostolicam, vt in Breui Iulij III. sub die 6. Septembris 1554. in 6. reg. Canc. Comm. fol. 117. & hoc idem fuerat prius mandatum per Martinum V. in Capitulationibus quas fecit cum Ciuitate sub cap. 10. die 10. Iulij 1425. in 1. reg. fol. 11. cum seq. & per Paulum II. in eius Bulla data 3. Id. Octob. 1466. de qua in 3. reg. vbi statuit, quod si Consilium non fieret cum interuentu Legati, vel Gubernatoris esset irritum, & redderentur Consiliarij

inhabiles ad quæcumque officia per triennium, & loquitur de dicto Consilio Camerariorum. Antequam fiat Consilium, Domini Priores numero saltem septem in concordia debent deliberare super proponendis in Consilio Dominorum Camerariorum per diem ante, vel saltem in casu necessitatis ante sonum Campanæ Stat. rubr. 74. §. 1. lib. 1. fol. 33. & dicta rubr. 224. dicto lib. 1. fol. 74. in princ. Suffragia autem debent reddi secretò per fabas nigras, & albas, & intelligitur obtentum partitum si fabæ albæ essent vt minimum duæ partes ex tribus Statut. rubr. 206. vol. 1. fol. 69. & dicta rubr. 74. §. 1. & dicta rubr. 224. §. si erit tractatum, sed quandoque requiruntur vota saltem nouem Dominorum Priorum, & trigintaquinque Camerariorum, vt in dicta rubr. 224. §. saluo, & reseruato, & rubr. 471. eodem lib. 1. fol. 109. Partitum autem semel positum, & non obtentum amplius poni non potest, & quatenus reponeretur, non valet ipso iure id quod obtineretur, & hoc non habet locum in factis tangentibus principaliter Commune Perusiæ, quia tunc semel, & pluries partitum poni potest dicta rubr. 74. §. fin. Non potest scribi nisi per Notarium, vel Cancellarium Dominorum Priorum rubr. 148. lib. 3. fol. 50. Nemo potest strepere, seu clamare alta voce in Consilio, sub certa pœna rubr. 87. §. fin. lib. 1. fol. 39. Non possunt sub grauissimis pœnis etiam priuationis officiorum, & honoris propalari ea, quæ in Consilio sub secreto facta sunt rubr. 144. lib. 3. fol. 50. Contra reformationes factas in Consilio non potest opponi nisi quod nō fuerit factæ iuxta formam Statutorum, & opponens, & non probans, tenetur ad pœnam, & non potest quis opponere nisi data cautione de soluendo pœnam, vt rubr. 77. §. possint. & rubr. 78. §. fin. lib. 1. fol. 34. Consules, Auditores, & Camerarij postquam Campana ad Consilium pulsare cœperit, pro debitis ciuilibus capi non possunt rubr. 81. §. volumus. & rubr. 83. lib. 1. fol. 37. & 38. & rubr. 2. de fer. §. volumus insuper. lib. 2. fol. 14. Consilium quadraginta Ciuium fuit ordinatum per bo. mem. Cardinalem Pinellum Legatum sub diuersis capitulis, & auctoritatibus, prout apparent in folijs impressis, deinde idem Legatus fecit diuersas alias ordinationes, declarationes, & additiones manu D. Agabiti Nerutij Notarij, & fuit hoc Consilium confirmatum per Clementem VIII. vt in Breui dato de Anno 1592. in 7. reg. Canc. Comm. fol. 167.

## Adnotationes.

1 De hoc Consilio † Ciuitatum vide aliqua apud *Carpan. ad Stat. Mediol. tom. 2. cap. 1. & seqq. & apud Galganett. ad Stat. Vrb. lib. 3. cap. 2. fol. 726.*

2 Consilia † huiusmodi repræsentant Vniuersitatem, & gesta per ea censentur gesta per Vniuersitatem. *Corn. consf. 241. sub num. 16. lib. 4. Menoch. consf. 390. num. 32. lib. 4. & consf. 548. num. 2. lib. 6.*

3 A *Bal. consf. 462. vers modo dico. lib. 4.* dum † loquitur de huiusmodi Consilijs Vniuersitatum vtitur verbo Adunantia.

4 B Si non appareat † præcessisse vocem Præconis, sonum Campanæ an teneat Consilium vide pro affirmatiua *Castr. in l. vniuersis. num. 3. C. de precib. Imperat. offer.*

# CONSTITVTIONES Cardinalis Vrbini.

### *SVMMARIA.*

*Constitutiones Cardinalis Vrbini fuerunt confirmatæ à Gregorio XIII. in princ.*
*Cardinalis Vrbini habebat facultatem etiam in spiritualibus ibidem.*
*Constitutiones hæ sunt Papales in Adnot. num. 1.*
*Statuta Vrbis dicuntur Papalia num. 2.*
*Papalia Statuta ligant Ecclesiasticas personas, & habent locum in quocumque foro num. 3.*
*Constitutiones Cardinalis Vrbini dum mandant seruari Statuta non debent intelligi ad correctionem Iuris canonici num. 4.*

HÆ Constitutiones per extensum sunt in fine huius Operis, cum illarum speciali confirmatione Gregorij XIII. Iste Cardinalis Legatus habebat facultatem etiam in spiritualibus, vt legitur in 6. reg. Canc. Comm. fol. 93.

## Adnotationes.

De istis Constitutionibus vide *Eug. consf. 45 num.*
1 *47. lib. 1.* & possunt dici † Papales, quia fuerunt recognitæ, & emendatæ à deputatis per Gregorium XIII. ante confirmationem, & factæ etiam additiones aliquæ, vt legitur in Breui confirmatorio, sicuti
2 factum fuit in Statutis Vrbis, quę † propterea dicuntur Papalia. *Honded. consf. 5. num. 43. lib. 2. Seraph. decisf. 153. num. 1. Marescott. var. resolut. cap. 67.*
3 *num. 24. lib. 2.* & consequenter ligant † etiam Ecclesiasticas personas, & habent locum in quocumque foro etiam Ecclesiastico. *Seraph. decisf. 1170. num. 3. Marescott. d. cap. 67. num. 20. & 21.* citans Rotam *in Romana separationis Thori 2. Decembris 1605. & 16. Ianuarij 1606. coram bo. me. Card. Marcomontio,* quæ decisiones sunt impressæ *apud Paris. de Salu. Interd. decisf. 237. & 250. iux. nou. impress.* Verum
4 dum hæ Constitutiones mandant † attendi debere Statuta locorum, non per hoc videntur disponere, quod illa sint attendenda ad correctionem Iuris canonici, vt fuit dictum *in Perusina releuationis testamenti 7. Maij 1632. coram R. P. D. Pirouano circa finem vers Decreta autem,* de qua decisione vide ver. *Testamentum.*

CON-

## CONSTITVTIONES Comitinæ.

SVMMARIA.

*Comitinæ Constitutiones à quo fuerint conditæ in princ.*
*An ligent vide Adnot.*

Comitinæ Constitutiones fuerunt in vnum redactæ à bo. mem. Carolo de Comitibus tunc Gubernatore, postea creato Cardinale, tum ex proprijs, tum ex alijs Antecessorum Constitutionibus, & Decretis, & durante eius Gubernio impressæ.

### Adnotationes.

Dubitari solet an istæ Constitutiones ligent cum non sint confirmatæ à Summo Pontifice, & nullo modo videntur attendendæ in casibus vbi ius commune stat in contrarium, vt benè comprobat *D. Ludouicus Postius* Conciuis meus in plenissimo tractatu mox publicæ vtilitati typis dando *de Mandato de manutenendo obseruat. 53. num. 36.* & vide infra ver. *Gubernator.*

## CONSTITVTIONES Marchiæ.

SVMMARIA.

*Constitutiones Marchiæ factæ ab Egidio Cardinali fuerunt confirmatæ pro toto Statu Ecclesiastico in princ. & in Adnot. num. 3. & seq.*
*Factæ autem per Cardinalem Carpensem sunt confirmatæ pro Marchia Prouincia tantum, vers. Illæ verò, & in Adnot. num. 5.*
*Constitutiones Marchiæ non sunt in vsu in Ciuitate Perusiæ vers. Super istis vbi fides Curialium.*
*Sed vide contra in Adnot. num. 6. & seq.*
*Constitutiones Marchiæ non habent locum vbi adsunt Statuta particularia, vt in Adnot. num. 1. Declaratur relatiuè num. 2.*

Constitutiones Marchiæ editæ per Cardinalem Egidium fuerunt confirmatæ pro toto Statu Ecclesiastico à Sixto IV. vt in Bull. nou. tom. 1. constit. 15. pag. 355. & à Paulo III. vt d. tom. 1. constit. 17. pag. 640. cuius confirmatio est etiam impressa in principio dictarũ Constitutionum Marchiæ. A Illæ verò, quæ leguntur factæ per Cardinalem Carpensem inter easdem Marchiæ Constitutiones fuerunt confirmatæ pro Prouincia Marchiæ, vt in alia Bulla eiusdem Pauli III. d. tom. 1. pag. 640. quæ est etiam impressa in principio dictarum Constitutionũ. B Super istis Constitutionibus Marchiæ, quod non sint in vsu in Ciuitate Perusiæ, præterquam respectu Iudicij possessorij est fides Collegij Dominorum Causidicorum sub die 6. Decembris 1577. & quod Constitutiones Marchiæ super Capitulo de Contractibus minorum vigintiquinque annis, & mulierum super dictis contractibus, seu instrumentis non fuerint, nec sint vsu receptæ in Ciuitate Perusiæ, & eius Comitatu, sed quod fuerit obseruatum, & obseruetur Statutum Perusinum disponens in his contractibus, adhibito decreto Iudicis Communis Perusiæ, & consensu Curatoris, quando minores habent Curatores, & si non habent, decreto Iudicis tantum, fuit dictum in alia fide eiusdem Collegij sub die 22. Aprilis 1610. C

### Adnotationes.

1 Constitutiones prædictæ † non habent locum vbi adsunt Statuta particularia, quia hæc prius attenduntur *Bal. cons. 201. num. 2. vers. In contrarium videtur. lib. 1. Corn. cons. 151. num. 6. lib. 3. Rota decis. 330. num. 3. par. 2. diuers. & coram Seraph. decis. 343. num. 2. & in Recanatensis Successionis 6. Iuny 1618. coram Buratto*, quæ est in calce, *decis. 77. num. 6.* Maximè Perusiæ ex Constitutione Cardinalis Vrbini, de qua per *Eugen cons. 48. num. 46. & seqq. lib. 1.* & hanc conclusionem admittit Rota licet declaret

2 † *apud Ludouis. decis. 260. num. 4. in Perusina Fideiussionis 26. Nouembris 1611. coram Eminentissimo Cardinali Pamphilio*, quæ est in fine, *decis. 21. num. 6. & seq.* confirmata in eadem causa, *vt in seq. decis. 22.* & in alijs, & præsertim in *Ciuitatis Castelli Pecuniaria 5. Maij 1621. coram Remboldo*, quæ est in fine, *decis. 78. num. 2. & seq.* & in alia *Perusina Hæreditatis 10. Decembris 1628. coram Eminentissimo Cardinali Virili*, quæ est in fine, *decis. 97. num 3.* & in *Assisiensis Dotis 22. Iunij 1629. coram R. P. D. Verospio*, quæ est pariter in fine, *decis. 117. num. 12. & seq.*

3 A Quoad Egidianas Constitutiones, † quod sint seruandæ per totum Statum Ecclesiasticum propter dictam Constitutionem Pontificiam; quicquid senserit *Eug. cons. 58. num. 31. & seq. lib. 2.* dixit pluries Rota, & signanter *coram Virali decis. 226. par. 1.* vbi vult habere locum in Ciuitate Auenionis, *& decis. 780. num. 4. in fin. par. 1. diuers.* itant dubitari nullatenus possit quin habeant locum in Ciuitate Perusiæ, vt dictum *in Perusina Fideiussionis*, quæ est in fine, *decis. 21. num. 2.* & fuit pluries canonizata, vt dixi supra proximè, & idem voluit *Rota in Perusina Laudi 16. Martij 1626. coram R. P. D. Merlino*, quæ est in fine, *decis. 58. num. 3. & in dicta Perusina Hæreditatis decis. 97. num. 2.* & quod de illarum

4 Constitutionum validitate † non sit dubitandum stante confirmatione Pontificia post *Roman. cons. 12. sub num. 2. circa fin. vers. Resultat ergo ex prædictis. Rota decis. 739. num. 1. vers. Et de validitate. par. 4. diuers.*

5 B Carpenses Constitutiones † non habere locum extra Prouinciam Marchiæ, quia illarum confirma-

tio est restricta ad dictam Prouinciam dixit *Rota in Esina Fideicommissi, de Georgiis 14. May 1604. coram Penia*, quæ est impressa, *decis. 6. num. 3. par. 4. diuers.* quam ref. et cum alia coram Sacrato *Beltramin. ad Ludouis. d. decis.* 160. *num.* 17. & fuit hoc idem etiam dictum *in Fulginatensis Pecuniaria* 25. *Iunij* 1621. *coram Manzanedo*, quæ est fine, *decis. 91. num. 8. & seq.*

6 ¶. Quod fides super non vsu † Constitutionum Marchiæ non faciat fidem, dixit *Rota coram Ludouis. d. decis.* 260. *num.* 5. & non obstante supradicta attestatione fuit contrarium decisum in Rota, vt *in dicta Perusina Fideiussionis*, in fine, *decis. 21. & seq.* & in alijs causis pariter Perusinis, de quibus dixi supra 7 *lit. A.* & quod Constitutiones prædictæ † præsumantur vsu receptæ, dixit *Corn. cons.* 228. *num.* 1. *lib.* 3. maxime cum sint confirmatæ à Papa *Rota decis.* 301. *num.* 2. *par.* 2. *diuers.* & dicam ver. *Statutum*.

# CONTVMACIA.

## *SVMMARIA.*

*Contra Contumacem quomodo in criminalibus procedatur in princ.*

*Contumax habetur pro confesso ibidem.*

*Condemnatur in quarto pluri vers. Condemnatur.*

*Audientia denegatur contumaci condemnato vers. Non auditur.*

*Contumax in ciuilibus quomodo condemnetur relatiue in fine.*

De Processu contra contumacem in criminalibus, & quod habeatur pro confesso vide Stat. rubr. 4. lib. 3. fol. 4. Condemnatur in quarto pluri contumax pro maleficio Stat. rubr. 5. ibid. Non auditur contumax condemnatus, vt d. rubr. 4. in addit. & est Bulla Pij V. cum declaratione ipsius Papæ in Bullar. nou. tom. 2. constit. 9. pag. 186. & 187. De Contumace in ciuilibus vide, quæ dixi ver. Citatio. vers. Post dictam.

## Adnotationes.

Ad materiam vide latissime per *Farinacc. quæst. crim. 11. per totam*, & ad declarationem dictæ Bullæ *Eug. cons. 20. lib. 1.* & dicta supra ver. *Bannitus fol.* 33.

# CVRATOR.

## *SVMMARIA.*

*Curator à quibus Iudicibus detur in princ. & in Adnot. num. 1.*

*Persona petita à minore datur in Curatorem vers. Datur, & Adnot. num. 2.*

*Curator ad lites datur etiam inuito vers. Ad lites, & Adnot. num. 3. & quomodo detur num. 4.*

*Furiosis, & Prodigis datur Curator vers. Furiosis autem.*

*Curator bonis viuentis, vel mortui, & hæreditate iacente quomodo detur vers. In Curatore, & in Adnot. num. 11. & seqq.*

*Curator dandus vbi Tutor vult reddere rationem administratoris vers. De Curatore.*

*Curator non carceratur pro debito minoris vers. Curatores.*

*Citatio Curatoris an sit necessaria Adnot. num. 5.*

*Sufficit citare illum num. 7. vbi limitatur.*

*Curatoris datio est necessaria etiam de Iure communi Adnot. num. 6.*

*Curator ad lites tenetur satisdare de Iure Adnot. n. 8.*

*Secus de consuetudine num. 9.*

*Non tenetur facere Inuentarium num. 10.*

*Curator bonis absentis datur num. 11.*

*Curator, hæreditate iacente est necessarius etiam de Iure communi num. 12.*

*Citantur Consanguinei num. 14.*

*Hæreditas quando dicatur iacens num. 13.*

*Et quando vacans num. 15.*

*Fiscus succedit in bonis vacantibus, nec datur Curator ibidem.*

*Creditor ipse potest dari Curator hæreditate iacente num. 16.*

*Curator hæreditate iacente potest facere omnia, quæ sunt necessaria num. 17.*

*Compromissum necessarium facere potest ibidem.*

*Cura finitur cessante causa, & superueniente maiore ætate num. 19.*

Curator à quibus Iudicibus detur Adultis, & alijs Stat. rubr. 19. §. sint autem. & rubr. 20. lib 2. fol. 9. & seq. & dicam ver. Iudex Communis. Potest etiam Iudex Maleficiorum interponere auctoritatem super Curis minorum volentium se repræsentare coram eo occasione alicuius accusationis, denunciationis, vel inquisitionis, quæ fieret contra ipsos, vel volentium accusare, ita legitur in rubr. 10. §. Possit tamen.

A lib. 1. fol. 7. A Datur in Curatorem persona ab Adulto petita, si Iudici visa fuerit idonea, & suf-

B ficiens d. rubr. 20. §. penult. lib. 1. fol. 10. B Ad lites datur etiam inuito secundum iuris disposi-

C tionem d. rubr. 20. §. fin. in princ. lib. 1. C Furiosis autem, & alijs quibuscumque indigentibus dantur Curatores secundum quod Ius commune dari dictat, & disponit, d. §. fin. vers. Furiosis autem, & in Prodigo vide rubr. 34. lib. 2. fol. 21. & dicam ver. Furiosus, & ver. Prodigus. In Curatore dando bonis viuentis, vel mortui ius commune seruetur, ita cauetur in d. rubr. 20. §. fin. in fine, sed in Curatore dando hæreditate iacente vide rubr. 7. lib. 2. fol. 4. vbi quod assignatur terminus viginti dierum consanguineis defun-

D cti ad deliberandum. D De Curatore dando quando Tutor vellet reddere rationem administrationis vide rubr. 21. §. quod quicumque. lib. 2. fol. 10. & dicam ver. Tutor, vbi etiam de refutatione facienda ab Adulta eidem de qua Stat.

rubr. 85. §. item ille. lib. 3. fol. 34. Curatores non
carcerantur pro debitis minorum nisi lapso cer-
to termino, de quo in Stat. rubr. 29. §. statuimus
insuper. lib. 2. fol. 19. & dicam ver. Tutor.

## Adnotationes.

De Curatoribus habes tractatus relatos infra *ver. Tutor*, apud quos videbis pertinentia ad declarationem etiam Statutorum.

1 A. De Iure communi datur Curator † à Iudice,
coram quo lis pendet. *Galganett. ad Stat. Vrb. lib. 2.
cap. 11. num. 20.* vbi quod Ecclesiasticus dat Cura-
torem laico minori coram se litiganti, & è contra,
post *Mynf. viden. sing. obseru. cent. 1. obseru. 87.*

2 B Idem est de Iure communi, † quia datur petitus
à minore, vt scribunt Doctores, & præsertim *Afflict.*
& *D. Cenc.* mox citandi.

3 C. Quod de Iure communi detur Curator † ad li-
tes etiam minori inuito, cui alias non datur, nisi ab
ipso petatur est *tex. in §. 1. in fin. instit. de Curator.
Rota decis. 470. num. 2. in fin. par. 1. recent.* & vide
*Ricc. collect.* 843. & quæ ad Statut. Mediolan. tradit
*Carpan. cap. 34.* Quando aliquis vult agere contra
minorem, qui indiget Curatore, ex stylo nostræ Cu-
4 riæ, † debet citare primo minorem ad petendum si-
bi dari Curatorem, & in contumaciam citatur secun-
do ad videndum sibi decerni iudiciario nomine, & in
termino in contumaciam citati, per Iudicem decer-
nitur ei, quæ practica est desumpta *ex l. 1. C. qui pet.
tut. vel curat.* & tradunt *Afflict. decis. 256. num. 2.*
qui loquitur in Curatore dando ad lites pupillo ma-
iori septemnio, de quo etiam *Caualc. de tut. & cu-
rat. num. 282. D. Cenc. de Censib. par. 3. cap. 1. quæst.
3. art. 9. num. 19. pag. 254.* & latius *Giurb. decis. Si-
cil.* 109. vbi etiam de minore coniugato, *Rota decis.
674. num. 7. par. 1. recent.* vbi quamuis dicat, quod
5 non sit necessaria Curatoris † citatio, cum sit in op-
tione Actoris, quem velit citare, attamen subdit,
quod aliqui ex Dominis de hac conclusione dubita-
runt, quia in practica seruatur, quod si Adultus ha-
bet Curatorem debet ipse citari, & non sufficit cita-
re Adultum, sed si eo caret, tunc Adultus citari po-
test, vt legitime compareat, & sibi Curatorem pe-
tat, *vt per Adden. ad Dec. cons. 249. in ver. Adul-
tum*, & alios ibi relatos. Necessaria igitur erit da-
6 tio Curatoris † ad lites, vt iudicium sit validum, non
solum quia ita mandat Statutum, sed etiam quia ita
disponitur de Iure communi. *d. l. 1. C. qui pet. tut. &
curat. & l. 2. C. qui legit. person. quam voluit citare
Rot. coram Ludouis. decis. 319. num. 2. & firmatur
per Colleg. Ingolst. apud Giouagn. cons. 61. num. 29.
lib. 1. & pluribus citatis, tradit Giurb. d. decis. 109.
Ricc. collect.* 2704. vbi etiam quando agit, & limitat
duobus modis. Bene verum est, quod postquam fuit
7 datus Curator † potest ipse solus citari absque eo,
quod citetur minor, vt dixit *Rota in Perusina Bono-
rum 22. Iunij 1605. coram Mantomontio*, quæ est in
fine, *decis. 103. num. 11. & seqq.* dummodo non sit
datus maiori. *Giurb. d. decis. 109. num. 6.* Curator
8 iste licet de Iure † teneatur satisdare. *Glos. & Bart.
in l. etsi ad species. ff. rem pup. salu. for. Capell. Tolos.
decis.* 246. & videatur hoc etiam velle *Stat. d. rubr.* 19.
*§. sint autem*, dum ibi cauetur, quod Iudices debeant
cognoscere fideiussores idoneos &c. Attamen con-
9 traria opinio † habet plures Auctores, vt *per Carpan.
d. cap. 34. num. 50.* & hanc recepit consuetudo, &
seruat Rota, vt apud *Put. decis. 130. num. 4. & seqq.
lib. 3. & apud Achill. decis. 80. alias 1. de Iudic.* & tra-
dit *Gratian. discept. tom. 2. cap. 225. num. 33.* & vide
*Amat. decis. March. 63.* Statutum autem nostrum
potest intelligi in Curatore generali non ad lites tan-
tum, & quod de stylo hic Perusiæ non satisdant Cura-
tores ad lites, scripsit *Ios. Ludou. decis. Perusin. 48.
num. 2. & seq.* vbi quod coguntur Causidici suscipe-
re huiusmodi Curas, & tantummodo iurant vtilia fa-
cere, & inutilia prætermittere, quodque eis semper
liceat vti veritate, quia aliàs non inueniretur, qui hu-
iusmodi onera susciperet. Certum est autem, quod
10 isti Curatores † non tenentur facere Inuentarium,
cum non administrent. *Glos. in l. de creationibus. in
ver. conscripto. C. de episc. aud. Bart. in l. tutor, qui
repertorium. num. 5. ff. de adm. tut.* quos citat *Au-
fred. ad Capell. Tolos. quæst. 72.* sed melius *idem Bart.
in d. l. & si ad species. ff. rem Pupill. salu. for.* vbi affe-
rit ità seruari de consuetudine. *Rol. de Inuent. quæst.
45. pag. 31.* vbi distinguit, & dixit *Rota apud Put. d.
decis. 130. num. 6.*

11 D Quoad Curatorem dandum bonis † Absentis
dixi ver. Absentia *num. 20.* & addo nunc *Castr. cons.
143. num. 1. lib. 1.* vbi de differentia à Curatore bo-
nis mortui. *Ricc. coll.* 1257. *Gayll. obseru. 130. num. 12.
& seqq. lib. 2. & Carpan. d. cap. 34. num. 55. & seqq.*
12 Quo verò ad Curatorem hæreditate carente † scias,
quod etiam de Iure communi, vt iudicium subsistat,
debet dari Curator. *l. 1. & 2. C. de Curat. bon. dan.
Castr. in l. dies cautioni. §. toties. num. 3. ff. de dam.
infect. Gayll. d. obseru. 130. num. 3. lib. 2.* sed aduer-
13 te, quod iacens † tunc dicitur hæreditas quando do-
minium rerum hæreditariarum adhuc non est quæsi-
tum alicui personæ. *Castr. in l. in suis. num. 2. ff. de
liber. & posth.* & quando non fuit adita, sed adhuc spes
viget, quod illam aliquis adeat. *Ang. cons. 193. sub
num. 3. Dec. cons. 309. num. 1. Gayll. d. obseru. 130.
num. 1.* & hoc casu datur Curator, vt in Statuto, ad
*Dec. cons. 400. num. 6. vers. Vlterius etiam. & D. Cenc.*
14 *d. num. 19.* citatis prius † proximioribus, vt in eo,
quod etiam est de Iure communi, licet maius tempus
assignetur eo iure ad deliberandum, vt per *Gayll. d.
obseruat. 130. num. 3. à vers. antequàm autem lib. 2.*
15 Vbi verò hæreditas est vacans, † vt quando bona de-
functi, facta diligenti inquisitione, nullum habent suc-
cessorem, nec haberi posse speratur, quia nullus vult
esse hæres. *l. 1. §. cui bona. ff. de iur. fisc. l. 1. in princ.
ff. de success. edict. l. 1. & l. fin. C. de bon. vac. lib. 10.
Dec. d. cons. 509. sub num. 1.* tunc non est locus Cu-
ratori, sed intrat Fiscus. *Angel. vbi sup. Dec. d. cons.
509. num. 1. Menoch. de arbitr. cas. 150. num. 2.*
16 Creditor ipse † potest accipere huiusmodi curam. *l.
debitor. & ibi Alberic. num. 2. ff. de neg. gest. Carpan.
ad Stat. Mediol. cap. 316. num. 13.* & iste Curator
17 potest facere cunqua sunt necessaria † *Dec. cons. 401.
num. 2.* vbi quod potest facere compromissum neces-
sarium ex dispositione Statuti, & idem [illegible] *l.
transactionis sub num. 5. & 7. C. de transact. & Be-
nint. decis. Bononien. 21. num. 3. & 22.* & quod pos-
sit petere, & ab eo peti hoc compromissum tradit
*Carpan.*

*Carpan. ad d. Stat. Mediol. cap.115. num.79.* & posse petere fuisse pluries iudicatum in S. C. dicit *Nouar. in Collect. super Pragm. Regn. Neap. collect. 190*
18 *num. 11.* De isto Curatore † vltra *Menoch. d. cas. 150. & citatos vide Rotam decis. 40. & 42. par. 1. diuers. & decis. 368. par. 4.* quæ est etiam impressa *apud Zacch. ad Gallef. de obligat. Canter. decis. 139. & Sa-*
19 *lust. in Prax. lib. 1. cap. 34.* Finitur † autem Cura cessante causa ob quā fuit data. *Tiraq. in tract. Cess. caus. par. 1. num. 70. Rota coram Mantic. decis. 119. num. 11.* & maiore ætate superueniente *Gurb. d. decis. 109. num. 6.*

---

# DAMNVM DATVM.

## *SVMMARIA.*

*Iudex Damnorum datorum quis sit, & de eius auctoritate cap. 1. in princ. & in Adnot. num. 2. & 3.*

*Episcopus est Iudex de Damnis datis in bonis Ecclesiasticis in Adnot. num. 4.*

*Feria etiam in honorē Dei non obstant in causis Damnorum datorum ibid. & in Adnot. num. 5.*

*Offendens Iudicem Damnorum datorum qua pœna puniatur, & à quo d. cap. 1. vers. Offendens.*

*Stipendium istius Iudicis, & Ministrorum d. cap. 1. vers. De stipendio.*

*Sindicatus Iudicis Damnorum datorum ibid. vers. De Sindicatu.*

*Statutorum de Damnis datis confirmatio ibid. vers. Statuta.*

*Notarij Damnorum datorum, dum litigatur inter Accusatorem, & Accusatum, qui. cap. 2. in princ.*

*Cancellarius dicitur is, qui recipit accusationes Damnorum datorum d. cap. 2. vers. Cancellarius.*

*Barisellus, seu Executor qualis d. cap. 2. vers. Barisellus, vbi de mercede.*

*Accusare qui possint de Damnis datis cap. 3. & in Adnot. num. 6. & seq.*

*Custodes quando, & quos accusare possint d. cap. 3. in princ.*

*Filiusfamilias non potest accusare de Damno dato ibid. vers. Filiusfamilias.*

*Quilibet potest accusare vide cap. 3. vers. Quilibet.*

*Procurator non potest accusare de Damno dato ibid. vers. Debet tamen. Fallit, vt in vers. seqq.*

*Accusare, & denunciare qui teneantur cap. 4.*

*Domini, & Coloni coguntur denunciare Damnum dantes cap. 4. in princ.*

*Vicini coguntur denunciare Damnum dantes ibidem. vers. Vicini quoque.*

*Accusari, vel denunciari qui possint cap. 5.*

*Repertus portare ligna, poma, & similia, si non habeat bona, potest accusari ibid. vers. Amplia etiam. Imò capi, & vulnerari cap. 13. vers. Inueniens.*

*Castra, & Villa tenentur ad pœnam, & ad emendationem Damni dati d. cap. 5. in fin. & cap. 8. vers. Etsi. vide in Adnot. num. 10.*

*Quot personæ in eadem accusatione accusari possint cap. 6. & in Adnot. num. 11.*

*Intra quod tempus debeant fieri accusationes d. cap. 6. vers. Quamuis autem. & in Adnot. num. 12.*

*Custodes, & Sindici Castrorum tenentur denunciare Damnum dantes, & intra quod tempus cap. 7. Imò capere cap. 13. in fin. & vide in Adnot. num. 13. & seq. vbi quod non conueniuntur de calumnia.*

*Quilibet tenetur prohibere ne Damna fiant, & Damnum dantem capere d. cap. 7. in fin.*

*Falso denunciantes, vel accusantes puniuntur cap. 8.*

*Per inquisitionem potest procedi cōtra Damnum dantem cap. 9.*

*Probatio Damnorum datorum quomodo fiat cap. 10.*

*Iuramento damnum passi an, & quando stetur cap. 10. vers. Per iuramentum. & in Adnot. num. 15. & seqq.*

*Venales res quasdam habentes tenentur dicere, à quibus habuerint d. cap. 10. in fin.*

*Aestimatio Damnorum datorum quomodo fiat cap. 11. & in Adnot. num. 18. & seq.*

*Pœna Damnorum datorum quales cap. 12.*

*Animalia, si depascunt agrum alienum, tenetur Dominus ibid. vers. De pœnis autem. & in Adnotat. num. 21.*

*Patres, & Domini tenentur soluere pœnas pro filijs, & famulis, qui Damnum dederunt d. cap. 12. vers. Patres. & in Adnot. num. 22.*

*Dantes damnum tenentur insolidum d. cap. 12. in fin. & vide Adnot. num. 23.*

*Damnum dantes possunt capi, & offendi cap. 13. in princ.*

*Animalia damnum dantia retineri possunt d. cap. 13. vers. Retineri. & in Adnot. num. 14. Imò Sues, & Capræ possunt vulnerari, & occidi d. cap. 13. vers. Sues.*

*Executiones contra Damnum dantes quomodo fiant, & à quo. cap. 14. vbi etiam de mercede.*

*Minor quomodo accusare possit in Adnot. num. 8.*

*Comedens, & colligens spicas quando accusari possit Adnot. num. 9.*

*Equum retinens ad pascendum in agro alieno an possit accusari ibid. in fin.*

*Accusatio debet continere quantitatem damni, vt volcat Adnot. num. 17.*

*Animalia minuta quæ dicantur ibid. num. 20.*

## De Iudice Damnorum datorum, & eius auctoritate Cap. I.

A IVDEX super Damnis datis erat maior Sindicus priuatiuè quoad alios Stat. rubr. 22. in princ. lib. 1. fol. 17. & per tot. rubr. habetur de eius facultate, & modo procedendi etiam
B diebus feriatis in honorem Dei, & de Notarijs familiaribus, & satellitio eiusdem. Postea hæc iurisdictio fuit attributa Capitaneo Populi, vt in d. rubr. 22. in addit. §. Addentes etiam pag. 20. & rubr. 25. in addit. d. lib. 1. fol. 23. qui hoc tempore est vnus ex Auditoribus Rotæ, vt in Const.

Rotæ

Rotæ cap.5. in princ. verſ. quilibet etiam. & in Breui Pauli III. de Anno 1544. regiſtr. in 6. reg. Canc. Comm. fol. 71. lat. 2. & in alio Iulij III. in d. 6. reg. fol. 111. lat. 2. Offendens huiuſmodi Iudicem punitur triplo maiori pœna, qua puniri deberet offendens Peruſinum rubr. 23. §. quicumque. lib. 3. fol. 18. & de offendente alios miniſtros eiuſdem Iudicis vide §. ſeq. Poteſt ipſemet mulctare dicentem ſibi verba contumelioſa rubr. 71. §. fin. lib. 3. fol. 31. ſed vide add. ibidem. De ſtipendio iſti Iudici, & miniſtris ſoluendo vide rubr. 13. lib. 1. pag. 11. & d. rub. 22. §. item prouidemus. pag. 20. col. 1. & in cap. ſeq. De ſindicatu iſtorum vide rubr. 12. col. 1. verſ. debetis. fol. 11. & rubr. 15. col. 4. lib. 1. fol. 13. Statuta ſuper damnis datis, & maximè circa iuriſdictionem fuerunt confirmata per Clem. VII. licet in aliquibus caſibus fuerint innouatæ, & auctæ pœnæ Statutariæ, vt in Breui ſub die 27. Maij 1528. in 5. reg. Canc. Comm. fol. 128. & pariter per Paul. III. in alio Breui de quo ſupra. Vicarij autem Comitatus quando poſſint cognoſcere de damnis datis, & quomodo ſe gerere debeant dico ver. Vicarij Comitatus.

## De Notarijs, Cancellario, & Bariſello Damnorum datorum. Cap. II.

NOtarij, qui ſcribunt in cauſis Damnorum datorum, dum nempe lis agitur inter Accuſatorem, & Accuſatum, ſunt illi duo Notarij Dominorum Conſeruatorum Monetæ, qui inſacculantur, & publicantur cum eiſdem Dominis Conſeruatoribus, & ipſorum officium durat per ſex Menſes Stat. rubr. 229. lib. 1. fol 76. & dixi ver. Conſeruatores ſupra pag. 96. Cancellarius autem appellatur ille Notarius, qui reſidet in Cancellaria Damnorum datorum in Palatio Dominorum Rotæ Auditorum, & recipit accuſationes loco illius, quem debebat antiquitus ſecum ducere Capitaneus in principio ſui officij; vna cum familiaribus, vt in rubr. 12. lib. 1. fol. 10. & de quibus etiam rubr. 22. in princ. d. lib. 2. fol. 17. & de iſto vide etiam in Breui Pauli III. in 6. reg. Canc. Comm. pag. 71. & Iulij III. ibidem fol. 111. lat. 2. Bariſellus, ſeu Exequutor, alias Miles nuncupatus, cuius munus eſt exequi mandata tam Capitanei, quam Collateralium, & Dominorum Conſulum, Auditorum, & Camerariorum, tenebatur alere ſex famulos, & equum, præcipuè occaſione Damnorum datorum, vt in d. Breui Pauli III. in 6. reg. fol. 71. Merces autem pro executionibus præſcribitur in Declaratione facta de Anno 1576. quæ legitur impreſſa, & dico infra cap. fin.

## Qui accuſare poſsint. Cap. III.

CVſtodes non poſſunt accuſare niſi cum licentia, & conſenſu domini, laboratoris, vel conductoris Stat. rubr. 22. §. item cum ſæpe. in addit. fol. 21. col. 2. & vide etiam prius in § addentes etiam quod accuſationes fol. 20. col. 4. & quod non poſſint accuſare laboratorem, conductorem, affinem vſque in tertium gradum, nec notiſſimos amicos, familiares, vel domeſticos in §. ſeq. Filiusfamilias non poteſt accuſare de damno dato in bonis paternis, vel maternis, niſi præcedente ad hoc ſpeciali mandato, alias accuſatio caſſatur illius ſumptibus d. rubr. 22. in addit. §. item ad §. nullus fol. 20. col. 2. Quilibet dominus, poſſeſſor, conductor, laborator, vel qui haberet tenutam ex primo decreto accuſare poteſt rubr. 22. lib. 1. §. item quod ſi aliquis col. 2. & §. volumus inſuper col. 4. fol. 18. & rubr. 25. in princ. d lib. 1. fol. 21. Debet tamen ipſemet accuſare, & nō per Procuratorem d. rubr. 22. §. nullus. fol. 18. col. 3. Limitatur tamen hoc in Vniuerſitatibus, Collegijs, Minoribus, Furioſis, ſeu Mentecaptis, Prodigis, Rectoribus Eccleſiarum, Militibus, Mulieribus, Abſentibus, & Impeditis iuſta cauſa, & in alijs, quibus datur Curator à lege, vel à Iudice, vt in §. ſeq. inc. & prædicta. Secundò limitatur contra eum, qui non habens bona fuerit inuentus portare ligna, olera, ſeu alios fructus, quia iſte ab omnibus accuſari poteſt rubr. 23. §. & ſi talis verſ. & quod poſſint. lib. 1. fol. 22. Limitatur tertiò non procedere contra detinentes porcos, vltra numerum præfixum à Statutis, nam poteſt hos quilibet accuſare d. rubr. 22. in addit. §. addentes etiam quod habentes. fol. 21. col. fin. Limitatur quarto contra deſinentes lapides ſuper eius grippa ad tres pedes penes rem alterius, quia à quolibet poſſunt accuſari rubr. 161. §. item nulli. lib. 3. fol. 53. Limitatur quintò in retinente canem non ligatum, vt dixi ver. Canis pag. 44. Limitatur ſextò non procedere contra amouentem terminos, quia quilibet poteſt eſſe accuſator rubr. 102. in princ. lib. 3. fol. 27. & dicam ver. Termini. Limitatur ſeptimò non habere locum, nec excuſare hanc regulam vicinum. nam ille tenetur aſſignare D. Capitaneo, vel vicino dammum paſſo illum, quem viderit intrantem, vel damnum dantem in bonis vicini, vel alterius d. rubr. 22. §. & ſi aliquis vicinus. fol. 19. col. 4. in fin. Limitatur octauò generaliter iſta regula

regula Statutaria, quod nemo possit accusare, nisi per semetipsum, non habere locum ex forma Bannimentorum Legatorum de latere, & Gubernatorum in pœnis, & casibus in eis expressis. Volunt enim Bannimenta, quod credatur Dominis, & laboratoribus, & cuilibet de eorum familia maiori quatuordecim annis, & cuilibet Custodi, & Officiali ad hoc deputato cum eorum tamen iuramento, & quilibet Officialis, & quælibet alia persona maior, vt supra, potest accusare, & denunciare cum iuramento, & vno teste, & hæc præsertim habentur in Bannimentis Cardinalis Ariminensis publicatis die 18. Aug. 1543. & registratis in 4. reg. fol. 23. vers. Item che ciaschedun'altro Offitiale, & Cardinalis Vrbini publicatis sub die 23. Iunij 1554. registratis lib. 3. Bannim. d. Canc. fol. 23. & in Bannimentis Cardinalis Riarij publicatis die 2. Iunij vers. Dechiarando, e notificando cum vers. seq. in 6. reg. fol. C 173. C

## Qui accusare, vel denunciare teneantur. Cap. IV.

Domini, & laboratores ipsi debent denunciare sibi damnum dantes, & ingredientes eorum bona, si notitiam habeant, sub eadem pœna, quam incurrerent tales damnum dantes, vt in dictis Bannimentis Cardinalis Ariminensis fol. 24. §. item che li padroni, & in dictis Bannimentis Cardinalis Riarij vers. item li padroni, quod cauetur etiam in Stat. rubr. 157. §. Præterea. vers. & si Dominus. vol. 3. fol. 52. licet ibi pœna non accusantium sit tantum quadraginta solidorum, & per dicta Bannimēta Cardinalis Riarij fol. 23. vers. ordina ancora, videntur corrigi Bannimenta Cardinalis Vrbini, in quibus in vers. Ordina ancora, Domini, & laboratores non tenebantur accusare, seu denunciare, si sibi hoc facere non placuisset. Vicini quoque, si vidissent aliquem intrare, vel damnum dare in bonis Vicini, vel alterius, tenentur assignare dicto maiori Sindico, vel damnum passo, sub pœna viginti solidorum d. rubr. 22. vers. & si aliquis vicinus. fol. 19. col. 4. De alijs verò, qui ratione eorum officij denunciare tenentur, videbimus cap. 7.

## Qui possint accusari, vel denunciari. Cap. V.

Omnes damnum dantes possunt accusari, & denunciari, & Iudex Damnorum datorum debet procedere contra quascumque personas Statut. rubr. 22. in princ. & in §. item quod vers. & omnes. lib. 1. fol. 17. Et in Bannimentis Legatorum supra relatis prohibetur, ne quis cuiusuis gradus, status, & conditionis, per se, vel alium ingrediatur bona alterius, vt in princ. dd. Banniment. in quibus hæc prohibitio ampliatur etiam respectu Dominorum, & Colonorum, & in alijs personis, vt videre, est in 6. reg. Comm. Amplia etiam, quod repertus portare ligna, poma, olera, seu alios fructus, si non habeat bona, accusari potest Stat. rubr. 23. §. & si talis. lib. 1. D fol. 22. D Castra quoque, & Villæ tenentur ad pœnam, & ad emendationem damni Stat. rubr. 23. in princ. lib. 1. pag. 21. & rubr. 170. §. & quicumque. lib. 3. pag. 54. & rubr. 117. in princ. E vol. 4. E

## Quot personæ in eadem accusatione accusari possint, & quo tempore. Cap. VI.

In eadem accusatione, vel denunciatione de damno dato personaliter, vel cum animalibus, vel ab animalibus nullus accusare, vel denunciare potest eandem, vel easdem personas nisi semel tantùm in quolibet bimestri, & de vna vice tantum, nisi accusator vellet plenè probare secundum formam iuris damnum datum sibi fuisse æstimationem damni, & damnum dantes Statut. rubr. 22. §. volumus. lib. 1. fol. 18. col. 3. Prouinc accusari, vel denunciari possunt in eadem accusatione, vel denunciatione vltra tres personas, & de vna familia nisi vnam personam tantùm, vt F ibidem in §. non tamen. F De ingressu nullus potest accusari nisi vna vice in mense, & de vno mense tantum, & non de pluribus, & vnum de vna familia, & non plures rubr. 157. §. & quod nullus possit. lib. 3. fol. 52. Quamuis autem in aliquibus Bannimētis prohibeatur accusatio elapsis duobus mensibus, nihilominus hoc non fuit vsu receptum, sed quoad damna, quæ manualia appellantur compræhensa in Bannimentis, accusationes accipiuntur intra annum, iuxta Bannim. Cardinalis Vrbini in vers. fin. & Cardinalis Riarij vers. & in eis procedi potest, aliæ verò accusationes de stylo recipiuntur intra terminum sex mensium fortasse ad instar Criminalium, de quibus in rubr. 10. in addit. vol. 3. iuncta rubr. 22. G §. inobedienti. lib. 2. fol. 19. col. 3. G

Qui

## Qui tenentur denunciare. Cap. VII.

DEnunciare damna data tenetur Sindici Castrorum, & Custodes Stat. rubr.22. lib. 1. §.& in quolibet Castro, iuncto §.si verò Castrum. fol.17. col.2. & §. prouidemus etiam. fol.19. col. 3. & rubr. 24. §. item dicimus. d. lib. 1. fol. 23. Quam quidem denunciationem facere debent intra octo dies, si non fuerit facta protestatio, sed si protestatio facta fuerit, intra quatuor dies debet denunciatio fieri d. rubr. 22. §. & in quolibet Castro. fol.17. col.2. quæ protestatio fieri debet coram duobus testibus, d. rubr. 22. §. prouidemus. fol. 19. col. 3. & in dictis locis habetur pœna, quam isti incurrunt. Non tenentur tamen denunciare, si æstimatio damni non fuisset viginti solidis supra d.rubr.22.§.non tamen. fol.19.col.3. Tenentur etiam Sindici,& Custodes capere damnum dantes, & in fortiam Curiæ ducere, & præsentare d. rubr. 23. §. qui Sindici. lib. 1. fol. 21. Super electione Sindicorum ad hunc effectum vide d. rubr. 22. in addit. §. penult. fol.21. & rubr. 3. in addit. lib. 3. fol. 4. Quo verò ad Custodes vide d. rubr. 22. per plures §§. & rubr.24. §. Sindici Castrorum. d. lib. 1. fol. 22. & ibi habes in
H quibus eis credatur, & de eorum mercede. H
Vicinus quoque tenetur assignare maiori Sindico, vel damnum passo damnum dantem, sub pœna viginti solidorum. d. rubr. 22. §. & si aliquis. fol.19. col.4. & dixi etiam supra cap. 4. vers. Vicini quoque. Et quilibet tandem tenetur prohibere, ne damna fiant, & damnum dantem capere. d. rubr. 22 §. & quicumque. fol. 19. col. 2.

## De falso denunciantibus, vel accusantibus. Cap. VIII.

SI quis autem fecisset falsam relationem, seu denunciam, punitur in eadem quantitate, in qua debuisset condemnari ille, contra quem talis relatio, denunciatio, vel accusatio facta esset, si vera fuisset. d. rubr. 22. §. item statuimus, & ordinamus il primo. lib. 1. fol. 20. col.1. vbi conceditur Iudici arbitrium ad prædicta inuenienda. Vigore autem Bannimentorum maximè Cardinalis Ariminensis, Vrbini, & Riarij talis falsò accusans condemnari debet in triplicatam pœnam. Et si fuisset data querela contra Castrum, vel aliquam Communitatem de damno dato, & ille, qui talem querelã dedisset, fecisset sibi tale damnum emendari, & deinde appareret ipsum hoc fecisse, vel fieri fecisse, vel passum esse fieri, vel factores sciuisse, debet condemnari ad restitutionem dupli illius, quod percepisset, & in centum libras denariorũ pro Communi rubr.23. in princ. vers. & quicumque. lib. 1. fol. 21. & rubr. 170. §. & quicumque. vol. 3. fol. 54.

## De Inquisitione. Cap. IX.

IVdex damnorum datorum potest non solum procedere per accusationem, & denunciationem, sed etiam per inquisitionem, & ex suo officio seruato iuris ordine, & non seruato c. in litis contestatione, & fine, & prout sibi videbitur Stat. rubr. 22. in princ. vers. officium. lib. 1. fol. 17. Et si processerit per modum inquisitionis, & fuerit probatum per vnum testem de visu,& duos de fama, talis probatio sufficit, & potest procedi ad condemnationem d. rubr. 22. §. item statuimus il 2. fol. 20. lib. 1. Debetque Officialis inquirere qualibet hebdomada semel saltem per Contratas Ciuitatis, & Burgorum contra omnes damnum dantes d. rubr. 22. §. & ad hoc in fin. fol. 19. col. 4. & de damnis datis de nocte Capitaneus omnimodo inquirere debet d. rubr. 22. §. volumus insuper il 2. fol. 19. col. 2. & in dicta inquisitione non requiritur locus, vel tempus delicti, & testium nomina tenentur in secreto dict. rubr. 22. §. & ad hoc in fin. fol. 19. col. 4.

## De probatione damnorum datorum. Cap. X.

FActis huiusmodi accusationibus, seu denunciationibus sæpissimè contingit accusatos non solum negare fecisse damnum, sed etiam bona, super quibus prætenditur fuisse illatum tale damnum esse accusatoris, adeo vt multa oriantur litigia, & quandoque accusatores deficientes in probationibus coguntur cassare accusationes datas, & condemnantur in expensis, propterea in tali casu debemus vti remedio Statutario, quod colligitur ex rubr. 159. vol. 3. fol. 52. videlicet, quod si accusatus denegasset possessionem esse accusatoris, vel ab eo possessam, quod talis negatio non afficit, & est ipso iure nulla, & accusatus punitur qualibet vice in viginti libras denariorum. Dummodo tamen accusator probet possessionem rei, vel rem esse suam per instrumentum, vel alias probationes, & quod ei de fructibus dicti rei fuisset responsum, & intelligitur responsum eo, quod sine contradictione alicuius vno anno fuisset accusatori de fructibus responsum. Et Iudex tenetur specificè,& singulariter

lariter de prædictis interrogare accusatum, videlicet, si res sit accusatoris, vel per eum possessa tempore in accusatione contento, & ante responsionem tenetur notificare accusato pœnam, quam incurreret per negationem, quam faceret de proprietate rei talis accusatoris. Probatur autem fuisse datum damnum per diuersas probationes, & maximè inferius adnotatas.

Per contumaciam accusati. Nam si quis fuisset citatus, & non comparuisset, habetur pro contumaci, & confesso, & potest condemnari d. rubr. 22. §. inobedienti tamen. fol. 19. col. 3. nam in maleficijs contumaces habentur pro confessis rubr. 4. in addit. vol. 3. fol. 5. Et Statuta loquentia de contumacibus in maleficijs intelliguntur, & habent locum in dicto maiori Sindico d. §. inobedienti tamen.

Per confessionem damnum dantis d. rubr. 22. §. si autem aliquod. fol. 18. col. 4. Sed aliquando confessio excusat à pœna, vt est casus in Bannimentis Cardinalis Vrbini vers. item si Vbi vnus ex damnum dantibus reuelaret, vel denunciaret complices, liberatur ipse, & tenetur secretus.

Per Sindicorum, seu Custodum relationem. Nam denũciationi eorum statur sine aliqua probatione d. rubr. 22. §. item quod in quolibet Castro. vers. & omnes. col. 2. §. item quod qui fuerit. fol. 17. & rubr. 24. §. Sindici. vers. quos damna dantes. fol. 22. Creditur etiam Custodibus secretis, & familiaribus maioris Sindici, videlicet, si damnum esset à viginti solidis infra, creditur dicto vnius, si verò supra dicto duorum d. rubr. 22. §. item cum sæpe. fol. 18. col. 1.

Per præsumptionem, vt est casus in rubr. 65. §. statuimus etiam. vol. 2. fol. 34. vbi si appareret aquam fluere per alium locum, in damnum, & præiudicium alterius, vel in damnum, & impedimentum alicuius viæ publicæ, vel vicinalis, vel in vtilitatem alicuius, quàm per locum solitum, & consuetum, præsumitur, quòd talis nouatio fuerit facta ad instantiam illius, cui nouatio huiusmodi affert commodum, & pariter si ex appropinquatione facta grippo, vel viæ, fuisset facta demolitio, seu subsidentia illarum, iste ipso iure intelligitur condemnatus ad earum refectionem rubr. 102. in addit. vol. 3. fol. 37. Prout etiam si fuisset ducta forma per duos pedes iuxta grippam alterius ex parte inferiori, in periculum, vt termini caderent, vel grippa minaretur labem, vel si ducta forma fuisset profunda vltra duos pedes, nam sufficit probare formam esse factam contra dictum modum, & habetur pro plena probatione contra eum, in cuius bonis forma ducta esset d. rubr. 102. §. & quia. cum §. seq. lib. 5. fol. 37. Idem est etiam, si fuissent positi lapides in grippa penès bona vicini, præsumitur enim Dominum mandasse rubr. 161. §. item nullus lib. 3. fol. 52.

Per publicam vocem, & famam. nam si præcedit publica vox, & fama aliquem de nocte dedisse damnum; potest iste talis tormentis subijci pro eruenda veritate, si tamen damnum excederet decem libras denariorum d. rubr. 22. §. volumus insuper il 2. fol. 19. col. 2. Publica vox, & fama etiam probata per quatuor testes vnà cum iuramento sufficit tam circa illationem damni, quam circa damni æstimationem, sed dictus modus probãdi habet locum in mera materia damnorum datorum, de qua posset cognoscere maior Sindicus, nisi cum aliud reperiretur expressum, vel alia probatio requireretur d. rubr. 22. §. item quod si aliquis. vers. sufficiat. fol. 18. col. 2. & 3. Et procedit hoc etiam contra exterminantem, nam contra ipsum probatur per duos testes de fama, & per iuramentum accusatoris rubr. 102. in princ. lib. 3. fol. 37.

Per Notarium cum familia maioris Sindici missum ad inueniendum damna data, si inuenerint aliquem damnum dantem, creditur eorum relationi d. rubr. 22. in princ. vers. & quos. fol. 17. col. 1. & per illius scripturam §. si autem aliquod damnum. fol. 18. col 4. Prout si fuisset missus ad videndum formam factam prope grippam alicuius ad duos pedes, nam eius relatio plenè probat d. rubr. 102. §. & si oportebat. lib. 3. fol. 37.

1 Per iuramentum, videlicet, vsque ad quantitatem viginti solidorum pro quolibet accusato d. rubr. 22. §. item quod si aliquis. fol. 18. col. 2. & dummodo non accusentur vltra tres personas, & vnam de eadem familia, vt dictum est supra cap. 6. Sed hoc fuit correctum, quod nempe non stetur iuramento damnum passi nisi vsque ad quantitatem duodecim solidorum, vt in princ. addit. d. rubr. 22. fol. 2. col. 2. Creditur etiam iuramento, quod quis inuenerit in suo animalia damnum dantia rubr. 23. §. & si talis in fin. lib. 1. fol. 22. Creditur etiam iuramento damnum passi dicentis inuenisse aliquem ab eo captum damnum facientem in bonis suis d. rubr. 23. §. statuimus. fol. 21. De damno dato à pullo Gallinaceo, vel Ansere creditur iuramento à viginti solidis infra d. rubr. 22. §. soluat etiam. fol. 18. col. 4. Statur etiam iuramẽto accusatoris aliquem non retinuisse Canem ligatum intra tempus præfixum à Statutis rub. 157. §. & cum ille. lib. 3. fol. 52. & dixi ver. Canis. fol. 44. Iuramento etiam statur contra ingredientes possessionem alterius d. rubr. 157. §. 1. Quod procedit contra appræhendentem, & intrantem possessionem alterius sine iuris cognitione, nam tenetur ad restitutionem fructuum, damnorum, & interesse, de quibus

bus statur iuramento iniuriam passi rubr. 99. §. & nihilominus in fin. vol. 3. fol. 36. Aduerte tamen, quod de introitu nullus de Comitatu potest iurare contra Perusinum, sed potest probare per testes d. rubr. 157. §. & nullus de Comitatu. vol. 3. fol. 52.

Per iuramentum, & testes, si damnum fuerit à centum solidis supra, statur sacramento eius, qui dicit damnum fuisse passum cum probatione vnius testis de veritate, & duorum de fama, quod nempe damnum fuerit illatum, & fuerit à centum solidis supra d. rubr. 22. §. item quod si aliquis. vers. si verò damnum. fol. 18. col. 2. Et probatur etiam cum iuramento, & cum quatuor testibus de fama, vt in d. §. vers. sufficit etiam. Et si procederetur per viam inquisitionis sufficit probatio facta per vnum testem de visu, & duos de fama d. rubr. 22. §. item statuimus, & ordinamus. fol. 21. col. 1.

Potest etiam probari per omne aliud genus probationis d. rubr. §. si autem aliquod. fol. 18. col. 4. Viri, ac mulieres, quæ res venales habere solent tenentur dicere à quibus emerint vuas, amigdolas, & nuces virides, alias puniuntur Stat. rubr. 53. in fin. lib. 4. fol. 16.

## De æstimatione damnorum datorum. Cap. XI.

Æstimationes damnorum datorum non debent fieri ab ipsis Custodibus, sed ab Æstimatoribus Communis illius loci, si ibi Æstimatores fuerint, sin autem à duobus ex Massarijs loci prædicti, citato tamen, & requisito accusato personaliter, si in loco domicilij habitat, sin autem domi ad videndum fieri dictam æstimationem, & secus facta est ipso iure nulla, & exigi non potest d. rubr. 22. §. item quod factis in addit. fol. 21. col. 3. Et pariter, si damnum fuisset datum in arboribus fructiferis, tale damnum debet emendari iuxta æstimationem faciendam per vnum ex Æstimatoribus illius loci, Sindici, vel Custodis, & vnum hominem eligendum per damnum passum, citato tamen damnum dante ad videndum fieri talem æstimationem d. rubr. 22. in addit. §. si quis. fol. 21. col. 2. Iuramento tamen damnum passi circa æstimationem statur tantum vsque ad summam viginti solidorum d. rubr. 22. §. item quod si aliquis. fol. 18. col. 2. iuncto §. 1. in addit. fol. 20. Custodibus de damni æstimatione statur vsque ad quantitatem centum solidorum d. rubr. 22. §. item quod si aliquis vers. sufficiat. fol. 18. col. 2. Quæ æstimationes, si intra annum non essent exactæ amplius exigi non possunt, & accusatus est liberatus ipso iure d. rubr. 22. §. item quod si factis in addit. fol. 21. col. 3. Inueniens animalia in suis bonis damnum dantia, potest illa capere, & eius sacramento creditur, & damnum emendatur ad eius arbitrium, dummmodo æstimatio damni nõ excedat quantitatem quadraginta solidorum pro quolibet animali maiori, & quoad minora, seu minuta arbitrio Iudicantis rubr. 23. §. penult. lib. 1. fol. 22.

## De pœnis damnorum datorum. Cap. XII.

Quoad pœnas damnorum, quæ dantur à personis vide Stat. rubr. 22. vol. 1. præsertim in §. item quod si aliquis. fol. 18. col. 2. §. volumus. fol. 19. col. 2. in princ. & in addit. §. si verò personaliter d. d. fol. 21. col. 1. & rubr. 169. vol. 3. fol. 53. & Bannimenta generalia num. 85. Quoad asportantes vuas ex bonis proprijs extra tempus Vindemiæ vide d. rubr. 22. §. insuper statuimus. f. l. 19. col. 1. & quoad damnum dantes in vineis vide d. rubr. 22. in addit. §. si quis d. d. in vineis circa med. fol. 21. col. 1. & in illis, qui non habent bona, & asportant fructus, & alia vide d. rubr. 22. §. si autem aliquis. fol. 19. col. 1. & rubr. 23. §. quicumque verò. d. lib. 1. fol. 22. De damnum dantibus in arundineto vide d. rubr. 22. in addit. § si quis d. d. fol. 21. col. 2. Contra damnum dantes in arboreto Pontis Noui vide Stat. rubr. 24. lib. 1. in princ. fol. 22. De Incendiariorum pœna, dicam ver. Incendium. De pœna transeuntis per bona alicuius, si non adsit semitas, vide rubr. 158. vol. 3. fol. 52. & dicam ver. Via. De pęna facientis scrobem iuxta viam, vel grippam, vide rubr. 102. §. quia termini. & §. fin. vol. 3. fol. 37. & rubr. 158. §. si quis autem. d. lib. 3. fol. 52. & vide ver. Via, & ver. Grippa. Terminos remouentis pœna habetur in d. rubr. 102. in princ. vol. 3. fol. 37. & dicam ver. Termini. Proijciens aliquid in rem alterius, vel aliquid cadere faciens, nisi remoueat post factum præceptum punitur rubr. 161. vol. 3. fol. 52. Idem est quoad Fontes, vt in ver. Fons. Punitur etiam extra locum quoque expectans damnum dantem d. rubr. 22. §. item statuimus. fol. 19. col. 4.

De pœnis autem damnorum datorum ab animalibus, vel cum animalibus vide d. rubr. 22. præsertim §. statuimus insuper, cum §§. seqq. fol. 18. col 4. & in addit. §. corrigentes. fol. 20. col 4. & in §. si quis d. d. fol. 21. col. 1. In croco, si fuerit damnum datum, vide §. si quis d. d. in Croco fol. 21. col. 2. Pœnas impositas animalibus damnum dantibus debet soluere dominus, vel posses-

for illorum d. rubr. 22. §. statuimus insuper. fol. L 18. col. 4. L

Poena particularis vbi non est expressa, tunc debet procedi de similibus ad similia d. rubr. 22. in addit. §. declarantes tamen. fol. 21. col. 3. & in omnibus casibus omissis à Statuto, quod procedatur de similibus ad similia, dicitur etiam prius in dd. addit. §. statuimus tamen. fol. 21. col. 2. prout etiam in maleficijs rubr. 68. vol. 3. fol. 30. Tenetur semper is, qui dedit damnum ad emendam, & æstimationem damni Domino rei d. rub. 22. in addit. §. statuimus tamen. fol. 21. col. 2. & dictum est supra cap. præcedenti. Si in Statutis inueniretur contrarietas circa poenas, videlicet in d. rubr. 22. debet attendi minor poena, vt d. rubr. 22. in addit. §. si autem aliqua, fol. 21. col. 3. Sed si esset contrarietas inter contenta in d. rubr. 22. & alia Statuta circa impositionem poenæ, vel alia, Iudex potest obseruare, quod sibi conuenientius esse videretur, d. rubr. 22. §. & omnia Statuta in fin. fol. 19. col. 4. Statuta loquentia de poenis contra damnum dantes habent etiam locum contra damnum dari facientes d. rub. 22. in princ. vers. & quos. fol. 17. Quando tractatur de poena duplicanda, vel triplicanda &c. per modum quotæ, intelligitur de poena primordiali, vt declarat Stat. rubr. 153. vol. 3. fol. 51. Nox quando incipiat ad effectum variationis poenarum, vide rubr. 154. vol. 3. fol. 51. & dicam ver. Nox. Patres, & Domini tenentur soluere poenas pecuniarias contentas in Bannimentis pro eorum filijs, & famulis respectiuè, casu quo capi non potuerint, vt in Bannimentis Legatorum relatis in M princ. M Statuta omnia, quæ loquuntur de contumacibus in maleficijs, & de modo procedendi contra malefactores intelliguntur, & habent locum in materia damnorum datorum d. rubr. 22. §. inobedienti. vers. & omnia Statuta. fol. 19. col. 3. in fin. Damnum dantes possunt accusari, & condemnari insolidum d. rubr. 22. in addit. §. addentes etiam. fol. 20. col. 2. vbi tamen videtur N poni casus specialis. N

## De permissa captura, & offensione. Cap. XIII.

DAmnus dans potest personaliter capi, & offendi in persona, & rebus mobilibus, vel semouentibus Stat. rubr. 23. §. statuimus insuper lib. 1. fol. 21. vbi de Domino, & alijs, & eorum familia; in alia autem persona vidente damnum dare vide rubr. 22. §. & quicumque. fol. 19. col. 2. Retineri possunt animalia damnum dantia quousque detur satisfactio damni d. rubr. 22. §. possit tamen. fol. 18. col. 4. & rubr. 23. §. & si talis O in fin. lib. 1. fol. 22. O Sues, & Capræ damnum facientes possunt vulnerari, & interfici d. rubr. 23. in princ. fol. 21. & rubr. 170. vol. 3. fol. 94. & prius rubr. 10. §. & idem ciuis. vers. & nihilominus. lib. 1. fol. 8. col. 4. & dixi supra ver. Animalia pag. 9. De Cane non ligato dixi ver. Canis. Inueniens aliquem non habentem bona propria, deferentem fructus, aut similia potest eundem capere, & etiam vulnerare d. rubr. 23. §. quicumque verò. fol. 21. & 22. Sindici, Custodes, & Homines Castrorum, & Villarum possunt, debent, & tenentur omnes damnum dantes personaliter, & realiter capere, & detinere, & in vires Curiæ ducere, & præsentare sub poena pecuniaria, & emendationis damni d. rubr. 23. §. qui Sindici. fol. 21. col. 4.

## De exequutionibus cōtra damnum dantes. Cap. XIV.

POssint damnum dantes capi, detineri, carcerari, & pignorari, & pignora illorum, qui poenas condemnationis, ac emendationem damni non soluissent, post quindecim dies vendi possunt d. rubr. 22. §. pro quibus. fol. 19. col. 4. Executiones autem fiunt à Barisello, seu Milite D. Potestatis, & Capitanei, maxime vigore Breuis Pauli III. de quo in 6. regist. Breu. fol. 17. & seq. Merces autem Exetutoris est iuxta conuentionem factam cum Dominis Prioribus de Anno 1576. quę conuentio est impressa in fine Statutelli Cardinalis Cortonæ, vbi legitur quod pro quacumque executione causa damnorum datorum non potest accipere nisi solidos octo, etiam si pignoratus in extractu esset descriptus pro diuersis accusationibus, & quod pro vna, & eademmet accusatione nō potest accipere pignus nisi pro vna vice, de quo etiam in Stat. rubr. 22. in addit. §. addentes etiam quod pro vna. fol. 20. col. 4. quod practicatur durāte officio eiusdem D. Capitanei, cum nouus D. Capitaneus soleat facere nouum extractum Accusatorum, & in manualibus solent quandoque fieri semel in mense executiones ad instar maleficiorum, quod debet intelligi, vbi pignora in executionem capta, & seruatis seruandis vendita pro satisfactione poenæ, & damni sufficientia non fuissent, tunc enim in subsidium potest aliud pignus capi, & aliud quousque condemnatus sufficienter satisfaciat. De notificatione necessaria cum assignatione termini ad cassandum accusationes, antequam fiant executiones, vide Stat. d. rubr. 22. §. addentes etiam quod Capitaneus. fol. 20. col. 3. sed hoc numquam vidi obseruari. Pignora autem debent deponi ab Executoribus penes Depositarium, seu Gabbella-

rium

rium Pignorum infra octo dies sub pœna rubr. 7. in fin. addit. lib. 1. fol. 6. Sed non possunt Executores auferre vestes, nec ferramenta, seu instrumenta ad laborandum d. rubr. 22. in fin. addit. fol. 21. & dicam ver. Executio. Nec minus dum vadunt per Comitatum, possunt accipere pecunias à quoquam Comitatense, sed tantum accipere pignora, & si receperint, tenentur ad restitutionem pecuniarũ, & refectionem damni Conductoribus d. rubr. 22. in addit. §. declarantes etiam. fol. 20. col. 2. & in §. item casu quod. fol. 20. col. 4. in fin. Venientes die Sabbathi ad Ciuitatem non possunt capi pro damnis datis rubr. 61. in addit. vol. 3. fol. 29. & aliàs, vt ver. Carcer.

## Adnotationes.

1 De Damno dato, & Statuto de hoc vide † *Plot. in l. si quando. C. vnd. vi. Bonifac. de Vitellin. de malef. Rubr. de Dam. dat. pag mihi 98. Boss. in tract. crim. tit. de Dam. dat. pag. 222. Clar. in Prax. §. fin. quæst. 82. stat. 1. Bonacoss. in quæst. crim. par. 1. ver. De damno dato. pag. 52. Carpan. latissimè ad Stat. Mediol. par. 2. cap. 363 cum pluribus seqq.*

A Maleficiorum Iudex est de iure communi Iudex
2 competens † super damnis datis. *Dec. cons. 550. sub num. 3.* vbi quod qui habet auctoritatem cognoscendi maleficia, & condemnandi à Statuto, licet esset Notarius, dicitur Iudex competens damnorum datorum priuatiuè quoad alios. Damnum enim dare maleficium est. *Bart. cons. 89. num. 1. lib. 2. Boss. d. tit. De dam. dat. num. 1.* & vide *Bertazol. cons. crim. 116.*
3 *in addit. lit. A. lib. 1.* An autem prorogari † possit iurisdictio in causa damni dati pro negatiua vide *Amat. decis. March. 9. num. 22.* Damna autem si sint data
4 in bonis ecclesiasticis, † quod cognitio spectet ad Episcopum, qui potest etiam deputare Custodes, & eius Fiscus habere pœnas ad effectum applicandi eas locis Pijs vide in *Tudertina Damnorum datorum 24. Maij 1602. & 9. Decembris eiusdem anni coram Cardinali Lancellotto Iuniore*, quæ sunt impressæ in fine, *decis. 74. & decis. 75.*
5 B Idem est de Iure communi, quia † in huiusmodi causis potest procedi etiam diebus feriatis in honorem Dei. *Carocc. de locat. & cond. in princ. quæst. 4. num. 3. & seqq. pag. mihi 3.*
6 C Non potest de Iure cõmuni accusare † de damno dato nisi Dominus, adeo vt frater non possit accusare de damno dato in re communi, ex Statuto loquente de Domino, quia illud debet intelligi propriè, & quod commune est impropriè dicitur meum. *Bart. cons. 90. num. 1. & 2. lib. 2.* Regulariter autem vide-
7 tur, quod ius accusandi competat † cuicumque ad quem vtilitas fructuum spectare potest, & ideo omnis bonæ fidei possessor, necnon conductor, colonus, & vsusfructuarius possunt accusare vide *Carpan. ad cap. 364. par. 2. num. 10. & seqq. & vide etiam cap. 368. num. 10. & seqq.* vbi de applicatione pœnæ. Mi-
8 nor debet accusare † cum curatoris auctoritate. *Bar. d. cons. 90. num. 3. & seq. lib. 2.* quo verò ad pupillum, quod possit tutor illius nomine accusare, quicquid sentiat. *Bart. d. cons. 90. num. 4.* est communis opinio, vt *in apost. ad eum ibid.* sequitur *Caualcan. de tut. & curat. num. 292.*
9 D Comedens fructus in alieno prædio † non potest accusari. *l. qui occiderit 30. §. si quis alienum. & ibi Florian. ff. ad l. Aquil. Lanfr. decis. 97.* & in comedente vuas, si de eis nihil exportasset, quod non ligetur Statuto, quia de iure Diuino hoc videtur permissum. *Deuteron. cap. 23.* ibi *Ingressus vineam proximi tui comede vuas quantum tibi placuerit, foras autem ne afferas tecum*, tradit *Plot. in l. si quando. num. 814. C. vnde vi.* Sed hoc benè procedit in viatore, & in necessitate constituto, vt per *Rip. in l. damnum. num. 3. ff. de dam. infect. & Surd. de alim. tit. 8. priu. 39. num. 8.* qui tamen volunt, quod stante necessitate liceat etiam asportare, & in viatoribus non requirunt necessitatem, & vide de vuis, ac spicis post terga metentium collectis, ac equo quem itenerans retinuerit ad pascendum in agro alieno vltra. *Plot. d. loco. Carocc. de locat. & cond. par. vlt. conclus. 20. pag. mihi 269. & Carpan. ad cap. 373. num. 7. & seq. par. 2.*
10 E De huiusmodi Statuto, quod † Castra, & Villæ teneantur pro damno dato, & quid circumscripto Statuto vide *Ias. in l. si quando. num. 37. & seqq. C. vnde vi. Carpan. ad cap 375. par. 2. Peregr. decis. Patau. 133. Surd. decis. 340. Farinacc. de delict. & pœn. quæst. 24. num. 197. & seqq.*
11 F Super hoc Statuto, quod non teneat † accusatio facta vltra numerum hic præfixum videtur respõdere. *Bal. cons. 245. lib. 4.*
12 G Elapso termino præfixo à Statuto † non potest fieri accusatio etiam si de damno liqueret. *Bal. cons. 409. lib. 4. Bonacoss. in quæst. crim. ver. cognoscere 2. pag. 39. Carpan. ad cap. 368. num. 7. par. 2.*
13 H De his, qui tenentur denunciare † ex officio vide *Carpan. ad cap. 368. par. 2.* & quod teneantur denunciare cum iuramento. *Fulu. Pacian. de Probat. lib. 1. cap. 47. num. 30.* Non possunt conueniri de ca-
14 lumnia † si non probauerint. *Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 253. num. 35.*
I Valet huiusmodi Statutum, quod stetur iura-
15 mento damnum passi, † sed debet deponere sicut testis per sensum corporeum congruentem eius dicto. *Bart. cons. 82. lib. 2. & seq. lib. 2.* Potest stante dicto
15 Statuto probari † quicquid incidenter tangit causam. *Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 45. num. 10. Chartar. decis. Ianuen. 76. num. 5.* Accusatus tamen con-
16 trarium probare posset † *Carocc. de Iuram. decis. 4. quæst. 9. quæst. princ. num. 11. fol. 24. Ossasch. decis. Pedem. 61. num. 8.* maximè per inspectionem loci, & euidentiam rei. *Mascard. de Probat. lib. 1. quæst. 8. num. 6.* & ad materiam vltra relatos in princ. vide pro declarationibus *Farinacc. de delict. & pœn. quæst. 24. num. 215. & seqq.*
17 K Accusatio debet continere † quantitatem damni, vt valeat. *Bart. cons. 103. lib. 2.* De æstimatione
18 plantæ fructiferæ † vide *Carpan. ad cap. 366. num. 8. & seq. par. 2.* Aestimatio frumenti in herbis debet fie-
19 ri prout tunc † erat, nam multa contingere possunt ante recollectam. *Bal. cons. 182. num. 4. & seq. lib. 1. Menoch. de arbitr. cas. 149. num. 31. Cyriac. contr. forens. tom. 1. contr. 62. num. 32. & vide Calà de modo articul. & prob. §. 2. glos. 7. num. 1068.* Bestiæ
20 minutæ † quæ dicantur. *Carpan. ad cap. 364. num. 8.*

Nec

21 L Nec de Iure communi licet depascere † agrum alienum. *Natt. cons. 550. num. 12. in fin.* & domini animalium tenentur emendare damnum. *Dec. cons. 550. num. 2.* quid si animal esset vagum præsertim ignaro domino. *Bonacoss. in ver. De damno dato. vers. Statuto cauetur. pag. 55. in princ.* an liberentur tradendo animalia pro noxa, quod sic. *Plot. in l. si quando. num. 875. C unde vi. vide Carpan. ad cap. 370. num. 18. par. 2.* quid si non reperiatur dominus illorum, quod condemnentur ipsa animalia *idem Carpan. num. 19.*

22 M De Patre, & Domino † quando teneantur ob delictum filij, & famuli stante Statuto vide *Plot. in d. l. si quando. num. 876. & seq. Farinacc. d. quæst. 24. num. 156. & seqq.*

23 N Insolidum † vide *Bonifac. de Vitalin. in rubr. de dam. dat num. 75. & 76.*

24 O Quoad retentionem animalium, † quæ damnum dederunt an, & quando sit permissa de iure communi vide *Surd. cons. 561. num. 18. & seqq. lib 4. & de alim. tit. 1. quæst. 70. num. 8. & tit. 8. priu. 61. num. 2. & 3.* vbi quod possint retineri donec inueniatur dominus, & donec satisfaciat de impensa pro alimonia, non autem donec reficiatur damnum.

# DEBITOR Creditor.

### SVMMARIA.

*Debitore non satisfaciente creditori fit executio mandati in princ.*
*Citatio quomodo fiat contra debitorem obligatum per instrumentum vers. De modo.*
*Creditum non potest peti elapsis quindecim annis vers. Elapsis.*
*Creditor petens debitum iam solutum incidit in pœnam vers. Creditor.*
*Debitor negans instrumentum debiti incurrit pœnam vers. Negans.*
*Debitor opponens exceptionem, & non probans punitur vers. Opponens.*
*Debitori non potest dari licentia permanendi in aliquo loco Ciuitatis, & aliquando tenetur Communitas dicti loci vers. Debitori non potest.*
*Nec concedi Saluusconductus, seu Non grauetur ibid.*
*Soluere non potest debitor creditori sui creditoris vers. Soluere.*
*Dilatio ad soluendum quanta assignetur debitori in fin.*

DEbitore non satisfaciente creditori de suo credito, & relaxato contra eum mandato fit executio, de qua dicam vers. Executio. Et quia aliquando capitur Tenuta bonorum debitoris, vide de illa ver. Tenuta. & quo modo bona postea subhastentur vide ver. Subhastatio. Quando autem adiudicentur ipsi creditori, vide supra ver. Adiudicatio. fol. 6. De modo citandi debitorem vigore instrumenti, vel alterius scripturæ vim instrumenti habentis, vide Stat. rubr. 29. & §. quilibet. lib. 2. fol. 18. & dicam ver. Iudicium executiuum. Elapsis quindecim annis non potest peti creditum d. rubr. 29. §. volumus il 2. lib. 2. fol. 18. & dicam ver. Præscriptio. Creditor petens debitum iam solutum incidit in pœnam Stat. rubr. 143. lib. 3. fol. 50. & dicam ver. Petens. Negans instrumentum debiti incurrit pœnam Stat. rubr. 141. lib. 3. fol. 49. & dicam etiam ver. Positiones. Opponens exceptiones, & non probans pariter incidit in pœnam d. rubr. 29. §. & opponens il 2. lib. 2. fol. 18. & dicam ver. Exceptio. Debitori non potest dari licentia permanendi in aliquo loco Comitatus sine licentia sui creditoris Stat. rubr. 43. lib. 2. fol. 24. Et si fuisset exbannitus pro aliquo debito, & habitaret in aliquo Castro, seu Villa Communitatis, proceditur contra Communitatem illam rubr. 66. lib. 2. fol. 34. & quòd non possint concedi Saluiconductus, seu Non grauetur, sunt litteræ Sacræ Consultæ sub d. 28. Februarij 1592. registr. in Canc. Crim fol. 279. In quibus autem locis Ciuitatis sint tuti debitores, vide rubr. 155. lib. 4. fol. 46. & quibus diebus d. rubr. 29. §. & quilibet in fin. lib. 2. fol. 18. & dixi supra ver. Carcer. pag. 46. & dicam ver. Executio. Soluere non potest Debitor Creditori sui Creditoris nisi facta intimatione Stat. d. rubr. 29. §. contra confessiones in fin. lib. 2. fol. 18. & dicam ver. Solutio. De debitoribus suspectis de fuga vide ver. Suspectus de fuga. De debitore fallito dicam ver. Decoctor. Ad soluendum assignantur debitori decem dies Stat. rubr. 3. vers. si verò iurarent. lib. 2. pag. 3. col. 4. & dicam ver. Solutio.

## Adnotationes.

De Credito habes plenissimum tractatum *Io: Dominici Gayti Neapolitani*, quem videbis.

# DEBITOR Ciuitatis.

### SVMMARIA.

*Debitor Ciuitatis habetur pro forensi, & non auditur in causis Ciuilibus in princ.*
*Extractus ad aliquod officium, si non soluerit ante principium non potest illud exercere ibid. vbi idem in filijs, & cessionarijs, & in adnot. num. 2.*
*Cogitur ad soluendum de facto vers. Potest etiam. sed vide adnot. num. 3.*
*Relaxari non potest captus nisi facta solutione, vel deposito vers. Non potest.*
*Nec potest recommendari pro alio debito ibid.*
*Pecuniæ possunt recipi ad cambium, vel sub fænore, si sit morosus in soluendo vers. Si debitor.*
*Consanguinei, & affines coguntur emere bona debitoris Ciuitatis*

*Ciuitatis si non inueniatur emptor verf. Bona autem.*
*In subhastationibus bonorum debitoris Ciuitatis proceditur de facto ibid.*
*Capi potest debitor Ciuitatis domi, & vbique locorum, & pro quauis summa ibid. & vide adnot. num. 3.*
*Absolui non potest debitor Ciuitatis à debito nisi certiorata Sacra Consulta in fin.*
*Minoris obligatio ad fauorem Ciuitatis quod sit nulla vbi deficiunt solemnitates Statuti num. 4.*

A DEbitor Ciuitatis habetur pro forensi, eique denegatur audientia [A] in causis Ciuilibus, & extractus de sacculo ad aliquod officium, si non soluerit ante principium, non potest illud exercere, quod habet locum etiam in filijs Stat. rubr. 343. lib. 1. fol. 94. vbi idem disponitur in cessionarijs, & ad idem vide rubr. 9. lib. 2. fol. 5. & habetur Decretum sub die vltima Octobris 1466. in 3. reg. fol. 13. & Bulla Clementis VIII. super Bon. Regim. in §. 16. Prohibemus insuper.
B in Bullar. nou. tom. 3. constit. 10. pag. 8. [B] Potest etiam debitor Ciuitatis de facto sine aliqua citatione, & processu cogi ad soluendum Statut. rubr. 189. in princ. vol. 1. fol. 65. & d. Bulla §. 24. Præcipuè verò. Dixi ver. Ciuitas Perusiæ, & il-
C lius Bona supra pag. 63. vers. tam ipsi, [C] Non potest huiusmodi debitor relaxari nisi facta solutione, & si quantitas non esset liquida, debet fieri depositum, & tunc relaxari, aliàs Officialis tenetur de proprio Stat. rubr. 342. lib. 1. fol. 94. vbi quod captus pro tali debito non potest arrestari, seu recommendari ad petitionem priuatæ personæ nisi haberet ius à Communi. Si debitor esset morosus in soluendo Ciuitati possunt recipi pecuniæ ad cambium, & sub fœnore ad quod tenetur ille debitor Stat. rubr. 354. lib. 1. fol. 97. & rubr. 482. d. lib. 1. fol. 113. Bona autem capta in tenutam si non venderentur, vel inueniretur quis nam vellet emere, possunt cogi Consanguinei, & Affines proximiores ad emendum illa, prout in bonis confiscatis, vt in alia Bulla Clementis VIII. post supradictam. §. 2. Præterea. & inhærendo dictæ Bullæ de Bon. Regim. de Anno 1593. die 14. Decembris Reuerendissimus D. Marsilius Landrianus tunc Perusiæ Gubernator, instante me Bartholomæo Giliano Ciuitatis Sindico, mandauit, quod in subhastationibus bonorum, & rerum Debitoris Ciuitatis procederetur simpliciter, & de facto, non attentis Iuris, & Statutorũ solemnitatibus, non obstantibus lapsu temporis, solitis Bannimentis, Citationibus &c. & quod huiusmodi debitores possint capi Domi, & vbique locorum, & pro quauis summa, rogato D. Sancte Paulino Notario. Absolui non potest huiusmodi debitor à debito cum Ciuitate, nisi prius certiorata Sacra Consulta, vt in Edicto aliàs publicato per Reuerendissimum D. Schiaffinatum tunc Perusiæ Gubernatorem sub die 30. Septembris 1592. vigore litterarum Cardinalis Montis Alti datarum sub die 22. Septembris dicti Anni. Vide ad materiam supra ver. Ciuitas Perusiæ, & illius Bona pag. 62. & infra ver. Executio.

## Adnotationes.

1 Cum Ciuitas habere videatur † priuilegia Fisci stante Bulla super Bon. Regim. consequenter habebit priuilegia multa contra debitores, de quibus *Peregr. de Iur. Fisc. lib. 6. tit. 7.* & vide eundem de venditionibus, & emptionibus *d. lib. 6. tit. 4.* & de Conductoribus, & emptoribus Gabbellarum *tit. 5.* & de Pignoribus, & hypothecis *tit. 6.*

A De audientia denegata dixi supra ver. Audientia pag. 28.

2 B Iure communi etiam cauetur, † quod debitor Ciuitatis non possit habere officium aliquod. *Carpan. ad Stat. Mediol. par. 2. cap. 1. num* 41. & respondit *Camill. Borell. cons. 66. num.* 22.

3 C De debitore Ciuitatis, quod possit † carcerari absque solemnitatibus, non autem absque substantialibus iudiciorum nõ obstante Bulla super Bon. Regim. vide *Rot. decis.* 490. *num. 5. & seqq. par. 1. recent. per Farinace.* vbi quod non potuit iurari suspectus de fuga non docto præsertim de credito debitor Ciuitatis,
4 & in obligatione minoris † ad fauorem Ciuitatis pro nullitate ex defectu solemnitatum vide in *decis.* 153. *par. 1.* repetita *decis.* 218. *par. 2. inter easd.* & confirmata *decis.* 177. *d. par.* 1.

# DECIMVM.

### SVMMARIA.

*Decimum quando soluatur nec ne in princ. & in Adnot. num. 1. & 3.*
*Respicitur in solutione decimi quid deductum sit in libello non quid exigi possit num. 2.*

DEcimum soluitur in Compromissis, vt supra ver. Compromissum cap. 9. pag. 86. Non possunt aliquod decimum exigere Capitanei Comitatus, vel eorum Vicarij Stat. rubr. 73. §. item volumus. lib. 2. fol. 36. Soluitur decimum in Tribunalibus Collegiorũ Mercantiæ, & Cambij ex Constitutionibus dictorum Collegiorum.

## Adnotationes.

1 De hoc decimo litis soluendo † per temerè litigantem vide *tex. in auth. generaliter. 9. & si contuictus. C. de Episc. & Cler. Rebuff. de Decim. quæst. 3. num.* 20.
2 & quod si Statuto caueatur, † quod de quantitate petita soluatur tantum pro libra, non respiciatur quantum exigi possit, sed quantum sit deductum in libello. *Bart. in l. offerendis 35. num. 2. vers. hoc etiam facit. & ibi Castr. num. 3. C. de appellat.* & ad materiam

huiusmodi

3 huiusmodi Statuti † vide *Aym. conf. 231. & Bertachin. de Gabell. tit. de Gabell. Iud. vel tit. pag. mihi 48. Io: Petrut. de Montisper. cons. 16.*

# DECOCTOR.

*SVMMARIA.*

*Mercator si decoxerit, eius libri consignantur certis Iudicibus, quibus datur liberum arbitrium procedendi in princ.*
*Dolus præsumitur in decoctore. vers. Dolus. & Adnot. num. 4.*
*Creditores decoctoris concurrunt absque prælatione, nec habetur ratio interusuriorum vers. Creditor.*
*Ciues tamen præferuntur forensibus ibid.*
*Vxoribus assignantur bona iuxta veram æstimationem vers. Vxoribus.*
*Apodixas de credito non verò ostendentes puniuntur vers. Puniuntur.*
*Causæ super cessionibus debent expediri intra tres menses vers. Causæ.*
*Ad cessionem bonorum qui nõ admittantur ibid. in fin.*
*Non admittuntur Mercatores Adnot. num. 6.*
*Curator dandus est bonis decoctoris, & à quo Iudice Adnot. num. 1.*
*Decoctores non possunt agere, sed eorum creditores n. 2.*
*Decoctio est probanda, & quis dicatur decoctor n. 3.*

SI quis Mercator decoxerit, statim eius libri debent consignari Dominis Consulibus, aut Dominis Auditoribus Cambij, aut D. Camerario illius Artis, quam ipse exercebat, & dictis Iudicibus datur liberum arbitrium procedendi contra prædictos, aut suspectos Stat. rubr. 74. in princ. lib. 2. fol. 36. Dolus præsumitur in decoctore, & non respondente creditoribus suis, nisi euidenter appareat de casu fortuito d. rubr. 74.
A §. insuper. A Creditores hypothecam habentes etiam cum instrumento non præferuntur non habentibus d. rubr. 74. §. 1. in fin. pag. 37. nec ha-
B betur ratio de interusurijs ibidem §. penult. B Ciues tamen in bonis, quæ reperirentur in Ciuitate, vel districtu Perusiæ præferuntur creditoribus forensibus, siue habeant hypothecam, siue non d. rubr. 74. in fin. pag. 37. & dicam infra ver. Forensis. Puniuntur, qui ostendunt apodixas de credito non vero d. rubr. 74. §. & quia. Vxoribus assignantur tot bona iuxta veram æstimationem d. loco. §. Verum etiam. & dicam ver. Vxor. Causæ, quæ ab huiusmodi debitoribus instituuntur super cessione bonorum, debent expediri intra tres menses ex Bulla Clementis VII. in Bullar. nou. tom. 1. constit. 16. pag. 584. quæ licet ex illius verbis videatur localis pro Vrbe, tamen fuit extensa ad hanc Ciuitatem per Cardinalem Pinellum Legatum, vt in Comit. rubr. 22. pag. 39. vbi quod non admittuntur ad huiusmodi beneficium lusores, & alij similes, vt in Bulla Pij V. in Bullar. nou. tom. 2. const. 113. pag. 317. vbi etiam de delatione Pilei viridis, de quo dixi
C etiam supra ver. Cessio. pag. 58. C

## Adnotationes.

1 De istis personis vide *Benuenut. Strace. in tract. de Mercat. tit. de Conturbat. seu Decoct. pag. mihi 173. & Caball. resol. crim. cas. 99. n. 82. & seqq. & latius cas. 105.* vbi de Statuto Florentino. De Curatore † dando bonis istorum, & per quem Iudicem vide *Gayll. obseruat. 139. n. 12. & seqq. lib. 2.* Denegatur istis Decoctoribus
2 actio, quæ transit † in creditores. *Rota in calce decis. 69. n. 14.* vbi fuit dictum non constare de tali decoctione,
3 quæ est probanda, † *vt per Rota Iannen. decis. 168. n. 25. et princ.* quam sequitur *Rota apud Caualer. decis. 653. num. 4.* vbi agitur an Decoctor possit conueniri ante diem, & dicitur ille, qui latitat non comparet, & foro cedit. *Surd. cons. 528. num. 38. lib. 4.*
4 A An præsumatur dolus † in Decoctore de Iure communi, & præsumi dicunt *Strace. d. tit. de Decoct. par. 3. num. 19. & seq. & Rota Iannen. decis. 17 num. 14.* sed vide *Seraph. decis. 1473 num. 1.*
5 B De concursu † creditorum ad bona Decoctoris vide *Cost. de Rat. Rata quæst. 74.*
6 C Mercatores Decoctores † non posse bonis cedere scribit post alios *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 408. num. 100.*

# DECRETVM.

*SVMMARIA.*

*Decreta Superiorum quomodo scribantur in princ.*
*Non publicantur per Præcones regulariter in fin.*
*Decretum dicitur lex Adnot. num. 1.*
*Lex non requirit scripturam ad sui essentiam ibid.*

QVod numquàm in hac Ciuitate Perusiæ fuerit obseruatum, nec de præsenti obseruetur, quod Decreta, quæ in dies fiunt per Legatos, Vicelegatos, seu Gubernatores pro tempore, describantur in libro, seu libris particularibus, qui vocetur, vel vocentur liber, vel libri Decretorum, sed quod dicta Decreta vel pro vtilitate publica, vel ex alia causa, etiam quod essent perpetua, & in vim legis fieri contigerint, rogentur per Notarium Actuarium Curiæ, & regulariter per Notarium eorum Audientiæ pro tempore, nec talia Decreta publicentur per Tubicinas, & Præcones in Plateis Ciuitatis, vt fiunt Edicta, & Banna; nisi specialiter ita per Præcones publicari fuerit mandatum est fides Collegij Dominorum Causidicorum sub die 21. Augusti 1615.

## Adnotationes.

1 De Decreto agit *Simonell. in tract. de Decretis &c.* vbi in præfat. num. 28. firmat quod non est necessarium

1 rium, quod in scriptis † proferatur, licet aliud reperiatur dispositum in sententia diffinitiua. Er quia De-
2 cretum censetur lex † *tot. tit. C. de Decret. Decur. Menoch. consil.* 340. *num:* 28. lex autem Canonica, vel Ciuilis de eius essentia non requirit scripturam, vt dixit *Rota in Montis Falisci Fideicommissi* 15. *Decembris* 1616. *coram Reuerendissimo D. Coccino Decano*.

# DEPOSITARIA Pignorum.

*SVMMARIA.*

*Depositaria Pignorum criminalium est annexa cum illa Pignorum ciuilium in princ.*
*Capitula, & Taxæ super appaltu Depositariæ Pignorum vers. Capitula.*
*Depositarij Pignorum fidei statur in Adnot. num.* 1.
*Depositarius Pignorum si statim non restituit potest carcerari num.* 2.

Depositariam Pignorum criminalium aliàs annexam Depositariæ Pignorum ciuilium per Reuerendissimum Maluasiam, confirmauit Card. Camerar. sub die 1. Iulij 1593. in 2. regist. Canc. Comm. fol. 182. Capitula, & Taxæ super appaltu huius Depositariæ habes impressa in folio magno de Anno 1621. apud Marcum Naccarinum tunc in hac Ciuitate Impressorem Cameralem, & vide in Comitin. par. 1. rubr. 32. cap. 12. pag. 68.

## Adnotationes.

De huiusmodi Depositario, seu Custode est Statutum Mediolani, vt *apud Carpan. par.* 2. *cap.* 197. De-
1 tuli†eius fidei Rota in *Perusina Pecuniaria* 10. *Aprilis* 1630. *coram R. P. D. Verospio*, quæ est in calce,
2 *decis.* 125. *num.* 6. Iste Depositarius Pignorum † Iudicialium executionum si statim non reitituit, carcerari potest ad circuitus euitandos. *Caroce. in tract. de Deposit. par.* 2. *quæst.* 118. *pag.* 128.

# DIFFAMATIO.

*SVMMARIA.*

*Diffamationis iudicium Reo prohibetur ex Statut. in princ.*
*Sed non obseruatur ibid.*
*Diffamans, seu infamans de delicto etiam extraiudicialiter punitur vers. De diffamatione.*

Diffamationis iudicium Reo prohibetur, etiam si peteret causam compromitti, sub pœna imposita iudici non reicienti petitionem, & nullitatis actorum Stat. rubr. 49. lib. 2. pag. 26. col. 4. Sed habes in contrarium fidem Collegij Dominorum Causidicorum sub die 22. Maij 1607. quod numquàm Statutum prædictum fuit obseruatum, nec de eo habita consideratio respectu causarum introductarum super iactationibus, & molestationibus ad instar. l. diffamari.
A C. de Ingen. & manum. A De diffamatione, seu infamatione in criminalibus dixi ver. Accusatio. vers. De non prosequente. Adde modo, quod licet diffamans aliquem extra iudicium, probata dicta diffamatione per tres testes, qui fuerint præsentes dictæ diffamationi, puniatur pœna ducentarum librarum denariorum Stat. rubr. 8. in fin. lib. 3. fol. 6. attamen pœna fuit redacta ad vigintiquinque librarum denariorum rubr. 573. lib. 1. pag. 126. repetita lib. 4. rubr. 152. pag. 46. vbi etiam disponitur, quod de hoc possit fieri concordia, & habita concordia soluuntur quinque libræ denariorum pro gabella dictæ concor-
B diæ. B

## Adnotationes.

A Ad materiam *l. diffamari. C. de Ingen. & manum.* vide *Contard.* in Comment. ad illam cum addit. *Paul. Granut. & Mart. vot.* 95. & nouissimè *Manson. de caus. execut. lib.* 1. *ampliat.* 40. & vide etiam, quæ super Stat. Mediol. scribit *Carpan. cap.* 46.

B Ad huiusmodi Statutum vide *Bonacos. in quæst. crim. par.* 1. *vers. Diffamare. pag.* 65. vbi quod diffamare non dicitur, qui stat in verbis generalibus, sed qui descendit ad species delictorum.

# DILATIO.

*SVMMARIA.*

*Ferijs durantibus dilationes non currunt, sed remanent in eodem statu in princ.*
*Et dilatio quæ incidit in tempus feriarum restituitur vers. Si dilatio.*
*Dilationes sunt continuæ, nisi feriæ absorbeant maiorem partem dilationis ibid & in Adnot. num.* 2 *& seqq.*
*Dilationes incipere debent in die Iuridica, & in die non feriata finiri vers. Immo quod. vbi quod vna dies feriata intermedia pro Iuridica reputatur, secus si sint plures.*
*Dilationes non currunt facto compromisso vers. Non currunt.*
*Dilationes quot assignentur, & quot dierum vers. Dilationes autem.*
*Dilationes ope restitutionis in integrum, quæ assignentur vers. Dilationes ad probandum.*
*Dilationes sunt communes vtrique parti vers. Sunt. & in Adnot. num.* 8.
*Statutum mandans assignari certas dilationes in causis intelligitur parte petente Adnot. num.* 7.

Ferijs durantibus dilationes non currunt, sed remanent in eodem statu, in quo erant ante

P initium

initium feriarum Stat. rubr. 81. §. & quod dila-
tiones. lib. 1. fol. 37. col. 3. & post.rubr. 24. in
rubr. de ferijs. §.declarantes. lib. 2. pag. 13. col. 4.
& rubr. 61. §. & quod dilationes. lib. 3. fol. 29.
col. 1. Si dilatio incideret in totum, vel in par-
tem in tempus feriarum restituitur, de sequenti-
bus diebus non feriatis d. rubr. de ferijs. §. decla-
rantes in fin. & in Decretis Card. Crispi Legati
editis de Anno 1547. & Mẽse Aprilis vbi in vers.
in secunda autem, disponitur, quod dilationes sint
continuæ, nisi feriæ absorberent maiorem par-
tem dilationis. Immo quod dilationes omnes
incipere debeant in die iuridica, ac in die non fe-
riata finiri cauetur in Const. Comit. par. 1. rubr.
4. in fin. pag. 9. vbi quod dies sola feriata inter-
media pro iuridica reputatur, secus si fuerint
duæ, vel plures dies, & de hoc est fides etiam
Collegij Dominorum Causidicorum sub die 24.
Iulij 1626. sub his verbis. Termini probatorij
incipiunt, & terminant in die iuridica, & dies fe-
riati continui intermedij duo, vel plures non fa-
ciunt numerum, nec computantur; sed demun-
A tur. [A] Non currunt dilationes facto compro-
misso inter partes Stat. rubr. 2. §. si verò tempus.
B lib. 2. fol. 3. col. 1. [B] Dilationes autem quot sint,
& quot dierum vide Stat. d. rubr. 2. ver. si verò.
lib. 2. fol. 2. col. 4. & dicta Decreta Card. Crispi
licet respectu quantitatis dierum numquam vi-
derim illa obseruari: obseruatur enim quod den-
tur tres dilationes, & prima est dierum octo, se-
cunda sex, tertia quatuor dierum, vt in Comit.
d. rubr. 4. in princ. & in Capit. & Constit. Rotæ
cap. 7. vers. in causis; vbi quod in causis non ex-
cedentibus florenos viginti quinque assignantur
pauciores dies. Dilationes ad probandum ope
restitutionis in integrum personis priuilegiatis
assignantur duæ tantum, altera ante publicatio-
nem processus, altera post arbitrio Iudicis, quo
ad numerum dierum, est fides Collegij mei sub
die 8. Nouembris 1577. Vigore autem dictorum
Decretorum Cardinalis Crispi dilatio non potest
concedi nisi semel, & Iudex potest minuere non
autem augere dilationes, vt in dictis Decretis
C vers. possit. [C] Defluxis dilationibus aliquando
possunt examinari testes, vt dicam ver. Testis.
Sunt dilationes communes tam actori, quam reo,
vt in dictis Const. Cardinalis Crispi, & in Comit.
d. rubr. 4. post princ. vbi disponitur, quod assi-
gnetur reo alia dilatio non communis quando
D actor nihil fecit in primis duabus dilationibus. [D]
Vide aliqua ver. Probatio.

## Adnotationes.

1 De dilationibus † est Tract. *Lanfranci de Ariadno inter tract. impressos sub signo Aquilonis tom. 3. par. 2. pag. 102.* & aliqua scribunt *Marant. de ord. Iudic. par. 6. act. 3. tit. de dilat. pag. 385. & Boccac. de litteris Remissor. cap. 7.*

2 A Idem videtur de iure communi, † quia licet dies
assignati ad probandum, intelligantur de currentibus,
non autem vtilibus tantum. *l. siue pars, in fin. C. de di-*
3 *lat. Marant. d. tit. de dilat. num. 18.* nisi † aliter Sta-
tuto caueatur *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 24. num.*
20 tamen quando dies feriati in termino cõpræhensi
4 maiorem † partem termini absorbent tunc non veni-
unt in termino computandi. *Marant. d. loco num. 18.*
*ad medium. vers. quod tamen intellige. Grauat. ad Ve-*
*str. in Praxi lib. 5. cap. 4. num. 7. vers. sed in hoc.* quos
secuta fuit *Rota in Perusina Dotis 17. Maij 1632 co-*
*ram R.P.D. Dunozet circa fin.* vbi fuit etiam dictum
cessare omnem difficultatem ex attestatione Curia-
5 lium fori Perusini, † quod in præfixione terminorum
computantur dies vtiles non autem feriati in hono-
rem Dei, & Sanctorum, quam attestationem licet ex-
traiudicialem sufficere dixit, ex quo agitur de pro-
bando stylo in his, quæ respiciunt ordinatoria.
6 B De iure communi † idem seruatur. *Carpan. ad*
*Stat. Mediol. cap. 49. num. 8.*
C Vide ad materiam *Menoch. de Arbitr. cas. 52.* Sta-
7 tutum † mandans, assignari certas dilationes in cau-
sis, intelligitur parte petente. *Chartar. decis. Ianuen.*
*22. num. 5.*
8 D Hoc idem disponitur † de iure communi. *l. pe-*
*tenda. & ibi Bald. C. temp. in integ. rest. Marant. vbi*
*sup. num. 18. vide Vestr. d. lib. 5. cap. 4. num. 4. &*
*seqq. & ibi Grauat. num. 6.*

# DIRECTORES.

### SVMMARIA.

*Directorum electio ad quos spectet, & de illorum officio.*

DE Directorum electione, & officio vide Stat. lib. 1. rubr. 7. pag. 5. & seqq. & quoad grauamina Officialium, præsertim in executionibus, de quibus etiam ipsi cognoscunt, vide Stat. rubr. 13. in addit. in fin. lib. 1. fol. 12.

## Adnotationes.

Quia isti sunt Iudices, præsertim super grauaminibus illatis à Vicarijs, & Potestatibus Comitatus, vide ver. Vicarij; ac etiam super grauaminibus illatis à Gabbellarijs vide ver. Gabbella.

# DISCVSSIO.

### SVMMARIA.

*Discussionum causæ intra tres menses debent expediri, ex Bulla Pontificia, & ex Decreto Legati in princ. Sed non seruatur vers. Verum.*

*Creditoribus habentibus credita liquida, consignantur bona debitoris cum cautione vers. Et interim. & in Adnot.*

*Adnot. num. 1.*
*Discussio est necessaria, vt possit cognosci prioritas, & potioritas creditorum Adnot num. 2.*
*Separatio bonorum hæreditariorum à bonis hæredis quando fiat num. 3.*

CAusæ discussionum inter creditores, & hæredes defuncti, seu alterius debitoris, de cuius bonis inter ipsos creditores agitur, intra tres menses quo ad præsentes, quo ad absentes verò citra montes intra sex menses, vltra autem intra nouem expediantur, & nullo modo, nisi ex magna causa, & per Signaturam Gratiæ instantia prædicta prorogetur ita disponit Pius IV. in Bullar. nou. tom. 2. const. 59. pag. 85. §. 11. Et interim Iudices coram quibus causas huiusmodi discussionis pendere contigerit, bona ipsius debitoris defuncti, vel decoctoris debitoris, creditoribus habentibus credita eorum liquida, interim recepta idonea cautione de restituendo habentibus priora, & potiora, & contribuendo habentibus æqualia iura, consignari mandent, &
A faciant ibidem §. 13. A & licet huiusmodi Bulla sit localis pro Vrbe, attamen hæc omnia etiam habentur in Decreto Card. Pinelli Legati, de quo in Comit. Const. par. 1. rubr. 21. vers. & causæ discussionis. pag. 38. Verum quod hæc Constitutio, seu Decretum dum mandat, quod discussionum hæreditatum causæ debeant terminari intra tres menses numquam fuerit executioni demandatum, & vsu receptum in hac Ciuitate, & eius Tribunalibus, est fides Collegij Dominorum Causidicorum sub die 9. Decemb. 1608. & quod dictum Decretum in materia discussionis, aditionis, Inuentarij conficiendi, & assignationis faciendæ creditoribus intra bimestre tempus numquam fuerit vsu receptum, sed totum contrarium in dictis casibus, & capitibus obseruatum, non obstante oppositione in contradictorio, dixerunt Domini Causidici in alia fide sub die 19. Septembris 1615.

## Adnotationes.

1 De Iudicio † super discussione inter creditores. vide *Salustium in praxi iudic. lib. 3. cap. 16.* & est neces-
2 saria discussio, † vt possit cognosci prioritas, & potioritas creditorum. *Ludouis. decis. 347. num. 13.* &
3 quo ad separationem † bonorum hæreditariorum à bonis hæredis vide *ff. & C. de separat. Seraph. decis. 430. Caualer. decis. 41. & decis. 112.* & respectu legitimæ debitæ filio hæredi vide *Ludouis. decis. 134 num. 2. & Caualer. decis. 341. num. 3.*
4 A Idem quo ad cautionem † vide de iure communi *tex. in l. procuratoris. 5. §. fin. ff. de tribut. act.*

# DIVISIO.

### SVMMARIA.

*Diuisionum Iudices qui sint, & quomodo procedant.*

DE & super omnibus diuisionibus, & causis diuisionum quorumcumque bonorum stabilium, & quarumcumque rerum communium, seu communiter possessarum, seu detentarum, sunt Iudices tres illi V. I. Doctores, qui quolibet semestre ex Collegiatis extrahuntur ex generali sacculo Officiorum, & publicantur, & isti cogunt partes ad eligendum homines, & in eorum discordia ipsi faciunt diuisionem Stat. lib. 2. rubr. 19. in princ. fol. 8. col. 4. & dicam de istis ver. Iudices Communis.

## Adnotationes.

Ad materiam diuisionis vide *Caroc. decis. 155.* & latius *Hect. Felic. de societ. cap. 39. & 40. & Fontanell. de Pact. nupt. claus. 4. gloss. 9. par. 2.*

# DOCTORES.

### SVMMARIA.

*Artifices quidam non possunt exercere eorum Artem propè scholas Doctorum, Palatium Iustitiæ, domos Doctorum legentium, & Sapientias in princ. & in Adnot. num. 2.*
*Doctores venientes ad legendum, & Scholares non possunt arrestari pro Represalijs vers. Doctores venientes.*
*Et de Doctoribus generaliter quod non possint carcerari pro debito ibid. & in Adnot. num. 3.*
*Immunes sunt dicti Doctores, & Scholares à Gabbellis, & Pedagijs vers. Nec tenentur. & in Adnot. num. 5.*
*Et pro Ciuibus habentur ibid & in Adnot num. 4.*
*Immunes sunt Doctores à custodia Portarum etiam tempore Pestis in Adnot. num. 5. vbi etiam de alijs muneribus personalibus.*
*In præcedentia non attenditur dignitas Militis, vel Comitis vers. Quoad præcedentiam.*
*Licentiatus prius an præferatur Doctorato postea Adnot. num. 6.*
*Creatio Doctorum non potest fieri nisi à Collegio vers. Doctorum.*
*Quot Doctores requirantur in creatione Adnot. n. 7.*
*Collegiati Doctores fuerunt creati Milites equestres, & habent facultatem creandi Notarios, & legitimandi Bastardos vers. Collegiati.*
*Præsidentes Collegij sunt Iudices Appellationum vers. Ad Dominos Præsidentes.*
*Doctores possunt cogi ad suscipiendam defensionem Communis vers. Possunt Doctores.*
*Et tenentur de malo cõsilio etiam Minores, & filij familias ibid.*

*Offendentes Doctores grauiori pœna puniuntur in fin. & vide Adnot. num. 9.*
*De cooptandis in Collegium vide Adnot. num. 8.*

ARtifices quidam non possunt conducere aliquam domum propè Scholas Doctorum tam Vtriusque Iuris, quam Medicinæ, vel propè Palatium Iustitiæ intra quinquaginta passus sub certa pœna Stat. lib. 4. rubr. 15. pag. 7. col. 4. & ibi in addit. cauetur quod tales Artifices dictas eorum artes quoquomodo exercere non possint propè domum alicuius Doctoris Iuris, seu Medicinæ in Studio Perusino actu legentis, & minus propè Collegia Studiosorum, quæ apud nos Sapientiæ dicuntur, nisi distarent ad minus per spacium septem, vel octo domorum intermediarum sub pœna, & quod nihilominus
A aliter exercentes de dictis locis expelli debeāt. A Doctores venientes ad legendum, & Scholares non possunt arrestari pro Repræsalijs, & alias, vt in Stat. rubr. 176. lib. 1. fol. 59. & generaliter de Doctoribus quod non possint carcerari pro debito ciuili, cauetur in Comit. Const. rubr. 32.
B cap. 5. pag. 56. B Nec tenentur dicti Doctores, & Scholares soluere Gabbellas, & Pedagia Stat. rubr. 55. lib. 4. pag. 16. & rubr. 211. §. item statuimus, quod Doctores. lib. 1. pag. 71. vbi etiam quod habentur pro Ciuibus; de quo etiam quoad famulos vide rubr. 120. §. & prædicta. lib. 3.
C fol. 43. C Quoad præcedentiam inter Doctores, quod non sit habenda ratio officij Militis, vel Comitis, disponit Innocentius VIII. in eius Bulla sub die 2. Aprilis 1487. in 4. regist. Canc. Comm.
D fol. 66. D Doctorum creatio prohibita est priuatis in Ciuitate Perusiæ, & tantum conceditur Collegio Alexander VI. in eius Breui sub die 26.
E Aprilis 1493. in 4. regist. pag. 107. E Collegiati Doctores fuerunt creati Milites equestres iussu Pauli III. à Card. Legato, & fuit eisdem concessa facultas creandi Notarios, & legitimandi Bastardos, vt in Priuilegio sub die 1. Aprilis 1537. in 6. regist. fol. 54. & 55. & est confirmatio Cle-
F mentis VIII. sub die 20. Iulij 1593. F Ad Dominos Præsidentes Collegij datur appellatio à sententijs Vicelegatorum, Gubernatorum, vel eorum Commissariorum, in causis vsque ad summam ducatorū centum Stat. in rubr. post proem. lib. 4. & dixi ver. Appellatio. cap. 2. vers. Præsidentes. Possunt Doctores cogi à Dominis Prioribus ad suscipiendam defensionem causarum Communis Stat. rubr. 44. cir. med. lib. 2. fol. 24. & dantes malum consilium tenentur ad damna, & interesse, etiam si essent minores viginti, vel filij familias Stat. rubr. 75. lib. 1. fol. 33. Offendentes Doctores grauiori pœna puniuntur in
G Bannim. gener. de ordine Sanctissimi num. 56. G Vide aliqua ver. Gymnasium, & ver. Scholares.

## Adnotationes.

1 De Priuilegijs Doctorum † vide *Petr. Lenauder int. tract. sub signo Aquilonis tom. 18. pag. 3.* De præcedentia Doctorum, & Militum vide tractatus *Christophor. Lanfr. d. loco pag. 21. & Signor. de Homod. pag. 23* & de Doctoribus vide aliqua apud *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 414. & Ben. de priuil. Iurisconsl.*

2 A De Iure communi quando possint, † & à quibus expelli huiusmodi Artifices, qui artem exercere nequeunt absque strepitu vide *Menoch. de arbitr. cas. 237. Carpan. ad dict. Stat. cap. 379. num. 179. par. 2. & Honded. cons. 81. lib. 1.*

3 B Non posse carcerari † pro debito Doctores, attento iure communi, dicunt *Matthesil. sing. 59. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 88. num. 7. & Mausoni. de caus. execut. lib. 1. limit. 9.*

4 C Intellige quod habeantur † pro Ciuibus quoad sibi vtilia, & non quoad damnosa. *Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 29. num. 11. & ibi Add.* Sunt ex-
5 empti Doctores legum à custodia Portarum † tempore Pestis, aut alio tempore. *Carpan. ad Stat. Mediol. par. 2. cap. 351. num. 1.* necnon ab omnibus oneribus personalibus, *vt per eum num. 2.* & vide *per tot.* vbi de alijs professoribus.

6 D De præcedentia † inter Licentiatum prius, & Doctoratum postea ad fauorem Doctoris vide *Odd. cons. 14.*

7 E Quod in Ciuitate Perusina † sufficiant quatuor Doctores ad doctorandum, ex Priuilegio Summi Pontificis, scribit *Bart. in l. Magistros num. 1. C. de Profess. & Medic. lib. 10.* referunt *Fulu. Pacian. de Probat. lib. 2. cap. 4. num. 105. & Corat. de comm. opin. lib. 1. tit. 3. num. 25.*

8 F De cooptandis in Collegium, † & Statutis, seu Constitutionibus super illis vide *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 354. & cap. 414. & seqq.* & quæ scripsit *Menoch. cons. 648. & 677. lib. 7. & cons. 729. lib. 8.*

9 G Statutum si puniat iniuria † afficientem Doctorem intelligitur, vbi offensa ipsi fuit facta tāquam Doctori. *Menoch. cons. 403. num. 5. lib. 5.*

# DOMVS.

### SVMMARIA.

*Domus communis si fuerit diuisa quid faciendum si alter vult facere clausuram in princ.*
*Domus non possunt destrui, aut discooperiri occasione debiti vers. Domus.*
*Executoribus aperiri debet domus in fin.*
*Domus quid sit in Adnot. num. 1.*
*Casalenum quid sit num. 2.*
*Domus si sit diuersorum dominorum, habens partem superiorem debet reficere tectum num. 3.*

SI domus communis fuisset diuisa, & aliquis vellet facere murum pro clausura suæ partis, quid faciendum Stat. rubr. 58. §. item statuimus. lib. 2. pag. 30. col. 3. Domus Castrorum, & Villarum Ciuitatis non possunt destrui, nec discooperiri occasione alicuius debiti Statut. lib. 4. rubr.

rubr. 71. pag. 20. col. 4. & dicam ver. Executio. Debet aperiri Executoribus perquirentibus, ludentes, & debitores suspectos de fuga rubr. 46. d. lib. 4. pag. 14. De domo, aut alia re ruinosa dico ver. Ruinosus.

## Adnotationes.

1 Domus quid sit, † & alia ad materiam vide apud *Carpan. ad Stat. Mediol cap. 434. num. 27. & seqq.*
2 Casalenum quod sit † domus diruta, & destructa. *Borell. cons. 1. num 75. & seq* Si domus sit diuersorum
3 dominorum, † & vnus habeat partem superiorem, alter inferiorem, ille, qui habet superiorem partem, tenetur ad refectionem tecti, ne descendat aqua ad partem inferiorem, *Cepoll. de seruit. urb. pred. cap. 41. num. 7.* de hoc, & alijs ad materiam huius casus vide *Carpan. ad cap. 347. par. 2.*

# DONATIO.

### SVMMARIA.

*Donatio, seu cessio titulo lucratiuo, vt valeat, requirit rogitum Notarij Matriculati in Ciuitate, seu Plebani, aut Presbyteri in Comitatu in princ.*

*Necnon præsentiam quinque testium ibid. & Adnot. num. 1. & seqq. Et insinuatio vers. Est necessaria.*

*Registrari debent donationes, & alij contractus lucratiui apud Cancellarium, & Archiuistam ex Decreto Anni 1621. vers. Donationes.*

*Tenor Decreti prædicti, & Confirmationis Pontificiæ vers. Gregorius.*

*Donatio est nulla non seruata forma Statuti Adnotat. num. 3.*

NVlla donatio, seu cessio titulo lucratiuo inreuocabiliter inter viuos, & causa mortis valet sine rogatione publici Notarij Ciuitatis Perusiæ, & matriculati in Matricula Collegij Notariorum, & sine præsentia ad minus quinque testium, nec similiter fieri potest in Comitatu sine præsentia quinque testium, & rogitu Notarij Matriculati, vel loco ipsius absque Plebano, seu Presbytero loci magis proximi Stat. rubr. 205. lib. 3. pag. 61. col. 4. quod reperitur etiam approbatum in Decreto facto de Anno 1621. & confirmato à Gregorio XV. in Breui, de quo infra, vers. volumus etiam. Est necessaria insinuatio, vt valeant donationes Stat. rubr. 42. lib. 2. col. 3. & dicam in ver. Insinuatio. Donationes, & alij contractus lucratiui debēt registrari apud Cancellarium Ciuitatis, & apud Archiuistam intra certum tempus, alias non præiudicant, vt in Decreto facto de Anno 1621. & confirmato de Anno 1622. à Gregorio XV. vt in eius Breui, cum insertione dicti Decreti, cuius tenor est sequens.

GREGORIVS PAPA XV. Ad perpetuam rei memoriam. Ex iniuncto Nobis desuper Apostolicæ seruitutis officio his, quæ pro Christi fidelium quorumlibet, præsertim ditioni nostræ temporali subiectorum commodo, & indemnitate prouide facta fuisse dicuntur, vt firma perpetuo, & illibata persistant, libenter cum à Nobis petitur, Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Sanè nomine Dilectorum Filiorum Communitatis, & Hominum Ciuitatis nostræ Perusinæ Nobis nuper expositum fuit, quod ipsi ad obuiandum damnis, quæ dictæ Ciuitatis, illiusque Territorij Ciues, & incolæ, ex donationibus, & alijs contractibus lucratiuis secretò hactenus factis recipiebant Decretum fecerunt tenoris subsequentis, videlicet. In nomine Domini Amen. Anno à Natiuitate Domini M.DC.XXI. Indictione quarta, tempore Pontificatus Sanctissimi Domini nostri D. Gregorij Diuina prouidentia Papæ XV. die vero Veneris III. Mensis Decembris. Consilio Illustrissimorum Dominorum Decemuirorum, Perillustrium Dominorum Consulum Collegij Mercantiæ, Auditorum Cambij, & Camerariorum cœterarumque Artium Illustrissimæ Ciuitatis Perusiæ publico, generalique de mandato dictorum Illustrissimorum Dominorum Priorum heri sono Tubarum, voceque Præconis, hodie verò ad sonum Campanæ, vt moris est, legitimè in Aula Consilij solita, cum præsentia, & assistentia Illustris, & Excellentis Viri D. Ioannis Francisci Tuschi I. V. D. Cæsenatensis, Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Prosperi Caffarelli Romani Perusiæ, Prouinciæque Vmbriæ Gubernatoris ad Ciuilia Locumtenentis, conuocato, & congregato. In quo quidem Consilio interfuerunt prædicti Illustrissimi Domini Decemuiri numero decem, Domini Consules, Auditores, & Camerarij numero XLI. totum, atque integrum, publicum, generaleque Consilium eiusdem Ciuitatis repræsentantium, in eoque lege nuper, vt quoad fieri potest, fraudibus occurratur, ac Ciuium, & Comitatensium eiusdem Ciuitatis indemnitati prouideatur, edita circa registrationem Instrumentorum donationum, nonnullorumque aliorum generum, quæ in dies in præiudicium proximi, ac in animarum detrimentum celebrantur, proposita, illaque vulgari sermone exposita tenoris sequentis, videlicet. Ciuitates, ac eos, qui earum regimini sunt præpositi, maximè decet suorum Ciuium commodo, ac indemnitati consulere. Cum itaque experientia compertum sit, non paucos honoris, & dignitatis, animarumque salutis parum memores, donationibus in secretò factis, & alijs lucratiuis, quæ vocant Instrumentis celebratis, æs alienum postea contrahere, & creditores, fideiussores, ac alios, qui huiusmodi donationum, & contractuum

& contractuum inscij bona fide cum eis contraxerint, vel eorum precibus sese obligauerint, eludere. Volentes huius generis fraudibus quoad fieri potest, occurrere, quo facilius vnusquisque statum, ac conditionem eorum, cum quibus contrahit perspectam habeat. Hac perpetuo valitura lege statuimus &c. Vt fiant duo libri, quorũ quilibet inscribatur Registrum donationum, ac aliorum Instrumentorum in totum, vel in partem lucratiuorum, & horum librorum alter asseruetur à Cancellario, alter ab Archiuista huius Ciuitatis. Et quicumque Ciuis Perusinus, vel Comitatensis, siue Ciuitatis, aut Comitatus incola, & habitator cuiusuis conditionis in posterum donationem ad alterius fauorem etiam remuneratoriam conditionalem ob causam reciprocam, vel propter nuptias, vel alterius cuiuscumque generis inter viuos fecerit, vel receperit, necnon renunciationem, cessionem, iurium, & bonorum, titulo quouis modo lucratiuo, conuentionem, pactum, aut promissionem de non fideiubendo sub certa poena, & hypotheca bonorum, pactum de succedendo ad inuicem in omnibus, siue in aliquibus certis bonis, vel eorum parte, & alium quemcumque contractum prædictis similem, vel alio modo in totum, vel in partem lucratiuum quouis iuramento, & cautela roboratum, debeat per se, vel alium intra quindecim dies; si in Ciuitate, intra mensem, si in Territorio, intra bimestre, si vbilibet extra Territorium contraxerit, accedere ad Cancellariam, & Archiuium, & curare ita, & taliter, vt in supradictis libris vtrobique, vt præfertur, asseruandis, & in vnoquoque eorum adnotentur ordine alphabetico, primò nomen, & cognomen eius, qui aliquem ex dictis contractibus fecerit, deinde nomen, & cognomen eius ad cuius fauorem contractus huiusmodi fiat, species, seù nomen contractus, Notarius, qui de eo fuit rogatus; item dies non solum celebrati contractus, sed etiam ipsius adnotationis, seù registrationis. Quod si intra præscriptum tempus contractus prædicti modo, & forma supradictis adnotati, seù registrati non fuerint, statuimus &c. quod præsumantur dolosè, & in fraudem creditorum facti, nulliusque sint roboris, aut momenti quoad præiudicium creditorum, fideiussorum, ac aliorum, qui cum eis titulo quocumque, prætorquam lucratiuo, quoquomodo postea contraxerint; vel pro eis se obligauerint; ita & taliter vt in præiudicium eorum, contractus huiusmodi præcedentes habeantur pro infectis, nullamque prorsus fidem faciant, perinde ac si non fuissent celebrati, prout eos harum serie nullos, & inualidos declaramus. Et quia posset contingere, vt in quis in fraudem huius nter legis durante termino, vt supra ad adnotationem, seù registrationem prædictam faciendam post celebratos huiusmodi contractus lucratiuos, titulo oneroso, vel alio, vt supra contraheret, & se obligaret adhuc in termino adnotaturus, seù registraturus; quo casu nondum facta adnotatione prædicta, priores contractus præiudiciales, & contrahentis conditio ignoraretur. Statuimus &c. quod adnotatio, seù registratio, vt supra de prioris generis contractibus facienda, præcedere debeat saltem per tres dies celebrationem contractuum posterioris generis; quod si secus fiat, dicti priores contractus, & instrumenta nullam fidem faciant in præiudicium personarum, & obligationum, de quibus supra. Volumus etiam quod supranominati contractus in totum, vel in partem lucratiui non valeant, nec fidem faciant in præiudicium, posteriorum obligationum, nisi à publicis, & authenticis, ac Pontificia auctoritate Notarijs rogati fuerint, adhibitis etiam quinque testibus quoad donationes, & cessiones, prout disponitur in Statuto sub rubr. 205. lib. 3. Item volumus, & statuimus, quod pro adnotationibus, seù registrationibus, vt supra faciendis pro quolibet Instrumento solui debeant bononeni duo, nempe vnum Cancellario, alterum Archiuistæ, qui tamen cuicumque inspicere, seu legere volenti libros prædictos, teneantur gratis legere, vel ostendere. Reseruato tamen beneplacito, & Confirmatione Apostolica &c. Qua lege perlecta, & per congregatos, vt asseruerunt, bene audita, atque intellecta, Illustrissimus D. Federicus Comes de Marsciano de Perusia Primus Mercator eleganti sermone proposuit congregatis, An eis reseruato semper beneplacito Sanctæ Sedis Apostolicæ, vel alterius personæ ad id ab ea facultatem habentis, & non aliter &c. placeret ad publicam Ciuium, & Ciuitatis huius Comitatensium vtilitatem, atque ad omnem alium bonum finem, & effectum, legem huiusmodi prius iteratis vicibus à pluribus eruditissimis Viris Iurisconsultis, & peritis, cum assistentia Magistratus, matura deliberatione præhabita, examinatam, approbare, à Sancta Sede Apostolica, vt supra confirmandam. Et factis super huiusmodi negocio propositis, redditisque consilijs, posito, & misso partito ad secreta suffragia, vt moris est; obtemptum, quidem primum fuit inter dictos Illustrissimos Dominos Priores per omnia vota fauorabilia nullo in contrarium faciente comperto, & deinde inter dictos Congregatos totum, plenumque consilium facientes, partitoque demum aperto per vota numero trigintanouem fauorabilia in pixidem restituta, duobus tamen in contrarium repertis non obstantibus, reseruato dicto beneplacito,

cito,

cito, & non aliàs aliter, nec alio modo, ipsimet congregati legem præinsertam vtpotè huic publico valde vtilem, proficuam, & commendatione dignam, approbandam esse duxerunt, atque approbauerunt omni modo meliori, ac in omni meliori forma Iuris valida perpetuo valituram. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, Communitas, & Homines prædicti plurimum cupiant Decretum huiusmodi pro illius firmiori subsistentia, & inuiolabili obseruatione Apostolicæ nostræ confirmationis robore communiri Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, vt super præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eorundem Communitatis, & Hominum votis in præmissis, quantum cum Domino possumus, annuere, ipsosque specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à Iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati. Decretum prædictum, ac omnia, & singula in illo contenta Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque perpetuæ, & inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur, adijcimus, ac omnes, & singulos tam iuris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet interuenerint, supplemus. Decernentes Decretum huiusmodi ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, perpetuo inuiolabiliter obseruari debere, necnon irritum, & inane quicquid secus super his à quoque m quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Dat. Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 23. Aprilis 1622. Pontificatus Nostri Anno Secundo. Scipio Card. S. Susannæ. Loco † Sigilli, seu Anuli Piscatoris. Publicatum 3. Maij 1622. regist. lib. fol.

## Adnotationes.

1 Super hoc † Statuto rubr. 205. lib. 2. responderunt *Turrett. cons. 1. num. 16. lib. 1. & Hondod. cons. 40. num. 16. & seq & num. 63. & seqq. lib. 1.* vbi præsertim, quod defectus numeri quinque testium suppletur iuramento, & hoc etiam dixit *Rota in Perusina nullitatis cessionis 28. January 1619. coram Remboldo*, quæ est in fine, *decis. 30. num. 12. & seqq.* vbi etiam fuit dictum, quod non erat Statutum in forma probanti, & quod loquitur de donatione rei litigiosæ, nec habet locum in donatione à Patre filiæ facta, & insuper quod erat nullum eum fit factum à Prioribus, & non à toto Populo, nec à Sede Apostolica confir-
2 matum. Verum aliquæ † ex his considerationibus tolluntur ex nouo Decreto confirmato à Papa supra
3 vers. Volumus etiam, & pro nullitate † donationis ob non seruatam formam Statuti habes decisionem *in Fulginaten. Pecuniaria 30. Maij 1619. coram Manzanedo*, in calce, *decis. 89.* De iure tamen commu-
4 ni † donatio inter viuos non requirit nisi duos testes, sicut alij contractus. *Rolan. cons. 61. num. 19. lib. 2.* Valet tamen Statutum requirens quinque. *Surd. cons.*
5 *431. num. 30. lib. 3.* Ad Statutum autem † requirens Notarium matriculatum vide *Ias. cons. 122. num. 2. & 6. cum seq. lib 4. Cagnol. in l. si librarius. num. 67. & seq. ff. de reg. iur. Gratian. decis. March. 198. & Corbul. de caus. priuat. exhib. in addit. pag. 111. num. 161. & seqq.*

# DOS.

## SVMMARIA.

*Causæ dotales sunt summariæ post princ. & Adnotat. num. 2.*

*Instrumenta dotalia habent viam executiuam vers. Instrumenta. & Adnot. num. 3. & 5. vbi de obligatione Camerali.*

*Dos minuitur propter pœnam solutam per maritum ob contrauentionem mulieris vers. Quando.*

*Quid ob expensas Adnot. num. 6.*

*Restitutio dotis in quantitate non potest peti ante annum, & repetitur in terminis in quibus fuit soluta vers. Restitutio.*

*Sed vide Adnot num. 7. & seqq.*

*De Dotibus, & dotatis mulieribus, & successionibus ab intestato reformationes facta vers. De Dotibus.*

*Recipiens promissionem restitutionis dotis de bonis mulieris ad sui fauorem cogitur cedere iura vers. Ius, & actionem & vide Adn. t num. 11.*

*Pater, seu alius ascendens non tenetur dotare filiam, quæ matrimonium contraxit absque eius voluntate vers. Pater. & Adnot. num. 12.*

*Literæ saluadotales semel obtenta non indigent confirmatione in fin.*

*Statutum mandans dotem non posse peti ante certum tempus, non procedit vbi dos consistit in re immobili, quæ statim repeti potest Adnot. num. 4.*

*Pactum per quod differtur restitutio dotis vltra annum vt in terminis solutis non valet Adnot n. 7. Declara procedere si matrimonium soluatur morte viri n. 8.*

*Et non vbi cum dotante est factum pactum ibid.*

*Statutum an valeat num. 9.*

*Restitutio dotis potest peti ante annum vbi fuit à marito legata Adnot. num. 10.*

*Per Chartam dotalem non censetur restituta dos mulieri, quia debet iudicialiter agere in casu vrgentiæ vel ad inopiam pro recuperatione Adnot. num. 1.*

Dos amittitur per mulierem ob adulterium, vt supra ver. Adulterium. pag. 7. Causæ de

de, & ſuper contractibus, vel inſtrumentis dotalibus, ad probandum, dotem eſſe in caſu reſtitutionis, vel dationis, vel ſolutionis, vel in tuto ponendam, ſeu collocandam connumerantur inter ſummarias Stat. lib. 2. rubr. 3. in princ. fol. 3.
A col. 3. [A] Inſtrumenta dotalia habent vim confeſſionum iudicialium, & viam executiuam etiam ſi ſint refutationes dotium, quia mandantur executioni, tanquam promiſſiones Stat. rubr. 15. in
B princ. lib. 2. pag. 7. [B] Quando vxor contraueniſſet Statuto reſpectu veſtium, & fuiſſet ſoluta per maritum pęna, tunc in caſu reſtitutionis maritus, vel eius hæredes tanto minus reſtituere tenentur, & pro dicta quantitate ſoluta denegatur executio inſtrumenti Stat. lib. 1. rubr. 31. pag. 24.
C col. 4. [C] Reſtitutio dotis in quantitate non poteſt peti ante annum, & caſu, quo dos fuiſſet promiſſa per vxorem, non poteſt repeti, niſi in terminis datis, & ſolutis per eam, ſi verò alius dotem pro ea promiſerit, tunc ante repeti non poteſt, quam in terminis, in quibus dicta dos ſolui promiſſa fuit, debent tamen hæredes viri ſemper habere annum ad minus, & interim mulier debet congruè alimentari Stat. d. rubr. 15. §. vo-
D lumus tamen. lib. 2. pag. 7. [D] De dotibus, & dotatis mulieribus, & ſucceſſionibus ab inteſtato eſt Stat. lib. 2. rubr. 45. pag. 25. quod fuit reformatum die 22. Martij 1563. & reformationes fuerunt confirmatæ à Pio IV. ſub die 14. Iulij dicti Anni in 7. reg. fol. 39. & licet in dictis reformationibus fuerit appoſita clauſula (ſine tamen præiudicio locorum piorum, & perſonarum ibi exiſtentium) attamen hæc clauſula, tanquam aduerſans conſeruationi agnationum fuit ſublata per Gregorium XIII. ſub die 2. Iunij 1573. vt habetur in fine dictarum reformationum in folijs impreſſarum, & dicam ad materiam aliqua ver. Fœmina. Ius, & actionem repetendi dotem de bonis mulieris cedere cogitur is, qui recepit promiſſionem dotis reſtituendæ Stat. in dictis reformat. §. item ſi aliquis. vbi quando dicatur de bo-
E nis mulieris. [E] Pater, vel alius aſcendens non tenetur dotare filiam, vel neptem minore vigintiquinque annis, ſi ſine eius voluntate matrimonium contraxerit ſecus ſi eſſet maior Stat. lib. 3. rubr. 85. pag. 34. vbi in addit. diſponitur, quod tali caſu maritus tenetur dictam mulierem con-
F gruè de ſuis bonis dotare. [F] Literæ ſaluadotales ſemel obtentæ non indigent confirmatione, ſed ſemper remanent in ſuo robore, ex literis Cardinalis Aldobrandini ſub die 12. Auguſti 1595. regiſtrat. in Canc. Crimin. in lib. incip. de Anno
G 1594. pag. 24. [G] De vxore, quæ receſſit à viro, & alia ad materiam dicam ver. Vxor.

## Adnotationes.

1 Plures tractatus de dote, † & illius priuilegijs habes inter *tract. ſub ſigno Aquilon. tom. 9.* & præſertim tractatum *de dot. reſtit. Odofr. Beneuen pag. 472.* Vide etiam *tract. de dot. Ioan. Frider. Solis.*
2 A Vide de Iure † communi *Rip. in l. 1. ff. ſol matr. num. 44. & ſeqq. & Solis d. tract. de dot. quaeſt. 26. & quaeſt. 27.*
3 B Vide de executione † inſtrumentorum dotalium *Luc. Pet. de Iudic form. Capitol. for. lib. 3. cap. 5.* vbi
4 *num. 37.* tradit, quod Statutum † diſponens dotem ante ſex menſes repeti non poſſe, non procedit ſi dos in re immobili ſit conſtituta, quia ſtatim repeti po-
5 teſt, & de obligatione Camerali, † quod detur etiam quando eſt enunciata dotis reſtitutio. *Zacch. ad Galleſ. quaeſt. 31. num. 19.*
6 C Impenſæ † non minuunt dotem. *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 291. num. 23.* & vide *Galganett. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 133. num. 40.*
D Pactum per quod dotis reſtitutio differtur vltra
7 annum † à lege datum, vt quod ſimilibus interuallis fiat dotis reſtitutio, quibus facta fuit dotis ſolutio, non valet. *l. Attilicinus 17. ff. de pact. dot. Bal Nouell. de dot par. 7. priu. 11. num. 17. Natt. conſ. 37 per tot. Ioſ. Ludou. concluſ. 36. poſt princ. verſ. Ad fauorem. Cancer. var reſolut. par. 1. cap. 9. num. 57. verſ. Ne-*
8 *que illud.* Quod intelligitur † ſi matrimonium ſoluatur morte viri, ſecus ſi morte vxoris, quia tunc ceſſat publica vtilitas. *Rip. in l. ita ſtipulatus. num. 75. ff. de verb. oblig. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 19. num. 43.* & facit *Maſtrill. deciſ. 74.* Quod ſi id fuerit conuentum per Patrem, vel alium dotantem, quamuis mulier non teneatur ſtare pacto, teneri tamen credo promittentem ad intereſſe, & vide ad hoc *Ioſ. Ludou. d. concluſ. 36. verſ. Intellige ta-*
9 *men.* An autem hoc Statutum, † de quo meminit *Non. conſ. 52. num. 16.* valeat vide *Bald. Nouell. d. priuil. 11. in fin.* vbi relinquit cogitandum, ſed quod vſus illud non receperit audiui dicentes Inſignes in hac patria Iuriſconſultos. Poſſet repeti dos in
10 quantitate † etiam ante annum vbi maritus legaſſet dotem vxori. *Durant. de Art. teſtan tit. 6 caut. 17. Rol. conſ. 10. num. 19. lib. 1. Craſs. de ſucceſs. in §. legatum. quaeſt. 42. num. 1. Gutter. de Matrim. quaeſt. 108. num. 16.*
E De ſtipulatione reſtitutionis dotis ad fauorem
11 dotantis † vide *Gratian. diſcept. tom. 4. cap. 769. Molin. de Rit. nupt. lib. 3. quaeſt. 31. Paſchal. de Virib. Patr. pot. par. 2. cap. 4. num. 190. & ſeq.* & quod intelligatur ſi diſſoluatur per mortem vxoris. *Maſtrill. deciſ. Sicil. 74.* & faciunt allegati ſupra *num. 8.*
12 F Vide ad materiam † *Surd. de alim. tit. 1. quaeſt. 6. & Sanchez de Matrim. lib. 4. diſput. 26.*
13 G Per Chartam dotalem obtentam † non cenſeri reſtitutam dotem mulieri, quæ etiam in caſu vrgentiæ mariti ad inopiam debet iudicialiter procedere ad recuperationem ſuæ dotis, dixit *Rota in Interamnenſis Dotis Veneris 23. Maij 1608. coram Penia.*

# DOTIS FRVCTVS.

## SVMMARIA.

*Interusurium dotis solui solet ad rationem septem pro centenario, & anno in princ. & in Adnot. num. 6.*
*Cessante consuetudine, vel Statuto soluitur ad rationem quinque ibid. num. 7.*
*Consuetudo taxandi ad septem non intrat, vbi obligatio est facta in alio loco, & non probatur ibi adesse huiusmodi consuetudinem num. 8.*
*Nec vbi essent pecunia inuestienda in terris, vel danda terra num. 9.*
*Vidua debentur ad rationem septem post annum à die mortis viri, & interpellationis vers. Vidua. vbi quod non imputat fructus pignoris in sortem.*
*Intra annum verò debentur alimenta ibid. & vide Adnot. num. 10.*
*Marito quando debeantur fructus dotis Adnot. n. 1.*
*Debentur à die mora, non à die litis contestata Adnot. num. 2.*
*Non debentur cessante obligatione soluendi dotem num. 3.*
*Executiuè pro fructibus dotis agi non potest num. 4.*
*Possunt peti post solutam dotem num. 5.*
*Hæredes vxoris quando petnat interesse à marito ob retardatam restitutionem dotis num. 11.*

INterusurium dotis solui solere in hac Ciuitate ad rationem septem pro quolibet centenario, & anno, ab immemorabili tempore, & in contradictorio iudicio ita fuisse obtentum, testati fuerunt Domini Causidici in fide sub die 5. Iulij 1581. & hoc idem habetur in Comit.Const. par. 2. rubr. 2. in princ. pag. 75. quæ loquitur ad fauorem mariti post moram, & disponit in fine, quod si ille liberos habeat non imputat fructus
A pignoris dotalis in sortem. A Vidua post annum à die mortis viri, & interpellationis iudicialis, vel extraiudicialis consequitur fructus dotis ad eandem rationem Comit. Constit. d. loco. vers. & quo ad viduam. & in vers. seq: cauetur, quod si habeat pignus dotale non imputat fructus in sortem, etiam si illi excederent mensuram alimentorum, vel fructus dotis, vt supra taxatos. Intra annum verò, quo differtur restitutio dotis mulieri, quod debeat congruè alimentari, cauetur Stat. lib. 2. rubr. 15. §. volumus tamen.
B pag. 7. B De Vxore, quæ recessit à domo Viri dicam ver. Vxor.

## Adnotationes.

De dotis fructibus agit *Copus inter tract. sub sign.*
1 *Aquilon. tom. 17. fol. 248.* & de debitis † marito vltra tradita per *Surd. in tract. de alim. tit. 1. quæst. 42.* & alibi vide aliqua per *Ciriac. controuers. forens. tom. 2. contr. 391.* Quod debeantur à die moræ, † & termi-
2 ni maturati, non autem à die litis contestatæ tantùm respondit *Rota in Perusina Dotis 17. Martij 1630. coram R. P. D. Dunozet*, quæ est in calce, *decis. 119. num. 6. & 7.* Non debentur tamen cessante obliga-
3 tione † soluendi dotem, vt fuit dictum in *Assisiensis Dotis 22. Iulij 1629. coram R. P. D. Verospio*, quæ est in fine, *decis. 117. num. 14.* vbi *num. 15.* dicitur,
4 quòd, nec poterat agi executiuè † pro illis, cum nulla promissio præcesserit, & obligatio Cameralis vltra expressa, extendi non possit. An autem possint peti
5 post solutam dotem, † pro affirmatiua vide *Rotam coram Ludouis. decis. 93. num. 2. & ibi Beltram. in addit. num. 10. & ad decis. 156. num. 14.*
6 A Quod in hac nostra Ciuitate mos sit, † quod huiusmodi fructus exigantur ad rationem octo, & non plus, testatur *Corn. cons. 44. num. 3. lib. 2.* vbi, quod præsupponebatur sibi, idem seruari in Ciuitate Tuderti, *& cons. 71. num. 12. lib. 4.* dicens, quod in hac nostra Ciuitate est de more, quod æstimentur ad rationem septem, vel octo, *& cons. 166. num. 9. d. lib. 4.* vbi quod Perusiæ petuntur ad rationem octo; sequitur Corneum *Rota in Perusina Dotis 9. Iunij 1614. coram bo. me. Vbaldo*, quæ est in fine, *decis. 79. num. 5. & in Ciuitatis Castelli, seu Perusina Dotis 12. Iunij 1613. coram Remboldo*, quæ pariter est in fine, *decis. 26. num. 3.* Cessante consuetudine, vel Statuto, quòd
7 non possint peti ad rationem sex; dixit *Rota in dicta Assisien. decis. 117. num. 16.* & quod tunc debeantur ad rationem quinque ex stylo Rotæ; dicitur *in dicta Perusina Dotis coram R. P. D. Dunozet*, quæ est in fine, *decis. 119. num. 8.* quæ fuit confirmata *coram eodem 17. Maij eiusdem Anni 1630.* quæ pariter est in fine, *decis. 120. num. 3.* vbi *num. 4. & seq.* dicitur consuetudinem huius nostræ Ciuitatis taxandi ad ratio-
8 nem septem, vel octo non intrare, † quia obligatio dotis fuerat facta in aliò loco, & non docebatur, quod adesset ibi talis consuetudo, prout in Ciuitate Perusiæ, & vide *Galganett. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 137.*
9 & limita † vbi essent pecuniæ inuestiendæ in terris, seu dandæ essent terræ, quia tunc ad quinque deberentur vide *decis. 292. num. 4. & 5. & decis. 470. num. 3. par. 1. recent. per Farinace.*
10 B Quo ad alimenta debita Viduæ † intra annum luctus vide *Surd. de alim. tit. 1. quæst. 44.* quo verò ad tempus post annum luctus vide eundem *Surd. d. tit. 1. quæst. 45. & Rotam in dicta Perusina Dotis coram Vbaldo*, in fine, *decis. 79. num. 2. & seqq.* vide quæ ad Stat. Vrb. scribit *Galganett. lib. 1. cap. 137. & 138.*
11 & respectu hæredum vxoris, † quando possint petere interesse à marito ob retardata dotis restitutionem vide *Hond. cons. 36. lib. 2.*

# DOTIS LVCRVM.

## SVMMARIA.

*Maritus, seu Sponsus lucratur tertiam partem dotis solutæ, seu promissæ prædecedente vxore, seu sponsa in princ. & vide Adnot. num. 2.*
*Vxor potest relinquere viro maiorem partem tertia vers. Vxor, vel sponsa.*
*Dummodo non relinquat plus quam vni ex filijs primi matrimonij ibid. & in Adnot. num. 4.*
*Tertia pars quæ debetur Viro, non potest excedere partem quæ debetur vni ex filijs primi matrimonij ibid. & Adnot.*

*& Adnot. num. 5. Nisi Statutum deroget num. 6.*
*Legitima filiorum non detrahitur in praeiudicium tertiae debitae marito vers. Nec detrahitur. & Adnot. n. 7.*
*Quid in legitima matris. Adnot. num. 8.*
*Relictum per mulierem Viro censetur in compensationem lucri dotalis vers. Relictum. & in Adnot. n. 9.*
*Maritus consequitur lucrum dotale quamuis promiserit restituere totam, & integram dotem in fin. & in Adnot. num. 10. & 11.*
*Statutum domicilij Viri, non contractus attenditur in lucro dotis Adnot. num. 3.*

SI quis de caetero desponsauerit aliquam vxorem, vel sponsam; & cum ea cohabitauerit, & dotem, seu promissionem dotis receperit, & dicta vxor, seu sponsa ante mortem viri, vel sponsi decesserit sine liberis amborum, apud virum, seu sponsum remaneat, & remanere debeat tertia pars dotis receptę, vel ius petendi tertiam partem dotis promissae, vel spei dotis, quae tertia pars dotis irreuocabiliter sit viri, seu sponsi ita & sub his praecisis verbis cauetur Stat. lib. 2.
A rubr. 15. §. & si quis. pag. 7. [A] Vxor, vel sponsa maiorem quantitatem relinquere potest viro, vel sponso, dummodo non relinquat plus quàm vni ex filijs primi matrimonij d. rubr. 15. §. saluo quod si vxor. Et tertia pars debita viro praedecedente vxore, non potest excedere partem, quae debetur vni ex filijs primi matrimonij ibi-
B dem vers. & eodem modo. [B] Nec detrahitur legitima, dummodo dicta tertia pars non excedat legitimam Comit. Constit. par. 2. rubr. 7. pag.
C 76. [C] Relictum per vxorem, vel sponsam marito compensatur cū dicta tertia parte, nisi aliud fuerit expressum Stat. d. loco. vers. & nihilomi-
D nus. [D] Maritus consequitur lucrum dotis non obstant, quod in Instrumento promissionis restitutionis dotis, vel sponsalium appareat facta promissio de restituendo dotem totam, & integram secundum formam Iuris, ita in d. Stat. in
E finalibus verbis. [E]

## Adnotationes.

1 [A] De lucro dotis † sunt tractatus *Rol. à Vall. & Phanuc. int. tract. sub sign. Aquil. tom. 9. pag. 351. & 408. & Ioan. Frider. Solis*, & vide quae ad Stat. Mediol. scribit *Carpan. cap. 291. & cap. 298.* & ad Stat. Vrb. *Galganett. lib. 1. cap. 131. & seqq.* Super Statu-
2 to Bictonij requirente † matrimonium consumatum, vel traductionem ad domum viri vide *Hond. cons. 15. lib. 1.* & super Statuto Perusino an habeat locum vbi non fuit constituta dos vide *Ios. Ludou. decis. Perus. 99.* & an vbi maritus dereliquit vxorem vide *Ambrosin. decis. Perus. 31. par. 2. & Rotam in Perusina lucri dotis 29. Nouembris 1599. coram Iusto*, quae est in calce, *decis. 43. num. 10. & seqq.* vbi de cohabitatione necessaria, de qua vide late *Honded. cons. 3. & 4. lib. 2.* An Statutum nostrum habeat locum in sponsis, qui matrimonium non contraxerunt ob aetatem, sed cohabitauerunt vide *Non. cons. 51.* Statutum
3 domicilij Viri † attenditur in lucro dotis, non autem loci vbi matrimonium fuit contractum. *Rota in Bononiensis Dotis 7. February 1620. coram Manzanedo*, quae est in fine, *decis. 71. num. 5. & seqq.*
4 [B] De Iure communi etiam disponitur, † quod non possit plus relinqui secundo coniugi, quàm vni ex filijs primi matrimonij. *l. hac edictali. C. de sec. nupt. Gabr. de sec. nupt. concl. 4. Sanchez de matrim. lib. 7. disput. 88. num. 3.* & iuxta terminos d. l. hac edictali
5 intelligitur † Statutum de lucro dotis. *Gabr. d. conclus. 4. num. 11. & seqq. Rol. de lucr. dot. quaest. 26. num. 8. & seqq. Surd. cons. 164. num. 20. & cons. 422. num. 11. lib. 3. Mastrill. decis. 175 num. 37 par. 2.*
6 Nisi Statutum † deroget d. l. edictali, de qua derogatione vide *Rotam coram Ludouis. decis. 173. num. 7. & Beltram. in addit. num. 13. & in Bononiensis Indemnitatis 27. Ianuarij 1621. coram Caualerio*, quae est in calce, *decis. 122. num. 2. & seqq.* & ad materiam d. l. hac edictali vide *Eugen. cons. 1. cons. 2. & cons. 11. lib. 2.*
[C] De Iure communi an filij detrahant prius legi-
7 timam † ante lucrum Statutarium, circumscripta hac Comitina Constitutione, vide pro negatiua *Phanuc. de lucr dot. glos. 5. num. 35. vers. postremo. & num 44. cum alijs per Surd. cons. 401. num. 25. lib. 3.* & quod
8 detrahatur ante legitimam matris † probat idem *Surd. ibidem num. 34 vers. & pro confirmatione. & num. seqq.* sed vide *Non. cons. 18. num. 20. vers. circa tertium. & Eug. cons. 76. num. 68. & seqq. lib. 2. Ciriac. contr. forens. tom. 2. contr. 304. num. 15.*
9 [D] Idem etiam si non fuisset expressum † in Statuto disponebatur de Iure communi, quia censetur relictum animo compensandi cum lucro dotis omne id, quod relinquitur per vxorem viro. *Rol. de lucr. dotis quaest. 96. num. 8. Menoch. de praesumpt. lib. 4. praes. 109. num. 35. & seqq. Eug. cons. 76. num. 68. lib. 2.* Sed vide in Statuto Vrbis *Caualer. decis. 168. num. 4. & seqq. & decis. 318. num. 1. & seqq.*
[E] Nisi adesset huiusmodi Statutum censeretur re-
10 nunciatum † lucro dotis per maritum, promittentem restituere dotem totam, & integram. *Rolan. d. tract. de lucro dot. quaest. 38. Rota in d. Bononiensis Dotis coram Manzanedo*, in fine, *decis. 71. num. 1. &*
11 *seq.* Super Statuto prohibente † renunciationem huic lucro vide *Sim. de Pret. cons. 111. num. 9. & seqq. & Peregr. decis. Patan. 18. num. 12. & num. 23. cum seqq.*

---

# ECCLESIA.

### SVMMARIA.

*Ecclesiasticas personas non ligat Statutum laicorum in princ. & Adnot. num. 1.*
*In Curia Ecclesiastica seruantur Statuta ordinatoria vers. In Curia.*
*Super fabrica Ecclesiae Cathedralis Bulla Pontificia referuntur vers. Super fabrica.*

STATVTA contra Ecclesiasticas personas non valent, nec tenent Statut. lib. 4. rubr. 128. fol. 38. Statuta de dot. & dotat. mulier. & de vlt. volunt. obseruan. præseruant iura locorum piorum, & personarum ibidem existentium, vt lib. 2. rubr. 45. in fin. & rubr. 46. pariter in fin. in reformat. sed adest quoad hoc moderatio in confirmatione Gregorij XIII. vt in fine dict. reformat. & dixi supra
A ver. Dos. A In Curia Episcopali Perusina tam in causis ordinarijs, quàm delegatis seruata fuerunt, & seruantur in ordinatorijs Statuta Ciuitatis, præsertim sub rubr. 2. circa modum exequendi citationes personaliter, vel ad domum, & sub rubr. 20. 26. 29. & 48. lib. 2. vt testati sunt Domini Causidici in fide Collegialiter facta
B die 11. Ianuarij 1627. B De Colono Ecclesiæ dixi aliqua supra pag. 77. & vide aliqua supra ver. Clericus pag. 64. & infra ver. Monasterium. Super fabrica Ecclesiæ Cathedralis S. Laurentij, & deputatione Officialium sunt diuersæ Bullæ Summorum Pontificum, & præsertim Sixti IV. in 3. reg. Canc. Comm. fol. 77. & 4. reg. fol. 55. & 56. Innocentij VIII. in d. 4. reg. fol. 65. & 8 r. 118. 184. & 197. & Iulij III. & Gregorij XIII. in 7. reg. fol. 124.

## Adnotationes.

A Dixi in ver. Clericus *num. 1. & seq.* quod idem
1 est de Iure, † quod Statutum laicale non ligat Ecclesiasticos, Et non valere Statutum disponens, quod Clerici non possint rogari de aliquo contractu, respondit *Odd. cons. 44.* & ideo non valere credo Statutum de quo supra ver. Audientia. vers. sextò, quia disponit contra ea, quæ sunt concessa in priuilegium Ecclesijs, & Ecclesiasticis personis. *Caball. ad Const. March. lib. 3. cap. 36. in ver. Statuta. num. 4. Alderan. Mascard. de general. Stat. interpret. conclus. 1. num. 88. vers. 2. erunt.*

B Dixi in ver. Clericus *num. 5.*

# AEDIFICIVM.

## SVMMARIA.

*Aedificare propè muros Castrorum non licet in princ.*
*Nec iuxta vias ibid.*
*Aedificium, vel parietem habens super re alterius cogitur remouere vers. Aedificium.*
*Aedificare volens non potest impediri absque causa sub pœna vers. Non potest.*
*Et dato fideiussore datur licentia ædificandi non obstante contradictione, nisi vterque contendat se possidere ibid.*
*Communem rem reparans recuperat medietatem impensarum vers. De reparante.*
*Aedificare licet super muro communi. & in ædificio facere fenestras, & ostia vsque ad satisfactionem impensarum ibid.*
*Impedimenta posita in plateis, seu vijs debent remoueri in fin.*
*Aedificij appellatione quid veniat Adnot. num. 1.*
*Aedificare volens quantum spacij relinquere debeat num. 2.*

AEdificare domus propè muros Castrorum per duodecim pedes est prohibitum Stat. rubr. 34. lib. 4. fol. 39. dicam ver. Muri Ciuitatis. De volente ædificare iuxta vias vide Stat. rubr. 6. lib. 4. fol. 5. & infra vide ver. Via. Aedificium, vel parietem si quis haberet super re alterius, debet facto sibi præcepto illud remouere, nisi possedisset per decem annos sine contradi-
A ctione Statut. lib. 4. rubr. 9. cum addit. fol. 5. A Non potest impediri ædificare volens in re sua, vel à se possessa, absque iusta, & rationabili causa, sub certa pœna contradicenti imposita, vltra damna, expensas, & interesse Stat. lib. 2. rubr. 60. in princ. pag. 31. col. 3. Vbi quòd non obstante contradictione præstito fideiussore idoneo de opere demoliendo, si apparuerit, eum iniustè ædificasse, datur licentia ædificare volenti, etiamsi contradicens vellet incontinenti, de iure suo docere, saluo, & reseruato iure vtrique parti. Sed si vtraque pars contenderet se possidere, tūc debet causa terminari intra quindecim dies, vt d. rubr. 60. §. si verò. vbi quod super prædictis non potest peti, nec fieri compromissum,
B nisi de voluntate ambarum partium. B De reparante rem communem, & ædificante in re communi, quod recuperet medietatem impensarum
C à socio vide rubr. 58. lib. 2. C vbi in §. Item colore habetur, quod in muro nouo ædificato super re communi potest facere fenestras, & ostia, sed vbi fuerit ei satisfactum de expensis, tenetur re-
D murari facere suis sumptibus, & expensis. D Volens ædificare opus, ex quo timeretur de ruina, satisdare debet Stat. d. lib. 2. rubr. 61. pag. 31. col. 4. & dicam ver. Ruinosus. Intra quod tempus debeant amoueri impedimenta apposita in plateis, seu vijs causa ædificij vide Stat. lib. 4. rubr. 4. fol. 4.

## Adnotationes.

1 Aedificij appellatione † quid veniat vide *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 433. num. 39. & seq. par. 1. & cap. 343. num. 37. & cap. 347. num. 5. par. 2.* Aedi-
2 ficare volens iuxta ædificium † priuati, debet relinquere spacium quindecim pedum. *l. maniata. C. de ædif. priu. Corn. cons. 282. num. 3. lib. 4.* & quamuis *in l. fin. ff. fini. regund.* disponatur de spacio duorum pedum, de qua *Carpan. ad Stat. Mediol. par. 2. cap. 334. num. 12.* attamen ista lex loquitur, quando ædi-

ficium fit iuxta agrum, vel sepem, *ut per glos. in d. l.*
3 *meniana.* sed quod *d. l. meniana* non seruetur † dicit *glos. fin. ibi*, & quoad *l. fin.* idem dicunt aliqui, vt *per Carpan. d. cap. 334. num 13. & per Thesaur. decis. 115. in princ.* qui contrarium dicit verius, & vide *Giouagn. cons 30. num. 49. lib. 2.* & ad declarationem *d. l. fin.* vide *Hond. cons. 80. num. 12. & seq. & num. 27. & 28. & num. 42. cum seq. lib. 1.*

4 A Vide † *Cepoll. de seruit. vrb. prad. cap. 32. num. 3. Carpan. ad Stat. Mediol. cap 401. num. 29. & seqq. par. 2.*

5 B Super simili Statuto † vide *Carpan. ad d. Stat. Mediol. cap. 340. par. 2.*

6 C Vide circa impendentem † in re communi *Cepoll. de seruit. vrb. prad. cap. 59. num 8 & Corn. cons. 222. lib. 2.*

7 D Vide quæ super hoc Statuto † scripserunt *Engl. cons. 47. lib. 1. & Hond. cons. 80. num. 30. in fin. & num. 35 in fin. lib. 1.* & ad Stat. Mediol. *Carpan. cap. 342. par. 2.* & quando murus dicatur communis vide *Thesaur. decis. 23. & decis. 219.*

# EMANCIPATIO.

### *SVMMARIA.*

*Iudex super emancipationibus quis sit in princ.*

*Decretum super emãcipationibus potest interponi etiam diebus feriatis in honorem Dei in fin.*

*Decretum Iudicis requiritur in emãcipationibus etiam de Iure communi Adnot. num. 1.*

*Et sufficit cuiuscumque Iudicis num. 2.*

*Requiritur scriptura in emancipationibus num. 3.*

*Ex habitatione seorsim à Patre an præsumatur emancipatio num. 4.*

IVdex super emancipationibus quis sit vide Stat. rubr. 19. in fin. lib. 2. fol. 9, col. 3. vbi quod Iudices, qui extrahuntur de sacculo ex Collegiatis Doctoribus Vtriusque Iuris habent facultatem interponendi Decreta super emancipationibus etiam diebus feriatis in honorem
A Dei, A de quibus dicam ver. Iudex Communis.

## Adnotationes.

1 De Iure etiam communi requiritur Iudicis † decretum in emancipatione. *l. fin. C. de emancipat. liber. Carpan. ad Stat. Mediol cap. 326. num. 37. & seqq.*
2 Potest tamen fieri auctoritate cuiusuis † Iudicis. *§. præterea. cum glos. instit. quib. mod. ius patr. pot. solu. Durant. de Art. testan. tit. 1. caut. 1. num. 2.* vbi quod sufficit Notarius alius vltra illum, qui emancipationem scribit. Requiritur enim scriptura † in emanci-
3 patione. *Carpan. ad cap. 88. num. 41. & seq.* vbi quãdo præsumatur ex habitatione seorsim à Patre per diuturnum tempus, & latius *cap. 416. num. 21. & seqq.*
4 Vide alia † ad materiam *apud eundem Carpan. d. cap. 326. & cap. 327. & prius cap. 263. par. 1. & cap. 483. num. 1. & seqq. par. 2.*

A Vide *Carpan. ad cap. 400. num. 10. cum seq.*

# EMPTIO.

### *SVMMARIA.*

*Emptio frumenti, & similium causa reuendendi prohibetur vers. Prohibita est.*

*Pizzicaroli, & Pullaroli non possunt emere certis temporibus ibid.*

*Emere quis probibetur rem, nisi ab exercentibus illam Artem vers. Emere quis.*

*Probibita emptione an etiam venditio censeatur probibita in Adnot. num. 1.*

*Statutum loquens de emptione non babet locum in alio contractu num. 2.*

EMptor in subhastatione debet esse Ciuis Perusinus dicam ver. Subhastatio. Prohibita est emptio frumenti, & similium causa reuendendi Stat. rubr. 137. lib. 3. fol. 49. & dixi ver. Annona pag. 13. vers. emere frumentum. & vide etiam rubr. 47. cum seq. lib. 4. fol. 14. & quod Pizzicaroli, & Pullaroli, qui vocantur, non possint emere certis temporibus vide rubr. 52. d. lib. 4. fol. 16. Emere quis prohibetur rem nisi ab exercentibus illam Artem Stat. lib. 3. rubr. 215. §. insuper etiam. lib. 3. fol. 164. De pacto de retrouendendo vide ver. Pactum, & alia vide ver. Venditio.

## Adnotationes.

1 Prohibita venditione etiam emptio † censetur prohibita vide *Gabr. de legib. conclus. 3. num. 12. & seqq. & per tot. conclus. & quæ tradit Fabian. de Monte de empt. & vendit. 3. quæst. princ. pag. 29.* Statutum
2 loquens † de emptione non habet locum in alio contractu. *Carpan. ad Stat. Mediol. in prælud. num. 473.*

# EXCEPTIO.

### *SVMMARIA.*

*Exceptiones omnes possunt opponi quando agitur ordinariè in princ.*

*Quando verò agitur executiuè non possunt opponi, nisi quadam ibid.*

*Contra licentias renouari petitas, quæ exceptiones opponi possint vers. Contra licentias.*

*In causis Fratrum S. Francisci Conuentualium non possunt opponi, nisi quadam exceptiones vers. In causis.*

*Probari debent exceptiones opposita per publicam scricam scripturam, vel per quinque testes vers. Opposita. & Adnot. num. 2.*

*Datur tamen babilitatio ad probandum per omne genus probationum vers. Solet tamen. & Adnot. n. 3.*

*Intra quantum tempus debeant probari exceptiones vers. Probari autem.*

*Exceptiones contra obligationẽ Cameralem debent probari infra quinque, vel sex dies ibid. & Adnot. n. 6.*

Opponens

*Opponens exceptiones, & non probans punitur vers. Punitur.*

*Iudex tenetur pronunciare super quibusdam exceptionibus in fin.*

*Statutum disponens, quod intra certum tempus exceptiones debeant opponi, intelligitur etiam, quod intra illud tempus debeant probari Adnot. num. 4.*

*Exceptiones superuenientes possint probari post terminum Adnot. num. 5.*

QVando agitur ordinariè contra libellum possunt opponi exceptiones declinatoriæ, dilatoriæ, & peremptoriæ Stat. rubr. 2. §. item dicimus. lib. 2. fol. 2. quando verò agitur executiuè non possunt opponi, nisi exceptiones solutionis, absolutionis, termini prorogationis, pacti de non petendo, & compensationis, necnon falsitatis, & non aliæ quamuis similes Stat. rubr. 29. §. contra confessiones. & §. seq. lib. 2. fol 18. Contra instrumentum potest opponi, quod fuerit factum in locis prohibitis, vt in rubr. 36. lib. 2. fol. 21. Prædictæ exceptiones tantum possunt opponi contra scripturas priuatas Stat. rubr. 14. §. contra quas. lib. 2. fol. 6. & contra instrumenta dotalia rubr. 15. in princ. lib. 2. fol. 7. Contra licentias renouari petitas non admittuntur, nisi exceptiones solutionis, absolutionis, termini prorogationis, vel pacti de non petendo rubr. 31. lib. 2. fol. 20. quod etiam procedit in licentijs relaxatis per Dominos Camerarios Artium rubr. 24. §. item volumus. d. lib. 2. fol. 12. col. 3. In causis Fratrum S. Francisci Conuentualium non possunt opponi, nisi quædam exceptiones, vt rubr. 23. lib. 2. fol. 11. col. 3. vers. & contra petitionem. Oppositæ exceptiones debent probari per publicam scripturam vim confessionis habentem, seu per quinque testes, præter exceptionem operis adimpleti d. rubr. 29. §. & opponens. lib. 2. fol. 18. col 1. A Solet tamen quis habilitari à superiore ad probandum per testes, & omne genus probationum à iure Communi permissarum, etiam exceptionem compensationis Statutariæ, vt testati fuerunt Domini Caulidici in fide sub die 19. Septembris 1578. qui prius sub die Aprilis dicti Anni dixerunt, quod quando petitur executio alicuius instrumẽti, si reus etiam post elapsum terminum Statutarium, & quod ex aduerso instatum fuerit pro monitione ad sententiam, vel pro expeditione causæ, obtineat habilitari ad probandum per testes, & omne aliud probationis genus intra terminum Statutarium, vel alium à Iudice assignandum solet à Iudice assignari terminus ope huiusmodi habilitationis. B Probari autem debent supradictæ exceptiones intra decem dies continuos (vtiles tamen in falsitate) à die oppositionis d. §. & opponens: Exceptio autem, quod instrumentum fuerit confectum in loco prohibito debet probari intra terminum assignandum per Iudicem d. rubr. 36. §. præterea. lib. 2. fol. 21. Ad probandum verò exceptiones contra licentias renouari petitas dantur octo dies d. rubr. 31. lib. 2. fol. 20. Exceptio vsurariæ prauitatis debet probari intra decem dies rubr. 32. lib. 2. fol. 20. & dicam ver. Vsura. Contra testes debent opponi exceptiones in prima accomodatione, & sic intra terminum quinque dierum, & intra alios quinque probari vt in Decretis Cardinalis Crispi tunc Legati, publicatis de Anno 1547. in princ. Ad probandum exceptiones aduersus instrumentum in forma Cameræ celebratum dantur de stylo quinque, vel vel sex dies. Ad probandum mandatum fuisse reuocatum assignatur triduum Stat. rubr. 2. in fin. lib. 2. fol. 3. C Punitur opponens exceptiones contra instrumentum, & non probans intra terminum à Statuto præfixum, etiam si opposuisset procuratorio nomine d. rubr. 29. §. & opponens. lib. 2. fol. 18. & in opponente de nullitate, & non probante vide ibid. in §. & ab executione. in fin. fol. 19. Punitur etiam opponens contra licentiam renouari petitam, & non probans rubr. 31. lib. 2. fol. 20. De negante instrumentum vide rubr. 141. lib. 3. fol. 49. & de negante instrumentum fuisse factum à Notario rubr. 142. d. lib. 3. fol. 50. & vide alia ver. Instrumentum. De exceptionibus impedientibus Compromissum vide supra ver. Compromissum cap. 6. fol. 84. Iudex tenetur pronunciare super exceptionibus dilatorijs, & declinatorijs Stat. rubr. 2. §. si verò conuentus. lib. 2. pag. 2. col. 4. D

## Adnotationes.

1 De exceptionibus ad materiam Statuti † excludentis omnes exceptiones vide *tract.* *Carol. de Grassis*, & super Statuto nostro *Ios. Ludou. decis.* 88. *num.* 2. & 16. & vide etiam *Hond. cons.* 18. *num.* 35. *& seq. & num.* 77. *cum seqq. lib.* 1. licet loquatur super Statuto Eugubij.

2 A Valet huiusmodi Statutum † licet sit contra ius *Surd. decis.* 43. *num.* 1. est tamen strictè intelligendum, vt per eum *num.* 4. & dicam ver. Probatio.

3 B De huiusmodi habilitatione † solita concedi maioribus etiam ad probandum per omne genus probationum, & elapso termino, testatur etiam *Honded. d. cons.* 18. *num.* 87. *& seqq. lib.* 1.

4 C Statutum disponens, quod intra certum † tempus exceptiones debeant opponi, intelligitur etiam, quod intra illud tempus debeant probari. *Asyn. in*
5 *prax. §.* 22. *cap.* 5. *num.* 4. Sed exceptiones † superuenietes possunt opponi etiam elapso termino. *Bart. de Capua sing.* 41. & datur habilitatio ad probandum extra terminum, vt in fide de qua supra vers. Opposi-
6 tæ exceptiones. Quid seruetur † in Tribunali Auditoris Cameræ quoad dies assignandos ad probandum contra obligationé Cameralem vide *Saluß. in Prax. lib.*

*lib. 1. cap. 17. praesertim num. 16. & seq.* D. Vide † *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 23. praesertim num. 104. & seqq.*

# EXCOMMVNICATIO.

*S V M M A R I A.*

*Excommunicationis exceptio quando obstet, & in Adnotat.*

EXcommunicationis exceptio nõ potest opponi contra Accusatorem, Testes, & Iudices Stat. rubr. 54. §. & si aliquis cum seq. lib. 3. fol. 26.

## Adnotationes.

Valde dubito de validitate huius Statuti, ad materiam vide *Farinacc. de accusati quaest. 10. num. 26. & seqq. & Baiard. ad Clarum quaest. 14. num. 37.*

# EXCVLPATIO Vulnerati.

*S V M M A R I A.*

*Exculpatio Vulnerati quid operetur, & in Adnot.*

EXculpatio Vulnerati dicentis coram duobus testibus ad minus se fuisse vulneratum ab aliquo, & nullam aliam personam fuisse culpabilem, operatur quod secuta morte non liceat alicui accusare alium non nominatum Stat. rubr. 14. §. item statuimus. lib. 3. fol. 11. col. 3. & in §. sequenti habetur, quod nec potest per inquisitionem contra nominatum procedi.

## Adnotationes.

De Exculpatione Vulnerati, quod tollat indicia ad torturam. *Gomes. var. resol. tom. 3. cap. 13. num. 17. vers. si verò delictum,* cum alijs per *Farinacc. cons. 79. num. 18. lib. 1. Vbal. decis. 101. num. 1. lib. 1.* & vide *Mascard. de Probat. lib. 3. concl. 1335. & Farinacc. quaest. 46. num. 104. & seqq.*

# EXECVTIO Executor.

*S V M M A R I A.*

*Executiones possunt fieri à quocumque Officiali in prin.*
*Festiuis diebus non possunt fieri executiones vers. Non possunt. & Adnot. num. 4.*
*Venientes in die Sabbathi ad Ciuitatem non possunt molestari neque pro damnis datis vers. Contra venientes.*
*Squilletta sonus tempore Quadragesimali debitores tutos reddit vers. Post principium.*
*Executio personalis non potest fieri in quibusdam locis, nec domi, nec in apotheca vers. In quibusdam. & Adnot. num. 5.*
*Executiones non possunt fieri post Salutationem Angelicam vespertinam, & per totam noctem vers. Post sonum.*
*Executores non possunt ingredi domus, nisi cum interuentu aliorum vers. Executores.*
*Non possunt petere viaticum ibid.*
*Nec accipere pecuniam, sed tantum pignora ibid.*
*Mandatum speciale subscriptum à competenti Iudice debent habere Executores vers. Debent, vbi quid de stylo.*
*Boues, instrumenta aratoria, vestes, & cubilia non possunt in executionem capi vers. Super bobus. & Adnot. num. 7. & 8.*
*Domus discooperiri, vel destrui pro executionibus non possunt, nec ostia asportari vers. Nec possunt. & Adnot. num. 9.*
*Executio potest fieri super re pendente iudicio alienata, & stante instrumento, & reseruatione dominij, & possessionis etiam contra tertium vers. Executio. & Adnot. num. 10.*
*Executionis variatio permittitur vers. Capta. vbi quod non soluitur nisi vnica merces, & vide Adnot. num. 11. & seqq. vbi de obligatione Camerali.*
*Executiones, & exactiones intra quantum tempus fieri possint vers. Executiones.*
*Pignora dare recusantes puniuntur vers. Recusantes.*
*Merces executorum quanta sit in Ciuilibus, & in Criminalibus vers. Merces.*
*Citatio in relaxatione, seu extractione mandati executiui non requiritur vers. Quando, & vide Adnotat. num. 16.*
*Executio sententiae quomodo fiat ex Statuto Perusino, & quid vbi creditum non est liquidum Adnot. n. 2.*
*Statutum loci vbi fit executio attenditur num. 3.*
*Executio in rebus non impedit quin creditor possit deuenire ad capturam debitoris Adnot. num. 13.*
*Fideiussor an possit conueniri executione facta contra principalem Adnot. num. 15.*

EXecutiones possunt fieri à quocumque Officiali, qui potest exequi licentias, etiam non relaxatas per Curiam ipsius Officialis Stat. lib. 3. rubr. 202. pag. 61. col. 3. & lib. 1. rubr. 81. §. & quod à sententijs pag. 36. col. 3. vbi de licentijs concessis in Curijs Dominorum Consulum, Auditorum, & Camerariorum, & puniuntur recusantes, & de horum licentijs, seu mandatis exequendis per Executores D. Potestatis est Bulla Pauli III. VIII. Kal. Maij 1544. in 6. regist. fol. 61. A

Non possunt fieri executiones diebus festiuis, de quibus in 1. rubr. de ferijs, quae est in Stat. rubr. 24. lib. 2. fol. 13. col. 2. vt ibid. in §. in quibus, vbi excipitur casus suspicionis iuratae, & in §. possitque, habetur, quod etiam in diebus feriatis ad honorem Dei, non tamen expressis in d. 1. rubr. de ferijs, possit fieri exactio contra contu-

maces

maces debitores, tam realiter, quàm personaliter, & sententia executioni mandari, vt pag. 14. col. 1. in fin. vide etiam lib. 3. rubr. 61. fol. 28. vbi in §. exactio excipiuntur Causæ communitatis pro datijs, & collectis. Et in causis Annonæ vide rubr. 341. lib. 1. pag. 94. & vide etiam lib. 1. rubr. 81. §. & in diebus. pag. 37. col. 3. & in Comit. Constit. par. 1. rubr. 32. cap. 7. vbi distinguitur inter executionem realem, & personalem, & cauetur, quod modus exequendi pro debitis Ciuilibus seruari debeat, etiam si fieret executio vigore mandati ab Vrbe emanati. Et in debito per instrumentum, vel scripturam probato vide Stat. lib. 2. rubr. 29. §. & quilibet. in fin. pag. 18. col. 4. & §. item statuimus. pag. 19. col. 2. Et quod executiones etiā in vim mandatorum Auditoris Cameræ non possint fieri in diebus festiuis, quæ sunt de præcepto Ecclesiæ, nec domi, post sonum Aue Maria, exceptis debitis Cameralibus, Ciuitatis, & Annonæ, mandauit Reuerendissimus D. Marinus Gubernator in Visitatione Carcerum sub die 20. Februarij 1609. rogato A D. Iosepho Mascio Notario. A

Contra venientes in die Sabbati ad Ciuitatem non possunt fieri executiones, neque pro damnis datis rubr. 61. lib. 3. in addit. pag. 29. col. 2. immo nec in diebus Mercurij, & Veneris d. rubr. 61. §. volumus insuper. & dixi quo ad personalem executionem ver. Carcer. pag. 45. vers. Venientes. vbi videas.

Post principium soni Squillettæ de sero vsque ad finem eiusdem soni de mane in diebus Quadragesimalibus quis capi non potest, immo potest tuto versari, etiam respectu rerum, quas secum defert omni impedimento reali, & personali cessante pro debitis Ciuilibus, seu Communitatum cedulis poenalibus, ac condemnationibus damnorum datorum Stat. lib. 4. rubr. 157. pag. 46. col. 4. & in Comit. Constit. par. 1. rubr. 32. cap. 7. §. personales verò. & dixi ver. Campana. vers. Campanula. pag. 42.

In quibusdam locis personales executiones nō possunt fieri Stat. rubr. 155. lib. 4. fol. 46. & dixi supra ver. Carcer. pag. 46. vers. Sunt etiam. Et habet locum huiusmodi dispositio etiam in obligatione Camerali, ex litteris Sacræ Consultæ sub die 24. Iunij 1623. apud Dominos Priores. Domi propriæ habitationis debitoris, & in Apotheca, vbi debitor artem exercet, non posse fieri personales executiones, cauetur in Comitin. Const. par. 1. rubr. 32. cap. 7. §. personales verò. & habetur in d. Decreto D. Marini relato supra B vers. non possunt in fin. B

Post Salutationem Angelicam vespertinam, & per totam noctem, neque reales, neque personales executiones fieri possunt, nisi contra suspectos, vel de mandato Superiorum Comitin. Const. d. cap. 7. §. penult. pag. 57. & in d. Decreto D. Marini, & dicam ver. Nox.

Executores non possunt ingredi domus, nisi cum interuentu Baiuli, vel Syndici, siue Massarij loci, est Bulla Adreani VI. sub die 13. April. 1623. in 5. regist. fol. 101. vbi etiam, quod non possint petere viaticum nisi illud, quod esset ordinatum à Superioribus, & vide etiam in Constit. Card. Vrbini cap 35. & seqq. Non possunt accipere pecuniam, sed tantum pignora, etiam causa damnorum datorum Stat. rubr. 7. lib. 1. in addit. in fin. & vide in Const. Card. Vrbini cap. 12. & cap. 45. & Comit. Const. par. 1. rubr. 42. cap. 4.

Debent Executores pro executionibus faciendis habere mandatū speciale subscriptum à competenti Iudice, vt cauetur Bannim. gener. num. 86. & in Const. Card. Vrbini cap. 6. repetita in Comit. d. rubr. 32. cap. 1. vbi additur, & præsertim excipiuntur credita Cameræ, & Communitatum, & dixi ver. Debitor Ciuitatis vers. Potest etiam. & addo Stat. rubr. 260. §. decernentes. lib. 1. fol. 84. & rubr. 341. ibidem fol. 94. & rubr. 360. d. lib. 1. fol. 99. Excipiuntur etiam transportantes frumentum, & alia similia, quos licet cuilibet capere, & resistentes offendere Stat. lib. 1. rubr. 519. pag. 119. Verum stylus est in Curia Perusina quo ad expeditionem, & executionem mandatorum per Dominos Iudices in eorum sententijs relaxatorum, vt postquam ipsi Iudices subscripserunt sententias, & illas in manibus Notariorum tradiderunt, mandata deinde per Notarium Actuarium subscripta, absque aliqua alia subscriptione Iudicum soleant in Ciuitate, & Comitatu Perusiæ executioni demandari, vt testati fuerunt Domini Causidici Collegiali- C ter sub die 9. Septembris 1623. C

Super Bobus, & instrumentis aratorijs, & super vestibus, & cubilibus executiones fieri non possunt Stat. rubr. 181. §. & per Comitatum. & §. nullus. lib. 1. fol. 21. & quo ad boues aratorios, quod super illis non possit fieri executio ab aliquo creditore, etiam in vim obligationis Cameralis, præterquam in subsidium, quando non adesset alia res, super qua posset fieri executio, quā in dictis Bobus, respondit Sacra Consulta per litteras Eminentissimi Cardinalis Burghesij D. Gu- D bernatori Perusiæ sub die 18. Maij 1613. D

Nec possunt discooperiri, vel destrui domus occasione executionum Stat. rubr. 182. §. fin. lib. 1. fol. 61. nec auferri ostia domorum in quibusdam locis rubr. 336. lib. 1. pag. 93. Sed tantum E vendi possunt domus rubr. 71. lib. 4. fol. 20. E

Executio potest fieri super re pendente iudicio, vel quando verisimiliter litigium imminet alienata, non obstante alienatione Stat. rubr. 10. §. insuper

§. insuper. vsque ad fin. lib. 2. pag. 5. col. 3. Potest etiam fieri contra tertium, stante instrumento, & pacto reseruationis dominij, & possessionis d. rubr. 10. §. huiusmodi. vbi quod etiam propria auctoritate potest creditor possessionem

F ingredi. F

Capta vna via, seu capto vno modo executionis ante dationem, & adiudicationem in solutum exclusiuè adhuc potest creditor redire ad aliam viam, seu modum, & vtrumque simul intentare coniunctim, vel diuisim ad eius voluntatem, quod etiam habet locum pro conseruatione indemnitatis Stat. rubr. 29. §. & capta. lib. 2. pag. 19. col. 4. Quod Statutum practicatur hoc modo, vt licet fiant plures executiones, attamen debitor non tenetur nisi ad vnicam solutionem mercedis, vt cauetur in Comit. Constit. par. 8. rubr. 32. cap. 14. pag. 68. & ad secundam executionem realem deueniri non potest, nisi prius subhastatis, & venditis pignoribus primo loco factis Comit. Constit. d. rubr. 32. cap. 15. pag.

G 69. G

Executiones, & exactiones Gabbellarum possunt fieri intra annum à die finiti officij Stat. rub. 273. lib. 1. pag. 86. Aliæ verò exactiones debitorum Ciuitatis intra mensem, vt rubr. seq. pag. 86. col. 4. sed vide de sex mensibus rubr. 364. d. lib. 1. pag. 99. & de mense rubr. seq. d. pag. 99. col. 4. & quoad licentias, seu mandata ad fauorem priuati creditoris vide ver. Licentia.

Recusantes dare pignora Executoribus puniuntur in Bannim. Generalib. num. 50. & 51.

Merces Executorum in Ciuilibus quanta sit, vide Stat. rubr. 13. in addit. in fin. lib. 1. pag. 13. & rubr. 271. d. lib. 1. pag. 86. rubr. 362. eod. lib. pag. 59. rubr. 201. lib. 3. pag. 61. & Const. Card. Vrbini cap. 43. & Comit. Const. par. 1. rubr. 32. cap. 9. vbi de reductione ex ordine Summi Pontificis. De mercede executionum incertarum vide Comit. d. rubr. 32. cap. 10. & de receputo faciendo per Executores de mercede habita vide ibid. cap. 11. Non potest Executor mercedem consequi nisi facta executione effectualiter, & pro rata executionis Constit. Card. Vrbini cap. 12. & cap. 45. In Criminalibus autem quanta sit vide Const. Card. Vrbini cap. 32. & Comit. d. rubr. 32. cap. 8. & de quarta poenæ debita Executoribus, quod intelligatur de quarta redacta per signaturam vide Constit. Card. Vrbini cap. 31. & de quarta soluenda ab his, qui ex Palatio deducuntur in Carcerem vide d. Constit. cap. 42. cum addit. & has Constitutiones obseruari testati sunt Domini Causidici in fide sub die 22. Aug. 1592. Quando fit Inuentarium, quid debeatur Executoribus Constit. Card. Vrbini cap. 34. Nihil debetur Executoribus adducentibus de ordine Superiorum aliquem captum in aliquo loco ab alijs Executoribus ad hanc Curiam, sed merces spectat ad Barisellum loci, qui illum coeperit Const. Card. Vrbini cap. 33. Nec quando captura non esset legitima Stat. rubr. 201. §. & si non esset captus. lib. 1. pag. 61.

Quando in hac Ciuitate, & illius Curia fertur sententia in aliqua causa parte citata, & in ea relaxatur mandatum executiuum, numquam consuetum fuit, quod citetur pars ad videndum exequi, vel extrahi dictum mandatum executiuum est fides Collegij Dominorum Causidicorum sub die 19. Augusti 1585. & quod sententiæ, quæ ob non interpositam appellationem in rem transeunt iudicatam, & in quibus fuit relaxatum mandatum, mandentur executioni absque alia partis citatione, est alia fides eiusdem Collegij sub die 24.

H Nouembris 1625. H

## Adnotationes.

1 De executione rei iudicatæ † habes tractatum *Federici Schenk int. tract. sub signo Aquil. tom. 5. pag. 38.* A
& magnum *de execut.* tract. edidit *Io: Bapt. Asyn.* &
vide *eundem in Prax. §. 31.* Quomodo fiat executio
2 sententiæ † ex forma Statuti Perusiæ, & si contineat,
quid non liquidum quomodo fiat liquidatio, docet
3 *Eug. consf. 9. lib. 2.* Statutum † autem loci vbi fit exe-
cutio, debere attendi in executione sententiæ, do-
cent *Marant. de ord. Iudic. par. 6. act. 3. de execut.*
*sent. num. 10. pag. 545. & Asyn. in Prax. §. 31. cap.*
*69. num. 1.*
4 A Nec de Iure communi possunt fieri † executio-
nes diebus feriatis in honorem Dei. *l. fin. C. de fer. Al-*
*phan. collect. 24. Thesaur. decis. 95. num. 1.* vbi secus
in indictis in vtilitatem hominum, *& num. 2.* quid in
ferijs, quæ sunt quidem inductæ in honorem Dei, sed
non seruantur, vt sunt dies hebdomadæ sanctæ, & alij
non festi, & concludit, quod neque in istis possit fieri
executio, & vide ad materiam *Mauson. de caus. exe-*
*cut. lib. 1. ampliat. 1.*
B Vide ver. Carcer *in Adnot. num. 8. & seq.* vbi
5 dixi, quod stante Statuto † ne quis possit capi in do-
mo, non posse neque capi in apotheca, quam quis te-
net ad vendendum pannos. *Castr. in l. cætera igitur 43.*
*§. hoc Senatusconsultum. il 2. num. 3. ff. de leg. 1.* Sed
aduerte, quod Castrensis mouet quæstionem, nec re-
soluit, & cõtrarium post eum in consilijs firmat. *Corn.*
*cons. 203. num. 4. lib. 1.*
C De Iure etiam communi Executoribus, seu Of-
6 ficialibus † potest de facto resisti nisi ostendant man-
datum Superioris se habere ad executionem facien-
dam. *l. prohibitam. vbi Glos. & DD. C. de Iur. Fisc. lib.*
*10. Neuizan. cons. 52. n. 11. Cherubin. Iun in Compend.*
*Bull. ad Bull. 17. Iul. 111.* vide tamen *Farin. de Carcer.*
*quæst. 32. n. 88. & seqq. & cons. 65. num. 27. 39. & 40.*
& de Executore sine mãdato *est tract. Ant. de Canar.*
*int. tract. sub sign. Aquil. tom. 11. par. 1. pag. 308.*
7 D Idem de Iure communi quoad † boues arato-
rios, & instrumenta rusticalia. *l. executores. & auth.*
*agricultores. C. quæ res pign. oblig. poss.* neque pro

debito

debito publico Gratian. consil. 155. num. 6. lib. 1. vide tamen pro limitationibus, præsertim in subsidium, Duen. reg. 275. Menoch. de arbitr. cent. 4. cas. 178. Mauson. de caus. execut. lib. 1. ampliat. 15. num. 9. & seqq. & quoad vestes, & lectum † Duen. d. reg. 275. limit. 1.
8 & vide Ant. Monach. in tract. de execut. in Vestibus, præsertim cap. 10. & 11. & de executione in pallio cap. 15.

9 F Quid hoc, de Iure communi liceat † discooperire domum, & auferre imbrices, nè Vrbs deformetur, nec accipere trabes, olla, & alia domui affixa. Mauson. de caus. execut. lib. 1. ampliat. 15. num. 22. qui alios citat, addo Cepoll. de seruit. vrb præd. cap. 41. in fin.

10 Vide ad materiam executionis contra † tertium, qui emit lite pendente. Saluss. in Prax. lib. 1. cap. 44. num. 7. Surd. consil. 334. num. 12. & seq. Menoch. consil. 187. lib. 2. Gratian. decis. 62. Rota coram Mantic. decis. 7. & 218. & coram D. Coccino decis. 378. num. 2. & seqq. & super nostro Statuto Non. consil. 78. num. 13. & Hondend. consil. 20. num. 8. & 54. num. seqq. lib. 1.

G De Iure creditor, qui in causam iudicati pignus
11 accepit, non potest † ad aliud transire. l. à Diuo Pio. §. si super rebus in fin. ff. de re iudic. Guid. Pap. decis. 348. num. 3. sed vide Rotam in Romana Pecuniaria 15. Iunij 1609. coram Marcemontio, quæ est impressa apud Marchesan. de Compromiss. par. 1. pag. 874. &
12 quod possit fieri pro alio mandato, † pro quo non fuit satisfactum creditori vide in Perusina Pecuniaria 10. Aprilis 1606. coram R. P. D. Verospio, quæ est in fine, decis. 125. num. 3. & seqq. & vide Chartar. decis.
13 Ianuen. 105. Executio tamen in rebus † non impedit quin creditor possit detenere ad capturam debitoris. Menoch. consil. 206. num. 70. lib. 3. Rota in Bononiensis Pecuniaria 19. Martij 1610. coram Cardinale Sacrato, quæ est apud Pic. de contr. fin. cert. solem. decis. 61. num. 13. Mausòn. de caus. exec. lib. 1. ampliat. 15. num. 1. & seqq. In obligatione Came-
14 rali † variare licet, & plures facere executiones vsque ad satisfactionem, vt dixit Rota in dicta Perusina Pecuniaria coram R. P. D. Verospio, in calce, decis. 125. num. 7. An autem facta executione contra prin-
15 cipalem, † creditor præiudicet sibi quoad fideiussorem, vide Guid. Pap. d. decis. 348. per tot. Thesaur. lun. quæst. forens. 76. num. 7. lib. 3. & ad materiam vide etiam Duen. reg. 276.
16 H Quid de Iure communi † vide Duen. reg. 94. Afin. in prax. §. 31. cap. 4. Hondend. consil. 20. num. 44. & seq. lib. 1. Rota coram D. Coccino decis. 130. decis. 175. & decis. 214. & super stylo huius nostræ Ciuitatis vide quæ dixit Rota in Perusina Spolij 17. Martij 1586. coram Gypsio, quæ est in fine, decis. 104. n. 4.

# EXPENSAE LITIS.

## SVMMARIA.

*Victus in expensis etiam primæ instantiæ condemnari debet à Iudice appellationis in princ. & in Adnotat. num. 3.*

*Quid si habuit iustam causam litigandi vide Adnotat. num. 2.*

*Condemnatio in expensis concessa non nocet vbi agitur in vim obligationis Cameralis Adnot. num. 4.*

IVdex appellationis potest, & debet condemnare victum victori in expensis non solum in causa coram se facta, sed etiam in prima causa, similiter & absoluere ab expensis si sit absoluendus Stat. lib. 2. rubr. 28. §. 1. in fin. ibi Iudex
A autem. pag. 17. col. 2. A In compromissis iudicialibus victus debet condemnari in expensis, vt dixi supra ver. Compromissum cap. 25. pag. 93.

## Adnotationes.

1 De expensis in iudicio factis † vide tract. Iacobi de Arena inter tract. sub signo Aquilonis tom. 3. par. 2. pag. 394. & Federici Schenk ibid. pag. 397. & vide aliqua per Saluss. in prax. lib. 2. cap. 15. num. 1. & vers. nec silentio & cap. 44. & latius Afin. in prax. §. 32. & vide decis. in Perusina Executionis 23. Martij 1594. coram Penia, quæ est in fine, decis. 87. vbi de plus de-
2 bito petente. Stante Statuto, † quod victus victori in expensis condemnetur, an habeat locum quando victus habuit iustam causam litigandi, vide relatos prò, & contra per Gabr. de expens. concl. 1. & pro negatiua respondit Ioseph Ludou. decis. Perus. 52. vbi plures citat, quibus accedunt Rolan. de lucro dotis quæst. 26. num. 17. & latius Afin. d. §. 32. in 3. limit. prima lim. princ. & vide Chartar. decis. Ianuen. 1.
3 A Statutum hoc, quod victus † debeat condemnari in expensis etiam primæ instantiæ, est conforme iuri communi. Capp. Tolos. decis. 212. & ibi addit. & dixit Rota in Perusina expensarum, seu census 14. Decembris 1601. coram Iusto, quæ est impressa in fine, decis. 76. num. 3. vbi num. 1. & 2. dicitur quod condemnatio in expensis complectitur tam expensas primæ, quam sequentis instantiæ vbi in prima reus non
4 fuit absolutus ab illis. Et quando Iudex omisit † condemnare in sententia adhuc debentur expensæ litis, vbi actum fuit vigore obligationis Cameralis, in qua adest specifica obligatio expensarum damnorum, & interesse, quia tunc non debentur solo Iudicis officio, sed iure actionis, vt dixit Rota in Romana, seu Castrensis assictus 1. Martij 1619. coram Dunozetto, quæ est in fine, decis. 123.

# EXTRACTVS, seu Registrum.

## SVMMARIA.

*Extractus, seu copia processus debet fieri in causis excedentibus scuta quinquaginta in princ.*

*Extractus citandorum non debet amoueri ab officio Notarij in fin.*

DE extractu, seu copia processus facienda, vide Stat. lib. 4. rubr. 143. pag. 41. & rubr. 81. lib. 1. in addit. pag. 36. col. 4. in Constit. Conft. par. 1. rubr. 12. pag. 20. & seqq. vbi quod debet

 fieri

fieri quando valor litis excedit summam scutorum quinquaginta, præterquam in causis pauperum. De extractu debitorum citandorum, quod non possit amoueri ab officio Notarij Comitin. Const. par. 1. rubr. 8. pag. 7.

## Adnotationes.

Habetur Romæ simile Statutum, vt lib. 1. cap. 26. & vide ibi Galganett.

---

# FALSITAS.

### SVMMARIA.

*Accusare de falso quis non potest, nisi facto deposito, & data cautione in princ.*
*Pœna committentium quasdam falsitates vers. De pœna.*
*Instrumentum falsum faciens, vel fieri curans quomodo puniatur vers. De faciente.*
*Libri Mercatorum si arguantur de falso, quomodo procedatur vers. De libris.*
*Condemnatus de falso repellitur à testimonio vers. Condemnatus. & Adnot. num. 2.*
*Falsitatis exceptio admittitur contra instrumentum in fin. & Adnot. num. 3.*

ACCVSARE quis non potest de crimine falsi, nisi prius facto deposito vigintiquinque librarum denariorum, & data legitima satisdatione respectu etiam damnorũ accusati Stat. lib. 3. rubr. 9. in princ. pag. 6. De pœna committentium quasdam falsitates vide d. lib. 3. rubr. 39. pag. 22. col. 4. De faciente, vel fieri curante falsum instrumentum vide rubr. 40. d. lib. 3. pag. 23. De falso teste, & falsos testes inducente vide Stat. rubr. 43. d. lib. 3. pag. 24. & dicam ver. Testis. De faciente, vel expendente falsam monetam dicam ver. Moneta. De libris Mercatorum, & illorum fide, & quomodo procedatur si arguantur de falso vide rubr. 14. §. volumus. lib. 2. pag. 6. Condemnatus de falso repellitur à testimonio rubr. 43. §. volumus insuper.
A lib. 3. pag. 24. A De exceptione falsitatis, quod admittatur contra instrumentum Stat. rubr. 29.
B §. contra confessiones. lib. 2. pag. 18. B

## Adnotationes.

1 Ad materiam vide † scripta per *Farinacc. in tract. de Falsit. Honded. cons. 109. lib. 1. & cons. 91. cons. 94. & cons. 99. lib. 2. Ambros. decis. Perus. 25. Bugen. cons. 31. num. 36. & seqq. lib. 2.*
2 A. Ad idem † *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 90. n. 73. par. 1. Rota decis. 135. num. 5. post cons. Farinacc. lib. 1.*
3 B De ista exceptione † vide *Carol. de Grass. de except. ad Stat. except. 29.*

# FAMA.

### SVMMARIA.

*Fama publica sufficit ad probandum, quod Mariti culpa Vxor ab eo recesserit in princ.*
*Et contra illum, qui mutauit aquam à solito, & antiquo cursu in fin.*

FAma publica Viciniæ sufficit ad probãdum, quod culpa Mariti Vxor ab eo recesserit, ad effectum consequendi alimenta Stat. rubr. 33. §. 1. lib. 2. pag. 20. col. 4. & dicam ver. Vxor. Sufficit etiam fama publica cõtra illum, qui mutauerit aquam à solito, & antiquo cursu rubr. 65. ante fin. lib. 2. pag. 34. col. 4.

## Adnotationes.

De fama vide quæ scribit *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 97. num. 26. & seqq. & Thomas de Piperata in tract. de Fama inter tract. sub signo Aquilon. tom. 11. par. 1. fol. 8.*

# FAMVLVS.

### SVMMARIA.

*Delinquens in domo, in qua solet conuersari, potest etiam impunè offendi in princ. & Adnot. num. 2.*
*Officialis eligendus est ad quem concurrant Nutrices vers. De Officiali.*
*Famulus offendens Dominum grauius punitur vers. De pœna.*
*Famuli tenentur seruare pacta vers. Famuli.*
*Si steterint per mensem ad seruitia, censentur conducti per annum, & non possunt recedere ibid. & Adnot. num. 3.*
*Domini an & quando teneantur pro famulis vers. In casu. & Adnot num. 4.*
*Salarium intra annum peti debet in fin.*

FRequentans aliquam domum, si committat delicta carnis, seu alterius generis punitur,
A & impune potest offendi rubr. 90. lib. 3. pag. 34. A De Officiali eligendo ad quem concurrant mulieres, volentes inseruire pro nutricibus, & de famulis retinendis vide rubr. 62. lib. 4. pag. 18. De pœna famuli offendentis Dominum rub. 126. lib. 3. pag. 46. Famuli tenentur seruare pacta, & si steterint per mensem intelliguntur conducti per annum, & finito anno incepto que alio, & transacto mense intelliguntur conducti per alium annum, & non possunt recedere, sed licet his allegare sæuitiam Domini, vel quod non soluerit mercedem conuentam rubr. 177. cum addit. lib. 3.
pag.

B pag. 36. [a] In casu delictorum an, & quando Domini teneantur pro eorum famulis rubr. 178. eadem pag. vbi habetur an, & quando in delictis huiusmodi præsumatur mandatum Domini, &
C quomodo probetur quem fuisse famulum. C. Famuli ad petendum salarium habent tantum annum rubr. 75 lib. 2. pag. 37. de quo vide ver. Præscriptio.

## Adnotationes.

1 De famulis, & seruis † vide *tract. Bonacossa inter tract. sub signo Aquilonis tom. 6. par. 1. pag.* 111.

2 A Vide in simili † *Carpan. ad Stat. Mediol. par.* 2. *cap.* 497. & an de furto facto domi teneatur famulus *idem Carpan. ibid. cap.* 496.

3 B Ad hoc † vide *Carpan. vbi supra cap.* 498. *num.* 11.

4 C Quando Dominus teneatur † pro delicto famuli vide *Carpan. d. par. 2. cap. 373. num. 13. & num. 14. Honded. cons. 96. lib. 2. & Farinacc. de delict. & pæn. quæst. 24. num. 48. & seqq.*

# FOEMINA.

## *SVMMARIA.*

*Fœmina dotata extantibus masculis excluduntur à successione in princ.*

*Confirmatio Pij IV. reformationum Rubr. de dot. & dotat. mulier. & success. ab intest. & Rubr. de vlt. volunt. obseru. cum insertione ipsarum reformationum vers. Pius Papa IV.*

*Noua Reformatio Statuti quo ad loca Pia, & personas ibi existentes per Gregorium XIII. vers. Item statuimus.*

FOeminæ dotatæ extantibus masculis excluduntur à successione ex Stat. rubr. 45. lib. 2. pag. 25. & dixi supra ver. Dos. vers. de dotibus, pag. 120. vbi fit mentio reformationum postea factarum, quæ emanarunt non solum super dicta rubr. 45. loquente de dotib. & dotat. mulier. & success. ab intest. sed etiam super rubr. 46. eodem lib. 2. pag. 26. loquente de vlt. volunt. obs. quæ reformationes fuerunt insertæ in Confirmatione Pontificia, cuius tenorem placuit hic inserere ad publicum commodum. B

PIVS PAPA IV. Ad perpetuam rei memoriam. Et si pro Pastoris vniuersalis persona, quam meritis, licet insufficientibus, Diuina dispositione substinemus, cunctarum fidelium per Orbem Ciuitatum profectum, prouidamque non solum in spiritualibus, sed etiam in temporalibus directionem paterna dilectione cupiamus. Illa tamen apud Nos præualet solicitudo, vt Ciuitatum, Terrarumque Nobis, & Ecclesiæ Romanæ in temporalibus subiectarum, Ciues, & Populi salubribus municipalium Statutorum normis, iuxta temporum, personarumque exigentiam dirigantur, & his, quæ propterea processisse dicuntur, vt illibata persistant, præsertim cum à Nobis petitur Apostolici libēter adijcimus muniminis firmitatem. Sanè dilecti filij Priores Artium, & Communitas Ciuitatis nostræ Perusinæ Nobis nuper exponi fecerunt, Quod alias ipsi quampluribus litibus, controuersijs, & differentijs, quæ inter Perusinos Ciues, & Incolas super dotibus, dotatisque mulieribus, & successionibus ab intestato, ac vltimarum voluntatum præstatione, vel obseruatione frequenter oriri solebant, modum imponere, & æquabili moderamine subuenire volentes nonnullas ordinationes, & statuta licita, & honesta, sub nostro, & Apostolicæ Sedis beneplacito ediderunt, prout in publico documento desuper confecto, cuius tenorem de verbo ad verbum præsentibus inseri fecimus, plenius continetur. Et sicut eadem expositio subiungebat, licet dilectus filius Iulius S. Petri ad Vincula Diaconus Cardinalis de Vrbino nuncupatus, ipsius Ciuitatis Legatus, Ordinationes, & Statuta prædicta, tamquam honesta, & eidem Ciuitati conducibilia, facultatum Legationis suæ vigore confirmauerit. Ipsi tamen Priores Artium, & Communitas Nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenus illis pro maiori eorum subsistentia robur approbationis nostræ adijcere, ac alias in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui publicam Ciuitatis vtilitatem, & eius Ciuium prędictorum tranquillitatem sincero desideramus affectu, huiusmodi supplicationibus inclinati eadem infrascripta Ordinationes, Statuta, omniaque, & singula (licita tamen, & honesta, & libertati Ecclesiasticæ non contraria) in eis contenta Apostolica auctoritate ex certa scientia perpetuo confirmamus, & approbamus, ac illis perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, omnesque, & singulos iuris, & facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem supplemus, ac illa valida, & efficacia fore, suosque plenarios, & integros effectus omnino sortiri, & ab omnibus inuiolabiliter obseruari debere. Sicque & non aliter per quoscumque Iudices, & Commissarios, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, in quibusuis instantijs, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, sententiari, & diffiniri debere. Ac quicquid secus à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit irritum, & inane decernimus. Non obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, legibus, ac etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, &

consuetudinibus, etiam municipalibus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Tenor verò Statutorum, & ordinationum, documentorumque prædictorum talis est.

## De dotibus, & dotatis mulieribus, & successionibus ab intestato. Rubr. XLV.

Si qua mulier nata, vel nascitura fuerit, vel erit dotata à patre, vel matre, vel alio quocumque ascendente de bonis, vel rebus proprijs dotantis, non possit, nec debeat ipsa mulier dotata, nec descendens ex ea admitti, vel reuerti ad hæreditatem, vel successionem ab intestato alicuius personæ dotantis eam, vel alicuius ex descendentibus ab eadem persona dotante in bonis, & rebus ad ipsum descendentem à dotante prouenientis. In alijs autem aliunde prouenientis ipsi descendenti ipsa mulier succedat tali descendenti à persona dotante in tertia parte eius, quod sibi obuenisset ex successione ab intestato ipsius descendentis defuncti, & ab alijs tantis; etiam dictorum bonorum aliunde prouentorum ipsa mulier penitus excludatur, quousque superuixerit masculus descendens ab ipsa persona dotante per lineam masculinam; Declarantes, quod bona talis descendentis defuncti vsque ad eius legitimam, censeantur de bonis ascendentium, non autem de aliunde prouenientis. Et si mulier plures habuerit fratres, & ab aliquo ex fratribus dotata fuerit, vel ab omnibus de bonis proprijs ipsorum, vel alicuius eorum, vel communibus, non possit talis mulier reuerti ad hæreditatem alicuius ex fratribus sibi vtrinque coniunctis, vel consanguineis tantum sine liberis legitimis, & naturalibus ab intestato decedentibus, quousque superuixerit aliquis frater vtrinque coniunctus, vel consanguineus tantum ipsius fratris ab intestato mortui sine liberis legitimis, & naturalibus, vel aliquis masculus descendens per lineam masculinam ab aliquo ex dictis fratribus vtrinque coniunctis, vel consanguineis tantum. Qui fratres, & descendentes masculi per lineam masculinam ex eis, vel ex aliquo eorum succedant tali fratri ab intestato sine liberis legitimis, & naturalibus defuncto; ordine iuris inter eos in tali successione obseruando, exclusa ipsa muliere dotata à tali successione, quousque aliquis ex dictis masculis extiterit. Saluo, quod mulieres tempore necessitatis possint habere victum, & vestitum in hæreditate secundum vires patrimonij, dotem suam, quam habuerint conferendo, si poterint, vel iura cedendo repetendi dotem, causa eam conferendi. Placet.

A

Item si aliquis receperit aliquam promissionem restitutionis dotis alicuius mulieris de bonis mulieris, siue nominata fuerit illa mulier in instrumento promissionis, vel restitutionis dotis, siue non, ius de dicta dote, & actionem pro ipsa dote repetenda cedere, & restituere debeat ipsi mulieri. Nec confectio, & detentio talis instrumenti ipsi mulieri, nec illi, cui dimitteret, vel ius suum daret, & cederet, obesse possit, aliquo iure communi, vel Statuto non obstante, sed ipso iure ipsi mulieri, vel eius hæredibus confectum instrumentum, & quæsitum ius censeatur, & nihilominus illum, vel illos instrumentum, vel promissionem de restitutione dotis recipientem, vel recipientes, Potestas, vel Capitaneus, vel alius Officialis compellat ipsi mulieri, vel suis filijs, vel cui ius suum cederet, & dimitteret, vt dictum est, restituere. Et intelligatur dos fuisse de bonis mulieris dotatæ, eo ipso, quod apparuerit eam dotatam fuisse à patre, auo, auia paternis, vel patruo, vel fratre carnali, vel consobrino, sorore carnali, vel consobrina, etiam si in instrumento dotali non diceretur, quod essent bona dictæ mulieris, sed simpliciter à prædictis, vel eorum altero darentur; Ita, quod non intelligatur de bonis proprijs eius, qui stipulatus fuit dotem sibi restitui, & dotem dedisse, vel promisisse, sed de bonis dictæ dotatæ, Nisi dictum esset, & probaretur per dotantem ipsum dedisse, vel promisisse de suo in totum, vel in partem, tunc possit illud, quod dedit, vel promisit, cauere per stipulationem, vel alio modo, prout partes extiterint concordes. In alijs vero personis dotantibus, & stipulantibus seruetur ius commune. Placet.

B Item si quis, etiam pater, dixerit simpliciter dotare de bonis paternis, & maternis, vel aliorum ascendentium vtriusque sexus, non aliter expressa quantitate paternorum, vel maternorum, vel aliorum ascendentium, tunc intelligatur dos constituta pro dimidia de bonis paternis, & pro altera de bonis maternis, vel aliorum ascendentium. Et hoc quando tam bona vnius ascendentis, quam alterius pro sua medietate (iuxta ratam, & portionem dotatæ de iure tangentem in dictis bonis) ad huiusmodi dotem constitutam sufficerent. Quod si bona vnius ascendentis ad dimidiam dotis constitutæ non sufficerent, tunc de bonis alterius ascendentis in eo, quod deerit, intelligatur constituta dos vsque ad portionem ipsi mulieri de iure tangentem de bonis alterius ascendentis. Declarantes tamen, quod per hoc non intelligatur, quod mater, vel auia cogantur in eorum vita aliquid dare ob dictam promissionem dictæ filiæ, nec eius viro, si sibi non placuerit, Nec etiam prohibeatur de suis bonis testari,

prout

prout de iure illis permittitur, sebbene in solliga- tum eum dotata fuerit de dictis bonis, vt supra exclusa à successione ab intestato bonorum, & hæreditatis dictorum ascendentium, donec, & quousque superuixerit masculus descendens, vt C supra. Placet.

Item statuimus, quod fœminæ, & ipsis non existentibus, earum filij, vel nepotes, quandocunque concepti, vel nati, possint venire ad successionem parentum, fratrum, & aliarum personarum, ad quorum successionẽ de iure vocantur, si descendentes per lineam masculinam, masculi non supersint, remittendo, vel cedendo, vt supra in §. 1. vers. saluo, quod mulieres &c. dotes habitas, vel promissas pro dictis mulieribus in hæreditate. Declarantes, quod bona alienata per masculos, vel aliquem eorum à quibus ipsæ mulieres per superexistentiam masculorum fuerunt exclusæ, eorum, vel eius portionem non transcendentia, à tertijs cum titulo possessoribus non possint auocari, seu repeti virtute reintegrationis, sed solum, & duntaxat debeant in portionem alienantis computari, quatenus verò portionem alienantis transcenderent, dictis mulieribus, ac dictis eorum descendentibus in casu reintegrationis, ius saluum remaneat. Declarando etiam, quod in æstimatione bonorum alienatorum debeat attendi tempus ipsius alienationis, & secundum communem valorem dicti temporis fieri D debeat prædicta æstimatio. Placet.

Item declaratur, & decernitur, quod fœminæ prædictæ, quibus in testamento, vel alia vltima voluntate fore institutionis, vel alio quocumque titulo legitimæ quantitas, vel minus legitima relinquitur contra testamenta, seu alias vltimas voluntates huiusmodi venire, vel ea quoquomodo rescindere non possint, deficientibus masculis, qui à successione dictas fœminas excluderent. Nec ob id aliter reintegrari ad hæreditatem, sed tantum ab eis peti possit legitimæ supplementum, & si ... hæreditatis, & successionis perueniat ad eos, qui secundum dispositionem Statuti, vel iuris communis (cessante Statuto) ab intestato successuri sunt, salua tamen testamentaria dispositione, & alia quacunque vltima voluntate. Et intelligantur mulieres esse dotatæ, si pro dote, vel simpliciter mulieri aliquid in testamento, vel codicillis fuerit relictum, vel datum, vel promissum per aliquem de personis prædictis, dummodo in totum congruè fuerit dotata, debeat suppleri congrua dos, secundum quod infra ponitur in §. proximè sequenti, qui incipit: Item si aliquis pater &c. Et secundum quod dicitur in ipso sequenti §. Ipsæ mulieres excludantur à successione, & facultate petendi fructus pro dicta E rata. Placet.

Item si aliquis pater, vel auus alicuius mulieris non dotatæ decesserit intestatus, frater, vel fratres carnales, etiam ex latere patris tantum ipsius mulieris, si fratrem, vel fratres habuerit, vel alij masculi descendentes ex ipso fratre, vel fratribus per lineam masculinam possint omnes, aliqui, aut etiam vnus eorum (non obstante aliorum, vel alicuius eorum contradictione) dotare ipsam mulierem etiam inuitam, & in quacumque ætate constitutam, de bonis patris, vel aui competenter secundum conditionem suæ personæ, qualitatem facultatum, & hæreditatis patris, vel aui, & consuetudinem, & morem Ciuitatis, & de competentia dotis dictæ mulieris, stetur dicto, & declarationi duorum proximiorum attinentium dictæ mulieris, qui ad prædicta declaranda cogantur per Potestatem, vel Capitaneum, vel alium Officialem Communis Perusiæ summariè ad petitionem petentis, & si non fuerint in concordia, tertium attinentem, vel non attinentem, arbitrio Iudicis, ad prædicta per Dominum Potestatem, siue alium Officialem eligere compellantur, quorum trium, vel saltem dicti tertij, vt supra electi, vnà cum altero ex dictis duobus, declarationi stare debeat, nec contra dictam declarationem per quemquam aliquid dici, obijci, vel fieri modo aliquo possit, etiam si secundum quantitatem legitimæ dos regulata non fuerit. Et habita dicta dote, vel promissione facta sibi, vel marito, vel alteri pro ea, vel eorum alteri recipienti, ex tunc excludatur à successione prædictorum patris, & aui, & aliarum personarum, de quibus, & prout supra dictum est, & etiam à facultate petendi fructus pro rata sua dictæ hæreditatis, vel successionis pro tempore tunc præterito, si steterit cum fratribus, vel cum aliquo ex prædictis, siue in alio honesto loco, si ex aliqua iusta causa stare cum prædictis non potuerit, & ab ipso, vel ab ipsis fuerit F alimentata. Placet.

Et si casus euenerit, quod aliquis, vel aliqua decesserit cum descendentibus tantum masculi per lineam masculinam descendentes legitimi, & naturales; tali defuncto succedant, iuris ordine inter eos seruando, exclusis fœminis, in quibus obseruetur prout in præsenti Statuto continetur. Et si aliquis, vel aliqua in quacumque ætate decesserit cum ascendentibus tantum, superstite patre, & matre, pater succedat in bonis eius in totum, præterquam in legitima, in qua succedat mater. Et idem ius seruetur in alijs ascendentibus masculis per lineam masculinam, exclusis scilicet ascendentibus per matrem, exclusis etiam auia, siue proauia paterna, præterquam in legitima, quam dicti ascendentes habere debeant, (seruata gradus prærogatiua) secundum iuris

ordinem

ordinem. Si verò adessent mater, & auia paterna tantum, tunc in hæreditate æqualiter succedant, & similiter idem seruetur in auia paterna,
G & materna. Placet. G

Si autem aliquis, vel aliqua in quacumque ætate decesserit superstitibus sibi trāsuersalibus tantum tunc omnis hæreditas eius debeat pertinere, & deuoluatur ad eius fratres vtrinque coniunctos, & eorum descendentes masculos, & ipsis non existentibus, ad consanguineos fratres, & eorum descendentes masculos (iuris ordine inter eos obseruando) exceptis bonis tali decedenti aliunde prouentis, in quibus sorores, etiam non dotatæ, existentes, & eorum filij, & filiæ tantum succedant pro tertia parte, vt in principio præsentis Statuti disponitur in vers. In alijs autē &c. Et hæc locum habeant, donec, & quousque superuixerit masculus descendens ex prædictis legitimus, & naturalis. Et ipsis fratribus, & eorum descendentibus masculis non existentibus, ad sorores carnales vtrinque coniunctas, & earum filios tantum masculos, & ipsis non existentibus, ad sorores consanguineas tantum, & earum filios, & filias tantum. Et cum dictis sororibus, etiam vtrinque coniunctis, & earum filijs succedant æqualiter, etiam patrui, & eorum descendentes masculi in stirpes, & non in capita. Et sorores vterinæ, fratres vterini, auunculi, materteræ, & amitæ tunc non succedant. Et casu, quo contingat aliquem, vel aliquam in quacumque ætate decedere sine descendentibus, superstitibus sibi ascendentibus, & transuersalibus, tunc pater, & omnes ascendentes masculi per lineam paternam tali decedenti (salua gradus prærogatiua) inter eos succedant pariter cum fratribus vtrinque coniunctis, & eorum descendentibus masculis legitimis, & naturalibus in stirpes, & non in capita. Et tunc matri, auiæ paternæ, vel ascendentibus per lineam maternam legitima tantum debeatur, consequenda secundum gradus prærogatiuam. Et dictis fratribus vtrinque coniunctis non existentibus, vel eorum descendentibus masculis, concurrant dicto modo fratres consanguinei tantum, & eorum descendentes masculi. Et istis non existentibus sorores vtrinque coniunctæ, & earum filij, & filiæ tantum succedant æqualiter cū patre, & omnibus ascendentibus masculis per lineam paternam iuris or-
H dine seruato. Placet. H

Si verò decederet cum matre, auia, vel proauia paterna, vel descendentibus per lineam maternam tantum, superstitibus fratribus vtrinque coniunctis, vel eorum descendentibus masculis, vel eis non existentibus, consanguineis tantum, aut eorum descendentibus masculis, tunc tali decedenti succedant fratres vtrinque coniuncti, & dicti eorum descendentes, & eis non existentibus consanguinei tantum, vel eorum descendentes masculi, iuris ordine inter eos in successione seruando, exclusis dictis ascendentibus, præterquam à legitima, in qua succedant, inter eos iuris ordine seruando, & ipsis non existentibus sorores vtrinque coniunctæ, & earum filij, vel filiæ tantum, iuris ordine seruato, succedant æqualiter cum ipsa matre, auia, vel proauia paterna, & alijs ascendentibus per lineam maternam. Pla-
I cet. I

Item quando non superessent fratres vtrinque coniuncti, vel consanguinei tantum, vel eorum descendentes masculi, neque sorores, vt supra, sed patruus vnus, vel plures, vel eorum descendentes masculi, tunc in medietate bonorum talis decedentis succedat mater, vel auia paterna, vel ascendentes per lineam maternam, iuris ordine inter eos seruando, & in alia medietate succedant patruus vnus, vel plures, & præmorti patrui, vel patruorum descendentes masculi, cum dicto patruo, vel patruis in stirpes, & non in capita, exclusis sororibus vterinis, fratribus vterinis, auunculis, materteris, & amitis. Declarantes, quod si adessent mater, soror vtrinque coniun-
K cta, & patrui, pariter succedant. Placet. K

Insuper statuimus, & declaramus, quod filij legitimati, seu dispensati possint, & valeant succedere secundum tenorem, & valorem legitimationis, seu dispensationis, & voluntatem, ac dispositionem (iuri tamen non contrariam) sui patris, vel alterius Domini bonorum ipsum legitimantis, etiam in præiudicium filiarum legitimarum, & naturalium, & descendentium ab eis, necnon quo ad effectum exclusionis earum à reintegratione, deficiente linea masculina legitima, & naturali, sine tamen præiudicio in omnibus locorum piorum, & personarum ibi existentium.
L Placet. L

## De vltimis voluntatibus obseruandis. Rubr. XLVI.

PRæsenti capitulo statuimus, & ordinamus, quod testamentum, & qualibet vltima voluntas patris, matris, ascendentium, & cuiuslibet supradictorum debeat inuiolabiliter obseruari, & quod mulieres non impediantur ex dictis vltimis dispositionibus capere quicquid eis quocumque titulo relictum fuerit cum dicta tamen declaratione, quod stante testamento, reintegratio illis non detur, nisi, & prout in præcedenti Rubr. dictum fuit. Item cum hac alia declaratione, quod quando dotatio reperiretur facta de bonis paternis, & maternis, vel aliorum ascendentium,

dentium, vt in præcedenti Rubr. & mater, vel alius ascendens per lineam maternam in testamento suo, vel vltima voluntate reliquisset aliquid (etiam non ascendens ad legitimam filiæ) quocumque titulo, intelligatur (si aliud expresse non dixerit) fuisse, & esse in supplementum legitimæ omne illud, quod sibi sub dicta qualitate bonorum maternorum, vel ascendentium pro dote datum, vel promissum fuerit, & in tali supplemento omnino compræhendi debeat. Placet. M

Item statuimus, & declaramus, quod per hæc præsentia noua capitula intelligãtur in omnibus, & per omnia sublata,& cancellata omnia ea,quę continentur in libro secundo Statutorum nostræ Ciuitatis, de dotibus, & dotatis mulieribus, & successionibus ab intestato sub Rubr.45.& etiam in sequenti de vltimis voluntatibus obseruandis per filios, & per nepotes, sub Rubr. 46. & similiter omnia, & singula alia Statuta, vel Reformationes manu cuiuscumque Notarij, vel tempore cuiuscumque Magistratus circa prædicta hactenus facta, & loco illorum in futurum hæc solum, & dumtaxat sub eisdem numeris seruari debeant in omnibus, & per omnia, sine tamen præiudicio locorum piorum,quæ in omnibus suprascriptis Capitulis repetita, & salua esse intelligimus,& intelligenda esse censemus. Placet. N

N Item volumus, statuimus, & declaramus prædicta omnia, & singula censeri, & esse, ac fuisse Statuta, decreta, & obtenta, accedente consensu, approbatione, & confirmatione Sanctissimi Domini Nostri, & non aliter, nec alio modo. Placet.

Placent, quæ suprascripta sunt, & maturè digesta per infrascriptos Excellentissimos Doctores, cum quibus interfui, & conueni Philippus de Vbaldis vtriusque Iuris Doctor. Placent & mihi Petro Philippo Mattheolo, quia interfui, vt supra. Eodem modo & mihi Restauro Castaldo,& ad fidem&c. Eodem modo placent & mihi Io: Paulo Lancellotto. Eodem modo & mihi Marco Antonio Eugenio placent, & ad fidem manu propria subscripsi. Eodem modo & mihi Thobiæ Nonio, & ad fidem &c.

Supradicta Statuta, & decreta Ciuitatis Perusiæ per verbum Placet signata confirmamus, & obseruari mandamus. Iulius Card. Vrbini Legatus. Dat. Romæ die 22. Martij 1563. Sigillum. Lucas Antonius Fab. Secretarius.

Dat. Romæ apud S.Marcum sub Anulo Piscatoris die 14. Iulij 1563. Pontificatus Nostri Anno Quarto. Cæsar Glorierius.

## Noua reformatio quę ad Loca Pia,& personas ibi existentes facta à Gregorio XIII.

Item statuimus, & ordinamus, quia clausula *sine tamen præiudicio Locorum Piorum, & personarum ibi existentium*, aliàs in fine cuiusdam Statuti de dotibus, & dotatis mulieribus rubr. 45. ac etiam de vltimis voluntatibus obseruandis rubr.46. lib. 2. Stat. Perus. in reformatione facta de Anno 1563. & die 22. Martij apposita, ac inserta, conseruationi agnationum dictæ Ciuitatis aduersari dignoscitur, & contra omne iuris, & æquitatis debitum, cum par sit, & esse debeat conditio fœminarum, pia loca ingredientium, quam nubentium. Idcirco statuimus, & ordinamus dictam clausulam remouendam,& annullandam esse, eamque pœnitus irritam, & aboliram facimus. Cæteris tamen in dictis Statutis contentis firmis, ratisque permanentibus. Datum Romæ in Ædibus nostris die 2. Iunij 1573. Philippus Boncompagnus Cardinalis S. Sixti. Antonius Vgolinus Secretarius.

## Adnotationes.

### SVMMARIA.

*Super Statuto exclusiuo fœminarum qui scripserint num. 1.*

*Statutum exclusiuum fœminarum confirmatum à Papa, præsumitur vsu receptum ibid.*

*Statuta exclusiua fœminarum propter fauorem agnationis habentur pro iustis,& rationabilibus num. 2.*

*Et multo magis dum non excludunt perpetuo, sed durante linea masculina num. 3.*

*Statuta huiusmodi non habent locum in bonis extra territorium statuentium, & inter forenses num. 4.*

*Portio fœminæ exclusæ ad tempus delata masculo, an illo mortuo sit restituenda alteri masculo superstiti, vel retineri possit per successores extraneos masculi prædefuncti num. 5.*

*Dos succedit loco legitimæ ex Statuto Perusino, & ideo detrahitur de legitima num. 6.*

*Fœminæ exclusæ faciunt partem ad augendam legitimam num. 7.*

*Vterini fratres non excludunt fœminas stante Statuto exclusiuo num. 8.*

*Statutum exclusiuum, vt intret, debet fœmina dotari num. 9.*

*Et stipulatio dotis non debet fieri ad fauorem dotantis num. 11.*

*Fœminæ succedunt in bonis descendentibus dotantis aliunde prouentis pro tertia parte, & vide num. 10.*

*Dos de quibus bonis censeatur data num. 12.*

*A matris hæreditate fœmina dotata quando excludatur num. 13. & seqq.*

*Reintegrantur extincta linea masculina fœmina exclusa ex Statuto num. 16.*

Quid

1 De Stat. à success. fœm. exclud. † sunt *tract. Al-*
*bert. Brun. & aliorum*. Super Statuto Terræ Monto-
ni, quod cum sit confirmatum à Papa præsumitur vsu
receptum, habes *decis. in Ciuitatis Castelli Bonorum*
*11. Decembris* 1598. quæ est in fine, *decis.* 44. Super
hoc Statuto nostro reformato in rubr. 45. & 46. lib. 2.
glossas edidit *Io: Baptista Leonellus Bartolinus*, & in
similibus Statutis vide *Carpan. ad Stat. Mediol cap.*
*278. & seqq.* Statuta huiusmodi exclusiua fœmina-
2 rum † propter fauorem agnationis habentur pro iu-
stis, & rationabilibus, vt dixit Rota non tamen super
nostro Statuto, sed de illo Callij loquens *in Perusina*
*de Oddis 28. Iuny 1604. coram Card. Mellino*, quæ
est in calce, *decis. 83. num. 4. & in Narniensis Suc-*
*cessionis 22. May 1628. coram R. P. D. Merlino*, quæ
est pariter in calce, *decis. 99. num. 6. & seq.* & multo
3 magis, vbi non excludunt fœminas perpetuo, † sed
durante linea masculina, vt considerauit super hoc
nostro Statuto *Rota in Perusina Reintegrationis 6.*
*Nouembris 1595, coram Penia*, quæ est in fine, *decis.*
*11. num. 12.* Non habent locum huiusmodi Statuta
4 in bonis † extra territorium statuentium, & in foren-
sibus, vt latè fuit dictum in *Rota Romana in dicta*
*causa Narniensis Successionis, vt dicta decis. 99.* & prius
*in Perusina Successionis 13. Marty 1617. coram Emi-*
*nentissimo Cardinali Verospio*, quæ est in fine, *decis.*
*47.* super Statuto Assisij, & in *Recanatensis Hæredita-*
*tis 10. Martij 1623. coram eodem*, quæ est in calce,
*decis. 105.* & vide super nostro Statuto *Ioseph. Ludou.*
*decis. Perus. 70. num. 8. & seq. Honded. cons. 94. num.*
*34. & seq. lib. 1. Ambrosin. decis. Perus. 3. & Rotam*
*in Perusina Reintegrationis 15. Ianuarij 1596. coram*
*Penia*, quæ est in fine, *decis. 12. num. 2.* Portio fœ-
5 minæ † vigore nostri Statuti temporaliter exclusiui
fœminarum delata masculo numquid mortuo illo sit
restituenda alteri masculo superstiti, vel retineri pos-
sit per successores masculi prædefuncti donec durat
linea masculina vide *Honded. cons. 6. lib. 1.* vbi con-
cludit ad fauorem hæredis extranei masculi prædefun-
cti, sed vide ad hoc *Cyriac. contr. forens. tom. 2. contr.*
6 *308. num. 58.* Dos succedit loco legitimæ † in Sta-
tuto nostro, & ideo detrahitur de legitima, non au-
tem vti æs alienum, vt aliqui voluerunt, *ita in causa*
*Perusina de Alphanis dixit Rota coram Lucouis. decis.*
*565.* & licet hæc decisio fuerit bis reuocata in dubiū
*coram Reuerendissimo Coccino Decano* super eo, an
in terminis Statuti Perusini dos succedat loco legiti-
mæ, vt dixit *Rota in Firmana Legitima 30. Octobris*
*1617. coram bo. mem. Vbaldo*, quæ est impressa apud
*Merlinum post tract. de legitima decis. 74.* attamen
in eandem sententiam Rota deuenit in eadem *causa*
*Perusina Fideicommissi de Alphanis 17. Martij 1621.*
*coram eodem Reuerendissimo Decano*, quæ est in fine,
*decis. 49.* & fuit recepta *in Perusina Fideicommissi de*
*Gratianis 28. Iuny 1630. coram eodem vers. est etiam*
*detrahenda*. Ex qua conclusione sequitur, quod fœ-
7 minæ exclusæ † faciant partem ad augendam legiti-
mam, ita vt faciant illam transire de triente in semis-
sem, vt in Statuto Perusino respondit *Ambrosin. decis.*
*Perus. 26. in 1. dub. par. 2.* & hanc opinionem admit-
tit *Rota in dicta Perusina de Alphanis coram D. Cocci-*
*no decis. 49. num. 7.* vbi etiam quod non expediat ma-
8 sculis. Ad fauorem fratrum vterinorum † non intra-
re Statutum exclusiuum fœminarum dixit *Rota in*
*Camerinensis, seu Calliensis Pecuniaria 26. Iuny 1617.*
*coram bo. mem. Dunozet*, quæ est in calce, *decis. 80.* &
idem fuit dictum in *Romana Legitimæ 25. Iunij 1618.*
*coram Remboldo*, quæ est in fine, *decis 81. num. 6. &*
*seqq.* Sed in nostro Statuto, quod loquitur *in §. & si*
*casus euenerit*, etiam in successione ad bona fœminæ
fortasse hæc conclusio non potest applicari maximè
vbi filia est dotata de bonis maternis.
9 A Dotationem esse necessariam, † vt intret exclu-
sio fœminarum super hoc Statuto responderunt *Eu-*
*gen. cons. 12. num. 28. lib. 1. & cons. 4. num. 56. lib. 2.*
*& Honded. cons. 64. num. 4. lib. 1. & cons. 14. num.*
*30. lib. 2. & Rota in Perusina de Alphanis coram Lu-*
*douis. decis. 565. num. 4. & in eadem coram Reueren-*
*dissimo Coccino, vt in fin. decis. 49. num. 6.*
10 Ad vers. In alijs autem aliunde prouentis † vide quæ
dixit *Rota in Perusina Bonorum de Vbaldis 18. Mar-*
*tij 1583. coram Aldobrandino*, quæ est in calce, *decis.*
*37. & in Perusina Reintegrationis 14. Aprilis 1625.*
*coram R. P. D. Pirouano*, quæ est in fine, *decis. 64.*
*num. 11. & in eadem 13. Nouembris 1630. coram eo-*
*dem*, quæ pariter est in fine, *decis. 126. num. 11. & 12.*
11 B Super stipulatione restitutionis dotis † ad fauo-
rem dotantis dixi supra ver. Dos. vers. Ius, & actio-
nem. & in Adnot. num. 11. & quod vbi dotans stipu-
latur dotem sibi restitui non videatur fœmina exclusa
nisi remittatur stipulatio mulieri tradit *Bald. in l. fin.*
*num. 5. C. de dot. promiss.* sequitur *Alci. de verb. sign.*
*lib. 1. pag. 27. & vide Scraph. decis. 815.*
12 C Dos de quibus bonis censeatur data † vide quæ
super hoc Statuto considerauit *Rota in Perusina Fi-*
*deicommissi de Alphanis 5. May 1614. & 27. Iunij*
*eiusdem anni coram Remboldo*, quæ decisiones sunt
impressæ, *decis. 590. & decis. 651. par. 1. recent. per*
*Farinac.*
13 Super exclusione ab hæreditate matris, † de qua in
hoc §. licet *Rota in Perusina Bonorum 27. Iunij 1597.*
*coram Gipsio*, quæ est in calce, *decis. 24. num. 7.* dixe-
rit, quod vbi non constat fœminam fuisse dotatam à
matre, debeat admitti vna cum fratre ad hæredita-
tem eiusdem matris; attamen vbi patet dotauit de
bonis maternis secus videtur dicendum, videatur ad
hoc *Honded. cons. 10. num. 42. & seqq. lib. 1.* An au-
14 tem dotatio fœminæ post mortem matris † eam ex-
cludat

cludat à bonis maternis, maximè quando pater adiuit hæreditatem matris nomine etiam fœminæ, quia articulus est controuersus, & pendet causa in Rota Romana, in qua contingit de hoc dubitari, dicam in ver. Mater quid fuerit resolutum cum vsque ad diem 13. Iunij 1633. fuerit causa pluries proposita etiam omnibus Dominis votantibus coram R. P. D. Duno-
15 zetto, & numquam resoluta, ego autem † sentirem contra fœminam, præsertim propter identitatem rationis agnationis conseruandæ, seu fauoris masculorum ad *Soc. cons. 113. num. 5. post princ. vers. nam Statutum. lib. 4. & Non. cons. 42. num. 27. vers. sed illa eadem ratio*, & fateor, quod in terminis aditionis articulus est valdè dubius.
16 D De reintegratione fœminarum † extincta linea masculina ex hoc Statuto vide ad fauorem Monasterij Monialium ex persona filiæ *in Perusina Reintegrationis 1. Iunij 1613. coram Manzanedo*, quæ est in fine, *decis. 48. & in Perusina Reintegrationis 13. Martij 1595. coram Pena*, quæ est in fine, *decis. 10. & in eadem 6. Nouembris 1595. coram eodem*, vbi in dotata à fratre, quæ est in fine, *decis. 11. Non. cons. 1. num. 56. & seq. Eugen. cons. 12. num. 29. lib. 1. Ambros. decis. Perus. 46. par. 2.* (qui tamen, vt credo, non loquitur in Statuto Perusino) *& Honded. cons. 9. num. 15. & cons. 65. num. 54. & seq. lib. 1. & cons. 14 lib. 2.* vbi habes etiam responsum Collegij Bononiensis, in
17 quo agebatur an descendentes à fœmina † possint petere reintegrationem, vbi ipsa ante extinctionem lineæ masculinæ decessit, de quo prius scripsit idem *Honded. cons. 16. lib. 1.* & cessat in hoc dubio difficultas ex Statuto antiquo, stante quod in hoc §. reformationum, non solum ipsæ fœminæ, sed etiam illarum filij, vel nepotes quandocumque concepti vocentur ad reintegrationem, vt aduertit idem *Honded. d. cons. 14. num. 15. lib. 2. & Rota in Perusina Reintegrationis 31. Maij 1624. coram Buratto*, quę est in fine, *decis. 63. num. 5. & seqq. & in eadem 14. Aprilis 1625 coram eodem*, quæ est etiam in fine, *decis. 64. n. 3.* & quod detur
18 reintegrandis immissio † in possessionem bonorum, ex remedio quorum bonorum fuit dictum *in eadem causa 29. May 1628. coram R. P. D. Pirouano*, quæ est in fine, *decis. 68.* De probatione descendentiæ ad
19 effectum reintegrationis † vide *in Perusina Reintegrationis de Ninis 26. Iunij 1623. coram Buratto*, quæ est in fine, *decis. 62.* & quo ad probationē extinctionis lineæ masculinæ vide in alia *Perusina Reintegrationis 30. Octobris 1602. coram Iusto*, quæ est in fine, *decis. 16.*
20 An sufficiat mors ciuilis † vide in *Perusina Hæreditatis 16. Ianuarij 1568. coram Sarmiento*, quæ est in fi-
21 ne, *decis. 52.* Super probatione identitatis † bonorum vide in *Perusina Reintegrationis 14. Aprilis 1603. coram Iusto*, quæ est in fine, *decis. 17. & in alia Perusina Reintegrationis 29. Maij 1628. coram R. P. D. Pirouano*, in fine, *decis. 68. num. 4. & seqq. & in eadem 13. Nouembris 1630. coram eodem*, quæ est in
22 calce, *decis. final.* Ad quam autem portionem † detur huiusmodi reintegratio vide decisiones in eadem causa in fine *decis. 63. & seqq.*
Ad vers. Declarantes. vbi agitur de bonis alienatis
23 à masculis † vide *in Perusina Reintegrationis 7. Februarij 1597. coram Pena*, quæ est in calce, *decis. 14. & in eadem 5. Maij 1597. coram eodem*, in fine, *decis. 15.* & vide aliam *coram Buratto*, pariter in fine, *decis. 64. num. 8.*
24 E Quod stante testamento denegatur † reintegratio super hoc Statuto responderunt *Dec. cons. 306. Non. cons. 8. Honded. cons. 14. num. 3. & seqq. & cons. 68. num. 40. & seqq. lib. 2.* vbi quod datur tantum ad supplementum legitimæ vide *Eugen. cons. 9. lib. 2.* Non tamen impedit reintegrationem testamentum vltimi masculi. *Rota in dicta Perusina Reintegrationis 14. Aprilis 1625. coram Buratto*, quæ est in fine, *decis. 64. num. 4. & seqq.*
F Super congruitate dotis in terminis huius Sta-
25 tuti † vide *Eugen. cons. 39. lib. 1. & cons. 3. lib. 2.* vbi an possit petere supplementum legitimæ, & an cogatur recipere in pecunia numerata, & citatos infra littera M.
26 G Super hoc Statuto vide citatos † supra in princ. Adnotationum, & de materia successionis ab intestato vide *Crasi. de success. in §. successio ab intestato*, de qua materia sunt plures tract. & præsertim *Constantini Caprioli*, & nouissimè *Marta de success. legali*, & & vide infra Adnot. littera K. Matris autem legitima, cuius fit mentio in hoc §. circa finem in vers. & tunc matri, quanta sit, dicam in sequenti Adnot.
27 H Legitima matris est tertia † portionis ab intestato, & sic tertia dimidiæ vbi adest Pater, vt in terminis nostri Statuti, dixit *Rota in Perusina de Oddis 27. Maij 1594. coram Mellino*, quæ est in calce, *decis. 25. num. 1. & seqq.* Quando autem adsunt fratres defuncti, & tam in causa testati, quam intestati vltra *d. decis. 25. num. 7. & decis. in Asculana Legitima 2. Decembris 1588. coram Bubalo* ibi citatam, quæ est impressa, *decis. 420. par. 4. diuers.* vide *Grat. discept. tom. 3. cap. 448. & tom. 5. cap. 942. & Merlin. de Legit. lib. 1. tit. 4. quæst. 7.*
I Consanguinei in §. hoc, & in præcedenti intelliguntur fratres ex eodem Patre geniti, vt dixit *Rota in Perusina Bonorum 27. Iunij 1597. coram Gypsio*, quæ est in fine, *decis. 24 n. 9. & seqq.* quicquid in alia materia dicendum sit, vt dixi ver. Consanguinitas pag. 96.
28 K Vbi non concurrunt omnes † nominati hic, & supra in §. & si casus euenerit. vers. & ipsis fratribus. vide *Non. cons. 16. num. 1. & seqq. Honded. cons. 1. & cons. 2. lib. 1. & cons. 8. eodem lib. Eugen. cons. 37. lib. 2.* & quo ad portionem *Non. cons. 107. num. 6. & Giouagn. super Stat. Bonon. cons. 23. & 24. lib. 1.*
L Super hoc §. loquente de legitimatis, vide quæ dicam ver. Legitimatio.
29 M Vide † *Non. cons. 8. num. 10. Honded. cons. 14. num. 6. lib. 2. Eugen. cons. 3. lib. 2. & Laderch.* qui etiam loquitur super hoc Statuto *cons. 35.*
N An mulier, quæ ingressa est Monasterium com-
30 præhendatur in Statuto exclusiuo † vide super Statuto Casſiano *Hond. cons. 11. lib. 2. n. 12. & seqq. & n. 37. & seqq.* sed in terminis nostri Statuti, quod compræhendantur loca Pia, & personæ ibi existentes, est certum per extensionem Pontificiam, de qua supra.

# FENESTRA.

## SVMMARIA.

*Fenestra non possunt retineri in muris Castrorum in princ.*

*Fenestræ possunt fieri in muro nouo super muro communi, & retineri donec fuit refecta expensa vers. Consors.*
*Ædificando quando possit, quis obturare fenestras, seu nocere luminibus domus vicini in Adnotat. num. 2. & 3.*

FEnestræ per quas de facili potest haberi ingressus, non possunt fieri in muris Castrorum Stat. rubr. 134. lib. 4. pag. 39. & dixi supra ver. Castrum. pag. 48. Consors, qui murauit supra murum communem potest facere in muro nouo fenestras, & ostia, & illa retinere donec fuerit eidem integrè satisfactum de medietate expensarum, quia tunc debet obstruere suis sumptibus Stat. rubr. 58. §. item consors. lib. 2. fol. 30. col. 4.

## Adnotationes.

1 De fenestra † vide aliqua apud *Bart. Cepoll. de seruit. vrb. prad. cap. 61. Afflict. decis. 225. & ibi Vrsill. in addit.* An, & quando possit quis ædificando obtu-
2 rare fenestras Vicini; † seu nocere luminibus domus ipsius vide latè per *Eugen. consl. 47. lib. 1. & Hondod. consl. 80. & 81. lib. 1.* qui loquuntur super dicto Statuto nostro, & vide *Thesaur. decis. 216.* vbi de eo, qui
3 acquisiuit † partem ædium ab eo, qui in sua parte habet fenestras respicientes in domum vēditam, & concludit, quod iste emptor non possit altius tollendo luminibus officere.

# FERIAE.

### SVMMARIA.

*Feria Messium, & Vindemiarum quando indicantur in princ. & Adnot. num. 4.*
*Veneris dies sunt feriati vers. Veneris dies.*
*Quadragesimalibus diebus quando reddatur ius vers. Quadragesimalibus.*
*In Criminalibus qui dies sint feriati vers. In Maleficijs. & Adnot. num. 6.*
*Feria in quibus casibus non obstent vers. Feria.*
*Exemplatio instrumenti cum decreto Iudicis potest fieri etiam die feriato in honorem Dei vers. Exemplatio.*
*Decreta à Iudicibus Communis possunt interponi etiam die feriato in honorem Dei vers. Decreta.*
*Dies in quibus in Ciuilibus causis ius non redditur in fine.*
*Feriarum plura sunt genera, & vnde nomen habuerint Adnot. num. 1.*
*Iuridica omnis dies est nisi probetur feriata num. 2.*
*Statutum potest disponere quod in aliquibus casibus possit procedi etiam diebus feriatis in honorem Dei Adnot. num. 3.*
*Rogationum tempore sunt dies semiferiati num. 5.*
*Renunciari potest ferijs inductis ob necessitatem hominum Adnot. num. 8.*
*Simplex renunciatio intelligitur de præsentibus n. 9.*
*Tacita renunciatio non extenditur nisi ad actum factum, non autem ad faciendos num. 10.*
*Inductis in honorem Dei non potest renunciari num. 11. vbi idem in repentinis.*
*Instrumenta rogari, & Decreta in actibus voluntariæ Iurisdictionis possunt interponi etiam die feriato in honorem Dei num. 12.*

FEriæ propter necessitatem hominū ob messes indicuntur quotannis à medietate Mensis Iunij vsque ad octauam Festiuitatis Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis de Mense Augusti inclusiuè, ob vindemias autem incipiunt à die 22. Septembris vsque ad 22. Octobris inclusiuè Stat. rubr. 2. de Ferijs. §. item semper. lib. 2. pag. 13. rubr. 81. §. & quod semper. lib. 1. pag. 37. &
A rubr. 61. §. & quod semper. lib. 3. fol. 29. A vbi habentur dies, in quibus ius non redditur, qui etiam sunt descripti in Constit. Comitin. par. 2. rubr. 9. cap. 1. pag. 11. & ad maiorem commoditatem describentur infra, iuxta hodiernum vsum. Veneris dies est feriata, vt habetur in Stat. rubr. 61. lib. 3. pag. 28. col. 4. ibi in festo S. Thomæ, sed videtur intelligēdum de diebus Veneris Mensis Martij, cum addatur ratio propter reuerentiam Dominicæ Passionis, & ad istos restringitur rubr. 81. lib. 1. pag. 37. col. 2. eod. vers. in festo S. Thomæ. Verum de consuetudine omnes dies Veneris totius anni sunt feriati in Curia Gubernatoris, & Rotæ, vt in Comit. d. rubr. 9. cap. 2. vers. volumus etiam. pag. 16. vbi disponitur, quod si in hebdomada non occurrerit aliquis alius dies feriatus nisi dies Veneris, sit etiam feriatus dies Mercurij, sed non seruatur. In Curiā etiam Episcopali dictus dies Veneris est feriatus, & redditur tantum ius in Curijs Artium non tamen in diebus Veneris Martij. Idem seruatur in Prouincia Marchiæ, in qua dies Veneris sunt feriati propter allegationes, vt in Constit. lib. 5. cap. 23. In Maleficijs quoque dies Veneris esse feriatos cauetur Stat. rubr. 1. §. dicimus, & ordinamus. lib. 3. pag. 2. vbi quod eo die Iudex debet stare in Palatio ad audiendum allegationes, & intendere circa examinationem, & expeditionem processuum, Sed quod in causis Damnorum datorum procedatur etiam diebus Veneris, cauetur in Stat. rubr. 22. §. possit etiam. lib. 1. pag. 18. col. 2. Quadragesimales dies omnes sunt feriati ante Nonam d. rubr. 81. vers. sint etiam feriæ. lib. 1. pag. 37. & d. rubr. 61. lib. 3. pag. 29.
B in princ. Solet reddi ius ante Concionem. B In Maleficijs, qui dies sint feriati vide d. rubr. 61. lib. 3. pag. 28. & in causis Damnorum datorum
C vide rubr. 22. lib. 1. pag. 17. C Feriæ non obstat in causis de quibus in Stat. rubr. 3. lib. 2. pag. 3. vt ibi cauetur col. 1. in fin. Nec in causis Colonorum rubr. 50. §. statuimus quod nullus. lib. 2. fol. 27.

Nec

Nec in causis alimentorum, dationis tutoris, vel curatoris, & examinis testium ad perpetuam rei memoriam rubr. 24. §. volumus in fin. lib. 2. pag. 14. & rubr. 61. §. exactio. lib. 3. pag. 29. Nec in causis molendinorum rubr. 64. §. & ad tollendas. lib. 2. pag. 33. col. 2. Nec quando ageretur contra aliquam Communitatem retinentem, seu receptantem bannitum pro debito ciuili rubr. 66. in fin. lib. 2. pag. 34. Nec in faciendis sequestrationibus rubr. 2. de Ferijs. §. possit quoque post rubr. 24. lib. 2. pag. 14. & rubr. 81. §. in omnibus verò. lib. 1. pag. 37 Nec in causis Hospitalium rubr. 1. lib. 1. pag. 3. col. 1. vers. & dictus Iudex. Nec in causis super exactionibus, vel subhastationibus ad fauorem Ciuitatis rubr. 61. §. exactio. lib. 3. pag. 29. Nec in prolatione sententiæ super Sindicatu Auditorum Rotæ rubr. 15. §. item Volumus statuentes. lib. 1. pag. 14. Nec vbi tractaretur de demolitione alicuius rei ruinosæ rubr. 59. lib. 2. pag. 31. col. 2. in fin. vbi quod potest procedi etiam diebus feriatis in honorem Dei. Nec quando ageretur de possessione rei in qua quis vellet ædificare rubr. 60. in fin.

D lib. 2. pag. 31. D Exemplatio instrumenti cum Decreto Iudicis potest fieri etiam die feriato in honorem Dei rubr. 29. in princ. lib. 2. pag. 17. & rubr. 42. §. præterea. d. lib. 2. pag. 24. In causis recursuum à sententijs Dominorum Consulum, Auditorum, & Camerariorum, non obstant feriæ etiam in honorem Dei Statut. rubr. 24. §. & quod causa. lib. 2. pag. 13. col. 1. & rubr. 81. §. & quod à sententijs. lib. 1. pag. 36. vbi etiam de executionibus licentiarum, seu mandatorum relaxatorum in eorum Tribunalibus, & de obseruantia est fides Collegij Dominorum Causidicorum sub die 6. Augusti 1584. Quando quis vim passus priuaretur sua possessione proceditur etiã diebus feriatis rubr. 99. §. & si quis lib. 3. pag. 36. col. 4. Ferias non obstare in causis Mercedum, Alimentorum, non excedentibus summam florenorum quinque, & in alijs, in quibus fuisset re-

E nunciatum, E prout in obligationibus in forma Cameræ, & in causis Hospitalis Misericordiæ, cauetur in Comit. d. par. 1. rub. 9. cap. 3. pag. 16. Dilationes durantibus ferijs non currunt rubr. 2. de Ferijs post rubr. 24. §. declarantes. lib. 2. pag. 13. col. 4. rubr. 81. §. & quod dilationes. lib. 1. pag. 37. & rubr. 61. §. quod dilationes. lib. 3. pag. 29. col. 1. & dixi etiam supra ver. Dilatio. pag. 113. Decreta à Iudicibus Communis possunt interponi etiam die feriato in honorem Dei rubr.

F 19. in fin. lib. 2. pag. 19. col. 3. F

# Dies in quibus in Ciuitate Perusiæ in Ciuilibus causis ius non redditur.

*Ianuarius habet dies XXXI.*

P. 1 Circumcisionis Domini.
2 Octauæ S. Stephani Prothomart.
P. 6 Epiphaniæ Domini.
13 Iuliani Mart.
17 Antonij Abb.
18 Cathedræ S. Petri Apost. Romæ.
20 Fabiani, & Sebastiani Mart.
25 Conuersionis S. Pauli.
28 Luminaris S. Constantij.
P. 29 Constantij Episc. Perusiæ, & Mart.

*Februarius habet dies XXVIII. & si erit Annus Bissextilis XXIX.*

P. 2 Purificationis Beatæ Mariæ Virginis.
3 Blasij Episc. & Conf.
16 Iulianæ Virg. & Mart.
22 Cathedræ S. Petri Apost. Antiochiæ.
V. P. 24 Matthiæ Apost. Et si erit Annus Bissextilis Festum illius celebratur sub die 25.
Postremi quatuor dies sunt feriati ob reuerentiam S. Herculani Protectoris Populi Perusini.

*Martius habet dies XXXI.*

P. 1 Herculani Episc. & Mart.
2 }
3 } Feriati ob eiusdem Sancti reuerentiam.
4 }
7 Thomæ de Aquino.
12 Gregorij Papæ, Conf. & Doct.
19 Ioseph Sponsi Beatæ Mariæ Virginis.
20 Ioachimi Patris Beatæ Mariæ Virginis.
21 Benedicti Abb.
24 Vigiliæ Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis Aduocatæ Collegij Dominorum Notariorum.
P. 25 Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis.
Omnes dies Veneris dicti Mensis sunt feriati in omnibus Curijs, & Tribunalibus ob reuerentiam Dominicæ passionis.

*Aprilis habet dies XXX.*

2 Francisci de Paula.
5 Vincentij Conf.
23 Georgij Mart.
25 Marci Euang.
29 Petri Mart.

*Maius habet dies XXXI.*

P. 1 Philippi, & Iacobi Apostolorum.
P. 3 Inuentionis S. Crucis.
6 Ioannis ante portam latinam.

8 Apparitionis S. Michaelis Archang.
14 Beueniatis Conf.
19 Iuonis Conf. Aduocati Dominorum Causidicorum.
20 Bernardini Conf.

*Iunius habet dies XXX.*

1 Florentij, & sociorum.
11 Barnabæ Apost.
13 Antonij Ordinis S. Francisci Patauini nuncupati.
V. P. 24 Natiuitatis S. Io: Baptistæ.
V. P. 29 Petri, & Pauli Apostolorum.
Nota, quod à die 15. Iunij exclusiuè vsque ad diem 23. Augusti inclusiuè, sunt feriæ messium; quandoque tamen citius indici possent.

*Iulius habet dies XXXI.*

2 Visitationis Beatæ Mariæ Virginis.
20 Margaritæ Virg. & Mart.
22 Mariæ Magdalenæ.
V. P. 25 Iacobi Apost. & Christophori Mart.
26 Annæ Matris Beatæ Mariæ Virginis.

*Augustus habet dies XXXI.*

1 Petri ad Vincula.
2 Sunt feriati ex causa Indulgentiæ, quæ est
3 apud Ecclesiam S. Dominici Ord. Prædicatorum, & die 2. fiunt solemnia Luminaria, quæ dies etiam est feriata ob Festum S. Stephani Papæ, & Mart.
4 Dominici Conf.
5 Mariæ ad Niues.
6 Transfigurationis Domini.
V. P. 10 Laurentij Mart.
14 Luminaris in honorem Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis.
V. P. 15 Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis.
16 Rocchi Conf.
19 Ludouici Episc. & Conf. cuius Festum celebratur in Palatio Decemuirali.
V. P. 25 Bartholomæi Apost.
28 Augustini Episc.
29 Decollationis S. Io: Baptistæ.

*September habet dies XXX.*

P. 8 Natiuitatis Beatæ Mariæ Virginis.
10 Nicolai de Tolentino.
14 Exaltationis S. Crucis.
V. P. 21 Matthæi Apost. & Euang.
P. 29 Dedicationis S. Michaelis Archang.
30 Hieronymi Conf. & Doct.
Nota, quod à die 22. Septembris exclusiuè vsque ad diem 22. Octobris inclusiuè, sunt feriæ vindemiarum; quandoque tamen citius indicuntur.

*October habet dies XXXI.*

4 Francisci Conf.
18 Lucæ Euang.
V. P. 28 Simonis, & Iudæ Apostolorum.

*Nouember habet dies XXX.*

V. P. 1 Omnium Sanctorum.
2 Commemorationis Mortuorum.
7 Decollationis S. Herculani.
9 Dedicationis Basilicæ Saluatoris.
P. 11 Martini Episc. & Conf.
12 Martini Papæ.
18 Dedicationis Basilicæ Principis Apost.
21 Præsentationis Beatæ Mariæ Virginis.
25 Catherinæ Virg. & Mart.
V. P. 30 Andreæ Apost.

*December habet dies XXXI.*

6 Nicolai Episc.
7 Ambrosij Episc.
8 Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis.
13 Luciæ Virg. & Mart.
V. P. 21 Thomæ Apost.
22, 23 ) Feriati præterquam in Curijs Artium.
V. 24 Vigiliæ Natiuitatis D. N. Iesu Christi.
P. 25 Natiuitatis D. N. Iesu Christi.
P. 26 Stephani Prothomart.
P. 27 Ioannis Apost. & Euang.
P. 28 Innocentium mart.
29, 30 ) Feriati præterquam in Curijs Artium.
P. 31 Siluestri Papæ, & Conf.

*Mobilia.*

Sex dies ante Cineres sunt feriati ob Baccanalia.
Dies Cinerum.
P. Dies Veneris sancti.
A die Dominica Oliuarum vsque ad diem Martis inclusiuè post Dominicam octauę Paschatis Resurrectionis.
Diebus Rogationum de mane ius non redditur in aliqua Curia, redditur tamen de sero à D. Locumtenente, & à Dominis Consulibus, Auditoribus, & Camerarijs.
P. Dies Ascensionis Dominicæ.
V. Vigiliæ Pentecostes ex quo festum Dominorum Procuratorum.
Quatuor dies post Dominicam Pentecostes.
Dies ante festum Corporis Christi.
P. Dies Corporis Christi.
Dies octauæ Corporis Christi ius non redditur in aliquo Tribunali de mane, redditur tamen de sero in omnibus Tribunalibus, in quibus de sero solet Ius reddi.
P. Omnes dies Dominici.
Omnes dies Veneris totius anni sunt feriati in alijs omnibus, præterquam in Curijs Artium, in quibus nihilominus feriati sunt dies Veneris Martij, vt in reliquis Curijs.

Dominicæ

Dominica Paschat. Resurrectionis, & Pentecostes, cum duobus diebus sequentibus, & dies signati supra littera P. obseruantur etiam in exercitijs, cum sint ex præcepto, & littera V. Vigiliam denotat.

*Incerta.*

Quando fit Consilium generale Populi Perusini.

Quando fiunt generales rogationes ob serenitatem, vel pluuiam impetrandam, vel propter Indulgentias, aut alia causa, de mane ius reddi non solet in aliquo Tribunali, sed redditur de sero in illis Tribunalibus, in quibus de sero solet ius reddi.

Quando nouus Legatus, siue Gubernator Perusiam prima vice intrat, de sero ius reddi non solet, nisi in Curijs Artium.

Quando Summus Pontifex, vel aliquis ex Eminentissimis Dominis Cardinalibus, vel alia similis persona accederet ad Ciuitatem Perusiæ, & Illustrissimus D. Præses obuiam iret, tunc indici solent feriæ ad illius libitum.

Quando fiunt ludi publici, de sero ius reddi non solet.

Et notandum est, quod quando feriæ generales ponuntur à Statuto, vel indicuntur à Superioribus, tunc semper fieri solet pronuncia, quod tempus, & fatalia non currant, & ferijs huiusmodi transactis fit restitutio generalis ad tantundem.

Dies Creationis, & Coronationis Summi Pontificis.

## Adnotationes.

1 Feriarum plura sunt genera,† vt per *Thesaur. decis. Pedem.* 39. *num.* 4. *& seqq.* vbi *num.* 11. scribit vnde nomen habuerint, & ad materiam vide omnino *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 47. *num.* 96. *& seqq. & cap.* 103. *& seqq. Marant. de ord. Iudic. par.* 4. *dist.* 16. *num.* 81. *& seqq. & Peguer. decis.* 53. Omnis dies est
2 iuridica † nisi appareat feriata, & qui dicit probat *Rota coram Ludouis. decis.* 140. *num.* 3. *& seqq.* Po-
3 test Statutum disponere, quod in aliquibus † casibus possit procedi etiam diebus feriatis in honorem Dei idem *Carpan. ad cap.* 110. *num.* 4. *& seqq. Marant. d. dist.* 16. *num.* 87. *& seqq.*

4 A Feriæ Messium, & Vindemiarum † sunt introductæ de Iure communi. *l.* 1. *ff. de ferijs. Carpan. ad cap.* 104. *num.* 3. *& seq.* sed quo ad inductionem moderantur hæ feriæ pro consuetudine loci, cum non vbique vna sit messis, vindemiæque ratio. *l. Præsides Prouinciarum ff. eod. Caballin. ad Constit. Marchia lib.* 5. *cap.* 23. *in fin.* In quibus personis seruentur vide *Thesaur. d. decis.* 39 *num.* 10.

5 B Sunt etiam semiferiati † dies tempore Rogationum, quibus de mane tantum ius non redditur. *Thesaur. d. decis.* 39. *num.* 10.

6 C Quo ad causas Criminales † vide *Carpan. ad cap.* 110. *num.* 6. *&* 17. *par.* 1. & quo ad causas Damnorum datorum *cap.* 375. *num.* 149. *& seq. par.* 2.

7 D Idem procedere de Iure cōmuni, † prout etiam in nunciatione transmittenda scribit *Carpan. ad cap.* 342. *num.* 58. *par.* 2.

E Renunciari ferijs inductis ob necessitatem ho-
8 minum † nihil prohibet. *Thesaur. d. decis.* 39. *num.* 1. vbi *num.* 2. quærit an testibus noceat ista renunciatio, itaut ipsi ferijs non obstantibus possint ad depositionem compelli, & euocari, & concludit negatiuè vbi
9 essent rurales. Renunciatio simplex † intelligeretur de ferijs præsentibus. *Bart. in l.* 1. *§. F. num.* 3. *ff. de ferijs.* sed vide *Alex. ibid. num.* 6. *&* 7. *& cons.* 188. *num.* 11. *lib.* 2. Tacita renunciatio non extenditur
10 nisi ad actum quem quis expleuit † nō autem ad alios in futurum faciendos. *Bald. in d. l.* 1, *§. sed excipiuntur. sub num.* 2. *in fin. ff. de ferijs. Aret. in §. appellantur. sub num.* 17. *vers. aut non renunciauit expressè. inst. de except. Lanfranc. decis.* 511. *cent.* 6. *Carpan. ad cap.* 202. *num.* 7. *& seq. par.* 2. Ferijs autem in hono-
11 rem Dei † renunciari non potest *Carpan. ad cap.* 107. *num.* 9. *& seqq. & cap.* 110. *num.* 8. *& seq.* vbi quod nec ferijs repentinis, quæ eis æquiparantur.

12 F Quod de Iure communi † possint instrumenta rogari à Notarijs, & Decreta interponi in actibus voluntariæ Iurisdictionis etiam die feriato in honorem Dei tradit *Marant. d. dist.* 16. *num.* 86. & vide *Carpan. ad cap.* 400.

# FESTIVITATES.

*SVMMARIA.*

*Festi dies seruandi sunt, nec possunt aperiri Officinæ in prine.*

*Vendere tamen possunt Pullaroli in fine, & vide Adnot. num.* 2.

*Coloni necessitate vrgente possunt incumbere culturæ agrorum etiam diebus festiuis Adnot. num.* 1.

Dies in quibus prohibentur exercitia ponuntur in Stat. rubr. 62. cum quinque seqq. lib. 3. pag. 29. & seq. & quod non possint in Festiuitatibus de præcepto Ecclesiæ aperiri Apothecæ, seu Officinæ, Artes exerceri, aut alia opera prohibita per Bullam Pij V. fieri, sub pœna amissionis animalium, vbi illa adhiberentur, & alia arbitraria, cauetur in Bannimentis Generalibus de ordine Sanctissimi num. 2. Vide quæ habentur in Synodo habita per Eminentissimum, & Reuerendissimum D. Cosmum Cardinalem de Torres huius Ciuitatis Antistitem de Anno 1632. in tit. De Dierum Festorum obseruatione pag. 42. & seqq. vbi in cap. 3. sunt descripti dies Festi de præcepto Ecclesiæ (qui etiam sunt registrati supra ver. Feriæ vbi adest litt. P.) & cap. 10. sunt descripti dies, qui seruantur ex deuotione. Pullaroli obtinuerunt de Anno 1471. die 8. Maij facultatem vendendi in diebus festiuis, videlicet alter eorum, vt in 3. registr. Canc. Comm. A pag. 35. A

## Adnotationes.

1 De Iure communi necessitate † vrgente possunt Coloni culturæ agrorum incumbere etiam diebus festiuis. *l.* 3. *C. de fer. cap. licet, vbi Abb. eod. tit. Caroce. de locat.*

*de locat. quaest. 4. num. 2.*

1 A De permissa venditione rerum † necessariarum ad vitæ sustentationem diebus festis, maximè fauore aduenarum, ad declarationem Constitutionis Synodalis vide decisiones in *Vlixbonen. Tabernariorum 5. Maij 1611. & 28. Maij 1612. coram Penia*, quæ sunt impressæ *post cons. Farinacc. lib. 2. decis. 327. & decis. 360. & in eadem 1. Iulij 1615. coram bo. mem. Vbaldo*, quæ est *decis. 757. par. 2. recent. per Farinacc.*

# FIDEICOMMISSVM.

*SVMMARIA.*

*Fideicommisso non censetur renunciatum per diuisionem etiam cum clausulis prægnantissimis, nisi specialis, & expressa renunciatio interueniat in princ. & Adnot. num. 2.*

*Positi in conditione censentur vocati vers. Filij. & Adnot. num. 3.*

PEr clausulas etiam prægnantissimas in instrumentis diuisionum appositas, non censetur renunciatum fideicommisso inter diuidentes, nisi ipsi specialiter, & expressis verbis renunciaue-
A rint Constit. Comit. par. 2. rubr. 17. pag. 101. A Filij in conditione positi tacitè censentur vocati
B ad fideicommissum ibidem. B

## Adnotationes.

1 Ad materiam fideicommissariam † vide *Odd. in tract. de Compend. & in tract. de Fideicom. per alien. prohibit. induecen. ac restitud. per diuis. Peregr. in tract. de Fideic. & Fusar. in tract. de Substit.*

2 A Renunciatum quando censeatur † fideicommisso per diuisionem vide *Fusar. d. tract. de substit. quaest. 393. & ex nostris Tarrett. cons. 65. lib. 1. Honded. cons. 33. lib. 1. & Odd. latissimè in d. tract. in repetit. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. pag. 445. & seqq.*

3 B Positi in conditione censentur vocati † etiam in Statuto Vrbis *lib. 1. cap. 124.* & vide *ibi Galganett.* & ad materiam huius articuli vide etiam *tract. Ios. de Rustic. an, & quando liberi in condit. posi. voc. & Fusar. quaest. 437. & seqq.*

# FIDEIVSSIO.

*SVMMARIA.*

*Fideiussor potest petere conseruationem indemnitatis, & quoad liquidationem damni statur iuramento ipsius in princ. vbi etiam de variatione executionis, & venditione bonorum, & vide Adnot. num. 2.*

*Fideiussor potest petere liberationem à fideiussione, & quando vers. Potest etiam. & Adnot. num. 3.*

*Fideiussor potest conueniri ante principalem debitorem vers. Conuenire. & vide Adnot. num. 4.*

*Carceratus quando sit relaxandus sub fideiussoribus vers. Relaxandus. vbi quis possit fideiubere pro imputatis de maleficio, & Adnot. num. 5. & seq.*

*Licentia recedendi de Palatio non datur in scriptis vers. Quando. & Adnot. num. 7.*

*Recedens à domo pro carcere assignata, & rediens an teneatur soluere pœnam Adnot. num. 8.*

*Cautiones de se repræsentando quantum durent in fine, & de illa vide Adnot. num. 9.*

OBligatus pro alio potest petere conseruationem indemnitatis, & quo ad liquidationem interesse, & damni statur iuramento ipsius, inspecta tamen, & considerata per Iudicem qualitate rerum, causæ, & personarum Stat. rubr. 16. lib. 2. pag. 7. & de variatione executionis, & venditione bonorum pro conseruatione indemnitatis vide rubr. 29. §. & capta. vers. & hoc etiam lib. 2. pag. 19. col. 4. In obligato pro Vniuersitate vide rubr. 17. d. lib. 2. pag. 7. & in obligato
A pro Clerico rubr. seq. pag. 8. A Potest etiam petere liberationem quamuis diu non steterit in obligatione facta prius liquidatione, & probatione quanti eius intersit non esse amplius obligatum, & facta denunciatione super liberatione Stat. d. rubr. 16. vers. & quæ dicta sunt. pag. 7. col. 3. & in vers. subseq. incipit Et prædicta. Limitatur in illo, qui se obligauit pro alio ad defensionem rei alienatæ, qui quousque lis mota non fuerit, vel postquam mota fuerit, si alienator, vel eius hæres susceperit in se iudicium, & illud prosecutus fuerit, non potest petere conseruationem, nec liberationem quamuis in instrumento conseruationis indemnitatis fuerit promissum ad petitionem, & terminum fideiusso-
B ris illum liberare, & indemnem conseruare. B Conuenire principalem debitorem, vel fideiussorem est in electione creditoris, vbi obligatio est cum rogitu Notarij d. rubr. 16. §. fin. lib. 2. pag.
C 7. col. 4. C Relaxandus quando sit carceratus daris fideiussoribus Stat. rubr. 51. lib. 3. pag. 25. Qui autem non possint fideiubere pro imputa-
D tis de maleficio vide rubr. 34. lib. 3. pag. 21. D Quando quis præstitisset cautionem, seu fideiussionem in Curia Criminali de non recedendo de Palatio sine expressa licentia in scriptis, quod semper fuerit data huiusmodi licentia recedendi verbo, & annuentibus oculis, & nunquam obseruatum, quod fuerit data in scriptis, est fides Collegij Dominorum Causidicorum sub die 27.
E Februarij 1598. E Cautiones de se repræsentando non durare nisi durante Guberniô, declarauit Reuerendissimus D. Bolsius Gubernator, vt in
F 7. regist. Canc. Comm. pag. 32. F Sed vide quæ dicam de Cautione de non offendendo in ver. Pax. Vide supra ver. Cautio. pag. 56. & infra ver. Satisdatio.

Adnotationes

## Adnotationes.

1 De fideiussoribus sunt † *tract. nouiss. Antonij Henrigij Hispani, & Pyrri Mauri Arretini.*
A. Vide de conseruatione fideiussoris, & repeti-
2 tione soluti † *Pyrr. Maur. d. tract. de fideiuss. par. 2. sect. 4. cap. 38. & seq. pag. 267. & seqq.* & quo ad vsuras, seu quid aliud indebitum solutum *Hond. cons. 17. lib. 2.* & quando agere possit pro conseruatione suæ indemnitatis *D. Cenc. de Censib. par. 2. cap. 2. quæst. 3. art. 3. pag. 163.*
3 B De iure communi non potest † fideiussor petere se liberari nisi diù steterit in fideiussione. *l. Lucius la 1. ff. mandati. Alphan. collect. 1897. Gabr. de fideiuss. concl. 1.* vbi limitat nisi adesset consuetudo, vel Statutum, vt *limit. 36. num. 109. & vide Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 413. & D. Cenc. in tract. de Censib. d. par. 2. cap. 2. quæst. 3. art. 4. pag. 165. & in addit. pag. 66.*
4 C Fideiussor attento iure communi † non potest conueniri nisi excusso principali debitore. *Auth. præsente. C. de fideiuss. Gabr. de fideiuss. concl. 1. Mantic. de tac. & ambig. conu. lib. 16. tit. 16. & seqq.* sed stante Statuto aliud dicendum est *Maur. d. tract par. 2. sect. 6. cap. 3. num. 207. pag. 361.* & in Statuto Vrbis *Rota apud Zacch. ad Galles. decis. 143. in fin.*
D Quando carceratus debeat, & possit relaxari
5 sub fideiussoribus † de iure communi vide *Gomes. var. resolut. tom. 3. cap. 9. num. 8. Farinacc. de Carcer. &*
6 *Carcerat. quæst. 33.* & quod non sit † relaxandus condemnatus *Caball. resolut. crim. cent. 3. cas. 221.*
7 E De huiusmodi licentia † non data in scriptis vide *Giouagn. cons. 58. lib. 1.* In eo, qui recessit à domo
8 pro † carcere assignata sub pœna cum fideiussore, & rediit vide *Ambrosin. decis. Perus. 49. par. 2. & Giurb. cons. crim. 34.*
9 F De cautione de se repræsentando † vide *Maur. d. tract. de fideiuss. par. 1. sect. 2. cap. 3. pag. 43. Eug. cons. 67. & cons. 68. lib. 1. Hond. cons. 111. lib. 1. & Giurb. cons. crim. 35. per tot.*

# FIDES.

### SVMMARIA.

*Fides non possunt produci, nec admittuntur productæ in princ. vbi secus in probatione styli, & in fide Parochi ad probandum matrimonium, natiuitatem, vel mortem, & vide Adnot. num. 1. & seqq.*

Fides alicuius facti subscriptę à quibusuis personis non possunt produci, & productæ non debent admitti Comit. Constit. par. 1. rubr. 8. pag. 10. vbi limitatur in probatione styli Notariorum, Causidicorum, aut Mercatorum. Admittuntur etiam fides Parochorum, & Sacristarum ad probandum matrimonium, natiuitatem, vel mortem alicuius personæ ex eadem Constit. in fine.

## Adnotationes.

1 Fides non facit fidem, † nec de iure cōmuni etiam si esset fides Cardinalis firmata iuramēto coram Notario, & testibus. *Rota coram Ludouis. decis. 214. num.*
2 *2. & Beltram. ibi in Adnot.* vbi limitat † in fide verisimili, & adminiculis suffulta, & in fide facta ab aliquo Officiali super re, & actu spectante ad eius offi-
3 cium. In fidē Collegij, † quod probet *Hond. cons. 53. num. 11. lib. 1.* & dixi ver. *Causidicus pag. 56. num. 8.* vbi plures citaui decisiones, in quibus Rota detulit fidei Collegij Causidicorum, prout detulit attestationi plurium Aduocatorum super obseruantia Statuti *in Perusina Reintegrationis 29. Maij 1626. coram bo. me. Buratto,* quæ est in fine, *decis. 66. num 17.*
4 & vide quæ in fide subscripta † à Cancellario cum sigillo Communitatis tradit *Amat. decis. March. 95. præsertim num. 13. & 14.*

# FILIVS.

### SVMMARIA.

*Filiusfamilias non obligatur validè absque consensu patris in princ. vbi limitatur, & Adnotat. num. 1. & seqq. vbi an valeat fideiussio pro patre.*
*Filius offendens parentes punitur, vt in vers. Offendens.*
*Filius carcerari debet, & in Carceribus detineri ad petitionem parentis vers. Carcerari. & Adnot num. 5.*
*Filij vbicumque nati ex Ciuibus, & Comitatensibus non habentur pro forensibus vers. Filij. & Adnotat. num. 6.*
*Statutum loquens de minoribus, comprahendit etiam Filiumfamiliam minorem Adnot. num. 4.*

COnfessio, vel instrumentum, vel alia scriptura obligatoria facta à Filiofamilias, cuiuscumque ætatis existat, sine consensu Patris non tenet, nec valet ipso iure, nisi Pater esset mentecaptus, seu furiosus, qui consentire non posset, & Filiusfamilias gereret negocia tamquam Paterfamilias, quia tunc valeret contractus Stat. rubr. 29. §. item dicimus. lib. 2. pag. 18. col. 3. in princ. Quod procedit licet Filiusfamilias in contractu asseruerit se esse emancipatum, vel hominem sui iuris, nisi creditor hoc probet per publicum instrumentum Stat. d. loco vers. & non obstante. Nisi Filiusfamilias contraxerit cum licentia Patris, vel nisi esset mercator, vel negociator, vel aliquam artem exerceret, vel operaretur, quia potest contrahere, & se obligare in pertinentibus ad dictum exercitium, nisi bonis ei esset interdictum, immo vbi Filius habitaret in eadem domo, & ad vnam mensam viueret cum Patre; iste compellitur pro filio respondere, soluere, & satisfacere cum effectu vsque ad quantitatem legitimæ filio debitæ Statut. d. loco vers. & si talis Filiusfamilias, vbi limitatur quando Pater contradixerit, vel ignorauerit.

Quod

Quod non obligetur Filiusfamilias pro rebus habitis à mercatoribus absque expresso ordine Patris, cauetur in Comit. Constit. par. 2. rubr. 13. cap. 2. vers. quæ omnia, pag. 82. Obligatur Filiusfamilia validè fauore Ciuitatis Stat. rubr. 95. lib. 4. pag. 27. & vbi dedisset malum consilium Dominis Prioribus, vel Officialibus Ciuitatis Stat. rubr. 75. lib. 1. pag. 33. Accusari, & condemnari potest absque consensu Patris Stat. rubr. 54. in
A princ. lib. 3. pag. 26. A Offendens Patrem, vel aliquem ex ascendentibus, qua pœna puniatur, vide Stat. rubr. 128. & rubr. 129. lib. 3. pag. 46. Carcerari debet, & in Carceribus detineri ad petitionem Parentis, bonæ famæ, vt emēdetur Stat.
B d. rubr. 128. in fin. lib. 3. B Filij Ciuium, & Comitatensium vbicumque nati, habitantes in Ciuitate, Suburbijs, vel Comitatu, etiam illegitimi, non habentur pro forensibus Stat. rubr. 120. §. præ-
C terea. lib. 3. pag. 43. col. 3. C De Filijs illegitimis dixi supra ver. Bastardus pag. 33. De filia exclusa à Statuto dictum fuit supra ver. Fœmina. Ad materiam vide etiam infra ver. Pater.

## Adnotationes.

1 A Super simili Statuto † de contractibus filiorum familias vide latissimè *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 416.* & vide *Paschal. de Virib. patr. potest. par. 1. cap. 6.* Super hoc eodem Statuto nostro vide *Hond cons. 29. num. 24. & seqq. lib. 2. & Rotam coram Ludouis. decis. 391. num. 3 & 4.* vbi quod non compræhendit do-
2 nationem, † præsertim bonorum, in quibus Pater non habet vsumfructum, nec contractus iuratos. Pro nul-
3 litate fideiussionis factæ à Filiof. milias pro Patre † vide deciſiones *in Perusina Fideiussionis 26. Nouembris 1611. & 2. Aprilis 1612. coram Eminentiss.mo Cardinali Pamphilio*, quæ sunt in fine, *decis. 21. & 22.*
4 & in hac *num. 2. & seqq.* firmatur, quod † Statutum loquens de minoribus, compræhendit etiam Filiumfamilias minorem, quam decisionem sequuta fuit Rota *in Ciuitatis Castelli Pecuniaria 15. Maij 1621. coram Remboldo*, quæ est in calce, *decis. 78. num. 6.*
5 B Idem de iure † communi. *l. 3. C. de patr. potest.* & vide *Paschal. de Virib. patr. potest. par. 3. cap. 4.*
6 C Quod Filius dicatur Ciuis † eius Ciuitatis vnde originem duxit Pater, quamuis alibi sit natus, firmat post alios *Menoch. de præsumpt. lib. 6. præs. 30. num. 16.*

# FISCVS FISCALIS.

*SVMMARIA.*

*Procurator Fiscalis deputatur in Ciuitate Perusiæ à Fiscali maiori in princ.*
*Idem non potest imperare executiones in fin.*
*Emens à Fisco habet beneficium nè possit molestari post quadriennium Adnot. num. 2.*

DEputari debet Procurator Fiscalis Ciuitatis Perusiæ à Fiscali maiori Vrbis, vt in Breue Clem. VII. in 5. reg. Canc. Comm. pag. 129. vbi multa de officio, auctoritate, & salario eiusdem Fiscalis, de quo etiam vide Bullam Pij IV. in Bullar. nou. tom. 2. const. 58. §. 38. & seqq. pag. 82. Fiscalis non potest imperare executiones contra aliquem Const. Card. Vrbini cap. 6.

## Adnotationes.

1 De Fisco, & eius priuilegijs † vide *Peregr. in tract. de iur. Fisci*, & priuilegia illius refert *Farinace. in fragm. Crim. lit. F. num. 149. & seqq.* Emens à Fi-
2 sco quando gaudeat beneficio † *l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscr.* vt non possit molestari post quadriennium vide *Honded. cons. 67. num. 27. & seq. lib. 1. & cons. 38. num. 41. & seqq. & num. 51. & seqq. lib. 2. Rot. decis. 479. num. 5. par. 1. recent.* & an dicta lex procedat in iuribus dotalibus *Odd. cons. 99.*

# FLVMEN.

*SVMMARIA.*

*Flumen vbi nocet viæ publicæ, vel priuatæ personæ quomodo prouideatur in princ.*
*Tresa Flumen nè in Lacu Trasimeno recipiatur vers. Flumen.*

SI Flumen noceret viæ publicæ, vel priuatæ personæ quomodo prouideatur Stat. lib. 4. rubr. 27. pag. 10. & vide etiam rubr. 85. pag. 24. col. 4. Flumen Tresa nè fluat in Lacum Trasimenum, sed per alueum antiquum, est Bulla Sixti IV. sub die 4. Februarij 1482. in 4. reg. pag. 30. De lignaminibus impetu aquarum ablatis vide ver. Lignamina. Et ad materiam vide etiam ver. Molendinum.

## Adnotationes.

De Fluminibus vide aliqua per *Peregr. in tract. de iur. Fisc. lib. 8. num. 44. & seqq.* & de Flumine, seu Palude Clanarum vide *Bero. cons. 140. lib. 3.* & de Flumine Nestoris, & Cainæ pariter Agri Perusini loquitur *Bald. cons. 463. lib. 4.*

# FONS.

*SVMMARIA.*

*Fons vnus, Puteus, vel Cisterna debet esse in quolibet Castro, vel Villa in princ. vbi quod concurrent ad sumptus Ciues possidentes bona in loco.*
*Fontes destruens, aut immunditias in eos proijciens punitur vers. Proijciens.*
*Fons Platea quando constructa, & alia ad eum spectantia vers. De Fonte Platea.*

Vnus

VNus Fons, Puteus, vel Cisterna debet esse in quolibet Castro, vel Villa Stat. rubr. 83. lib. 4. pag. 24. & in addit. ibi cauetur, quod Ciues possidentes bona in loco ad sumptum concurrere debent. Proijciens immunditias in Fontes, seu illos destruens, aut extrahens aquam ex loco antiquo punitur Stat. rubr. 163. & seqq. lib. 3. pag. 53. De Piscibus Fontium dicam ver. Pisces.

De Fonte Plateæ, & eius Aquæductu receptaculis, vulgo Conseruis, & venis vide Stat. rubr. 1. lib. 4. Concha Ænea Fontis prædicti fuit facta de Anno 1277. vt in eadem Concha legitur. In hoc opere fuit impensa summa florenorum aureorum centum sexaginta millium, vt habetur in d. rubr. 1. lib. 4. post princ. Murum Aquæductus dictæ Fontis lædens, aut lapidem, vel aliquid aliud auferens punitur Stat. rubr. 57. §. item quod nullus. d. lib. 4. pag. 17. Pro manutentione, & conseruatione dicti Aquæductus, & Fontis Pius IV. restituit annuam prouisionem scutorum centum duodecim cum dimidio, vt in eius Breui in 7. regist. Canc. Comm. pag. 11. De Officiali dictæ Fontis vide d. rubr. 1. lib. 4. cum addit. vbi in fine habetur, quod debet sindicari per Dominos Priores, seu Deputandos ab eis, debetque esse Perusinus, vt dispsoſuit Paulus III. in eius Breui in 6. regist. Canc. Comm. pag. 72. Domini Priores semel durante eorum officio debent accedere personaliter ad videndum receptacula, venas, & dictum Aquæductum, & curare illius manutentionem, & conseruationem d. rubr. 1. lib. 4. in addit. §. item addentes. pag. 3. col. 4. Fontis prædicti, illiusque Aquæductus instaurationem Paulus II. demandauit D. Gubernatori, D. Thesaurario, ac Dominis Prioribus, vt in eius Breue sub die 20. Iulij 1469. in 3. reg. pag. 36.

## Adnotationes.

Dixi aliqua in ver. Aqua, & alia scribit *Cepoll. de seru. rust. præd. cap.* 40.

# FOCVLARE.

### SVMMARIA.

*Foculare pro quibus bonis soluatur in tex. est onus reale, quod transit ad quemcumque possessorem Adnot. num.* 1.

*Venditor tenetur ad interesse vbi non manifestauit onus hoc num.* 2. *vbi an possit emptor rescindere emptionem.*

OMnia bona Territorij Perusini sunt tributaria Stat. rubr. 69. §. ordinamus. lib. 2. pag. 35. col. 4. & dixi de solutione Focularis libræ in ver. Catastrum cap. 5. & infra.

## Adnotationes.

1 Onus hoc est reale † *l. fin. C. sine censu vel reliq. Ias. cons.* 83. *num.* 2. *lib.* 3. *Dec. cons.* 694. *num.* 10. & transit ad quemcumque possessorem. *Alex. cons.* 31. *num.* 6. *lib.* 5. *Soc. sen. cons.* 243. *sub num.* 1. *vers. quo verò ad Collectas. lib.* 2. ita vt possessor teneatur non tantum pro terminis futuris, sed etiam pro præteritis. *Soc. cons.* 119. *num.* 4. *vers.* 10. *Roman. cons.* 73. *n.* 5. & vide *Bero. cons.* 150. *& cons.* 151. *lib.* 3. Si vendi-
2 tor † non manifestasset emptori rem esse obligatam pro oneribus Communis, tenetur ad interesse quanto minoris. *Aret. cons.* 105. *num.* 2. & vide ver. Catastrum cap. 5. an autem emptor possit recedere à contractu vide *Cyriac. contr. forens. tom.* 2. *contr.* 373. *n.* 1. *& seqq.*

# FORENSIS, seu Exterus.

### SVMMARIA.

*Forenses venientes ad habitandum sunt exempti ab aliquibus oneribus in princ. vbi etiam de conducentibus Victualia.*

*Forenses exercentes aliquas artes tenentur soluere Dobanam vers. Venientes. & Adnot. num.* 7.

*Forenses non habentes apothecam non possunt vendere ad minutum vers. Non habentes. vbi de quibusdam artificibus Forensibus quod non possint exercere, nec apothecam aperire.*

*Offendens Forensem litigantem in Curia Perusina punitur vers. Possunt. vbi de Forensi offendente Perusinum.*

*Arma Forensibus transeuntibus licet deferre vers. Arma.*

*Iudicem quem adire debeant Forenses vers. Quem Iudicem.*

*Compromissum facere cogitur Forensis vers. Potest.*

*Forensis tenetur idoneè satisdare de Iudicio sisti, & iudicatum soluendo vers. Agere volens.*

*Ius eodem modo redditur Forensibus, & eo modo tractantur illis a Iudicibus Perusia, quo redditur ibi, & tractantur ipsi Perusini in locis Forensium vers. Eodem modo. & Adnot. num.* 8.

*Cessio iurium à Forense non potest recipi contra Ciuem per alium Ciuem vers. Cessio iurium.*

*Citari quomodo debeat debitor Forensis vers. Citari. & Adnot. num.* 9.

*Pax potest fieri per Sindicum Ciuitatis, si Forensis offensus à Ciuitate recessisset vers. Offensus.*

*Ciues Perusini creditores decoctoris præferuntur creditoribus Forensibus vers. Ciues Perusini. & Adnot. num.* 10. *& seq.*

*Forensis non allibratus, & qui non habitauerit per viginti annos non potest habere officium publicum, vel illud exercere vers. Nullus Forensis.*

*Forensis quis dicatur Adnot. num.* 1.

*Statutum an, & quando liget Forenses, & eorum* bona

*bona Adnot. num. 2.*
*Forensis tenetur seruare Statutum loci contractus Adnot. num. 3.*
*Nec sunt necessaria solemnitates requisitæ à Statuto loci originis vbi contractus alibi celebratur num. 4.*
*Statutum an, & quando suffragetur Forensi Adnotat. num. 5, vbi de diuersis Statutis.*
*Collecta an possit imponi Forensibus Adnot. num. 7.*
*Statutum per quod fit deterior conditio Forensium, quam Ciuium valet, & non est iniquum Adnotat. num. 11.*

FOrenses, seu Exteri venientes ad habitandum in Ciuitate, vel Comitatu, & exercendum opera manualia gaudent aliquibus exemptionibus Statut. rubr. 582. §. & quod Forenses. lib. 1. pag. 126. & rubr. 56. §. statuimus insuper. lib. 2. pag. 28. col. 1. vbi etiam quod non possint conueniri pro debito per eos alibi contracto. De immunitate Forensium si venirent ad Ciuitatem tempore nundinarum sub Festum omnium Sanctorum vide Stat. rubr. 80. lib. 4. pag. 23. & dicam ver. Nundinæ. Quomodo habitantes familiariter in Ciuitate Perusiæ possint tamquam suspecti de fuga capi vide ver. Suspectus de fuga. Si habitassent in Ciuitate per mensem, vel ad illam frumentum asportassent non possunt capi pro repræsalijs, vel alijs licentijs Stat. rubr. 174. lib. 1. pag. 58. Et quod isti conducentes victualia non possint carcerari pro debito ciuili, cauetur in Constit. Card. Vrbini cap. 43. in 2. addit. & dixi etiam ver. Annona vers. Comportantes.
A pag. 13. vbi an teneantur soluere Gabbellam: [A] Venientes ad exercendam artem in Ciuitate Perusiæ non possunt molestari per Camerarios occasione dictæ Artis, ita decreuit Legatus die 14. Octobris 1432. in 1. registr. pag. 61. sed in Apostill. ibidem factis notatur ter hoc fuisse reuocatum. Quod autem teneantur soluere Dohanam Camerario Artis, est lex, & Edictum confirmatorum sub die 25. Februarij 1474. in 3. reg. pag. 78. licet Lombardi die 20. Februarij 1476. fuerint liberati à solutione Dohanæ Camerario Artis Petræ, & Lignaminum, cum onere tamen soluendi certam annuam responsionem pro Sacello fabricando, vt in 3. regist. pag. 87. & vide in ver. Collegia Artium pag. 71. vers. Artifices non iu-
B rati. [B] Non habentes apothecam in Ciuitate, vel Comitatu non possunt vendere ad minutum quasdam merces nisi per tres dies Stat. rubr. 140. lib. 4. pag. 40. & idem habetur in lege lata per Dominos Priores, & Camerarios, & confirmata die 25. Februarij 1474. in 3. regist. pag. 78. & in Matricula Artis Merciariorum pag. 29. & 39. Imo quod Artifices Forenses, seu exteri nempe Sartores, Sutores, Cerdones non possint exercere in Ciuitate Perusiæ, nec apothecam aperire, est Bulla Leonis X. sub die 10. Iunij 1520. in 5. regist. pag. 80. Possunt securè litigare in Curia Perusina pro consequendo credito, & si offenderentur punitur offendens tamquam si offendisset Ciuem originarium Stat. rubr. 145. in fin. lib. 3. pag. 50. Quomodo autem puniatur offendens Ciuem dixi ver. Ciuis pag. 61. vers. si quis. Sed si versa vice Forenses offenderent Ciuem Perusinum, vel Comitatensem, qua poena puniantur vide Stat. rubr. 120. lib. 3. pag. 43. Et de Forense offendente Forensem vide rubr. 73. lib. 3. pag. 32. Et in Forense, qui vim intulit in personam, seu res vide rubr. 52. lib. 3. pag. 25. Arma Forensibus transeuntibus licet deferre dixi ver. Arma pag. 26. Quem Iudicem adire debeant Forenses agere volentes in hac Ciuitate dicam infra ver. Forum. Potest cogi Forensis ad faciẽdum compromissum iudiciale, iuxta formam Statutorum, vt supra ver. Compromissum. cap. 1. Agere volens tenetur idoneè satisdare de iudicio sisti, & iudicatum soluendo tam in causa conuentionis, quam reconuentionis, & tam pro sorte principali, quam pro expensis, damnis, & interesse, ac pro poena statutaria Stat. rubr. 13. lib. 2. pag. 6. & dicam ver. Satisdatio. Eo modo redditur Forensibus ius in foro seculari Ciuitatis Perusiæ, & eo modo tractantur à Iudicibus, & Officialibus Perusinis Forenses, quo redditur ius, & tractantur ipsi Perusini in locis Forensium Stat.
C rubr. 6. lib. 2. pag. 4. [C] Cessio iurium à Forense non potest recipi contra Ciuem per alium Ciuem sub poena Stat. rubr. 145. lib. 3. pag. 50. sed vide rubr. 4. lib. 2. pag. 4. vbi cauetur quod habens cessionem à Forense non audiatur nisi promittat, & satisdet ei contra quem ius cessum habet, quod Forensis stabit iuri in hac curia ad fauorem eius contra quem ius cessum habet in causa reconuẽtionis, & pro expensis. Citari quomodo debeat debitor Forensis vide Statut. rubr. 171. in addit. lib. 1. pag. 57. confirmatum in sequenti rubr. 172. pariter in addit. pag. 58. quod Statutum circa modum citandi Forenses absentes extra Prouinciam fuisse, & esse vsu receptum, testati fuerunt Domini Causidici sub die 24. Maij 1632. Quid autem seruandum sit vbi Forenses carcerari aliquem fecerunt, & postea se absentarunt vide Constit. Comit. par. 1. rubr. 2. cap. 7. pag. 6. & de modo citandi in Criminalibus, &
D damnis datis vide Stat. rubr. 57. lib. 3. pag. 27. [D] Offensus Forensis si ex Ciuitate recessisset pax potest fieri per Sindicum Ciuitatis Stat. rubr. 60. §. fin. lib. 3. pag. 28. Ciues Perusini creditores decoctoris præferuntur creditoribus Forensibus in bonis huiusmodi decoctoris in Ciuitate, vel districtu Perusiæ, siue habeant hypothecam,
E siue non Statut. rubr. 74. in fin. lib. 2. pag. 37. [E] Nullus Forensis, qui non fuerit allibratus, & non

habitauerit

habitauerit postquam fuerit allibratus per viginti annos quibusdam exceptis potest habere officium publicum, vel illud exercere Stat. rubr. 137. lib. 1. pag. 48. Quando efficiantur Ciues dixi supra ver. Ciuis pag. 60.

## Adnotationes.

1 Forensis quis dicatur † vide *Dec. cons. 550. num. 8. & Eugen. cons. 18. num. 63. & seqq. lib. 1. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 44. num. 3. & seqq. & cap. 311. num. 6. & seqq. par. 1. & cap. 438. num. 1. par. 2.* Statutum an, & quando liget Forenses, & eorum
2 bona † vide *Carpan. ad Stat. Mediol.* præsertim *cap. 180. par. 2. Alderan. Mascard. de gener. Stat. interpret. concl. 6. Odd. cons. 58. num. 26. & Honded. cons.*
3 *10. lib. 2.* Quod teneatur Forensis seruare † Statutum loci contractus in respicientibus formam, & solemnitatem actus dixit pluries Rota, & in specie *in Perusina Executionis 17. Nouembris 1597. coram Penia*, quæ est in fine, *decis. 42. num. 6. & seqq. & in Perusina Donationis de Ansideis 21. Iunij 1613. coram Cardinali Caualerio*, quæ pariter est in fine, *decis. 50.*
4 Nec sunt necessariæ † solemnitates requisitæ à Statuto loci originis vbi contractus alibi celebratur, vt dixit *Rota in Perusina Terrarum 10. Decembris 1612. coram Eminentissimo Cardinali Pamphilio*, quæ est in calce, *decis. 55. num. 6. & seqq.* & vide quæ scribit *Mascard. d. loco concl. 7.* Statutum an, & quando
5 suffragetur † Forensi vide *Rota in Perusina Bonorum 16. Martij 1592. coram Penia*, quæ est in fine, *decis. 56. num. 7. & num. 15. cum seqq.* Et in Statuto de successionibus *in Perusina Bonorum de Balleonibus 8. & 13. Iunij 1590. coram bo. me. Comitulo*, quæ est in fine, *decis. 7.* Et in Statuto exclusiuo fœminarum pro negatiua vide *in Perusina Successionis 13. Martij 1617. coram Eminentissimo Cardinali Verospio*, quæ est in fine, *decis. 47. num. 3. & seqq. & in Narnien. Successionis 22. Maij 1628. coram R. P. D. Merlino in fin. decis. 99. & prius in Recanaten. Hæreditatis 10. Martij 1623. coram eodem Cardinali Verospio*, quæ est in calce, *decis. 105. num. 5. & 6.* Et in Statuto concedente executionem instrumentis, & prohibente appellationem à sententijs vide *Honded. cons. 29. lib. 2.*

6 A Habitare quis dicatur † in aliquo loco dicam ver. Habitatio.

7 B De Dohana † soluenda per Forenses Camerarijs Artium vide *Ioseph. Ludou. decis. Perus. 98.* Collecta autem an possit imponi Forensibus vide *Non. cons. 45. Thes. decis. 257. Cost. de Rat. rat. quæst. 203. n. 7. & seq.*

8 C Vide quæ super simili Statuto † Mediolani scribit *Carpan. cap. 179. lib. 2.* & super Statuto Bononiæ dixit Rota *in Bononien. Dotis 7. Februarij 1620. coram Manzanedo*, quæ est in fine, *decis. 71. num. 8. & seqq.* & Mantuæ *Cirtac. contr. forens. tom. 2. contr. 291. num. 80. & contr. 292. num. 45. & seqq.*

9 D Quod huiusmodi Statutum † super modo citandi Forensem sit attendendum *Rota coram Seraph. decis. 564.* vbi supponitur Forenses in loco Statuti sortiri forum tum ratione rei, tum ratione contractus, alias secus esset *Seraph. decis. 1018. num. 6.* & vide etiam *Cephal. cons. 263. num. 30. lib. 3. & Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 3. num. 1.*

10 E Huiusmodi Statutum preferens † Ciuem forensi tamquam correctorium non debet extendi *iuxta not. in Auth. quas actiones. vbi Ias. num. 17. C. de Sacros. Eccl.* ita Rota respondit *in Romana Discussionis de Magonibus 26. Ianuarij 1615. coram bo. me. Vbaldo à vers. Verum neque ex statuto.* Valet tamen, & non
11 est iniquum Statutum † per quod fit deterior conditio forensium, quam Ciuium. *Curt. Iun. cons. 129. num. 10. Crau. cons. 201. num. 14. & 15. Menoch. cons. 1060. num. 102. lib. 11.* Sed considera quod nostrum Statutum loquitur in bonis decoctoris, & vide *Dec. cons. 38. in 4. dubio.*

# FORVM.

### *SVMMARIA.*

*Actor quem Iudicem adire debeat in causis ciuilibus in princ. vbi etiam de Forense, & Adnot. num. 2. & seqq.*
*Clerici quem Iudicem adire debeant vers. Clerici, & Adnot. num. 8.*
*Causæ quædam spectant ad forum Ecclesiasticum vers. Causæ matrimoniales. & Adnot. num. 13.*
*Meretricum causæ vbi cognoscenda vers. Meretricum.*
*Actores non possunt vocare Ciues, vel Comitatenses ad aliam Curiam, quàm secularem Perusinam vers. Actores. & Adnot. num. 14. & seq.*
*Perusiæ Ciuitas diuiditur in quinque Regiones, quæ dicuntur Portæ Adnot num. 1.*
*Actor de Iure communi sequitur forum Rei Adnotat. num. 2. & seqq.*
*Iudicem incompetentem adiens cadit ab omni iure Adnot. num. 5. & seqq.*
*Clericus non potest conueniri nisi coram Iudice Ecclesiastico Adnot. num. 9.*
*Etiam vbi est nominatus ab operario accusato in foro seculari num. 10.*
*Fallit in quibusdam causis relatis num. 11.*
*Si non opposuit de Clericatu an acta probent in Curia Episcopali num. 12.*

A IN causis ciuilibus Actor debet adire Iudicem suæ Portæ, A videlicet illius Portæ, sub qua ipse, vel pater reperireretur allibratus, si verò non fuisset allibratus, Iudicem illius Portæ in qua familiariter habitaret, sed si agens esset forensis non allibratus, nec habitans, tunc tenetur, & debet adire Iudicem competentem rei conuenti. Si verò ambo essent forenses non allibrati, nec habitantes in Ciuitate, tunc est in electione agentis quem Iudicem habere malit Stat. rubr. 2. in princ. lib. 2. fol. 2. Si tamen Actores essent diuersarum Portarum, tunc debent adire Potestatem ex lege condita de Anno 1535. in vlt. trim. manu Bartholomæi Raynaldi Notarij, quæ fuit deinde per Cardinalem Grimanum Legatum confirmata sub 5. Id. Februarij 1536. in 6. reg. Canc. Comm. fol. 38. Prædicta non habent locum in

conductoribus Communantiarum Ciuitatis, nam
pro exigendis eorum creditis debent adire Iudi-
cem pro Porta S. Petri, licet ipsi fuissent de alijs
Portis Stat. rubr. 189. lib. 1. fol. 65. Nec in cau-
sis insinuationum. Testamentorum. &c. nam pro
illis insinuandis debet adiri idem Auditor pro
Porta S. Petri Stat. rubr. 1. §. & dictus Iudex. lib.
B 1. fol. 3. & vide ver. Insinuatio. [B]

Clerici, Religiosi, locaque Pia in causis etiam
prophanis solent conuenire laicos in Curia Epi-
scopali, & processus ibidem facti, & sententiæ
latæ valent, & tenent ex obseruantia, & consue-
tudine, de qua testati fuerunt Domini mei Cau-
sidici in fide sub die vltima Septembris 1594. &
deinde hoc fuit declaratum per literas Cardina-
lis Aldobrandini sub die 23. Februarij 1596. in
quibus firmatur consuetudo conueniendi laicos
in Curia Ecclesiastica ad fauorem Ecclesiastica-
rum personarum, quæ literæ sunt registratæ in
C registr. liter. dictæ Curiæ fol. 21. [C] Huiusmodi
personæ debent renunciare eorum priuilegio ex-
emptionis si quod haberent, & consentire, vt
possint conueniri à secularibus in Curia Episco-
pali, non obstante priuilegio, alias ipsi non
possunt molestare seculares in Curia seculari ex
Stat. rubr. 130. §. insuper cum multæ. lib. 3. fol.
47. & vide ver. Clericus. Causæ matrimonia-
les, vsurariæ, executionis testamentorum, & le-
gatorum ad pias causas, & spirituales, vel quasi
& beneficiales spectant ad forum Ecclesiasticum,
vt admittit Stat. d. rubr. 130. §. item quod No-
D tarius. lib. 3. fol. 47. [D] Meretricum quoque ca-
usas tam ciuiles, quam criminales cognosci in
dicta Curia Episcopali dixerunt ijdem Domini
Procuratores in supradicta fide vltima Septem-
bris 1594. licet deinde sub die 2. Decembris eius-
dem Anni aliam fidem fecerint, quod etiam cau-
sæ huiusmodi personarum cognoscuntur in Cu-
ria seculari.

Actores non possunt conuenire, nec vocare
aliquem Ciuem, vel Comitatensem ad aliam Cu-
riam, quam ad Curiam secularem Perusinam,
sub certa poena ex Stat. d. rubr. 130. lib. 3. fol. 46.
& latius de causis coram Iudicibus ordinarijs
cognoscendis est Stat. rubr. 144. lib. 4. fol. 42. &
confirmationes etiam Pontificias habes ibi, &
rubr. seq. & idem cauetur in condemnato con-
quærente in alia Curia, quam Perusina rubr. 131.
eod. lib. 3. fol. 47. Et si Vniuersitates, vel par-
ticulares personę compellerent aliquem nè veni-
ret ad Curiam Perusinam ad proponendum quæ-
rimoniam de quocumque grauamine puniuntur
E Stat. rubr. 149. d. lib. 3. fol. 50. [E] Vide aliqua in
ver. Causa.

## Adnotationes.

1 A Ciuitas Perusiæ diuiditur † in quinque Regio-
nes vulgo Rioni, quæ communiter dicuntur quinque
Portæ, à præcipuis eiusdem Vrbis Portis hæ sunt, Por-
ta S. Petri, Porta Solis, Porta S. Angeli, Porta S. Su-
sannæ, Porta Eburnea.

2 B Hoc Statutum est † correctorium Iuris commu-
nis, quo inspecto actor sequitur forum rei *l. Iuris or-
dinem. C. de Iurisd. omn. Iudic. l. in criminali. C. eod.*
& practicatur tantummodo in Causis Rotæ. De si-
3 mili Statuto Florentiæ † vide *Asin. in Prax. §. 29.
cap. vn. vbi num. 3. post Baldum in auth. hoc ita num.
3. vers. sed pone. C. de duob. reis.* præsupponit Statu-
tum Perusinum, quod reus sub sua Porta conueniatur,
& quærit si duo sint rei conueniendi ex eadem causa,
& non sint de eadem Porta, sed diuersis, an sub eo-
dem Iudice conueniri possint, & stante Statuto dicit,
quod non, & quod ita practicatur, licet secus sit at-
tento iure cômuni. Sed quia Statutum hoc nostrum
vult, quod actor adeat Iudicem suæ Portæ non in-
trat ista difficultas, & Baldus non præsupponit, quod
simile Statutum de reis sit Perusiæ, licet exemplificet
in Portis Perusię, & quod attento iure communi pos-
4 sit † actor omnes coram eodem Iudice vocare, tra-
dunt *Mynſ. obseruat. 4. cent. 1. Marcell. Cala de mo-
do articul. & prob. ¶. v. glos. 1. num. 58.* qui hoc de-
5 clarat. Si actor adiuit iudicem † incompetentem
spernendo Iudicem competentem cadit ab omni iure
*d. l. in criminali. & ibi Castr.* dat cautelam reo, *&
num. 4.* dicit, quod si reus non compareret actor non
incidit in dictam poenam. An actor possit poenitere,
6 & euitare poenam † vide *Felyn. in c. si diligenti de fo-
ro compet.* & ad materiam vide *Amat. decis. Marcb. 9.*
7 Vbi actor haberet duplex † forum est electio actoris
*Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 3. num. 9. & cap. 45.
num. 7.* De trahente aliquem sub diuersis Iudicibus
pro eadem re vide eundem *Carpan. cap 8.*

8 C Nisi extaret consuetudo † aliud dicendum esset
*cap. si Clericus laicum &c. cum sit generale de for. com-
pet. Lancell. instit. Canon. tit. de Iudic. §. quod si in-
ter Clericum. Paul. de Castro in l. 2. sub num. 1. C. de
Iurisd. omn. Iudic. Alex. cons. 103. ad fin. vol. 5. Luc.
Pet. in Prax. Capit. for lib. 1. cap. 6. num. 9.* Vide pro
limitationibus *Mar. Antonin. variar. resolut. lib. 1.
resolut. 48. Marcell. Cala vbi sup. præsertim num. 113.
& decisiones in causa Tudertina Damnorum datorum
24. Maij 1602. & 9. Decembris eiusdem Anni coram
Cardinali Lancellotto,* quæ sunt in fine, *decis. 74. &
9 decis. 75.* Ipsi autem Clerici † non possunt conueniri
nisi coram Iudice Ecclesiastico, de qua materia vide
*Ambrosin. de Immunit. Eccles. cap. 16. cum alijs seqq.
Eug. cons. 90. lib. 2.* vbi de obligato in forma Came-
ræ, & est Constit. Martini V. de qua *in nou. Bullar.
tom. 1. constit. 10. pag. 261.* vbi disponitur, quod Cle-
rici non possunt conueniri actione reali, mixta, per-
sonali, ciuili, vel criminali, etiam occasione submis-
sionis iuramento vallatæ, & directè, vel indirectè ad
forum laicalem trahi, sub poena amissionis iurium,
quæ fuit confirmata, vt ibi adnotatur. De operario,
10 qui nominauit † Clericum in conductorem, si sit ac-
cusatus in Curia seculari causa debet remitti ad Iudi-
cem Ecclesiasticum *Ambrosin. decis. Perus. 8.* In adi-
tionibus hæreditatum cum beneficio legis, & inuen-

tarij,

11 tarij, † & in causis insinuationum testamentorum, in quibus ex forma Statutorum est datus certus Iudex, potest Clericus coram eodem Iudice citari. *Dec. cons.* 700. *num.* 2. *Phanut. de Inuent. par.* 3. *num.* 24. *Crass. de success. lib.* 2. *art. Inuentarium. quæst.* 9. *num.* 7. *Mastrill. decis. Sicil.* 79. *num.* 4. & vide *Rot. decis.* 93. *num.* 6. *& seq. apud Zacch. ad Gallesi. de oblig. Ca-*
12 *mer.* Si fuisset actum† contra Clericum in foro seculari, & ipse non opposuisset de Clericatu an acta facta probent in Curia Episcopali vide *Valasc. consult.* 65. vbi quod non.
13 D Iudex secularis † est incapax Iurisdictionis spiritualis, & de remissione causæ ad Iudicem Ecclesiasticum. *Valasc. consult.* 159.
14 E Potest Superior secularis† præcipere subditis nè coram alio Iudice litigent. *Soc. in c. ex tenore. num.* 2. *de foro compet.* Statutum quod nemo trahat aliquem
15 extra Curiam Perusinam, † vt non includat trahentem ad Curiam Episcopalem, quia ista dicitur Curia Perusina scribit *Bal. in l.* 1. *§. huius studij in fine. ff. de iust. & iur. sequuntur alij per Surd. decis.* 129 *num.* 7.

# FOSSA, SEV FORMA.

### SVMMARIA.

*Fossa, seu Forma non potest fieri per duos pedes propè bona alterius in princ.*
*Formæ quædam emundandæ, & conseruandæ vers. De quibusdam Formis.*
*Formæ Comitatus debent fodi, & conseruari per Colonos vers. Quod formæ. & Adnot. num.* 2.
*Non possunt fieri pœnes muros Ciuitatis in fin.*
*Forma quæ posita est in confinibus præsumitur communis Adnot. num.* 3.
*Mensurari debent Riui, & Formæ factæ ad vtilitatem prædij alienati num.* 4.
*Forma quæ vicino nocet debet repleri num.* 5.
*Fossas Ciuitatis quis occupare non potest num.* 6.
*Fossam in agro alterius si facere velit Ciuitas, debet soluere precium num.* 7.

FOssa, seu Scrobs, vulgo Forma, non potest fieri per duos pedes prope bona alterius Stat. rub. 102. lib. 3. pag. 37. & dicam ver. Grippa. De quibusdam Formis emundandis, & conseruandis vide Stat. rubr. 66. cum addit. lib. 4. pag. 19. & rubr. 85. d. lib. 4. pag. 24. Quod Formæ Comitatus iuxta viam fodiantur, & conseruentur per Colonos, & alios Stat. rubr. 67. d. lib. 4. pag. 19. Non possunt fieri prope muros Ciuitatis, & factæ debent repleri Stat. rubr. 57. §. item dicimus. cum §. fin. lib. 4. pag. 17.

## Adnotationes.

1 Super similibus Statutis†vide *Carpan. ad Stat. Me-*
2 *diol. cap.* 230. *& cap.* 252. *par.* 2. Colonus † tenetur mundare fossata in his quæ concernunt temporalem vtilitatem non perpetuam. *Carpan. ad dict. Stat. cap.* 381. *num.* 5. *& seqq. par.* 2. & vide *Ioseph. Ludou. decis. Perus.* 24. *num.* 9. *& decis.* 58. *num.* 8. Præsumi-
3 tur communis illa Fossa, seu Forma, † quæ posita est in confinibus. *l.* 2. *§. item apud Labeonem. vbi Castr. num.* 2. *ff. de acq. plur. arc. Vrsill. ad Afflict. decis.* 139. *num.* 6. vide *Hect. Felic. alleg.* 4. *&* 5. *par.* 3. Men-
4 surari debent etiam riui, & fossæ † factæ ad vtilitatem prædij alienati, & solutio fieri ad rationem conuentam *Menoch. cons.* 1114. *lib.* 12. Fossam quæ vicino
5 noceat † esse replendam concludit in casu suo *Aym.*
6 *cons.* 876. *lib.* 5. Fossas Ciuitatis quis occupare † non potest *Aff. de Iure prothon. §.* 9. *num.* 9. sed in domino soli ante constructionem Arcis vide *Cyriac. contr.*
7 *forens. tom.* 1. *cap.* 121. Fossam in agro alterius† si velit facere Ciuitas debet soluere precium *Menoch. cons.* 103. *num.* 27. *lib.* 1.

# FRATER.

### SVMMARIA.

*Frater nō tenetur communicare acquisita alteri fratri, etiam quod emerit de pecunia communi in princ. & Adnot. num.* 1. *&* 2.
*Frater excludit sororem in successione vers. De successione ab intestato.*
*Offendens fratrem punitur in fin.*
*Frater ex Statuto Narniense non excludit sororem à successione in bonis fratris Adnot. num.* 3.
*Nec ex Statuto Vrbis excludit sororem à successione in bonis alterius sororis num.* 4.

FRatres quamuis indiuisam hæreditatem Paternam, & in communi bona retinuerint, non propterea tenentur conferre bona ab aliquo ipsorum ex aduocationibus, vel honestis artibus, vel mercantijs, vel aliquibus virtuosis exercitijs acquisita nomine proprio, & hæredum, nisi alij probassent communibus pecunijs empta fuisse, quia tunc restituendum est præcium pro rata
A aliorum fratrum Stat. rubr. 71. lib. 2. pag. 36. A De successione ab intestato fratris in bonis alterius fratris exclusa sorore vide supra ver. Fœmina, vbi est impressa tota noua reformatio Statuti de successionibus ab intestato pag. 134. in §. si
B autem aliquis cum §§. seqq. B De fratre offendente fratrem vide Stat. rubr. 58. §. fin. lib. 3. pag. 27. col. 4.

## Adnotationes.

A Idem videtur de Iure communi, quia acquisita
1 nomine proprio † per vnum ex fratribus etiam indiuisa bona retinentibus, & simul habitantibus ad acquirentem spectant, nec sunt communicanda, quia præsumuntur acquisita de proprijs pecunijs, vt respondit *Roman. cons.* 3. *per tot.* & comprobat *Anchar. Iun. quæst. famil. lib.* 1. *quæst.* 74. *cum alijs per Surd. de alim. tit.* 6. *quæst.* 8. *num.* 51. & vbi constat
2 fratrem acquisiuisse ex pecunijs communibus † acquisita non sunt communicanda nisi inter socios omnium bonorum, sed restituendum precium pro rata.

*l. si patruus*

*l. si patruus. vbi DD. C. comm. vtr. Iudic.* & vidè *decisionem in Anconitana Censuum 29. Aprilis 1624. coram bo. me. Buratto*, quæ est impressa post tract. D. Cenc. de Censib. *decis. 98. in addit.* & ad materiam vide latè *Hect. Felic. de societ. cap. 3. num. 37. & seqq. & Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 483. par. 2.*

3 B Pro sorore quod succedat vna cum fratre † alteri fratri ab intestato defuncto non obstante Statuto, ex quo non compræhendebat nisi hæreditatem dotantis vide *decisionem in Narnien. Successionis 7. Februarij 1629. coram R. P. D. Merlino*, quæ est in calce, *decis.* 100. An autem Statutum deferens hæreditatem fratris decedentis ab intestato alijs fratri-
4 bus, † excludensque sorores, habeat locum in hæreditate sororis, vide *decisionem in Romana Successionis Vener. 24. Iunij 1630. coram eodem D. Merlino*, vbi concluditur pro negatiua fauore sororis superstitis.

# FRVCTVS.

### *SVMMARIA.*

*Fructus arborum possunt impunè colligi ab eo super cuius bonis arbores penderent in princ.*
*Fructuum liquidatio quomodo fiat Adnot. num. 2.*
*Fructuum diuisio quomodo fiat num. 3.*

FRuctus arborum possunt impunè colligi per illum super cuius bonis arbores penderent Stat. rubr. 56. in fin. lib. 2. pag. 30. & dixi ver. Arbores post princ. pag. 24. & in Adnot. num. 7. De Fructibus dotis dixi ver. Dotis fructus supra pag. 121. Et de frumento dicam in sequenti.

## Adnotationes.

1 Vide de Fructibus † tractatum *Ioan. Copé. int. tract. sub signo Aquilon. tom. 17. pag. 236. & seqq.* & de Fructuum reseruatione *tract. Thomæ Campegij dicto loco*
2 *tom. 15. par. 2. pag. 533.* Super liquidatione † fructuum vide *decis. in Perusina Executionis coram Seraph. inter eiusdem impressas 1245. in Perusina de Vibijs 14. Iunij 1604.* quæ est in calce, *decis. 85. & in Perusina Bonorum 3. Iulij 1628. coram R. P. D. Dunozetto*, quæ est pariter in fine, *decis. 60. & in eadem 1. Iulij 1630. coram eodem*, pariter in fine, *decis.* 110.
3 Quomodo diuidantur Fructus † pro rata temporis vide *Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 79.* quem sequitur *Munnoz de Escubar. in tract. de ratiocin. administr. tom. 2. comput. 26. pag. 351.*

# FRVMENTVM.

### *SVMMARIA.*

*Frumentum recollectum à Perusinis in Territorio Ciuitatis Plebis, & Montoni non potest grauari, & potest extrahi in princ.*
*Frumentum non potest quis emere vltra proprium vsum Adnot. num. 1. vbi quod Cardinalis Camerarius potest dare licentiam.*
*Frumentum non durat vltra triennium, & ideo debetur æstimatio num. 2.*
*Frumentum mixtum lolio, & alijs immundicijs licitum est vendere iusto precio num. 3.*
*Bannimenta super assignatione Frumenti declarantur num. 4.*

FRumento recollecto in bonis Perusinorum existentibus in districtu Terræ Montoni, & Castri Plebis (qui locus postea fuit erectus in Ciuitatem per Clementem VIII.) non potest imponi aliquod grauamen absque sciētia Superiorum ex Constit. Adreani VI. vt in Bulla data sub die 9. Ianuarij 1524. in 5. reg. Canc. Comm. pag. 105. Et quod Frumentum possit extrahi ex territorio Montoni, & super eo non possit imponi onus mandauit etiam Paulus III. per aliud Breue, vt in 6. reg. pag. 38. De Frumento Clusij dixi supra ver. Clusium pag. 69. De prohibita extractione Frumēti vide supra ver. Annona pag. 10. & seqq.

## Adnotationes.

1 Frumentum nō potest quis emere † vltra proprium vsum *ex Constit. Gregorij XIII.* potest tamen concedere licentiam Eminentissimus Cardinalis Camerarius, vt dixit *Rota in Romana Executionis contractus 27. Maij 1594. coram Litta*, quæ est impressa *apud Zacch. ad Galles. de oblig. Camer. decis. 70. num. 3. & 4. & apud D. Cencium in tract. de Censib. decis. 86.*
2 *num. 3.* Non durat Frumentum † vltra triennium, & ideo habetur æstimatio. *Rota coram D. Coccino Decano decis. 398. num. 3.* & vide *Mantic. decis. 281.* Frumentum mixtum lolio, aut alijs immundicijs ad ocu-
3 lum patentibus licitum est vendere † iusto precio, secus si immundiciæ sint tectæ, vt si Frumentum turpe redactum esset in farinam, nam tunc mixtura ab omnibus nō cognoscitur. *Giouagn. cons. 45. num. 13. lib. 1.*
4 Bannimenta super assignatione Frumenti † infra certum terminum non comprahendunt illum, qui assignasset die sequenti. *Carocc. in tract. de iuramen. litis decisiu. quest. princip. 12. num. 8. & seqq.* vbi aliqua de ignorantia Bannimentorum, & vide citatos supra ver. *Bannimenta in Adnot. num. 2.*

# FVRIOSVS.

### *SVMMARIA.*

*Furiosis datur Curator, iuxta formam traditam à Iure communi ex Stat. & vide Adnot. num. 2.*
*Furiosus quomodo probetur Adnot. num. 1.*
*Furiosus excusatur in delictis, & quando num. 3.*

FVriosis datur Curator per Iudices, secūdum formam traditam à Iure communi Statut. rubr. 20. in princ. & in fin. lib. 2. pag. 10.

## Adnotationes.

1 An fletus patris assertioni † super non sana mente

filij

finij, qui fecit actum conuenientem homini sanæ men-
tis. *Ioseph. Ludou. decis. Perus.* 1. & pro exclusione
dementiæ vide *in Perusina Hæreditatis de Amsois* 28.
*Nouembris* 1616. *coram Buratto*, quæ est in fine, *de-*
2 *cis.* 35. *num.* 2. *& seqq.* Furiosi dantur in † Curatio-
nem Agnatorum. *§. Furiosi. & ibi DD. inst. de cura-*
*tor.* & practicam ponit *Salust. Tiber. in Prax. Aud.*
*Cam. lib.3.cap.25.num.*14. Furiosus in delictis quan-
3 do excusetur † vide *Eugen. cons.* 79. *lib.* 1. *Carocc.*
*decis.* 23. *Farinacc. de pœn. temper. quæst.* 94. *num.*1.
*& seqq.*

# FVRTVM.

## *SVMMARIA.*

*Furtum quomodo puniatur in princ.*
*Fur nocturnus potest impunè occidi ibi, & in Adnot.*

De Furtis, & pœna Furti vide Stat. rubr.92. & seqq. lib.3. pag. 35. & Bannimenta generalia de ordine Sanctissimi num. 67. Furem nocturnum posse impunè occidi cauetur in Stat. rubr. 94. d. lib. 3. pag. 35.

## Adnotationes.

De Furtis vide latè *Farinacc. quæst.*166. *& seqq.* & quoad Furem de Iure communi quando possit occidi vide *l.* 4. *& ibi glos. in ver. permittit. ff. ad l. Aquil. & l. Furem. ff. ad l. Cornel. de Sicar. Farinacc. de homicid. quæst.* 125. *num.* 168.

# GABBELLA.

## *SVMMARIA.*

*Gabbellæ aliquæ, quæ exiguntur in hac Ciuitate, referuntur in princ. & versicul. seqq.*
*Soluere qui non teneantur Gabbellas vers. Immunes.*
*Venditiones, seu locationes Gabbellarum quomodo fiant vers. De venditione.*
*Exactiones Gabbellarum intra quantum tempus finita conductione fieri possint vers. Exactiones.*
*Recursus ad quem detur à grauaminibus Gabbellariorum vers. fin.*
*De Gabbellis qui tractatus ediderint in Adnot. num.* 1.
*Gabbella non potest imponi absque auctoritate Papæ num.* 2.

GABBELLA Panis soluitur in quibus locis Comitatus, & super ea vide quæ habentur in 7. reg. Canc. Comm. pag. 100. cum seqq. vsque ad 184.

Vini ex forma Statuti erat decima pars præcij Vini venditi, & non vltra, vt in rubr.264. lib.1. in addit. in princ. pag. 85. & de illa vide etiam rubr. 261. §. item quod in qualibet. dict. lib. 1. pag. 84. vbi quod debet tantum solui pro Vino, quod venderetur, & ad illam rationem ad quam Vinum venditum fuisset. In Comitatu debet tantum exigi in illis locis, & eo modo, quo fuit soluta in præteritum, vt in litteris Cardinalis Camerarij sub die 28. Septembris 1596. in d. 7.reg. pag. 183. Vide super hac Gabbella Breue Pij IV. Datum Kal. Martij 1481. in 4. reg. pag. 28.

Fogliettæ soluitur ab ijs, qui non solum vendunt Vinum, sed Cibaria quoque præstant, vt in litteris D. Cardinalis Aldobrandini sub die 15. Iulij 1595. in 7. reg. pag. 182. & solutio in effectu consistit, quod ex quadraginta fogliettis Vini soluitur paulus vnus, vt in litteris sub die 18. Decembris 1593. in d. 7. reg. pag. 184. & super hac Gabbella pro qua Ciuitas fuit taxata in scut. 1800. vt in d. 7. reg. pag. 140. vide alias litteras subsequentes d. loco, vbi pag. 146. habetur etiam quod Conductoribus liceat deferre omnia genera Armorum, excepto Pugione, & Archibuseto paruo.

Quatreni Carnis, videlicet, quod pro qualibet libra Carnis minutim vendēdæ soluatur quatrenus vnus, imposita pro Camera Apostolica, fuit duplicata ex concessione Clementis VIII. ad effectum extinguendi debita Ciuitatis per quindennium, vt in Breui sub die 22. Aprilis 1593. in d. 7. reg. pag. 168. & exactio fuit cepta in die Sabbati sancti eiusdem anni, ex litteris D. Cardinalis Camerarij sub die 8. Maij dicti anni, vt in d. lib. pag. 170. & huiusmodi concessio fuit pluries prorogata per Successores eiusdem Pontificis, ita vt nunc etiam exigatur, & demum paucos ante annos ad tertium quatrenum pariter pro ære alieno dissoluendo, & vide alias ordinationes super huiusmodi Gabbella in d. 7. regist. à pag. 76. vbi etiam de personis, qui tenentur illam soluere. Conductores autem, & Subconductores, ac Ministri dictæ Gabbellæ possunt deferre omnia genera Armorum, quæ solent deferri à familia Legati, seu Gubernatoris, & Ministrorum Iustitiæ, vt per litteras Cardinalis Camerarij sub die 20. Iulij 1594. in d. 7. reg. pag. 177.

Macinatus fuit antiquitus in hac Ciuitate introducta, & postea sublata, vt in Stat. rubr. 540. lib.1. pag. 121. Gregorius XIII. sub die 25. Septembris 1574. concessit ad certum tempus impositionem huiusmodi Gabbellæ, & fuerunt postea etiam Capitula desuper facta per eundem Pontificem confirmata, vt in 7. regist. pag. 79. Et de prorogatione temporis, & de subiectione omnium huic oneri vide ibidem alias ordinationes, modo reperitur ista Gabbella aucta pro soluendis debitis Ciuitatis.

Bulli,

Bulli,& Mensurarum Gabbella quando introducta,& alia de illa habebis infra ver. Mensura.

Caprij, Vitrij confracti, & Fecis fuit extincta per litteras Cardinalis Vastauillani sub die 21. Augusti 1574. vt in 7. reg. pag. 79. & vide alias Cardinalis Camerarij sub die 11. Maij 1588. in d. 7. reg. pag. 135.

Gabbella pro qualibet salma Lignorum, & Straminum, quæ venduntur, non soluitur de fasciculis Lignorum, Hordei, Viciæ, Graminis, & aliorum straminum, quæ asportantur super capite, vel humeris Stat. rubr.264. in addit. §.item statuimus. lib. 1. pag. 85.

Immunes qui sint à Gabbellis dicam ver. Immunitas. Si pro Communi Perusiæ transmitterentur Panis, & simlia, quod non soluatur Gabbella vide rubr.138. lib.4. pag.40. Doctores, & Scholares non tenentur soluere Gabbellas quasdam dixi supra ver. Doctores. pag. 116. vers. Nec tenentur.

De venditione, seu locatione Gabbellarum Ciuitatis dixi ver. Ciuitas. pag. 63. & quod Gabbellæ huius Ciuitatis debeant vendi, & subhastari in eadem Ciuitate plus offerenti est Bulla Pauli III. sub die 2. Martij 1539. in 6. reg. pag. 52. Capitula, & venditiones Gabbellarum debent per Cancellarium registrari in libro existente in Cancellaria Communis Stat. rubr. 146. cum seq. lib. 1. pag. 50. & 51. & per Præconem debet edici, quod vēditio huiusmodi Gabbellarum fit iuxta tenorem dictorum Capitulorum rubr. 344. lib. 1. pag. 95. & vendi debent Gabbellæ iuxta formam contentam in libro Cedularum existente in dicta Cancellaria rubr. 138. lib. 4. pag. 40. Hodie attenditur Bulla Clementis VIII. super Bono regimine, vt dixi d. ver. Ciuitas. pag. 63.

Exactiones Gabbellarum, & Communantiarum per Conductores intra quantum temporis fieri possint finito tempo cōductionis vide Stat. rubr.273. & rubr.seq. lib.1. pag.86. & rubr.364. cum seq. eod. lib. pag. 99.

A grauaminibus Gabbellariorum dabatur recursus ad Dominos Consules Collegij Mercatorum Stat. rubr. 575. lib. 1. pag.126. & quod detur quoad omnes Gabbellarios ad D. Legatum, seu Gubernatorem vsque ad summam scutorum viginti vide litteras registr. in d. 7. reg. pag. 126. vsque ad 187. & nouissimè Eminentissimi Cardinalis Barberini sub die 16. Iulij 1631.

## Adnotationes.

1 De Gabbellis, † Tributis, & Vectigalibus est tract. *Ioan. Bertachin.* & de Gabbellis Publicanis, muneribus, & oneribus *Iulij Ferretti*, & nouissimè *Ioannis*
2 *Gutierrez Hyspani*. Gabbellæ non possunt † imponi absque auctoritate Papæ, præsertim ex Bulla in Cœna Domini *Rota in Clusina, seu Perusina Exemptionis 3. Martij 1608. coram bo. mem. Cardinali Sacrato*, quæ est in fine, *decis. 59. num. 3.* Sed pro manutentione in quasi possessione exigendi Gabbellam vide *Rota coram D. Coccino Decano decis. 354.* & quæ ad materiam scripsit *Eugen. cons. 72. lib. 2.*

# GRIPPA.

### SVMMARIA.

*Grippam pœnes superiorem non potest fodi, vel fossa fieri, aut scrobs in princ. quid de Iure communi Adnot. num. 2.*

*Lapides non possunt poni in propria Grippa per tres pedes propè finem Grippæ, sub pœna vers. Nec possunt.*

*Grippa, seu labes si decidat in fundum alienum debet amoueri in fin. quid de Iure communi Adnot. n. 3.*

*Grippa spectat ad fundum superiorem Adnot. num. 1.*

POenes Marginem, vulgo Grippam, superiorem non potest fodi, vel fossa fieri ad duos pedes Statut. rubr. 102. in fin. & in addit. lib. 3. pag. 37. Nec potest scrobs fieri rubr. 158. §. si quis. d. lib. 3. pag. 52. Nec possunt poni lapides in propria Grippa per tres pedes propè finem Grippæ, sub pœna rubr. 161. §. item nulli d. lib. 3. pag. 53. vbi quod præsumatur domi-
A nus, vel possessor fecisse. A Grippa, seu labes, vulgo lama, si decideret in fundum alienum, intra quantum tempus debeat amoueri Statut. d. rubr. 161. §. dicimus etiam. pag. 53. & vbi in Viam vide rubr. 20. lib. 4. pag. 9. B
B

## Adnotationes.

1 Grippa spectat † ad fundum superiorem, non autem ad inferiorem. *Afflict. decis. 239.* qui tamen loquitur ex consuetudine Neapolitana.

A De Iure communi quantum spacij debeat re-
2 linquere † quis fodiendo iuxta bona alterius vide *l. fin. ff. fin. regun.* super qua vltra ea, quæ dixi ver. *Arbores. pag. 25. num. 4.* vide *Cepoll. de seruit. rustic. præd. cap. 80. & Ciriac. controu. 121. num. 3. 7. & 8. lib. 1.*

3 B De Iure communi quod terræ crustam † lapsam in fundum alterius vide *l. hoc amplius. §. 2. vers. Alphenus quoquè. ff. de damn. infect.*

# GVBERNATOR.

### SVMMARIA.

*Gubernator Perusiæ potest committere causas cum clausula summariè simpliciter, solaque facti veritate inspecta in princ. & vide Adnot. num. 1.*

*Gubernator Perusiæ derogat Statutis ibid. & Adnotat. num. 3.*
*Cognoscit, & decidit causas extraiudicialiter, & sine scriptura, & figura iudicij vers. Sixtus IV.*
*Habet auctoritatem Legati de latere ibid. & vide Adnot. num. 4.*
*Non potest dispensare super impensis faciendis ex pecunia Communis vers. Non potest.*
*Executor est priuilegiorum concessorum Ciuitati vers. Est Executor.*
*Acta ordinaria in causis coram ipso pendentibus fiunt ad Tribunal de sero in fin.*
*Gubernator non potest disponere contra ius, sicut nec Legatus de latere Adnot. num. 3.*
*Gubernatorum, & Legatorum Constitutiones an perpetuo durent num. 5.*
*Præcepta subscripta ab Auditore, præsumuntur de mandato Gubernatoris præsentis num. 6.*

GVbernatores huius Ciuitatis magnam habent auctoritatem, & sunt Iudices Appellationum, committuntque causas, illasque auocant, vt dictum fuit supra ver. Appellatio. cap. 2. pag. 19. & ver. Causa. pag. 54. Addo nunc, quod possunt committere causas cum clausula summariè, simpliciter, solaque facti veritate inspecta, ex Breui Martini V. de quo in 1. registr. Cancell. Comm. pag. 27. Item Eug. IV. dato 8. Idus Martij 1434. in eodem reg. pag. 89. & Alex. VI. de anno 1493. in 4. reg. pag. 3. ubi datur etiam facultas auocandi ad se causas, & dispensandi super Statutis; & prius Innocentius VIII. concessit facultatem Gubernatori alterandi Bullam super nouo regimine Ciuitatis per eundem editam sub die 16. Ianuarij 1488. in d. 4. reg. pag. 78. Sixtus IV. in Bulla sub 7. Idus Februarij 1482. impressa in Stat. rubr. 145. lib. 4. §. addentes & nihilominus. in fin. pag. 43. disponit, quod Gubernatores tenerentur ipsimet causas extraiudicialiter, & sine scriptura, & figura iudicij cognoscere, & decidere. Idemque Pontifex de d. Anno Kal. Iulij deputauit in Gubernatorem Perusiæ, & Vmbriæ D. Patriarcham Antiochenum, cum auctoritate, & potestate Legati de latere, vt d. 4. reg. pag. 33. & cũ tunc fortasse dubitaretur de huiusmodi auctoritate idem per aliud Breue sub die 11. Maij 1483. declarauit ipsum Gubernatorem habere omnes facultates, quas habent Legati de latere, vt ibidem pag. 43. & prius Eug. IV. in Breue Gubernij concessi Archiepiscopo Neapolitano Idibus Ianuarij 1434. inscribit, Venerabili fratri Gubernatori Generali cum potestate Legati de latere, vt in 2. reg. pag. 3. Sic Nicol. V. vt in eodem reg. pag. 26. cumque deinde fuerit omnibus Gubernatoribus huius Ciuitatis, & Prouinciæ Vmbriæ data facultas solita, & consueta, & fuerint ipsi electi cum omnibus, & singulis honoribus, facultatibus, & auctoritatibus solitis, & consuetis creditur propterea Gubernatorem habere auctoritatem Legati de latere saltem in temporalibus.

Non potest dispensare super impensis faciendis ex pecunia Communis, nisi in rebus statum, & honorem Sedis Apostolicæ concernentibus, & in casu necessitatis ita dispositum reperitur in Breui Sixti IV. sub die 23. Septembris 1482. in 3. reg. pag. 68. & seruanda est in hoc Bulla Clem. VIII. super Bono Regimine.

Est executor priuilegiorum concessorum per Summ. Pont. Communitati nostræ, vt in Breui Pij IV. sub die 6. Iunij 1560. in 7. reg. pag. 3.

Acta ordinaria post litis contestationem debent proponi ad Tribunal de sero, in causis quæ pendent coram Gubernatore, sunt super hoc diuersa decreta, & præsertim sub die 1. Februarij 1607. manu D. Sebastiani Fustini in Vacchetta Audientiæ Gubernatoris.

Ad materiam dicam aliqua ver. Legatus de latere.

## Adnotationes.

1 Gubernatorem non potuisse † committere causam cum clausula summariè &c. scripsit *Eugen. cons. 89. num. 8. & seqq. lib. 1.* Sed contrarium videtur verius ex supra relatis facultatibus, & illius dictum posset procedere, vt ipse præsupponit, in simplici Guber-
2 natore. Committit etiam causas † appellationum interpositarum à sentẽtijs à se latis, & faciunt ad hoc scripta per *Scacc. de appellat. lib. 3. cap. 2. q. 8. num. 86. vers. extende primo. pag. 135.* Non posse derogare
3 statutis † respondit *Corn. cons. 155. lib. 1.* Ego autem semper vidi non solum Legatos de latere, & Vicelegatos, sed etiam Gubernatores dispensare, & derogare quibusdam statutis, vt super Statuto de tempore faciendæ Insinuationis, de quo dicam infra ver. Insinuatio. Super Statuto, in quo disponitur, quod non possint probari exceptiones nisi per instrumentum, vt dixi supra ver. Exceptio. vers. Oppositæ. pag. 125. & quoad statutum circa suffragia ferenda per Dominos Priores dicam ver. Priores. Derogant etiam ferijs Messium, & alijs in vtilitatem hominum indictis, de quibus ex Statuto dictum fuit supra ver. Feriæ. pag. 178. Aduerte tamen quod admisso etiam quod † Gu-
4 bernator noster habeat auctoritatem Legati de latere non tamen potest condere statuta, & dispensare contra ius commune cum hoc non liceat Legato de latere vt adnotaui ver. *Constitutio Comitina.* & responderunt *Non. cons. 55. num. 11. & cons. 104. num. 19.* vbi quod pœnam confiscationis non potest imponere *Honded. cons. 93. num. 69. & seq. lib. 2. Rota decis. 103. num. 28. par. 2. diuers. coram Seraph. decis. 1306. num. 4. & seq. & decis. 490. num. 7. par. 1. recent.* & quod non sit validum Bannimentum Gubernatoris, quod vni testi credatur *Turrett. cons. 9. num. 75. lib. 1.* & in Bannimentis pœnalibus vide *Giurb. cons. crim. 12.* vbi etiam an perpetuo † durent istorum Edicta, de
5 quo dixi supra ver. *Bannimenta. pag. 31.* & addo *Non.*

V *cons.*

*conſ. 8. ſub num. 5. verſ. hic videtur. & Seraph. deciſ.* 423. *num.* 1. & videatur etiam *Turrett. d. conſ. 9. num.* 80. *& ſeq. lib.* 1. Præcepta ſubſcripta † ab Auditore,
6 præſumuntur de mandato Gubernatoris præſentis. *Ioſ. Ludou. deciſ. Peruſ.* 104. ſed vide tex. *in l. Præſides. C. de Aſſeſſor.*

# GYMNASIVM.

## *SVMMARIA.*

*Gymnaſium Peruſinum quando initium ſumpſerit, & de eius priuilegÿs per tot. & Adnot. num.* 2.

*Doctoratus gradus, & inſignia per quem, & quomodo poſt princ.*

*Beneficiati, vel Præbendati Studentes in hoc Gymnaſio gaudent fructibus non obſtante abſentia verſ. Nicolaus V.*

*Clerici Seculares poſſunt per triennium ſtudere in Iure Ciuili in hoc Gymnaſio ibid.*

*Doctoratus non poteſt conferri niſi collegialiter in hac Ciuitate, & Territorio verſ. Paulus III.*

*Statuta quid diſponant circa Gymnaſium verſ. In Statutis.*

*Domus Gymnaſÿ ſunt Hoſpitalis Miſericordiæ, & propè eas non licet quibuſdam Artificibus exercere verſ. Domus Gymnaſy.*

*Gymnaſium vnde ditatur Adnot. num.* 1.

GYmnaſium Peruſinum ſumpſit initium circa annum Domini 1290. ab ipſis Ciuibus fundatum, auctum poſtea Principum priuilegijs. Nam Clemens V. de anno 1309. ſtatuit, quod in hac Ciuitate ſit generale Studiũ, illudque ibidem perpetuis futuris temporibus vigeat in qualibet facultate, cuius originalis Bulla reperitur in Archiuio, quod Armarium vocant, in Sacculo ſignato litt. M. & eſt regiſtrata in Annalib. d. anni pag. 143. Carolus IV. Imperator, & Boemię Rex de anno 1355. conceſſit perpetuum, & gratioſum Studij Generalis priuilegium, & quod poſſit Epiſcopus per ſe, vel Vicarium, ſeu Locumtenentem, de conſilio Doctorum, & Magiſtrorum Studij, ſeruatis ordine, & ſtylo ſeruari conſuetis, illis, quos ad hoc idoneos, & benemeritos reperit, legendi licentiam indulgere, licentiare, & ad doctoratus apicem promouere, honorem Cathedræ, & cætera quæuis doctoratus inſignia tribuendo. Vacante verò Epiſcopali ſede, hæc omnia Capitulum Eccleſię Peruſinę, vel Adminiſtrator in ſpiritualibus exequi poſſit, vt in eius Bulla, quæ eſt in d. Sacculo litt. M. & eſt exemplum in Cancell. DD. Priorum. Ioannes XXII. de anno 1413. Bullam edidit ſuper facultatę, & modo doctorandi in Iure Canonico, & Ciuili, & aliam de anno 1415. in Artibus, & Medica facultate, quæ ſunt in originalibus in d. Sacculo. Martinus V. de anno 1426. & 1428. aliqua ſtatuit circa ſalaria Lectorum huius Gimnaſij, vt in 1. reg. Canc. Comm. pag. 29. & pag. 42. cum ſeq. Eugenius IV. de anno 1431. confirmando Capitula exhibita nomine Communis, mãdauit quod conducerentur Doctores eo modo, vt prouidetur in Statutis, vt d. 1. reg. pag. 56. & ſeqq. & alias ordinationes faciendas curauit, vt ibidem pag. 78. & ſeqq. Nicolaus V. de anno 1447. & ſeqq. confirmauit quaſdam ordinationes factas, vt in 2. reg. pag. 25. & pag. 39. & eadem anno 1447. die 15. Aprilis conceſſit, quod Beneficiati, vel Præbendati ſtudentes exiſtentes, & deſcripti in Vniuerſitate Peruſij, non obſtante eorũ abſentia, gaudeant fructibus Beneficiorum, & Præbendarum ſuarum, ac ſi pręſentes, & reſidentes eſſent. Item quod Clerici ſeculares ſtudentes exiſtentes, & deſcripti, Vniuerſitate prædicta poſſint per triennium liberè, & impunè ſtudere in Iure Ciuili, vt in d. 2. reg. pag. 29. cap. 27. & 28. Pius II. de anno 1459. confirmauit facultatem conceſſam Gymnaſij Moderatoribus, vulgo Sapientibus, ſuper aſſignatione Cathedrarum, & ſalarij, vt in d. 2. reg. pag. 72. & ſeqq. Paulus II. ab anno 1466. alias edidit Bullas ſuper præmiſſus, vt in 3. reg. pag. 4. pag. 17. pag. 36. pag. 48. & pag. 55. Sixtus IV. de anno 1407. aliqua ſtatuit circa Lectores, & Scholares, vt d. 3. reg. pag. 65. Innocentius VIII. de anno 1486. aliqua diſpoſuit ſuper numero Sapientum, ſeu Moderatorum Gymnaſij vt in 4. reg. Breu. Theſaur. Apoſt. pag. 154. Paulus III. de anno 1534. 21. Februarij confirmauit prohibitionem Legati circa doctorandos in hac Ciuitate, & Territorio in vtroque Iure, aliàs quàm Collegialiter, vt in 6. reg. pag. 52. & prius hoc idem ſtatuerat Alex. VI. vt dixi verſ. Doctores. verſ. Doctorum creatio. pag. 116. Iulius III. de anno 1550. confirmauit priuilegia Studij, vt d. 6. reg. pag. 100. Pius IV. 1560. alia ordinauit, vt in 7. reg. pag. 3. & de anno 1561. dedit Scholaribus facultatem creandi Rectorem, vt d. 7. reg. pag. 7. & eodem anno edidit Breue ſuper ſalario Ludimagiſtrorum d. 7. reg. pag. 10. & ſuper augumento ſalarij aliud legitur de anno 1562. in d. 7. regiſtr. pag. 12. Pius V. de anno 1566. conceſſa priuilegia confirmauit d. 7. reg. pag. 45. ſunt quoque ſuper pertinentibus ad hoc Gymnaſium literæ Card. Alexandrini d. 7. reg. pag. 63. confirmata per Card. S. Sixti ibidem pag. 71. & literæ Card. Vaſtauillani ibidem pag. 100. Sixtus V. de anno 1587. auxit ſalarium, vt in Breui impreſſo. Clemens VIII. de anno 1593. die 17. Martij, & ſub die 20. Iunij alias edidit Conſtitutiones, quæ habentur impreſſæ, & ſuper electione Grammaticorum, quod ſpectet ad Sapientes, ſunt literæ Card. Aldobrandini ſub die 26. Ianuarij 1594. in d. 7. reg. pag. 174. & nouiſſimè Sanctiſſimus Dominus Noſter Vrbanus

nus

nus VIII. aliam super Gymnasij reformationem sanctionem promulgauit sub die 15. Octobris 1625. in 8. reg. Canc. Comm. pag.

In statutis circa Gymnasium hæc habentur. De ordinamentis Gymnasij, & de arbitrio, & auctoritate Sapientum rubr. 210. lib. 1. pag. 70. Quomodo solui debeant salaria Doctoribus, & Magistris rubr. 211. d. loco, & ad materiam vide etiam in annalibus Anni 1449. pag. 69. De taxatione, & limitatione expensarum fiendarum per doctorandum in hoc Gymnasio tam in priuato examine, quàm etiam in publico rubr. 212. d. lib. 1. pag. 71. Quod Scholares doctorandi in hoc Gymnasio debeant publicè doctorari in Ecclesia Maiori rubr. 213. d. lib. 1. pag. 72.

Domus Gymnasij in quibus fiunt publicæ lectiones sunt Hospitalis Misericordiæ Stat. rubr. 11. in addit. in fine. lib. 3. pag. 8. Propè dictas Domos non possunt Artifices quidam exercere rubr. 15. lib. 2. pag. 7. & dixi supra vers. Doctores. in princ. pag. 116. vbi etiam vide aliqua ad materiam, & infra ver. Sapientiæ. & vers. Scholares.

## Adnotationes.

1 Gymnasium vnde dicatur † vide *Glos. in l. sed & reprobari ver. Gymnasijs, & ibi etiam Nicol. de Neapol. int. lect. Bart. num. 5. ff. de excusat. tut.* De priuilegio † concesso huic Gymnasio vltra relatos *ver. Doctores in adnot. num. 7.* vide *Bart. in l. vn. C. de profess. qui in rub. Constantinopolit. lib. 12.* quem refert
2 alia de hoc Gymnasio scribens *Iacob. Middendorpius Accademiarum Orbis lib. 4. pag. 71.* vbi habetur quod Clemens VI. cum Petrum Belfortem, postea Gregorium XI. adolescentem adhuc Cardinalem creasset, Perusiam à Baldo instituendum misit. Vide etiam *Fulu. Patian. de probat. lib. 2. cap. 41. num. 52. & seqq.* & de generali Studio vide aliqua per *Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 414. num. 9. & seqq.*

# HABITANS in Comitatu.

### SVMMARIA.

*Habitantes in Comitatu vltra tria milliaria possunt citari ad eligendum locum in Ciuitate vbi citari velint, & in contumaciam eligitur huiusmodi locus, & intimatur, in princ. & Adnot. num. 2.*

*Habitatores alicuius loci Comitatus factiones personales facere debent vbi habitant, non obstante, quod alibi sint allibrati, in fine, & Adnot. num. 3.*

*Habitare quis dicatur in loco, in quo moratur, comedit, & bibit, si habeat ibi etiam familiam Adnot. num. 1.*

HABITANTES in Comitatu Perusię vltra tria milliaria ab ambitu murorum ipsius Ciuitatis possunt citari ad eligendum locum in Ciuitate, vbi velint citari, & in contumaciam eligitur locus in Ciuitate, vbi visum fuerit Iudici causæ, & intimatur Stat. rubr. 12. lib. 2.
A pag. 6. A Habitatores alicuius loci Comitatus factiones personales facere debent vbi habitant quamuis alibi sint allibrati Stat. rubr. 124. in fin.
B lib. 1. pag. 46. B

## Adnotationes.

1 Habitare quis dicitur † in loco in quo moratur, comedit, & bibit, dum habeat etiã ibi familiam *Carpan. ad Stat. Mediol cap. 1. num. 139. part. 1.* Habens enim familiam in Villa, licet ipse habitet in Ciuitate, dicitur habitator Villæ. *idem Carpan. cap. 218. num. 35. par. 2.* & vide eundem *cap. 311. num. 38. & seqq. d. par. 1.* vbi quod requiritur animus habitandi.

2 A Vide quæ dixi ver. Citatio. vers. Habitantes. pag. 59. & super simili Statuto *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 38. par. 1.*

3 B Super simili Statuto Mediolani † vide *Carpan. d. cap. 218. præsertim num. 34. & seqq. par. 2.*

# HAEREDITAS.

### SVMMARIA.

*Hæreditate iacente quomodo procedatur ad instantiam creditorum, & de Curatore dando in princ.*

*Discussio bonorum inter creditores, & hæredes quomodo fiat vers. Discussio.*

*Inuentarium ab hærede intra quantum tempus fieri debeat in fine.*

HÆreditate iacente quomodo procedatur ad instantiam creditorum, & de curatore dando tali hæreditati vide Stat. rubr. 7. lib. 2. pag. 4. & dixi ver. Curator. pag. 100. vers. In Cura-
A tore dando. A Discussio bonorum inter creditores, & hæredes defuncti quomodo fiat dixi supra vers. Discussio. pag 115.

Inuentarium ab hærede intra quantum tempus fieri debeat, vt non teneatur vltra iures hæreditarias vide Comit. Constit. par. 1. rubr. 21. pag. 38. quæ concordat cum Bulla Pij IV. pro Vrbe, de qua in Bullar. nou. tom. 2. Constit. 59. pag. 85. §. 12. Sed pro non obseruantia d. Comit.
B vide fides relatas d. ver. Discussio. vers. Verum. B

## Adnotationes.

A Dixi aliqua ad materiam *d. ver. Curator. in Adnot.*

*not. num.* 12. *& seqq.* & vide etiam *Salust. in Prax. lib.* 3. *cap.* 27.

B De Inuentario hæredis vide *tract. Rol. & aliorum*, *& Crass. de success. lib.* 2. *art. Inuentarium.* & vide *Salust. in Prax. lib.* 1. *cap.* 55.

# HOMICIDIVM.

## SVMMARIA.

*Pœna Homicidij quæ sit in princ.*

*Restitutio Bannitorum pro Homicidijs probibetur ibidem.*

*Confiscantur bona Homicidæ, & quibus applicetur vers. Confiscantur, vbi quod confiscatur legitima quoad filiumfamilias.*

*Occidi potest impunè Homicida vers. Potest Homicida.*

*Capientes Homicidas præmiantur ibidem.*

*Homicida, & eius descendentes priuantur successione in bonis interfecti, & defertur ad eos, qui post indignos de iure admitterentur, ita vt non deferatur ad Fiscum vers. Homicida, & vide Adnot. num.* 5.

*Defensio Homicidæ quomodo fiat in finè.*

*Homicidium ad defensam an puniatur Adnot. num.* 2. *vbi etiam de commisso sine dolo.*

*Intestabilis est Homicida etiam non condemnatus num.* 3.

*Homicidium intra quantum tempus præscribatur n.* 4.

*Occisum non vindicans an priuetur successione num.* 6.

HOmicidium quomodo puniatur Stat. rubr. 14. & rubr. 15. lib. 3. pag. 10. & seqq. vbi sunt impressæ Constitutiones Pij II. & Sixti IV. prohibentes remissiones Bannitorum pro homicidijs etiam habita Pace. Iulius II. confirmauit Constitutiones, & Statuta dd. Pontificum sub die 19. Iulij 1511. in 5. reg. Canc. Comm. pag. 24.

Confiscantur bona Homicidæ, & medietas applicatur Cameræ Apostolicæ Perusinæ, & altera medietas hæredibus occisi, & si non adsint, Hospitali Misericordiæ dicta rubr. 15. §. statuerunt. lib. 3. pag. 14. col. 3. & si iste esset Filiusfamilias vltra alia bona, quæ talis Homicida haberet, confiscantur tot de bonis Patris, vel Aui, quæ ascendant ad legitimam ibidem vers. Addendo insuper, & dicam ver. Legitima. Quoad applicationem quod Cameræ Apostolicæ, & non alijs vide Sixt. V. Constit. 93. in Bullar. nou. tom. 2. pag. 655. Clem. VIII. Constit. 8. tom. 3. pag. 3. & Paul. V. Constit. 88. d. tom. 3. pag. 329. vide etiam dicta supra ver. Confiscatio. pag. 95.

Potest Homicida impunè occidi d. rubr. 15. §. statuerunt in fine, etiam extra Territorium, vt ibidem §. item similiter cir. fin. pag. 15. col. 1. & dixi etiam ver. Bannitus. pag. 32. Hoc Statutum fuisse inuiolabiliter obseruatum in contingentia facti, attestati fuerunt in fide Collegialiter facta DD. Causidici sub die 2. Iunij 1578. De præmio capientium Homicidas, & quosdam alios Malefactores vide rubr. 36. & 38. d. lib. 3. pag. 21. & 22. & quæ dixi d. ver. Bannitus in Adnot. num. 7. & seqq.

Homicida, illiusque descendentes sunt tanquam indigni exclusi a successione tam ex testamento, quam ab intestato in bonis interfecti, & successio defertur ad eum, qui post dictos indignos de iure admitteretur, ita vt non deferatur ad Fiscum Stat. d. rubr. 14. §. præterea statuimus lib. 3. pag. 11. col. 3. vbi vers. & hoc etiam, habetur idem intelligendum esse, si talis interficiens esset substitutus occiso directè, & per fideicommissum. Sed in addit. in fine d. rubr. pag. 12. col. 3. fuit quo ad descendentes occisoris declaratum, quod ipsi excludantur tantum viuente occisore, & interim in casu necessitatis debeant ali de dictis bonis per proximiorem ad quem pertuenerint bona: A

De modo, & forma obseruanda à volente comparere, & se defendere in causa Homicidij vid. Stat. rubr. 16. lib. 3. pag. 15. & 16. vbi est confirmatio Leonis Papæ X. & Card. Papiensis Legati. Sixtus IV. in Breue dato 24. Maij 1483. in 4. regist. Cancell. Comm. pag. 49. & in Cancell. Cam. Apost. lib. 4. pag. 132. mandauit in casu Homicidij nõ admitti defensionem per procuratorem, & idem decreuit Innocentius VIII. sub die 23. Februarij 1487. in d. 4. regist. Cancell. Comm. pag. 65. vbi declaratur hoc etiam procedere in mutilationibus membrorum, & alijs atrocioribus delictis.

## Adnotationes.

1 De Homicidio † vide *Clar. in prax. Crim. §. Homicidium. Caball. resolut. Crim. post cent.* 3. *Farinac. quæst. Crim. quæst.* 119. *& seqq. Guerb. cons.* 2. *cons.* 13. *cons.* 45. *cons.* 50. *&* 51. *cons* 63. *& cons.*87. & ex nostro Perusinis de Homicidio † facto ad defensam vid.
2 *Eugen. cons.* 22. *lib.* 1. *& cons.* 73. *lib.* 2. *& Honded. cons.* 99. *lib.* 1. & de commisso sine dolo, & absque animo deliberato *Nom. cons.* 109. *Eugen. cons.* 83. *lib.* 2. *Hond. cons.* 104. *lib.* 1. *& cons.* 87. *num.* 98. *& seq.*
3 *lib.* 2. Intestabilis † est homicida etiam non condemnatus *Honded. cons.* 59. *num.* 71. *& seqq. lib.* 1. Intra
4 quantum † tempus præscribatur hoc crimen. *Non. cons.* 105. *num.* 16. *& seqq.*

A Super hoc Statuto de priuatione successionis
5 † respondit *Dec. cons.* 525. *in prima concl.* vbi loquitur in marito, qui vxorem interfecit, & vult quod eius filij priuentur successione Matris etiam respectu legitimæ; & super Statuto Bononiæ *Menoch. cons.* 502. *lib.* 5. vbi quod valet huiusmodi Statutum excludens Fiscum, qui excluditur etiã à legitima debita in bonis parricidæ. Et quod Fiscus non succedat in bonis fideicommisso subiectis ad fauorem occisoris, nec quo ad trebellianicam *Eugen. cons.* 77. *lib.* 1. An au-
6 tem fratres priuentur † successione ex quo non vltum

iuerint

ierint fratrem occisum ab alio fratre, pro negatiua respondit *Eugen. cons. 76. num. 165. & seqq. lib. 1.* De hac materia priuationis successionis vid. omnino *Farinacc. quæst. 120. num. 23. & seqq. præsertim num. 30. & 45.*

# HOSPITALE Misericordiæ.

## *SVMMARIA.*

*Hospitalis S. Mariæ de Misericordia erectio, & dotatio, & ordinamentorum confirmatio quando facta in princ.*

*Qui sint de Fraternitate dicti Hospitalis vers. Ordinationes.*

*Statuti dispositiones circa hoc Hospitale vers. Super Hospitale.*

*Testantes, seu Codicillantes debent relinquere aliquid dicto Hospitali ibid. vers. Rubr. 160.*

*In causis Hospitalis proceditur summariè &c. ibid. vers. Rubr. 166.*

*Opponi non potest contra Priores, Procuratores, ac Substitutos ibid.*

*Iudex quis sit dicti Hospitalis vers. Iudex, & Adnot. num. 6.*

*Feriæ non obstant in causis Hospitalium vers. Feriæ.*

*Homicidarum bona pro medietate applicantur Hospitali in defectum hæredum occisi vers. Homicidarum.*

*Blasphemantium pœna applicatur Hospitali ibid.*

*Compromissum petere possunt Rectores Hospitalium vers. Compromissum.*

*Gabbellas non soluit Hospitale prædictum vers. Gabbellas.*

*Apothecæ in Platea minori sunt dicti Hospitalis ex concessione Pontificia vers. Apothecæ.*

*Scholæ publicæ sunt Hospitalis, quod consequitur centum Florenos annuos ex stipendijs Lectorum ibid.*

*Capi non potest quis pro debito in dictis Apothecis, nec extra per quinque pedes ver. Capi.*

*Debitores Hospitalis non possunt vti saluisconductis, dilationibus, vel moratorijs contra dictum Hospitale vers. Debitores.*

*Et habentes officia publica, non possunt exigere salaria, nisi docto de solutione debiti per fidem Prioris ibid.*

*Licentiæ, seu mandata contra debitores non indigent renouatione ibid.*

*Nutrices Hospitalis sunt immunes pro certa quantitate vers. Nutricibus.*

*Priuilegiorum, & immunitatum confirmatio à quibus facta vers. Priuilegia.*

*Elemosinæ per Cameram dandæ sunt locis Pijs absque diminutione vers. Elemosinas.*

*Ecclesia Castri Collis, & dictum Hospitale non possunt impetrari in beneficium vers. Ecclesiam.*

*Hospitale Collis quomodo regendum, & de eius Priore vers. De Hospitali.*

*Vnitum fuit Hospitali Misericordiæ ibidem.*

*Castrum Collis est sub gubernio Priorum Hospitalis vers. Castrum.*

*Bona Hospitalis tam stabilia, quàm mobilia quomodo possunt alienari vers. Bona stabilia, & vide Adnot. num. 8.*

*Permittitur alienatio etiam eorum, quæ obuenerunt cum prohibitione alienationis facta suppositione aliorum in fin.*

*Pius locus est Hospitale hoc Adnot. num. 3. vbi quod contra illud non detrahitur Trebellianica.*

*Hospitalia alia sunt publica, Religiosa, & Ecclesiastica, alia priuata num. 4.*

*Hospitale succedit expositis num. 5.*

*Index specialiter datus præfertur generali num. 6. & vide num. 7.*

HOspitalis Sanctæ Mariæ de Misericordia erectio, & dotatio apparet facta de Anno 1305. ex auctoritate Episcopi, & consensu Capituli Ecclesiæ Cathedralis, vt in libro Bullarum, & Priuilegiorum dicti Hospitalis in princ. Gregorius XI. de Anno 1373. confirmauit ritum eligendi Priores Clericum, & Laicum per Homines de Fraternitate, & mandauit, quod nullus Legatus, seu Nuncius se immisceret, dicto loco. Paulus II. sub die 20. Iulij 1469. confirmauit ordinamenta, seu statuta circa electionem Priorum, cuius Breue legitur in 3. reg. Cancellariæ Comm. pag. 35.

Ordinationes d. Hospitalis fuerunt aliquæ factæ de Anno 1403. vt in libro ex membrana confecto d. Hospitalis pag. 18. & seqq. vbi quod de Fraternitate sint omnes, & singuli Doctores, & Iudices, ac etiam Magistri in Artibus, & Medicina Ciuitatis Perusiæ, & Rectores Clerici Ecclesiarum Ciuitatis, & Suburbiorum Perusiæ, & quinquaginta alij Ciues pro qualibet Porta, seu Regione, & ibi habetur modus eligendi Priores, & Visitatores, de quo vide etiam ibidem pag. 30. & 38. & alias ordinationes de Anno 1552. ibidem pag. 44. & seqq.

Super Hospitale prædicto in Statutis lib. 1. habentur plures rubricæ pro maiori parte antiquatæ ex supra relatis ordinationibus, seu reformationibus. Nam Rub. 152. pag. 53. leguntur ordinamenta dicti Hospitalis, & erectio Fraternitatis consistentis ex Rectoribus Ecclesiarum Ciuitatis, & certo numero Laicorum pro qualibet Porta, & forma eligendi Priores tam Clericum, quàm Laicum, ac Visitatores. Rubr. 153. pag. 53. De iuramento Priorum. Rubr. 154. pag. 54. De eorum officio. Rubr. 155. pag. ead. De Visitatorum officio. Rubr. 156. d. loco De Inuentario faciendo de rebus dicti Hospitalis. Rubr. 157. ibid. De reddenda ratione per Priores. Rubr. 158. ibid. Quod dictum Hospitale habeat Aduocatum, Procuratorem, & Notarium, & datur facultas Prioribus eligendi etiam plures, & eis honorarium præstandi, & ego Bartholomæus Gilianus inter illius Procuratores, & Sindicos fui

A

olim

olim assumptus. Rubr. 159. d. pag. 54. De duplerijs, seu cereis magnis retinendis in dicto Hospitali pro associandis cadaueribus illorum de Fraternitate, vna cum Hominibus eiusdem Fraternitatis. Rubr. 160. d. loco De quantitate relinquenda per Homines Fraternitatis tempore eorum mortis, Et quòd etiam alij teneantur relinquere in testamento, vel codicillis ad minus decem solidos denariorum, mandauit Archiepiscopus Ragusinus Gubernator, ex concessione Nicolai Papæ V. sub die 18. Maij 1448. vt in dicto libro Pecudino dicti Hospitalis pag. Rub. 161. pag. 55. De pœna se immiscentis regimini dicti Hospitalis contra formam Statutorum. Rubr. 162. d. loco Quod quilibet de Fraternitate teneatur assistere, & fauere pro viribus Prioribus, & Visitatoribus. Rubr. 163. ibid. Quod solui debeant pœnę per delinquentes contra formam Statutorum. Rubr. 164. ibid. Quomodo oblati recipiantur. Rubr. 165. d. loco De quantitate soluēda per Massarios Communis pro luminarijs faciendis ad dictum Hospitale in Festo SS. Innocentum, vbi quod debent adesse Domini Priores Artium, cum quanto maiori numero Hominum dictæ Fraternitatis. Rubr. 166. d. pag. 55. col. 3. Quod in causis dicti Hospitalis debeat procedi summariè, & de pœna opponentiū contra electionem Priorum, vbi etiam quoad Procuratores, & Substitutos, & vide quoque Rubr. 1. §. & dictus Iudex. lib. 1. pag. 3. col. 1. Vbi quod proceditur summariè, & de plano, sine litis contestatione, sine strepitu, & figura iudicij, & sine solutione alicuius decimi, & Rubr. 168. d. pag. 55. Vbi quod contra mandatum Sindicorum, & Procuratorum dicti Hospitalis, vel personas ipsorum non possit opponi sub pœna, & Rubr. 167. pag. 55. De Ordeo ex publico dando dicto Hospitali, pro farina, & aqua ordei pro infirmis Ciuibus ea expetentibus.

Iudex pro Porta S. Petri est Iudex in causis Hospitalis prædicti, & aliorum Hospitalium
A rubr. 1. §. & dictus Iudex. lib. 1. pag. 3. col. 1. A

Feriæ indictæ ad vtilitatem hominum non obstant in causis Hospitalium d. rubr. 1. §. & dictus Iudex. lib. 1. pag. 3. col. 1. & in Comitin. par. 1. rubr. 9. cap. 3. pag. 16.

Homicidarum bona pro medietate applicantur hæredibus occisi, & ipsis non existentibus, Hospitali huic, dixi supra ver. Homicidium. Pœna etiam blasphemantium applicatur Hospitali, ex Decreto de quo in dicto libro Hospitalis pag. 38.

Comptomissum petere possunt Rectores dicti & aliorum Hospitalium Stat. d. rubr. 1. §. & dictus Iudex. lib. 1. pag. 3.

Gabbellas non soluit Hospitale prædictum rubr. 151. d. lib. 1. pag. 52. col. 4. vbi etiam quoad Colonos partiarios, & Conductores, Quod Statutum confirmauit Innoc. VII. vt in Bulla cum insertione tenoris dicti Statuti, existente in Canc. dicti Hospitalis, & registrata in dicto lib. Hospit. pag. 27. Dantur à Camera Apostolica huic Hospitali scuta cētum quinquaginta annua, in compensationē exemptionis, qua gaudebant eiusdem Hospitalis Cauponæ ex Bulla Clem. VIII. 7. Iulij 1592. Super exemptione à Gabbella quadrupedum vide in d. libro pag. 24. & quoad Gabbellam lignorum pag. 34. & quoad quatrenum pro libra carnis pag. 41. & quoad Nutrices dicam inferius.

Apothecarum in Platea minori constructio pro Hospitali facta fuit ex cōcessione Nicolai V. de anno 1453. vt in Breui existenti in Canc. dicti Hospitalis. Sixtus IV. de anno 1483. Prid. Kal. Ianuarij concessit, quod construerentur Scholæ super dictis apothecis, & mandauit retineri ex stipendijs Lectorum quolibet anno floreni centum, & quod Scholæ prædictæ spectent ad dictum Hospitale habetur in Stat. rubr. 11. lib. 3. in fine addit. pag. 8.

Capi non potest aliquis pro debito in dictis apothecis, nec extra per quinque passus, ex priuilegio concesso per eundem Sixtum sub die 23. Ianuarij 1478. in 3. reg. Canc. Comm. pag. 95. & dixi ver. Carcer. pag. 46.

Debitores Hospitalis prædicti non possunt in eius præiudicium vti saluisconductibus, dilationibus, vel moratorijs, ex concessione Sixti IV. Idib. Maij 1483. cuius Breue est inter scripturas dicti Hospitalis, & etiam aliud sub die 22. Aprilis eiusdem anni. Debitores prædicti habentes officia publica Cameræ, aut Ciuitatis non possunt exigere salaria, nisi docto prius per fidem Prioris de solutione debiti Hospitali facta, vt in d. lib. Hospit. pag. 40. Licentiæ, seu mandata contra debitores non indigent renouatione, ex priuilegio concesso de anno 1485. die 30. Decembris, vt in fasciculo Immunitatum, & dicam ver. Licentia.

Nutricibus Expositorum in dicto Hospitali per Card. Sfortiam Camerarium de anno 1546. fuit concessa immunitas à Collectis, & subsidijs hactenus impositis, & in futurum imponendis vsque ad summam scutorum viginti auri quolibet anno, quam immunitatem tamquam concessam à Camera non esse in dubium reuocandam, declarauit Card. Aldobrandinus sub die 1. Iunij 1594. in Canc. d. Hospitalis, & vide concessiones Card. Crispi in d. lib. pag. 42. & seq.

Priuilegia, & immunitates dicti Hospitalis fuerunt confirmatæ per Iulium II. 8. Kal. Iun. 1550. Paul. IV. 4. Non. Iunij 1558. Pium IV. sub die 6. Iunij

Iunij 1560. in 3. registr. Cancell. Comm. pag. 3. Pium V. sub die 10. Maij 1566. in d. reg. pag. 45. Gregor. XIII. sub die 8. Decembris 1572. ibidem pag. 72. & Card. Aldobrandinum in literis registratis d. loco pag. 176. & 182.

Eleemosinas, quæ per Cameram quibusdam locis pijs, & Hospitali per priuilegia Apostolica, & ex antiqua consuetudine aliàs erogabantur, de cœtero etiam absque diminutione erogari, & solui debere mandauit Paul. IV. in Breui registr. in libro d. Hospit. pag. 5c. & originale exemplar est in Canc. Ciuitatis.

Ecclesiam S. Ægidij de Colle, & dictum Hospitale impetrari in Ecclesiasticum Sacerdotium, seu beneficium non posse, de anno 1425. die 10. Iunij mandauit Martinus V. & quod deberent gubernari prout antea, vt in cap. 38. eius concessionum, de quibus in 1. registr. Canc. Comm. pag. 14.

De Hospitali Collis, & de Priore, & bonis ipsius Hospitalis vide Stat. rubr. 150. lib. 1. pag. 51. col. 3. vbi in addit. habetur quod per Sedem Apostolicam fuit perpetuo vnitum, annexum, & incorporatum Hospitali huic, & est Bulla super hac vnione Clementis VII. de anno 1524. Non. Kal. Maij, & alia Pij V. de anno 1568. registratæ in d. lib. Bullarum.

Castrum Collis est sub gubernio Priorum dicti Hospitalis, vt in d. lib. pag. 41. vbi habetur confirmatio Pontificia.

Bona stabilia dicti Hospitalis non possunt alienare Priores, nec super iuribus, & actionibus Hospitalis componere, vel transigere, vel ipsis renunciare, nisi de expressa licentia, & mandato maioris partis Adunantiæ dictæ Fraternitatis, misso partito ad fabas albas, & nigras Stat. rubr. 154. post princ. vers. saluo quod mobilia. lib. 1. pag. 54. Sed de anno 1468. die 30. Augusti fuit statutum, quod non possint Priores, & Visitatores Hospitalis vendere, nec alienare vllo modo aliqua bona stabilia dicti Hospitalis, nisi prius in tribus diuersis diebus fuerint bannita in locis publicis, vbi bannimenta fieri solent, videlicet, in Platea magna, & in Platea minori, & res mobiles à decem florenis supra non possint vendi, nec alienari, nisi quinque ex sex Prioribus, & Visitatoribus ad bussulam, & fabas fuerit concordes, & idem modus præscribitur in rebus stabilibus post dicta facta bannimenta, quæ lex est in Canc. Comm. inter acta dicti anni, & fuit firmata per Paulum II. sub die 20. Iulij 1469. in 3. reg. Canc. Commun. pag. 40. & in d. libro Hospit. pag. 53. Sixtus IV. concessit facultatem Prioribus dicti Hospitalis alienandi bona, quæ ad illud peruenerint, cum prohibitione alienationis, facta suppositione, seu subrogatione in locum alienandorum aliorum bonorum Hospitalis, & seruatis solemnitatibus solitis in alienatione bonorum eiusdem Hospitalis, vt in eius Bulla sub plumbo Non. Kal. B Iunij 1483. registr. in d. lib. pag. 54. B

## Adnotationes.

1 De Hospitalitate † agit *Lapus de Castelliono, vt int. tract. sub sign. Aquilon. tom. 14. pag. 162.* Super Statuto Mediolani in fauorem Hospitalis vide *Carpan.*
2 *cap. 493. par. 2.* Huius Hospitalis † meminit *Bart. in l. in sacris 12. num. 2. C. de Prox. Sacr. Scrin. lib. 12. & Franc. Baldi inter cons. Bald. cons. 253. lib. 5.* Est
3 locus pius † vt comprobat *Ios. Ludou. decis. Perus. 30. num. 6 vers. circa secundum. & num. seqq.* vbi quod de relicto eidem facto non detrahitur trebellianica.
4 Ad materiam Hospitalium † vide *Eug. cons. 88. lib. 2.* vbi ea distinguit inter publica, religiosa, & ecclesiastica, & priuata, & quando Episcopus possit illa visitare, & num. 25. mentionem facit huius Hospitalis, & operum, quæ ibi exercentur, & vide etiam *Me-*
5 *noch. cons. 1025. lib. 1.* Hoc Hospitale succedit † expositis in eo *Bald. in l. si qua illustris. num. 6. C. ad Senat. consult. Orfician.* sed intellige ad exclusionem Fisci, vt ipse loquitur, & vide *Lup. de illegit. comm. 1. in præfat. num. 25.*
6 A Stante hoc Statuto disponente, † quod Hospitale non possit agere, nec conueniri nisi sub Iudice Portæ S. Petri, & supposito alio Statuto, quod Iudex Portæ Eburneæ solum habeat cognitionem à decem libris infra, quærit *Bart. in d. l. in sacris. num. 2.* An Hospitale possit agere coram Iudice Portæ Eburneæ pro causa à decem libris infra, & resoluit affirmatiuè, quia Statutum quod Hospitale debeat agere, vel conueniri coram Iudice S. Petri habet locum in alijs causis, quarum cognitio non est specialiter alijs Iudicibus demandata ex forma legis, vel Statuti, sequuntur eum *Franc. Baldi inter cons. Bal. cons. 253. lib. 5. & alij per Menoch. de præsumpt. lib. 3. præs. 18. num. 18.*
7 *vers. & inter alia.* sed vide pro contraria † opinione *Apostill. ad Bart. in d. l. in sacris. lit. b. & Menoch. d. loco num. 19.*

B Pro nullitate alienationis, seu concessionis ad tertiam generationem bonorum huius Hospitalis respondit *Non. cons. 58.* sed præsupponit defectum consensus Visitatorum requisiti ex Constitutionibus Hospitalis, *vt num. 9. & num. 14.*

## HYPOTHECA.

### SVMMARIA.

*Summaria est causa vbi agitur hypothecaria in princ.*
*Creditores chirographarij, & hypothecarij concurrunt super bonis Decoctoris vers. Creditores.*
*Ciues præferuntur Forensibus ibid.*

Hypothecariâ vbi agitur contra debitorem, vel eius hæredes proceditur summariè Stat. rubr. 3. lib. 2. pag. 3. col. 3. circa medium. Creditores chirographarij, & alij habentes hypothecam cum instrumento, vel sine, super bonis Decoctoris

Decoctoris concurrunt absque prælatione rubr. 74. §. 1. in fin. lib. 2. pag. 37. col. 1. vers. & in casu. Dixi ver. Decoctor. pag. 112. vbi etiam quod Ciues præferuntur Forensibus.

## Adnotationes.

Vide de Pignor. & Hypoth. tract. *Anton. Negusant. & Mantic. de tacit. lib. 11.*

---

# IMMVNDICIAE.

### *SVMMARIA.*

*Immundicias proÿciens in rem alterius punitur in prin.*
*Item proyciens in Fontes, vel Puteos ibid.*
*Item in Plateas, Vias, & iuxta Puteos ibid.*
*Fimum, vel aliud quidpiam id genus non potest proÿci propè Portas Ciuitatis, vel Suburbiorum, vel Ecclesias, aut Hospitalia vers. Fimum.*
*Et vbi obstruerentur quoquomodo Cloaca, vel Aquaductus ibid.*
*Habens immundicias ante domum, & quibusdam alÿs in locis, & non remouens punitur vers. De habente.*
*Proÿciens in aliquem res immundas punitur in fin.*

IMMVNDICIAS proijciens in rem alterius punitur, & quoad probationem creditur iuramento accusatoris Stat. rub. 162. lib. 3. pag. 53. De proijciente in Fontes, vel Puteos vide rubr. 163. ibidem, & dixi ver. Fons pag. 144. In Plateas, Vias, & iuxta Puteos stercora, fecem, vel aliud immundum proijcientes puniuntur Stat. rubr. 36. lib. 4. pag. 11. Fimum, vel aliud quidpiam id genus no potest proijci propè Portas Ciuitatis, vel Suburbiorum, vel Ecclesias, aut Hospitalia ad quindecim passus, & vbi quoquomodo ostruerentur cloacæ, vel aquæductus rub. 84. lib. 4. pag. 24. De habente immundicias ante domum, & quibusdam alijs locis, quod puniatur nisi remoueat rubr. 63. lib. 1. pag. 28. Dicam aliqua ver. Magistri Viarum. De proijciente in aliquem res immundas vide Banniment. General. num. 58.

## Adnotationes.

Dixi aliqua ver. *Aqua num. 9. pag. 23. & ver. Aquarium pag. 24.* & vide quę super similibus Statutis scribit *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 257. & 259. par. 2.*

# IMMVNITAS.

### *SVMMARIA.*

*Immunitates, & priuilegia omnia fuerunt reuocata in princ. & vers. seqq.*
*Excipiuntur quædam Castra post princ.*
*Item ex causa verè onerosa vers. Pius V.*
*Item immunitates ob numerum duodecim filiorum vers. Sixtus V.*
*Item ob causam vera, & effectualis exbursationis pecuniarum ibid.*
*Immunitas ob numerum filiorum declaratur in fine, & Adnot. num. 5. & seqq.*
*Immunis si describatur inter soluentes, & non appellet sibi praiudicat Adnot. num. 2.*
*Immunis tenetur notificare res quas vebit, alias incidit in pœnam Adnot. num. 3.*
*Communitas an possit concedere immunitatem Adnot. num. 4.*

IMmunitates, & priuilegia omnia per Summos Pontifices concessa Castris Comitatus, & Personis particularibus fuerunt reuocata per Pium IV. vt in Breui sub die 22. Iunij 1561. in 7. reg. Canc. Comm. pag. 7. Sed deinde per literas Card. Borromei sub die 1. Ianuarij 1562. fuit declaratum reuocationem non habere locum, respectu Castri Formarum, S. Agnetis, & S. Helenæ, ac etiam respectu Castri Castillonis filiorum Fusci; quod solutiones solitas fieri à Rusticis, & etiam in alijs literis in d. 7. reg. pag. 11. & 19.

Pius V. in eius Constit. sub die 26. Nouembris 1566. quæ reperitur registrata in libris Cameræ Apostolicæ Perusinæ, reuocauit omnes exemptiones, & immunitates quomodolibet concessas per Summos Pontifices à Gabbellis, Vectigalibus, & alijs oneribus ordinarijs, & extraordinarijs, realibus, & personalibus quoad Ciuitatem Perusiæ, & eius Comitatum, ac Prouinciam Vmbriæ, præterquàm ex causa verè onerosa.

Sixtus V. de anno 1583. 3. Kal. Iulij similem edidit Constitutionem, quæ est in Bullar. nou. tom. 2. constit. 2. pag. 487. vbi excepit immunitatem ob numerum duodecim liberorum, iuxta formam iuris, & ob causam veræ, & effectualis exbursationis pecuniarum. De suspensione immunitatum respectu maximè subsidij triennalis vide Paul. IV. in Bullar. nou. tom. 1. constit. 20. pag. 741. & vide etiam Paul. V. Constit. 9. seu 118 tom. 3. pag. 188. & vide Bullam S. D. N. Vrbani VIII. Super immunitate ob numerum duodecim filiorum vide declarationem Paul. III. Const. 45. in Bullar. veti pag. 449. Pij IV. in d. Bullar. nou. tom. 2. Constit. 72. pag. 103. & Pauli V. vbi supra pag. 189. §. 13. & fuit excepta in reuocatione immunitatum per Sixtum V. vt dictum fuit supra.

Adnotationes

## Adnotationes.

1 De exemptionibus † est tract. *Baldi de Periglis Pe-*
*rusini int. tract. sub signo Aquilonis tom.* 12. *pag.* 195.
& vide citatos vers. *Gabbella. pag.* 151. *& Carpan. ad*
*Stat. Mediol. cap.* 237. *par.* 2. De immunitate concef-
sa ab impositionibus Cameralibus vide *Carocc. decis.*
2 97. Immunis si describatur † in libro debentium sol-
uere, & non appellet sibi præiudicat *Gabr. de Iur. im-*
*munit. conclus.* 1. *& vide Giouagn cons.* 27. *lib.* 1. Ex-
3 emptus à solutione Gabbellarum tenetur † Gabbel-
lario notificare merces, quas vehit, alias incidit in
pœnam impositam non soluentibus Gabbellam *Bal.*
*cons.* 79. *num.* 4. *lib.* 2. *Ios. Ludouic. conclus.* 15. *vers.*
*isti tamen Clerici, illat.* 16. *Farinacc. de Furt. q.* 173.
*num.* 29. vide tamem *Amat. decis. Marcb.* 35. *& Me-*
*nocb. cons.* 1061. *in* 7. *dubit. lib.* 11. & in alijs resol-
uit alias dubitationes ad materiam immunitatis per-
tinentes. Immunitas an possit concedi per Commu-
4 nitatem † vide *Eug. cons.* 24. *lib.* 2. *Menocb. cons.* 726.
*præsertim num.* 39. *& cons.* 887. *à vers. Septimo obijci-*
*tur. & Giouagn. cons.* 15. *num.* 1. *& seq. & cons.* 27.
*num.* 2. *lib.* 1. & pro negatiua vide *Bullam Clementis*
*VIII. super bono Regim. tom.* 3. *const.* 10. §. 19.
5 A De hac immunitate † ob numerum duodecim
filiorum vide scripta *per Thesaur. decis.* 267. *Cost. de*
6 *Rat. Rata q.* 180. *num.* 4. Si moriantur † filij non ces-
sat immunitas Patri concessa *Rota decis.* 76. *num.* 3.
*vers. neque etiam obstat. par.* 1. *diuers.* & quod sit con-
7 cedenda hæc immunitas † etiam quod nouissimus fi-
lius per paucas horas vixerit respondit *Camill. Borell.*
*cons.* 28. sequitur *Pasch de virid. patr. potest. par.* 4.
*cap.* 4. *num.* 18. *& seqq.* vbi alia ad materiam tradit,
& vide quę ad declarationem etiam Bullarum scripsit
*Turrett. cons.* 99. *lib.* 1.

# INCANTATIONES.

### SVMMARIA.

*Incantationes, & veneficia facientes puniuntur.*

INcantationes, & quodcumque veneficij genus facientes ad nocendum hominibus, puniuntur Stat. rubr. 89. lib. 3. pag. 34. vbi admittitur probatio per publicam famam, & vnicum testem.

## Adnotationes.

Hæc materia qua sapit Hæresim spectat ad Inquisitores super Hæretica prauitate vide *Farinacc. de Hæres. quæst.* 181. *præsertim num.* 31.

# INCENDIVM.

### SVMMARIA.

*Incendiarij qua pœna puniuntur in princ.*
*Doctores de materia tractantes referuntur Adnot. n.* 1.
*Incendium à quibus præsumatur commissum num.* 2.
*Incendij indicium sumitur contra eum, qui minatus fuit de imponendo ignem num.* 3.

INcendiarij puniuntur Stat. rubr. 22. §. volumus insuper. lib. 1. pag. 19. col. 2. in princ. & rubr. 183. lib. 3. pag. 58. col. 3. & in Banniment. General. num. 63.

## Adnotationes.

1 Vide † *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 375. *à num.*
23. *par.* 2. & in doloso Incendiario *Ios. Ludou. decis.*
*Perus.* 25. *num.* 4. *& seqq.* & de Incendio commisso
in stipulis *Camill. Borell. cons.* 7. *Farinacc. latè de var.*
*& diuers. crimin. q.* 110. Incendium à quibus præsu-
2 matur † commissum in dubio vide vltra *Ios. Ludou. de-*
*cis.* 24. *& Farinacc. num.* 41. *& seqq. Thesaur. decis.*
64. *Eugen. cons.* 8. *& lib.* 2. vbi etiam quoad refectio-
nem vicinarum ædium *Rot. coram Ludouis. decis.* 278.
*decis.* 427. *& decis.* 528. *vbi etiam Beltram. in addit.*
3 Quod incendij indicium sumatur cõtra eum, † qui mi-
natus fuit de imponendo ignem; si ex modico inter-
uallo sequutum est incendium, & ignoratur à quo.
*Honded. cons.* 87. *num.* 108. *lib.* 2.

# INIVRIA.

### SVMMARIA.

*Iniuria, seu contumelia afficiens aliquem qua pœna puniatur in princ.*
*Quid si fiat coram Officiali in fin.*

INiuria, aut contumelia afficiens mulieres itantes ad Templum punitur Stat. rubr. 87. lib. 3. pag. 34. De improperijs, & iniurijs qualiter quis puniatur vide rubr. 147. d. lib. 3. pag. 50. De iniurioso, aut contumelioso coram Officiali, seu Magistratu rubr. 140. d. lib. 3. pag. 49.

## Adnotationes.

Vide *Clar. in Prax. §. Iniuria. Honded. cons.* 96. *lib.* 1. & in prouocato *Paul. Granat. Tbecr.* 5. *Farinacc. latè de var. & diuers. crimin. quæst.* 105.

# INSINVATIO.

### SVMMARIA.

*Insinuari debent, seu assignari intra certum tempus instrumenta Testamentorum, Legatorum, vel Codicillorum, & Donationum, vbi valor excedit 40. libras, alias potest peti cassatio in princ.*
*Excipiuntur illi, qui possederint per decem annos ibidem.*
*Item relicta, seu donata Pauperibus, vel ad pias causas ibidem.*
*Iudex Instrumentorum est Auditor Rotæ pro Porta S. Petri vers. Iudex autem.*

*Notarij quomodo debeant adnotare Insinuationes vers. Notarij autem.*
*Instrumenta prædicta insinuata habent executionem paratam vers. Instrumenta prædicta.*
*Insinuatio non operatur vbi contractus esset simulatus vers. Non operatur.*
*Compromissum non potest peti, nec fieri super causis Insinuationum, seu cassationum vers. Non potest.*
*Habilitatio conceditur ad insinuandum extra tempus statutarium, vt in attestationibus Collegij DD. Causidicorum post vers. Super hac materia. & vide Adnot. num. 9.*
*Solemnitates requisitæ à statuto non sunt in obseruantia, nisi quo ad actum insinuationis, & absque citatione vers. Secunda.*
*Insinuatio quomodo fiat ex stilo vers. Tertia.*
*Donationes insinuantur tam in vita donatoris, quam post eius mortem, & tam à donatario, quam ab hæredibus non obstante lapsu temporis vers. Quarta. & vide Adnot. num. 7. & 8.*
*Insinuatio potest fieri etiam lite pendente, & facta ab vno suffragatur alijs vers. Quinta. & Adnot. num. 5.*
*Cassatio non solet peti, & obtineri d. vers. Quinta, ibi nec non.*
*Minorum in contractibus vt valeant, requiritur ex Aegidiana insinuatio in fin.*
*Donationes excedentes 500. aureos, de Iure communi debent insinuari Adnot. num. 1.*
*Vltimæ voluntates, de Iure communi non indigent insinuatione num. 2.*
*Statutum disponens insinuari deberi vltimas voluntates est validum, & fauorabile num. 3.*
*Insinuationes statutaria materiam qui tractent referuntur num. 4. & seqq.*
*Iuramentum an suppleat defectum insinuationis vide num. 7.*

INsinuari debent, seu assignari instrumenta testamentorum, legatorum, vel codicillorum, vel alterius vltimæ voluntatis, siue donationis cuiuscumque generis, siue generalis, siue specialis, quando res relicta, vel legata, vel donata valuerit quadraginta libris, vel supra, à Kalendis Mensis Maij vsque ad Kalendas Mensis Nouembris exclusiuè Stat. rubr. 42. lib. 2. pag. 23. vbi quod alias peti potest cassatio. Excipiuntur tamen ab hoc onere illi, qui possederint rem relictam, vel donatam per tempus decem annorum, ibidem col. 4. vers. Saluo tamen. Necnon relicta, seu donata pauperibus, vel ad pias causas ibidem §. item volumus. pag. 24. col. 1. Iudex autem insinuationum est Auditor Rotæ pro Porta S. Petri d. rubr. 42. post princ. & rubr. 1. §. & etiam dictus Iudex. lib. 1. pag. 3. col. 1. Notarij autem quomodo debeant adnotare insinuationes vide Stat rubr. 568. lib. 1. pag. 125. Instrumenta prædicta vbi fuerint insinuata iuxta formam præscriptam habent executionem paratam d. rubr. 42. §. præterea volumus. pag. 24. col 1. & rubr. 29. d. lib. 2. post princ. vers. item testamenta. pag. 17. in fin. & vide inferius vers. Septima, & dicam ver. Iudicium executiuum. Non operatur tamen insinuatio vbi contractus esset simulatum, vt in casu Statuti rubr. 62. lib. 2. pag. 32. Non potest peti, nec fieri compromissum super causis insinuationum, & cassationum d. rubr. 1. §. & etiam. lib. 1. pag. 3. & supra ver. Compromissum cap. 3.

Super hac materia fuerunt factæ per Collegiũ DD. Causidicorum plurès fides, seu attestationes & prima de Anno 1578. die 11. Octobris, in qua fuit dictum, quod ab immemorabili tempore citra Superiores ad instantiam partis consueuerunt habilitare ad insinuandum Testamenta, Codicillos, & alias vltimas voluntates extra tempus non obstante Statuto sub rubr. 42. vol. 2. & vigore dictæ habilitationis, & insinuationis inde secutæ consueuit passim peti executio huiusmodi Testamentorum, Codicillorum, seu vltimarum voluntatum, eaque per Iudices etiam in Auditorio Rotæ Perusinæ executa fuere, ac si fuissent insinuata infra tempus statutarium, de quo in d. rubr. 42. Secunda de Anno 1585. die 20. Decembris in hęc verba. Quod solemnitates de quibus in Stat. Perusino de insinuatione, & assignatione testamentorum & c. sub rubr. 42. vol. 2. in insinuandis testamentis, legatis, & donationibus & c. ab immemorabili tempore citra non fuerunt, nec sunt in obseruantia in aliqua parte, excepto quod insinuatio petitur simpliciter coram Iudice Rotæ Perusinæ pro Porta S. Petri à Kalendis Maij vsque ad Kalendas Nouembris absque vlla partis citatione, & absque solemnitatibus à Statuto requisitis, & si contigerit insinuationem peti à Kalendis Nouembris vsque ad Kalendas Maij tunc requiritur de stylo habilitatio Superioris, & insinuationes factæ vel infra dictos primos sex menses, vel postea cum dicta habilitatione suum robur, & effectum sortiuntur, & sortitæ fuerunt, & sunt ab immemorabili tempore citra absque aliqua controuersia, Et ita ex inueterato stylo Curiæ Perusinæ fuit semper seruatum, & hodie seruatur in dicta Curia, & obtentum etiam in contradictorio iudicio. Tertia sub die 18. Martij 1594. huius tenoris Quod ab immemorabili tempore citra Statutum Perusinum sub rubr. 42. lib. 2. de assignatione, & insinuatione testamentorum, & legatorum fuit semper in Ciuitate Perusiæ obseruatum, & vsu receptum modo infrascripto, videlicet, Quod insinuationes fiant quocumque tempore, non obstante quouis etiam longissimo temporis lapsu à die quo huiusmodi instrumenta testamentorum, legatorum, & donationum celebrata fuerunt nempe à Kalendis Mẽsis Maij vsque ad Kalendas Mensis Nouembris cuiuslibet Anni indistinctè sine aliqua licentia, auctoritate, aut derogatione alicuius Superioris, &

sine aliqua citatione alicuius interesse habentis, & à Kalendis Nouembris vsque ad Kalendas Maij, cum licentia habilitatione, & Statuti derogatione à Legato, seu Vicelegato, aut Gubernatore obtenta similiter sine aliqua citatione alicuius interesse habentis, vel prætendentis, tam in obtentione huiusmodi licentiæ, & derogationis, quàm in petendo, & obtinendo ipsam insinuationem. Et insinuationes sic factæ, ac testamenta, & quælibet aliç vltimç voluntates, ac etiam donationes inter viuos sic vt supra insinuatç semper ab immemorabili tempore citra in dicta Ciuitate in Iudicio, & extra fuerunt habitæ, tentæ, & reputatæ pro validis, ac legitimè insinuatis communiter, & indifferenter sine aliqua exceptione. Quarta die 27. Aprilis 1595. in qua fuit dictum, quod ab immemorabili tempore citra in Ciuitate Perusiæ fuit semper obseruatum, quod insinuationes donationum fiant tam in vita donatoris, quàm post eius mortem, & tam à donatario, quàm ab eius hæredibus, non obstante quouis etiam longissimi temporis lapsu, à Kalendis tamen Mensis Maij vsque ad Kalendas Nouembris cuiuslibet anni, quando autem fiunt à Kalendis Mensis Nouembris vsque ad Kalendas Maij requiritur habilitatio Superioris, & insinuationes sic factæ semper fuerunt validæ à dicto immemorabili tẽpore citrà. Quinta de anno 1603. die 22. Ianuarij sub his verbis, Quod ab immemorabili tempore citra semper, & continuè obseruatum fuit, & obseruatur in Ciuitate, & Curia Perusina, prout dicti DD. Procuratores obseruarunt, & obseruari viderunt, & à DD. Procuratoribus eorum antecessoribus obseruatum fuisse audiuerunt, quod testamenta, legata, & donationes insinuatæ, & insinuatæ etiam lite pendente, & semel tantùm ab vno ex coheredibus, vel legatarijs, aut donatarijs videlicet à Kalendis Mensis Maij vsque ad Kalendas Mensis Nouembris absque aliqua licentia alicuius Superioris, & à Kalendis Mensis Nouembris vsque ad Kalendas Mensis Maij cum licẽtia, seu habilitatione pro tempore Superiorũ, etiam quocumque temporis lapsu, non obstante, pro ritè, & rectè insinuatis habita, & habitæ fuerunt, & à quocumque tent. & habit. producta, seu productæ, & exequi petita, & petitæ in contradictorio iudicio debitam executionem obtinuerunt, non obstante, quod à producente, & exequi petente insinuata, vel insinuatæ non fuerint, dummodo ab aliquo ex interesse habentibus semel insinuata, & insinuatæ fuerint, & ita indifferenter obseruatum fuisse, & obseruari viderunt, & à senioribus, & maioribus ipsorum audiuerunt. Nec non dixerunt, & attestati fuerunt, quod donec ipsi onus Procuratoris exercuerunt, nunquam viderunt nec à senioribus Procuratoribus eorum antecessoribus audiuerunt casum euenisse, quod fuerit petita, & obtenta cassatio alicuius testamenti, legati, codicilli, vel donationis ob non factam insinuationem infra tempus à Statuto de assignatione, & insinuatione testamentorum rubr. 42. vol. 2. decretum. Sexta sub die 2. Iunij 1615. eiusdem tenoris, quo fuit facta alia sub die 18. Martij 1594. quæ est supra Tertia in ordine. Septima, & vltima die 21. Nouembris 1620. in qua dictum fuit, quod testamenta ex stylo, & cõsuetudine huius Ciuitatis tempore, quo vnusquisque ipsorum exercuit nunquam fuerunt demandata executioni iuxta formam Statutorum nisi prius insinuata. Quemadmodum si petita fuerit eorum cassatio à Kalendis Nouembris vsque ad Kalendas Mensis Maij non præcedente insinuatione nõ habuerunt dictam statutariam exequutionem.

Insinuatio est necessaria, vt valeant contractus minorum ex Constit. Egid. lib. 5. cap. 25. & dicam ver. Minor.

## Adnotationes.

De Insinuationibus agit *Anton. de Canar. int. tract. sub signo Aquilonis tom. 6. par. 2. pag. 273.* De iure
1 communi donationes † excedentes summam quingentorum aureorum debent insinuari *l. sancimus. & l. fin. C. de donat. Eugen. cons. 58. num. 6. lib. 2. & Turrett. cons. 46. num. 9. & seqq. lib. 1.* qui tamen pro validitate ea non obstante respondent. Vltimæ au-
2 tem voluntates † non indigent insinuatione *l. fin. vbi Bart. & alteri C. de don. caus. mor. Honded. cons. 44. num. 108. lib. 2.* nisi aliud disponatur per Statutum, vt
3 per nostrum † quod validum est, & fauorabile cum sit inductum, vt occurratur fraudibus, vt dixit *Bart. in l. nemo potest. num. 8. ff. de leg. 1. & in l. 1. num. 30. & seq. C. de Sum. Trin. & Fid. Cat.* & æquum, & bonum dixit *Bald. cons. 184 num. 2. lib. 5.* & vide etiam quo
4 ad cassationem † ex dispositione eiusdem Statuti *Bart. in auth. ei qui. num. 3. vers & hoc facit. C. de temp. appell. & in l. fin. §. similique modo. num. 4. vers. Nota tu Perusine. C. de Iur. dot. & in l. omnium. num. 5. C. de testam. & Bald cons. 144. lib. 5. Angel. cons. 36. Io. Pitrut. de Montesperello cons. 110. & cons. 171. Corn. cons. 30. lib. 3. Eugen. cons. 25. num. 27. & seqq. lib. 1. Turrett. cons. 26. num. 20. & seqq. lib. 1. Rotam in Perusina Fideicomm. de Bigazzinis 7. Febr. 1605. coram Litta*, in calce, *decis.* 20. in qua fuit dictum,
5 quod insinuatio † facta ab vno ex fideicommissarijs suffragatur cæteris, & quod citatio non requiritur ad effectum, vt non possit peti cassatio, cum sufficiat sola assignatio absque citatione, vt in dicto Statuto dicitur, & quod insinuatio potest fieri quandocumque
6 ante petitam cassationem. Et vide etiam † *in Perusina Hæreditatis de Amitis 28. Nouembris 1616. coram Buratto*, quæ est in fine, *decis. 35. num. 23. & seqq.* vbi declaratur hoc Statutum nostrum, quæ fuit confirmata *in Perusina Fideicommissis de Gratianis 10. Decembris 1621. coram Caualerio*, quæ pariter est in fine, *decis. 36. num. 13. & seqq.* in qua causa scripsit

*Grat. discept. Forens. tom. 5. cap. 269 num. 1. & seqq.*

7 Quo verò ad donationem, seu cessionem † pro validitate nõ obstante defectu insinuationis requisitę à Statuto, quia non constabat excedere valorem librarum quadraginta, & non esset nulla nisi in excessu, & quia iuramentum suppleuit illius defectum, respondit Rota in *Perusina nullitatis cessionis 28. Ianuarij 1619. coram Remboldo*, quæ est in fine, *decis. 30. num. 8. & seqq.* & vide etiam quæ considerauit pro validitate super hoc Statuto. *Turrett. cons. 46. num. 17. & seqq. lib. 1.* & pro nullitate *cons. 86. num. 1. & seqq. d. lib. 1.* vbi vult non operari iuramentum, quod etiam dixit Rota in *Fulginaten. Pecuniaria 30. Maij 1619. coram Manzanedo*, quæ est in fine, *decis. 89. num. 4. & seqq.*

8 Vide etiam † quæ dixit Rota in *Perusina Hæreditatis 10. Decemb. 1628. coram Eminentissimo Card. Verilio*, quæ est in calce, *decis. 97. vbi num. 4.* quod insinuatio ex hoc Statuto debeat fieri à donatario, *& num. 21.* admittit quod possit fieri ante reclamationem donantis, sed contrarium cõcludit in insinuatione requisita ab Egidiana Constitutione in contractibus minorum, & in requisita à iure communi, quod debeat fieri de voluntate donatoris, & eo viuente, respondit *Turrett. d. cons. 86. num. 3. lib. 1.* Quo verò ad habilitatio-

9 nem, † quæ solet à superioribus obtineri ad insinuandum extra tempus præfixum à Statuto, vt in supra relatis attestationibus, quamuis quod nõ potuerit concedi per Gubernatorem, quia non potest tollere ius, dixerit *Turrett. d. cons. 86. num. 6. & seqq. lib. 1.* tamen derogatio in casu illius fuit fortasse respectu insinuationis totalis, non respectu temporis tantum, cuius respectu admisit fidem Collegij *Rota in dicta Perusina Fideicommissi de Bigazzinis*, quæ est in fine, *decis. 20. num. 8.*

# INSTANTIA Causarum.

### SVMMARIA.

*Causæ intra quantum tempus debeãt terminari per Iudices in princ. vbi quod reus censetur absolutus, si per actorem steterit.*

*Quid de iure communi tam Ciuili, quam Canonico Adnot. num. 1. & seqq. vbi etiam de causa Criminali.*

*Appellationum, & recursuum causæ intra quantum temporis debeant expediri vers. Appellationum.*

*Item discussionum vers. Causæ discussionum.*

*Item cessionis bonorum in fin.*

INstantia causarum quanta sit vide Stat. rubr. 2. §. & teneantur Iudices. lib. 2. pag. 3. col. 1. vbi quod Iudices tenentur infra quinquaginta dies continuos à die publicationis processus causas terminare, & in vers. volumus. habetur quod si per actorem steterit quominus causa intra dictum tempus decidatur reus habeatur pro absoluto, quando præcesserint duæ requisitiones, & in §. seq. cauetur, quod partes possunt prorogare, & quod pendente compromisso tempus nõ currit. Quoad causas executiuas vide rubr. 29. §. & quod quæstio. lib. 2. pag. 18. col. 4.

Appellationum, & recursuum causæ intra quæ tempora introduci, & prosequi debeant, nè deserantur, dictum fuit supra ver. Appellatio. cap. 5. & cap. 6. pag. 21. & seq. Causæ discussionum bonorum intra tres menses expediri debent, vt ver. Discussio. pag. 115. Cessionis verò bonorum pariter intra tres menses terminari debent, vt ver. Decoctores. pag. 112.

## Adnotationes.

1 Instantia de iure communi Ciuili in causa † principali durat triennio si ciuilis sit, si verò Criminalis ad biennium extendi solet. *l. properandum. vbi DD. C. de iudic. Marant. de ord. iudic. par. 5. num. 5. pag. mihi*

2 252. De iure verò Canonico † instantia est perpetua *cap. Venerabilis. & ibi Abb. & alij notant ext. de Iud. Marant. vbi sup. num. 14. Vestr. in prax. lib. 3. cap. 5. num. 1. & ibi Grauat. num. 6. Eugen. cons. 75. num.*

3 18. *lib. 1.* Intellige tamen † respectu causæ Ciuilis, quia respectu Criminalis non est correcta dispositio Iuris Cæsarei. *Eugen. cons. 2. num. 18. & seqq. lib. 1.*

4 Super Statuto † autem restringente terminum instantiæ. vide *Asin. in Prax. & Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 21. & 25.* Hoc nostrum viu non seruatur.

# INSTRVMENTVM Publicum.

### SVMMARIA.

*Instrumenta aliqua non possunt rogari, nisi à Notarijs Matriculatis in Matricula Collegij Notariorum in princ.*

*Opponens, quod non sit Notarius ille, qui confecit instrumentum, punitur si probetur, vers. Opponens.*

*Subscriptio Notarij sufficit quamuis instrumentum, processus, vel alia scriptura reperiatur manu alterius vers. Subscriptio. & vide Adnot. num. 4.*

*Nomina, & prænomina contrahentium, & prænomina Patris ponere debent Notarij in instrumento vers. Nomina.*

*Exemplatio instrumenti debet fieri Iudicis auctoritate, nec requiritur citatio eorum, qui lædi possunt vers. Exemplatio. & vide Adnot. num. 5.*

*Negans instrumentum debiti punitur vers. Negans.*

*Communis instrumenti debet dari copia consorti vers. Communia. & vide Adnot. n. 6. vbi quod debeat remanere penes seniorem fratrem, nisi alius sit Doctor.*

*Instrumenta, & scriptura habentes vim instrumenti habentur pro confessione iudiciali, & mandantur executioni in fin.*

*Causæ instrumentorum sunt summariæ ibid.*

*Promissio de faciendo confessionem debet apponi per Notarium, & habetur pro apposita ibid.*

*Solemnitates instrumentorum quæ Adnot. num. 2.*

*Instrumentum quod non sit, potest opponi non obstante Statuto, vel quod non sit publicum num. 3.*

Instrumenta

INstrumenta donationum, seu cessionum titulo lucratiuo non valent, sine rogatione publici Notarij Matriculati in Matricula Collegij Notariorum huius Ciuitatis Stat. rubr. 205. lib. 3. pag. 61. col. 4. & dixi supra ver. Donatio, pag. 117. Sunt etiam Bannimenta Episcopi Nucerini tunc Gubernatoris, quod alij Notarij non possint rogari de instrumentis, vt in 3. reg. Bannimentorum pag. 178. & vide Stat. rubr. 209. §. & si ille. lib. 1. pag. 70. & dicam ver. Notarius.

Opponens contra instrumentum, quod non sit Notarius ille, qui confecit, si probetur contrarium per priuilegium, vel per possessionem Tabellionatus per triennium punitur rubr. 142. lib. 3. pag. 50. vbi quomodo probetur, quem esse Notarium, de quo dicam ver. Notarius.

Subscriptio Notarij sufficit quamuis instrumentum, processus, vel alia scriptura reperiatur manu alterius rubr. 38. vers. & si qua scriptura.

A lib. 2. pag. 22. A

Nomina, & pronomina contrahentium, & pronomina Patris ponere debent Notarij in contractibus, siue instrumentis, sub poena rubr. 29. §. 1. in fin. lib. 2. pag. 18. col. 1. vbi quod nihilominus contractus, & instrumentum valent, & tenent, & vide etiam rubr. 36. dict. lib. 1. pag. 21. col. 4. in princ.

Exemplatio instrumenti debet fieri Iudicis auctoritate, nec requiritur citatio eorum, qui laedi possunt rubr. 29. in princ. vers. etiam si fuerit. lib. 2. pag. 17. col. 4. & latius rubr. 42. §. praete-

B rea volumus. d. lib. 2. pag. 24. B

Negans instrumentum debiti punitur rub. 141. lib. 3. pag. 49. in fin.

Communia instrumenta de rebus communibus habens cogitur consorti dare copiam illorum

C rubr. 58. §. item si aliquis. lib. 2. pag. 30. col. 4. C

Instrumenta, & aliae scripturae habentes vim instrumenti habentur pro confessione verè in iudicio legitime facta, & mandantur executioni rubr. 29. in princ. lib. 2. pag. 17. col. 4. Causae instrumentorum confessionatorum sunt summariae rubr. 3. in princ. lib. 2. pag. 3. Promissio de confessione facienda debet apponi per Notarios in instrumentis, & habetur pro apposita d. rubr. 29. §. 1. circa fin. pag. 18. col. 4. in princ. & vide supra ver. Exceptio pag. 125. & infra ver. Iudicium executiuum.

Ad materiam vide etiam infra ver. Notarius, & ver. Productio.

## Adnotationes.

1 De Instrumentorum fide, & productione † vide Lanfrancum ab Araditio inter tract. sub sign. Aquilon. tom. 4. pag. 29. & de instrumentorum reassumptione Parid. de Put. d. tom. 4. pag. 36. De solemnitatibus requisitis † ad validitatem instrumenti vide Hond. cons. 66. lib. 1. & Rotam in Perusina Mercedis 19. Nouembris 1618. coram Card. Caualerio, quae est in fine, decis. 31. num. 3. & seqq. & vide etiam alias decisiones in eadem causa pariter ibid. decis. 32. & 33. Statuto

2

3 si caueatur, quod contra instrumentum † non possit opponi aliqua exceptio, poterit tamen eo non obstante opponi, quod non est instrumentum; vel quod non sit publicum, praesertim, quia ille, qui fecit instrumentum non erat Notarius. Carol. de Grass. de except. ad Stat. exclud. except. 2. num. 7. & seqq.

A Vide de hoc Gratian. decis. Marcb. 211. num. 1.

4 & seqq. vbi quod † de consuetudine potest Notarius per alium scribere, dummodo ipse se subscribat, quod procedit etiam in protocollo, & non est necessarium, quod faciat mentionem, quod sit scriptum aliena manu quando hoc apparet ex inspectione.

5 B Ad materiam extractionis instrumenti † vide decis. in Perusina Bonorum 22. Iunij 1605. corā Marcomontio, quae est in fine, decis. 103. & Caualer. decis. 580. & circa citationem de iure communi requisitam in decreto exemplationis vide Rolan. cons. 32. num. 18. & seqq. lib. 2. Rotam coram Caualer. decis. 205. & in Maceraten. Fideicommissi 19. Nouembris 1619. coram bo. me. Vbaldo, & in exemplo exempli vide Ludouis. decis. 432.

6 C Instrumenta communia; † quod debeant remanere custodienda penès seniorem ex fratribus est tex. in l. fin. ff. de fid instrum. Guid. Pap. decis. 289. in fin. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 9. par. 2. num. 65. & seqq. vbi limitat quando inter fratres esset aliquis Doctor, tunc enim penès eum, licet natu minorem, deberent remanere per tex. in d. l. fin. & alios DD. per eum citatos.

# INTERCASELLIVM.

### SVMMARIA.

*De Intercasellio Statuti loca referuntur.*
*In Intercasellio communi an possit fieri Priuagium in Adnot.*

DE Intercasellijs vide Stat. rubr. 37. & seqq. lib. 4. pag. 11. & seq. vbi de purgatione illorum, & remotione impedimentorum, quae impediant cursum, & quod debent illa claudi ne immunditiae inspiciantur, aut exeant in Plateas, aut Vias.

## Adnotationes.

An in communi Intercasellio possit fieri Priuagium, siue Latrina, pro negatiua vide Corn. cons. 184. lib. 1. vbi num. 3. dicit Aquatium apud nos appellari Intercasellium, & vide supra ver. Aquarium pag. 24. & ver. Cloaca pag. 69.

# INTERPRAETES.

*SVMMARIA.*

*Interprates debent adhiberi in omnibus causis, & coram quibuscumque Iudicibus, ex Comitina, in princ.*
*Quid de stylo, in fin.*
*Interprates debent praestare iuramentum de fideliter interpretando Adnot. num. 1.*
*Examen factum sine Interprate non est nullum, cum Iudex non teneatur illum admittere de Iure n. 2.*

INterpraetes debent adhiberi vbi Partes, vel aliqua ipsarum vult illis vti in examine testium, in omnibus, & quibuscumque causis, & coram quibuscumque Iudicibus, dummodo causae excedant summam scutorum quinquaginta, & quaelibet pars soluit mercedem sui Interpraetis Comit. Constit. par. 1. rubr. 6. pag. 9. Quamuis autem quod non fuerit adhibitus, neque adhibeatur aliquis Interpraes in causis in Ciuitate Perusiae pendentibus, & maxime in Auditorio Rotae, testati fuerint DD. Causidici in fide sub die 14. Decembris 1593. Ego tamen vidi pluries Interpraetum interuentu postea examinari testes etiam in hac Curia.

## Adnotationes.

1 De Interpraetibus vide aliqua † per *Alciat. in l. stipulatio. §. eadem. num. 13. ff. de verb. oblig. & Salust. in prax. lib. 2. cap. 14. num. 4.* vbi quod debent praestare iuramentum de fideliter interpraetando. Exa-
2 men factum sine Interpraete † esse validum, quia de iure non tenetur eum Iudex admittere post *Scacc. de Iudicijs. lib. 2. cap. 8. num. 925.* testantem, quod in Vrbe viget stylus illum adhibendi, dixit *Rota in Toletana Haereditatis 6. Iunij 1618. coram Andrea in fine*, quae est impressa, *decis. 663. par. 2. recentis.* & illam refert, & sequitur *Beltram ad Ludouis. decis. 331. in fin.* & vide quae nouissimè scribit *D. Postius in tract. de Mand. de Manutenen. obseru. 92.*

# INTERROGATORIA.

*Testes debent primo examinari super Interrogatorijs, postea super Capitulis in princ.*
*Et distinctim, & separatim vers. Omnes Testes.*
*Interrogatoria inspici à parte aduersa non sinuntur, nec extrahuntur nisi publicato processu in fin.*
*Examen non est nullum, si non sint examinati Testes super Interrogatorijs Adnot. num. 1.*
*Sed Testes debent repeti num. 2.*

SVper Interrogatorijs debent primo examinari testes, & postea super Capitulis, tam in Criminalibus, quam in Ciuilibus causis, ex decreto Episcopi Cauensis Gubernatoris sub die 29. Nouembris 1572. quod est insertum in Constit. Comit. par. 1. rubr. 5. pag. 9. & illud fuisse seruatum quando Pars aduersa institit, & protestata fuit, quamuis huiusmodi instantia, seu protestatio fuisset scripta in margine Capitulorum, dixerunt Domini Causidici sub die 11. Mensis Decembris 1577.

Omnes Testes debent examinari distinctim, & separatim super singulo Interrogatorio, & singulo Capitulo, & prohibetur scribi examen per illa verba, Interrogatorium verum, vel Articulum verum, & per illa, respondit negatiuè, vel affirmatiuè, sub poena nullitatis examinis, & quod Examinator teneatur ad interesse, in Comitin. d. loco. Interrogatoria inspici à parte aduersa non sinuntur, neque extrahuntur, nisi publicato processu Comit. Constit. par. 1. rubr. 12. §. Dicta autem. pag. 21.

## Adnotationes.

Si Testes non sint examinati super Interrogatorijs
1 examen † non est nullum, vt dixit *Rota coram Ludouis. decis. 331. num. 17. & decis. 351. num. 46. & seqq.*
2 Non probant tamen Testes † nisi repetantur *Beltram. ad d. decis. 331. num. 22.* & vide quae dixit *Rota in Perusina de Bigazzinis 28. Iunij 1604. coram Litta*, quae est in calce, *decis. 39. num. 8. & D. Postius in tract. de Mand. de Manutenen. obseru. 91.*

# IVDEVS.

*SVMMARIA.*

*Iudei coitus cum Christiana, & Christiani cum Iudea punitur ex Stat. & quomodo de Iure communi in Adnot.*

IVdei prohibentur rem habere cum aliqua Christiana sub graui poena, & eadem poena afficitur mulier Christiana, quae sinit se cognosci à Iudeo, & Christianus cognoscens carnaliter mulierem Iudeam Stat. rubr. 91. lib. 3. pag. 35.

## Adnotationes.

De Iudeis, & alijs infidelibus habes *tract. Marquardi de Susannis*, & de delictis carnis inter Iudeum, & Christianam, & Christianum, & Iudeam vide *Gabriel. tit. de Maleficijs concl. 21. Farinacc. de Delict. carn. quaest. 139. num. 1. & seqq.*

# IVDEX.

*SVMMARIA.*

*Iudex competens in causis quis sit in princ.*
*Iudex, & Iusdicens idem sunt Adnot. num. 1.*

*Iudex quis esse non possit num. 2.*
*Iudex quando, & quomodo recusari possit in fin. & Adnot. num. 3. & 5.*
*Recusari non possunt omnes Iudices vnius Ciuitatis num. 4. vbi declaratur quando Caput est suspectum.*

IVdex competens in causis quis sit, dixi supra ver. Actor. pag. 6. & ver. Forum. pag. 145. & dicam infra ver. Rota. & vide etiam ver. Sententia. & quoad recusationem Iudicis vide Co- A mit. par. 1. rubr. 20. pag. 37. A

## Adnotationes.

1 Iudex dictus est † quasi Iusdicens Populo, siue quod iure disceptet. *can. 1. 23. quæst. 2. cap. Forum. vers. Iudex. de verb. sign.* & ideo Iudex, & Iusdicens idem important cum sint synonima. *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 1. num. 18. & cap. 19. num. 3.* Iudex quis
2 esse † non possit vide *Galganett. ad Stat. Vrb lib. 1. cap. 4. & Mastrill. de Magistrat. lib. 2. cap. 2.*
3 A De Iudicis recusatione † vide *Marant. de ord. Iudic. par. 6. act. 2. num. 24. & seqq. à pag. mibi 456. Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 23. num 31. & seqq.*
4 An omnes Iudices, vel Consultores † vnius Ciuitatis possint allegari suspecti vide *Carpan. ad d. Stat. cap. 27. num 86.* vbi firmat negatiuam opinionem, nisi Caput esset suspectum post *Ios. Ludouic. decis. Perus. 108. par. 2.* qui loquitur in Gubernatore Perusiæ allegato suspecto, & admittit, quod omnes eius Auditores possunt etiam allegari suspecti, sed vide *Giurb.*
5 *decis. Sicil. 27.* Pro nullitate recusationis † vide decisionem *in Perusina Liquidationis fructuum 27. Februarij 1612. coram Penia*, in fine, *decis. 40. num. 1. & seqq.*

# IVDEX COMMVNIS, seu Decretorum.

*SVMMARIA.*

*Iudices super Decretis sunt tres Doctores Collegiati, qui extrahuntur de Sacculo Officiorum quolibet semestre in princ. & in fin.*
*Decreta possunt interponi in quocumque loco, & quocumque tempore etiam feriato in honorem Dei vers. Decreta.*
*Iudices prædicti debent per se ipsos diligenter, & sine fraude exercere munus, sub pœna etiam nullitatis actorum vers. Debent, vbi declaratur.*
*Iudices alij non possunt dare Curatores, & Tutores vers. Sunt Iudices.*
*Iudicibus Comitatus datur facultas per Gubernatores, seu Locumtenentes ad Ciuiles causas interponendi decreta in Comitatu in contractibus Mulierum, seu Minorum vers. Quando. & vide Adnot. num. 3.*
*Causæ cognitio requiritur in interpositione Decretorum Adnotat. num. 2. vbi quando præsumatur interuenisse.*

EX generali Sacculo Officiorum extrahuntur de sex Mensibus in sex Menses tres ex Doctoribus Collegiatis, quorum quilibet insolidum est Iudex super Diuisionibus bonorum, vt dictum est etiam supra ver. Diuisio. pag. 115. & super Tutelis, Curis, Actorijs, Inuentarijs iudicialiter conficiendis, Decretisque interponendis super Emancipationibus, vt dixi etiã supra ver. Emancipatio. pag. 124. Terminationibus, Mulierum actibus (de hoc dicam latius ver. Mulier.) Stat. rubr. 19. in princ. lib. 2. pag. 8. col. 4. & pag. 9. col. 1. Nec super alienationibus bonorum stabilium Minorum vigintiquinque annis d. rubr. 19. §. sint etiam. de qua materia dicam ver. Minor. Et quod habeant isti auctoritatem, & potestatem interponendi decreta super Tutelis, Curis, Emancipationibus, & super actibus quibuscumque, prout habent alij Iudices Ordinarij, & competentes, cauetur etiam d. rubr. 19. in fin.

Decreta possunt interponere prædicti Iudices in quocumque loco, & quocumque tempore etiam feriato in honorem Dei d. rubr. 19. in fin. & dixi ver. Feriæ. in fin.

Debent diligenter, & sine fraude per se ipsos, & non per interpositam personam, etiam auctoritate Superioris subrogatam, seu ordinatam munus exercere sub pœna, & tunc gesta per subrogatum, vel non extractum, & publicatum sunt nulla ipso iure d. rubr. 19. §. Dicti quoque Iudices. il. 1. vbi declaratur non habere locum in subrogatione propter absentiam alicuius à Ciuitate, & Comitatu pro tempore absentiæ, & propter infirmitatem durante infirmitate, vel propter mortem alicuius ex extractis.

Sunt Iudices priuatiuè quoad alios, quoad Curatores dãdos super alienationibus bonorum faciendis per Minores vigintiquinque annis d. rub. 19. §. sint etiam, repetit. in §. seq. inc. sint autem, & generaliter quoad Tutores, & Curatores, quod non possint dari nisi per istos Iudices vide rubr. seq. vbi de modo dandi pag. 9. col. 3. & seqq.

Quando Mulieres, seu Minores sunt in Comitatu Perusiæ, solent Legati, Vicelegati, seu Gubernatores, aut eorum Locumtenentes per literas dare auctoritatem Iudicis Communis Commissario, Potestati, seu Vicario Foraneo illius loci, vbi instrumentum celebrandum est, & tunc Mulieres, seu Minores cum decreto dicti Commissarij, Potestatis, vel Vicarij solent se obligare, ita testati fuerunt collegialiter DD. Causidici die 11. Februarij 1595. Postea verò de Anno 1621. die 27. Octobris ijdem fidem fecerũt, quod ab immemorabili tempore citra, & de præsenti in hac Ciuitate fuit obseruatum, & obseruatur, quod quãdo occurrit facere aliquod instrumentum in Comitatu huius Ciuitatis, ac Terris, & locis, in quo requiratur decretum Iudicis, DD.

Gubernatores

Gubernatores, & eorum Locumtenentes in Ciuitatibus pro tempore dictæ Ciuitatis indifferenter ad requisitionem personarũ interesse habentium per eorum literas directas Vicarijs, seu Commissarijs locorum, in quibus debet celebrari instrumentum, fuerunt, & sunt soliti dare auctoritatem dictis Vicarijs, seu Commissarijs interponendi decretum Iudicis in instrumẽtis Mulierum, & Minorum, & ita indifferenter obseruatum fuit à quouis D. Gubernatore, & in Ciuilibus Locumtenente, & dictarum literarum, & auctoritatis in eis datæ vigore fuerunt celebrata instrumenta, & contractus perpetuò, frequenter, & publicè ab omni genere personarum, & decreta à
A dictis Vicarijs, & Commissarijs interposita. A

De istis Iudicibus habetur in Bulla nou. reform. Pij II. quæ est in 5. regist. Canc. Comm. pag. 33. & in Bulla Innocentij VIII. de Anno 1486. in 4. reg. Breu. Thesaur. Apost. Perus. pag. 154.

## Adnotationes.

1 Ad materiam Iudicis Decretorum † vide *Simonecell. in tract. de Decret. & Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 324. num. 113. & seqq. & cap. 328. num. 386. & seqq.*
2 Pro nullitate decreti † interpositi sine causæ cognitione vide *Eugen. cons. 6. num. 10. & seqq. lib. 2.* quæ ex breuitate temporis, vbi eodem momento, & contextu Iudex causam intellexit, & decretum interposuit, non præsumitur interuenisse, vt dixit *Rota in Perusina Donationis de Ansideis 21. Iunij 1613. coram Caualerio*, quæ est in calce, *decis. 50. num. 14.* In dubio tamen præsumitur interpositum decretum cum maxima causæ cognitione, vt dicit *Hond. cons. 34. num. 60. lib. 2. & Rota coram Caualerio decis. 479. num. 2.*

A Nisi adesset obseruantia, de qua in citatis atte-
3 stationibus, contrarium † posset dici nempè Decreta ab istis Iudicibus Comitatus nulliter interponi non obstantibus literis Superiorum, vt respondit in Decreto interposito à Potestate Castri Diruti super donatione facta à Perusino *Farinacc. cons. 42. num. 14. & seqq. lib. 1.* vbi considerat etiam *num. 18. & seqq.* quod ille Potestas non obseruauit ea, quæ de iure seruare tenebatur, vt fuerat præscriptum in literis ad eum datis.

# IVDICIVM ORDINARIUM, & summarium.

### SVMMARIA.

*Iudicium ordinarium, & summarium quando intentetur ex Stat. in princ. & de Iure communi in Adnot. num. 1.* 1
*Causæ summariæ ex Statuto quæ sint vers. Causa.* 2
*Solus Princeps committit causas cum clausula summariè &c. ita vt non possit Legatus de latere Adnot. num. 2. Sed vide num. 3.* 3
*Clausula summariè &c. vis, & effectus num. 4.*

DE Iudicio ordinario, seu ordinaria cognitione in ciuilibus causis habes Stat. rubr. 2. lib. 2. pag. 2. Dilationes in istis Iudicijs ad probandum dantur tres, vt dixi ver. Dilatio. pag. 114. De Iudicio summario, seu summaria cognitione habes Stat. d. lib. 2. rubr. 3. pag. 3. col. 3. vbi disponitur, quod non sit opus libelli porrectione, nec litis contestatione.

Causæ autem summariæ ex forma Statut. d. rubr. 3. sunt infrascriptæ. I. Super contractibus, & instrumentis dotalibus dict. rubr. 3. in princ. II. Si ageretur de quibuscumque alijs instrumentis eadem rubr. in princ. III. Causa alimentorum ibidem. IV. Pauperum, & Orphanorum ibidem. V. Carceratorum ibidem. VI. Quando agitur contra Procuratorem qui exegit ibidem. VII. Si agatur inter correos debendi, vel credendi ibidem. VIII. Si cedens facta cessione debitorem liberauerit ibidem. IX. In breuibus non excedentibus summam vigintiquinque librarum denariorum d. rubr. §. & in causis breuibus. X. Venditionum frumenti, & aliorum comestibilium d. §. & in causis. XI. Venditionum quorumcumque animalium ibidem. XII. Examinum testium ad perpetuam rei memoriam ibidem. XIII. Mercedum pro operibus ibidem. XIV. Locationum, & conductionum ibidem. XV. Si hypothecaria agatur contra obligatos, vel eorum hæredes ibidem. Vltimo generaliter in omnibus causis ad voluntatem, & petitionem Actoris proceditur summariè ex eodem Stat. Adduntur specialiter causæ laboritij contra colonos, quia in his debet procedi summariè, & de facto ex Stat. rubr. 50. §. statuimus quod omnes. lib. 2. pag. 27. Item in causis Hospitalium pariter procedi debet summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, vt dixi ver. Hospitale Misericordiæ pag. 158. Demum in causis demolitionis rei ruinam minantis d. Stat. lib. 2. rubr. 59. §. etsi non deuastaret. pag. 31.

Cætera de Iudicio vide supra ver. Causa pag. 54. Vbi fieri debeat vide supra ver. Forum pag. 147. & aliqua dicam ver. Lis.

## Adnotationes.

1 De Iudicio ordinario, & summario † vide *Marant. de ord. Iudic. par. 4. dist. 9. à num. 1. Luc. Pet. in Prax. for. Capitol. lib. 4. cap. 1. num. 1. & seqq. Asyn. in Prax. §. 3. per multa cap. Marcell. Calà de modo articul. §. 1. glos. 3.* Circumscripto Statuto licet solus
2 Princeps † possit committere causas cum clausula summariè, simpliciter, de plano, solaque facti veritate inspecta, ita vt non possit Legatus de latere *Honded. cons. 94. num. 47. lib. 1.* tamen † ex facultatibus
3 specialiter concessis potest non solum Legatus, *vt per Honded. ibidem num. 48.* sed etiam Gubernator Perusinus

tufinus, vt dixi fupra *ver. Gubernator. pag.* 153. De
4 vi autem, & effectu iftius claufulæ † vide *Corn. conf.* 243. *vol.* 4. *Honded. d. conf.* 94. *num.* 51. *& feq. lib.* 1. *& Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 25.

# IVDICIVM Executiuum.

### SVMMARIA.

*Iudicium executiuum ex Statuto pro quibus detur in princ.*

*Ceffionario, & creditori creditoris datur via executiua verf. Ceffionario. & Adnot. num. 6. & 7.*

*Proceffus quomodo fiat in iudicio executiuo verf. Proceffus.*

*Inftrumentum quando fit producendum in iudicio executiuo ibid. & Adnot. num. 8.*

*Exceptiones quæ admittantur in iudicio executiuo verf. Exceptiones.*

*Appellatio non datur in iudicio executiuo verf. Appellatio.*

*Repetitio foluti indebitè datur in fin. Non tamen via executiua Adnot. num. 9.*

*Statutum de execut. Inftrum. eft in viridi obferuantia Adnot. num. 2.*

*Statutum prædictum non datur nifi pro his, quæ in inftrumento leguntur num. 3.*

*Hæres beneficiatus poteft conueniri via executiua Statutaria Adnot. num. 4.*

*Inuentarium hæredis non operatur in creditoris iniuriam num. 5.*

IVdicio executiuo, feu via executiua poteft agi vigore cuiufuis inftrumenti, feu fcripturæ publicæ manu publici Notarij, Cuiuflibet fcripturæ, quæ per formam Statutorum haberet vim inftrumenti confeffionati, Inftrumenti fententiæ, fiue laudi, quæ vel quod tranfiuiffet in rem iudicatam, & Teftamentorum, Legatorum, Codicillorum, & Donationum infinuatarum Stat. rubr. 29. in princ. lib. 2. pag. 17. & rubr. 42. A
§. prætcrea volumus. d. lib. 2. pag. 24. col. 1. Item legata, & relicta, fiue donationes factæ pauperibus, vel religiofis ad pias caufas, de quibus appareant teftamenta, vel inftrumenta publica executioni mandantur, ficut confeffiones legitimè factæ, nec indigent infinuatione cuiufcumque valoris fint, & vbi non excedant valorem quadraginta librarum ad fauorem cuiufcumque perfonæ pariter non indigent infinuatione, & mandantur executioni d. §. item volumus. & vide fupra ver. Infinuatio, & ver. Inftrumentum.

Ceffionario, & creditori creditoris datur via executiua dicta rubr. 29. §. & quilibet. pag. 18.
A col. 4. A

Proceffus in hoc iudicio quomodo fiat colligitur ex d. §. & quilibet. & vide decreta Card. Crifpi verf. in cautis autem executiuis, vbi habetur, quod conftito de bono iure creditoris non poteft dici de nullitate ob omiffam, vel male fer-
B uatam citationem recepturus præceptum. B
Inftrumentum in obligatione Camerali non eft extrahendum nifi vbi debitor comparuerit, & copiam inftrumenti petierit ex Conft. Card. Vr-
C bini cap. 30. addit. 4. C

Exceptiones, quæ admittantur in hoc iudicio dixi ver. Exceptio. pag. 124.

Appellatio non datur, vt dixi ver. Appellatio cap. 1. pag. 16. verf. à fententia fuper executione.

Repetitio foluti datur ei, qui foluit probando non fuiffe obligatum d. rubr. 29. §. volumus ta-
D men. il 1. pag. 18. col. 2. in princ. D

## Adnotationes.

1 Ad materiam † vide *Anton. de Canar. de execut. inftrum. inter tract. fub fign. Aquilon. tom.* 5. *pag.* 39. *& Guid. de Suzar. de Guarentig. inftrum. tom.* 6. *par.* 2. *pag.* 336. *Benedict. Barz. Peruf. de Guarentig. ibidem pag.* 340. *Luc. Pet. in Prax. for. Capitol. lib.* 3. *cap.* 1. *& feqq. & nouiffimè Maufon. de Cauf. execut. & quos ex noftris citaui fupra ver. Appellatio cap.* 1.
2 *pag* 18. *num.* 15. *& feq.* Statutum hoc † de executione inftrumentorum effe in viridi obferuantia dixit *Ioseph. Ludouic. decif. Peruf.* 61. *num.* 32. Non intrat nifi
3 in his, quæ in inftrumento † leguntur, non autem in ijs, quæ tacitè veniunt auctoritate legis *Corn. conf.* 141. *num.* 6. *lib.* 3. *Non. conf.* 70. *num.* 1. *& feq. Rota in Perufina Pecuniaria* 3. *Decembris* 1599. *coram Litta, quæ eft apud Zach. ad Gallef. de oblig. Camer. decif.* 84. *num.* 2. fed vide *Eugen. conf.* 14. *lib.* 2. *& Barz. decif. Bononien.* 16. *num.* 36. *& feq. & Zach. d. loco quæft.* 31. *num.* 12. *& feqq.* Habet locum con-
4 tra hæredē debitoris † etiam beneficiatum *Corn. conf.* 91. *num.* 15. *ante fin. lib.* 3. *quem refert Monticul. de Inuentar. quæft.* 9. *num.* 33. *pag. mihi* 69. *& hanc contra Beroum quæft.* 57. *comprobat Phanuc. de inuent. hær. par.* 5. *num.* 128. *& feqq.* vbi quod licet contra perfonam, & bona talis hæredis non fiat executio, attamen quo ad bona teftatoris non eft denegandus
5 proceffus executiuus. Inuentarium enim † operatur ne quis teneatur vltra vires hæreditarias, non autem in creditoris iniuriam. *Surd. decif.* 30. *num.* 14. *Rota coram Ludouif. decif.* 418. *num.* 6. *&* 7. *& Beltram. ibi num.* 15.

A Quamuis non diceret Statutum, attamen Cef-
6 fionario † competeret via executiua. *Chartar. decif. Ianuen.* 63. *num.* 5. & in obligatione Camerali *Gallef. de oblig. Camer. quæft.* 5. *num.* 1. *& ibi Zach. num.* 2.
7 *& feqq.* Quo verò ad creditorem creditoris † agentem contra debitorem debitoris vide eundem *Zach. quæft.* 5. *num.* 50.

B Vide ad idem *Corn. conf.* 48. *lib.* 1.

8 C Circumfcripta hac Conftitutione † productio Inftrumenti effet neceffaria à principio, nec fufficeret ex poft facto *Luc. Pet. in d. Prax. lib.* 3. *cap.* 2. *&* 7. & ad materiam vide *Zach. ad Gallef. quæft.* 34.
9 D Via executiua † non competit pro repetitione foluti, vt per *Beltram. ad Ludouif. decif.* 581. *n.* 10.

Y IVRA.

# IVRAMENTVM.

*SVMMARIA.*

*Iuramento causæ terminantur ex Stat. in princ.*
*Fideiussoris iuramento statur super damno, & interesse vers. Fideiussoris.*

PEr Iuramenti delationem, seu relationem, prout Iudici videbitur terminantur causæ non excedentes summam, vel valorem viginti-quinque librarum denariorum Statut. rubr. 27. §. causæ verò. lib. 2. pag. 16. col. 3. repetit. in reformat. d.rubr. vt supra vers. Compromissum cap. 3. pag. 82. & vide etiam rubr. 3. d. lib. 2. pag. 3. col. 3. in fin. & col. 4.

Fideiussoris iuraměto statur super damno passo, aut interesse rubr. 16. lib. 2. pag. 7. col. 3.

In damno dato quãdo stetur Iuramento damnum passi dixi supra ver. Damnum datum c. 10.

Iurari quomodo possit suspectus de fuga vide rubr. 8. lib. 2. & dicam ver. Suspectus de fuga.

## Adnotationes.

De Iuramento egit vltimo loco *Vincentius Mancinus*. De Iuramento litis decisiuo est specialis tractatus *Vincentij Carocij*, & vide etiam *Granut. Theorem. 3. num. 13. & Theorem. 16. num. 29.*

# IVS CONGRVI.

*SVMMARIA.*

*Ius congrui habet locum in Ciuitate, & per quindecim milliaria in princ.*
*An sit sublatum vide in Adnot. num. 1.*
*Domino licet vendere de Iure communi rem suam cui voluerit Adnot. num. 2.*
*De æquitate præfertur Consors num. 3.*

IVs congrui habet locum in Ciuitate Perusiæ, & in Comitatu, & Castris vsque ad quindecim milliaria, ità vt præferatur Vicinus in emptione, ex Constit. Pauli III. confirmatoria Constitutionis Card. Ariminensis Legati desuper factæ, vt in eius Breui sub die 18. Aprilis 1544. in 6. reg. Canc. Comm. pag. 69. & habentur impressæ in folijs.

## Adnotationes.

Ad materiam vide tract. *Afflict. & aliorum de Iure Prothomis.*
1 Per Pium V. † fuisse ius congrui de anno 1571. sublatum respondit *Hond. cons. 52. num. 5. & 53. cum seqq. lib. 1.* & licet quod Bulla huius Pontificis sit localis pro Vrbe, aduersus *Hondedeum* teneat *Cherubin. Iun. ad d. Const. Pij V. quæ in Bullar. Nou. est tom. 2. const. 126. schol. 1. pag. 71.* Tamen Ius congrui non solet vsu seruari, aut certè in iudicium deduci apud nos, sed seruatur ius commune, quo dispon-
2 itur Domino † licere rem suam vendere cui voluerit. *l. dudum, & ibi not. C. de contrab. empt. Hond. d. cons. 52. num. 53.* Sed de æquitate omisso iuris rigore Con-
3 sorti dandam esse prælationem † firmauit *Gratian. discept. forens. tom. 3. cap. 536. num. 3. & tom. 5. cap. 874. num. 4.*

---

# LACVS TRASIMENVS

*SVMMARIA.*

*De Lacu Trasimeno Statutum quid disponat in princ.*
*De Pedatis, seu Margine Lacus ibidem, & Adnotat. num. 4.*
*De Piscatorum exemptione quoad Vias, Fontes, & similia ibid.*
*Piscatio quibusdam retibus est probibita vers. Probibetur. & Adnotat. num. 5.*
*Conductor Lacus debet transmittere ad hanc Ciuitatem certam quantitatem Piscium vers. Conductor. Aliquando maiorem, vt Adnot. num. 6.*
*De Cuniculo, seu Caua Lacus vers. Cuniculum.*
*Cedula, seu Constitutiones Lacus referuntur in fin.*
*Lacus est, qui perpetuam continet aquam Adnot. n. 1.*
*Trasimenus vnde dictus, & qui de eo meminerint n. 2.*
*Lacus pro priuato habetur quoad alluuionem vbi in eo piscari non potest, nisi is, cui Respublica concesserit num. 3.*
*Conductor Lacus non potest piscando omnes pisces, exhaurire Lacum Adnot. num. 7.*
*Conductor Lacus non potest petere remissionem n. 8.*

LACVS Trasimenus, in agro Perusino situs, spectabat olim ad Ciuitatem, & super eo plura disponit Statutum, vt rubr. 96. & seqq. lib. 4. vbi etiam de diuisione, & terminatione aquæ
A Lacus, & de Pedatis, hoc est Margine illius. A
Piscatores dicti Lacus quando cogantur ad refectionem Viarum, Fontium, & similium vide rubr. 100. d. lib. 4. De Officialibus Tincaramium vide rubr. 219. lib. 1. pag. 73. vbi refert se ad Cedulam Lacus.

Prohibetur piscatio quibusdam retibus per Sixtum IV. in Breui sub die 17. Iulij 1475. vt in 4. reg. Cancell. Comm. pag. 32. & in 4. lib. Breu. Thesaur. Apost. pag. 138. & seq. & per Innoc. VIII. sub die 6. Octobris 1486. ibidem pag. 168,
B & per Alex. VI. d. lib. pag. 189. B

Conductor Lacus debet transmittere ad hanc Ciuitatem certam quantitatem Piscium, & super hoc sunt literę de mandato Papæ sub die 5. Martij 1575. in 7. reg. Canc. Comm. pag. 82. & sub
C die 25. Maij 1585. ibidem pag. 127. C

Cuniculum subterraneum vulgo Cauam, ex

qua

qua egreditur aqua dicti Lacus paulo ante à A Brachio Fortebrachio ductam, Martinus V. mādauit perfici, manuteneri, & conseruari ex pecunijs dicti Lacus, vel Communis, vt in cap. 27. suarum concessionum factarum de Anno 1425. die 10. Iunij in 1. regist. Cancell. Comm. pag. 11. Paulus II. de Anno 1467. & die 29. Maij mandauit expendi, & erogari pro reparatione dictæ Cauæ pecunias paratas pro alia reparatione, vt in eius Breui in 4. regist. Cam. Apost. pag. 101. Eodem Anno fuit factum quoddam Edictum de aqua dictæ Cauæ non extrahenda, de suo solito cursu, vt in 3. reg. Canc. Comm. pag. 20. Super restauratione dictæ Cauæ, & de expensis faciendis, & de illarum solutione, & contributione est aliud Decretum in 4. reg. d. Canc. pag. 95.

Cedula, seu Constitutiones Lacus continent omnia ad huius Lacus piscationem pertinentia, & fuerunt postremo de Anno 1626. impressę per Angelum Bartolum huius libri Impressorem.

## Adnotationes.

Lacus est, † qui perpetuam continet aquam. *l. vn. §. Lacus. ff. vt in Flum. publ. nauig. lic. Cepoll. de seruit. rust. Præd. cap. 39. num. 1.* Trasimenus fuit † dictus Lacus noster à Trasymeno Tyrrheni filio, vt est in Fabulis. De Trasimeno Lacu, eiusque Insulis, quas suo quamque nomine recenset, meminit Ludouicus Pius Imperator Caroli Magni Filius in suo donationis diplomate D. Petro, ac Romanæ Ecclesiæ factæ, quod à Gratiano in suum Decretum *can. Ego Ludouicus 63. distinct.* pro argumenti tantum indigentia illatum, ex Vaticanis monumentis integrum affert *Baronius Annal. Eccles. tom. 9. ad Ann. Christi 817.* quem require. De illo meminit etiam *Glos. in l. eadem. ff. de fund. instr.* quam refert *Cepoll. d. cap. 30. in fine.*

3 Cum in eo nemo piscari possit † nisi cui Respublica concesserit, habetur pro priuato quoad alluuionem. *Bart. in tract. de Flumin. vers. Flumen. num. 8.* exemplificans in hoc Lacu, & illum refert *Corn. cons. 287. num. 9. vers. & licet. lib. 3.* & sequitur *Cepoll. d. cap. 30. num. 6.*

4 A De Pedatis Lacus, † quod fuerint concessæ Dominis de Florentijs, & quod eis debeatur quoque pars frondium ex arundinetis vide *Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 106.*

5 B De Piscatione prohibita † cum quibusdam retibus in hoc Lacu supponens iam esse Cameræ Apostolicæ vide *Corn. cons. 211. lib. 4.* De Piscationibus vide *Peregr. de Iur. Fisc. lib. 8. vers. Piscationes. num. 34. & seqq.*

6 C Conductor Lacus tenetur † quātitatem Piscium maiorem, quam dicat Statutum venalem exponere, si ex casu multitudo gentium superueniat. *Bart. in l. quod ad præsens in fin. C. de Murileg. lib. 11.* Non

7 potest piscando omnes pisces † exhaurire Lacum *post Bertacbin. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 381. num. 16. par. 2.*

8 Remissionem petere non potest † ob damnum *Bald. in l. cum pro pecunia. num. 1. in fin. C. de solut.* sequitur *Ios. Ludouic.* rationem reddens *decis. Perus. 50. num. 7.*

# LAVDVM.

### SVMMARIA.

*Laudi nullitas intra quantum tempus debeat proponi in princ.*

*Postea non potest Adnot. num. 1.*

*Procedit data scientia nullitatis, & vbi nullitas non est patens ibidem num. 2.*

Laudi in vim compromissi conuentionalis, & extraiudicialis lati nullitas debet proponi intra decem dies à die lati laudi, & notificationis factæ, vt in rubr. de Compromiss. in reform. cap. vlt. circa fin. & est supra pag. 94. vbi etiam videas alia de Laudo.

## Adnotationes.

Dixi supra in ver. Compromissum d. cap. vlt. in Ad-

1 not. num. 8. quod post dies † assignatos à Statuto non potest dici de nullitate laudi, vt respondit *Corn. cons. 140. num. 6. lib. 4.* nunc addo quod *Rota in Perusina Laudi Vener. 3. Decemb. 1632. coram Reuerendissimo Coccino Decano*, dixit, quod istud Statutum est intel-

2 ligendum † data scientia nullitatis, & quod non procedit quando nullitas est adeo patens, vt tergiuersari non possit, quodquè Rota nunquam exequitur sententias, neque lauda, nisi constito de iustitia.

# LEGATVM.

### SVMMARIA.

*Legata insinuata habent executionem paratam in prin.*

*De Iure communi secus est Adnot. num. 1.*

*Legatarius non potest capere rem legatam propria auctoritate vers. Non potest.*

*Fallit vt ibi, & vide Adnot. num. 2.*

*Compensandi animo cēsetur relictum legatum ab Vxore Marito, in fin.*

Legata quando sunt insinuata secundum formam Statuti habent executionem paratam Stat. rubr. 29. in princ. vers. item testamenta. lib. 2. pag. 17. in fin. & dixi supra ver. Iudi-

A cium executiuum. A

Non potest capi res legata propria auctoritate, nisi in ea legatarius fuisset institutus hæres, vel illam possedisset in vita, & tempore mortis testatoris, aut esset data à testatore licentia ca-

B piendi rubr. 101. lib. 3. pag. 37. B

Legatum factum per Vxorem Marito debet compensari cum lucro dotis eidem debito Stat. rubr. 15. in fin. lib. 2. pag. 7. & dixi ver. Dotis lucrum. pag. 122.

## Adnotationes.

1 A Executiua via an competat pro legatis † vide *Ios. Ludou. decis. Perus. 23.* vbi loquitur tam de Iure communi, quàm Statutario nostro, *vt num. 31.* Et in hac quæstione Rota tenet negatiuam in terminis iuris communis, vt in *Mediolanen. Legati 30. Octobris 1585. coram Card. Pamphilio Seniore*, quæ est impressa *apud Marchesan. de Commiss. par. 1. pag. 146. & pag. 827. & est decis. 4. par. 1. recentiss. & in Romana Spolij 9. Iunij 1606. coram Card. Lancellotto, quæ est apud eundem Marchesan. par. 2. pag. 202. & dictum fuit coram Caualerio decis. 163. num. 1. in fin.* vbi ad sanandam nullitatem exeq., quod fuerit actum executiuè fuit obtenta Commissio sanatoria.

2 B Quando legatarius † possit accipere possessionem propria auctoritate vide *Camill. Borell cons. 8. Bugen. cons. 55. & cons. 71. num. 47. & seqq. lib. 1. & Farinacc. de Furt. quæst. 175. num. 317. & seq.*

# LEGATVS, siue Orator.

*SVMMARIA.*

*Legati, seu Oratores quando, & quomodo eligantur in princ.*
*Non possunt procurare aliquod pro se, aut familia, ibid.*
*Legati non possunt transmitti absque licentia Pontificis vers. Vniuersitates.*
*Legati Principum sunt exempti à Gabbellis vers. Legati.*
*Legati habent securitatem à Iure gentium, & non possunt arrestari, seu detineri Adnot. num. 1.*
*Salarium hæredes Legati restituunt pro rata num. 2.*
*Legatus captus ab hostibus recuperat pretium redemptionis num. 3.*
*Donata acquiruntur Legatis non Domino num. 4.*

Legati, seu Oratores quando, & quomodo eligantur vide Stat. rubr. 95. lib. 1. pag. 42. Non possunt procurare aliquod factũ proprium pro se, vel alia persona, quæ apud ipsos degeret, nec officium d. rubr. 95. §. & ad omnem. vers. & quia sollicitudo.

Vniuersitates, & Collegia non possunt mittere Oratores ad Romanam Curiam, aut alium extra territorium absque licentia Dominorum Priorum, ex lege condita Anno 1425. in Annal. pag. 82. & pag. 88. & quod Vniuersitates Status Ecclesiastici non possint Oratores mittere, nec ad Sedem Apostolicam sumptibus publicis, sine licentia Summi Pontificis, est Constit. Sixti V. in Bullar. Nou. tom. 2. constit. 42. pag. 546. quam Clemens VIII. innouauit, & ampliauit in Bulla super Bon. Regim. quæ est in d. Bullar. tom. 3. constit. 10. §. 13. inc. Neque Legatos, vbi quod nec etiam sumptibus priuatis, & proprijs ipsorum Legatorum. A

Legati Pontificis, & Cardinalium, & aliorum quorundam non tenebantur soluere Gabbellas Stat. rubr. 55. lib. 4. pag. 16. col. 3.

## Adnotationes.

De Legatis Principũ vide *Martin. Garat. int. tract. sub sign. Aquilon. tom. 16. pag. 212.* & quod isti habeant
1 securitatem † à Iure gentium in eundo, stando, & redeundo *Bal. cons. 107. lib. 4.* & quod non possint arrestari, seu detineri *Mauson. de cauf. executiu. lib. 1. limit. 20.* vbi etiam quoad eorum Famulos, & supel-
2 lectilem. Quoad salarium † vide *Cost. de Rat. q. 64.* vbi quod si moriatur, teneantur hæredes restituere
3 pro rata. Si Legatus in itinere † fuerit ab hostibus captus vtrum recuperet pretium redemptionis, pro affirmatiua vide citatos per eundem *Cost. ibid. in fin.*
4 Donata Legatis † ipsis non Domino acquiruntur *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præs. 27. Seraph. decis. 1108. num. 5.*

A Super intellectu huius Bullæ in hac parte vide *Farinacc. cons. 195. num. 7. & 26. cum seqq. lib. 3.*

# LEGATVS de Latere.

*SVMMARIA.*

*Legatus de latere quam auctoritatem habeat in princ.*
*Publicari curat literas sua Legationis Adnot. num. 2.*
*Legatus de latere maiorem auctoritatem habet quàm Gubernator num. 3.*
*Potest committere causas cum clausula summariè &c. num. 4.*
*Derogat Statutis num. 5.*

Magna auctoritas, & facultas tam in temporalibus, quam in spiritualibus concedebatur à Sede Apostolica Legatis de latere Perusiæ, & Vmbriæ, vt præsertim colligitur in Breui Legationis concessæ per Sixtum IV. de anno 1480. Card. Sabello, vt in 4. reg. Canc. Comm. pag. 11. & seq. Per Innoc. VIII. Card. Gennesio ibidem pag. 84. Per Alex. VI. Card. Borgiæ ibidem pag. 120. Per Iul. II. Card. S. Vitalis ibidem pag. 164. & videri possunt quoad alios Legatos eorum facultates, quarum plures reperiuntur impressæ.

## Adnotationes.

1 De Legatis à latere Cardinalibus † est tract. *Andreæ Barbat. int. tract. sub sign. Aquil. tom. 13. par. 2. pag. 131.* & de Legati à latere officio, atque auctoritate *Nicol. Boer. ibidem pag. 142. & Petri Andreæ Gammari d. loco pag. 150.* De Legati dignitate, & potestate *Ioannis Brunelli ibidem pag. 230.* De Legato *Gundissalui Villadrego ibidem pag. 258.* Legati, & Gubernatores

2 Gubernatores † in ingressu Prouinciæ sibi decretæ publicari curant literas suæ Legationis, ne quis deinceps possit ignorantiam allegare, & ita docet ad practicam *Speculat. in tit. de Legat. §. superest. num. 15.*
3 Multa facere possunt Legati de latere, † quæ facere non possunt Gubernatores. *Corn. cons. 252. num. 2. & seqq. lib. 3.* vbi præsertim quod Bulla Papæ prohibens Gubernatoribus commissionem, seu auocationem primarum causarum, non comprehendat Legatum de latere. Et quod iste † possit committere cau-
4 sas cum clausula summariè &c. ex facultatibus specialiter concessis tradit *Honded. cons. 94. num. 47. & seq. lib. 1.* & vide quæ dixi ver. Gubernator supra pag.
5 153. & quod deroget Statutis † vide *in Bononien. Indemnitatis 6. Iunij 1618. coram bo. mem. Dunozet,* quæ est in calce, *decis. 121. num. 5.* sed vide d. ver. Gubernator.

# LEGITIMA.

## SVMMARIA.

*Legitima filijfamilias confiscatur, vbi iuerit ad stipendia Inimicorum Ciuitatis in princ.*
*Legitima filijfamilias confiscatur propter homicidium tantum vers. Legitima confiscatur.*
*Condemnato filio pro maleficio, pecunialiter fit executio in bonis Castrensibus, vel quasi aut aduentitijs ibidem vers. Si verò.*
*Et vbi non haberet ista bona, accipitur medietas legitimæ d. loco vbi declaratur.*
*Legitima non confiscatur vbi ex filio condemnato extarent nepotes vers. Quando verò. & in Adnot. n. 3.*
*Nec quando Pater alios tres filios habet vltra delinquentem num. 4.*
*Legitima, seu vncia an confiscetur vbi filius illegitimus deliquit vers. Quo ad filios. & Adnot. num. 5.*
*Condemnatio in contumaciam filij an sufficiat contra Patrem vers. Ad materiam. & Adnot. num. 6. & seqq. vsque in fin. vbi distinguitur inter condemnatum in pœnam confiscationis, & condemnatum in pœnam pecuniariam.*
*Modus qui seruatur in confiscatione præsertim legitimæ vers. Circa modum.*
*Pater si commiserit delictum ob quod bona sint confiscanda quid reseruetur filijs vers. Si Pater.*
*Pater tenetur soluere legitimam pro filio mercatore vers. Tenetur.*
*Legitimam, aut supplementum quando possit petere filia exclusa propter masculos, in fin.*
*Statuta super solutione legitimæ filiorum, seu confiscationis peculij declarantur Adnot. num. 2. & seqq. & num. 8. & seqq.*
*Legitima non confiscatur vbi Pater habet tres, vel plures alios filios num. 4.*
*Indefinita in lege æquipollet vniuersali num. 10. sed vide num. 35. & 37.*
*Aequiparata eodem modo intelligi debent num. 11. & seq. sed declara vt num. 37. & infra.*
*Verba generalia generaliter accipi debent etiam in pœnalibus num. 15. & seq. Declara vt infra præsertim num. 70. & seq.*
*Aliquis dictio verificatur etiam in minimo num. 17. & seq. sed vide num. 73. & seq.*
*Extensio est licita etiam in pœnalibus ob identitatem rationis num. 20. Declara vt infra.*
*Obseruantia Constitutionis attēditur etiam contra proprietatem verborum num. 26. & 27. & num. 78.*
*In solutione quod est, differt ab eo, quod est in obligatione num. 33.*
*Condemnatio contumacialis non præsumitur ob delictum num. 45.*
*Absurdum ne sequatur verba generalia restringuntur num. 72.*
*Consuetudo futura non comprehenditur in Bulla illam reijciente, quia intelligitur de præterita, & non comprehendit immemorabilem num. 79.*

SI filiusfamilias iuerit ad stipēdia inimicorum cogitur Pater, vel alius ascendens ex parte Patris dare, & consignare legitimam Communi Perusiæ, quæ intelligitur secundum formam iuris, & habetur respectus ad tempus commissi delicti Stat. rubr. 185. §. pen. & §. fin. lib. 3. pag. 59. col. 3. in fin. A

A Legitima confiscatur, vltra alia bona, si filiusfamilias homicidium commiserit, vel pro homicidio condemnari contigerit, & illam, aut eius valorem ad electionem Cameræ, & hæredum occisi, & in eorum defectum Hospitalis Misericordiæ, coguntur Pater, vel Auus soluere Stat. rubr. 15. §. addendo insuper. lib. 3. pag. 14. col. 3. cir. fin. Si verò filiusfamilias, vel alius descendens in potestate constitutus fuerit condemnatus pro maleficio pecunialiter, & habeat bona Castrensia, quasi Castrensia, vel aduentitia, tunc potest fieri executio condemnationis in huiusmodi bonis filij, vel alterius descendentis, & Pater, vel alius ascendens coguntur renunciare iuri vsusfructus, si quod habent in istis bonis, quod habet locum etiam in filiafamilias, vel alia descendente in potestate constituta quoad dicta bona, quæ non essent data in dotem. Quando autem huiusmodi personæ non haberent huiusmodi bona, tunc de bonis Patris, vel alterius ascendentis accipitur tantum, quod sufficiat ad medietatem legitimæ, quæ tali descendenti superuiuenti deberetur, si ascendens decessisset tempore commissi delicti Stat. rubr. 72. in princ. & §. si verò filius. lib. 3. pag. 31. & seq. vbi idem disponitur quoad emancipatos. Verum in addit. ibi pag. 32. col. 2. in princ. statuitur quod dicta legitima debeatur pro homicidio, vel de homicidio, & non pro alijs maleficijs, vel delictis. Quam additionem semper fuisse, & esse in viridi obseruantia, & secundum eam obseruatum, & practicatum fuisse, & obseruari in Curia Criminali huius Ciuitatis, quando Pater voluit illa vti, dixerunt DD. Causidici in fide Collegialiter facta die vlt. Octobris 1577. & in alia fide sub die 14. Septembris 1582. attestati fuerunt, Quod Constitutio Marchiæ sub cap. 18. lib. 4. & Bulla Sixti IV. ibi registrata sub cap.

cap. 19. vel quæuis alia loquens de solutione le-
gitimæ filiorum à Patribus in totum, vel partem
occasione cuiuspis delicti, vel maleficij, nunquam
fuerunt hic Perusiæ in Curia Criminali vsui rece-
ptæ, neque seruatæ, etiam allegatæ à Fisco in
contradictorio, sed semper inuiolabiliter ab im-
memorabili tempore citra super huiusmodi casu
fuit obseruata additio ad Stat. sub rubr. 72. in
lib. 3. qua cauetur, quod legitima debeatur pro
homicidio, vel de homicidio, & non pro alijs ma-
B leficijs, vel delictis. B

Quandò verò filijfamilias haberēt filios, quod
tunc in Curia Perusina, in causis in quibus alias
confiscaretur legitima, illa non confiscetur nisi in
crimine læsæ maiestatis in primo capite, obser-
uari dixerunt in alia attestatione ijdem Domini
C Causidici sub die 11. Maij 1579. C

Quoad filios naturales, seu spurios, aut ex
damnato coitu procreatos, quod executio pro A
legitima fiat in bonis paternis etiam feudalibus,
emphiteuticis, seu censualibus pro tanta parte
ad quantam ascenderet dimidia legitimæ, si esset
filius legitimus, & naturalis, vide Bullam Leo-
nis X. sub die 11. Nouembris 1517. in 5. registr.
Cancell. Comm. pag. 72. vbi etiam disponitur,
quod cogantur ad emendum bona proximiores
vsque ad quartum gradum, & si non reperian-
D tur idonei, Viciniores, aut Ciuitates. D

Ad materiam vide etiam Constit. March. lib. 4.
cap. 18. & Bullam Sixti IV. ibidem cap. 19. &
aliam Pij IV. sub die 21. Maij 1565. in Bullar. Vet.
constit. 128. pag. 870. & in Nou. tom. 2. constit.
52. pag. 70. §. 8. sub his verbis, Quod & ad le-
gitimam per Parentes soluendam extendimus,
vt illam soluere teneantur etiam si eorum filij in
meram contumaciam de aliquo delicto condem-
nati, aut banniti fuerint, non obstante quocum-
que Statuto, aut forsan consuetudine in contra-
rium existente, quibus omnibus nos per præsen-
tes in ampliori forma derogatum esse censemus,
E & decernimus. E

Circa modum, qui seruatur signanter in confi-
scatione legitimę in hac Ciuitate vide fidem DD.
Causidicorum sub die 28. Septembris 1594.

Si Pater commiserit delictum ob quod bona
venirent confiscanda quid reseruetur filijs vide
Stat. d. rubr. 72. §. si verò Paterfamilias, lib. 3.
pag. 32. & dicam infra ver. Pater.

Tenetur Pater soluere legitimam pro filio
Mercatore, vel Negotiatore Stat. rubr. 29. §. &
non obstante. lib. 2. pag. 18. & dicam de hoc
quoque infra ver. Pater.

Legitimam, aut supplementum quando possit
petere filia exclusa propter masculos vide in Re-
format. supra ver. Fœmina, præsertim in §. item
declaratur. pag. 133.

## Adnotationes.

1 De Legitima † nouissimè scripsit plenum tractatum
*Mercurialis Merlinus Foroliuiensis*, qui plures Ro-
tæ Romanæ decisiones congessit, *& Balt. Tomas. tra-
ctat. diuers. tract. 4.*

A Super hoc Statuto vide *Eugen. cons. 46. num.
10. & num. 33. lib. 1.*

2 B Vide ad declarationem † Statutorum huiusmodi
*Farinacc. quæst. 24. num. 160. & seqq. Carpan. ad Nou.
Stat. Medsol. cap. omnium. ver. Bona. num. 254. &
seqq. Merlin. d. tract. lib. 3. tit. 1. quæst. 33. & seqq.
Guazzin. de confisc. bon. conclus. 13. limit. 19. Caball.
resol. crim. cent. 3. cas. 250.* & ex nostris *Corn. cons. 97.
lib. 4. Non. cons. 94. & cons. 102. Eugen. cons. 45. & 46.
lib.* 1. vbi quod Pater non teneatur nisi in casu homi-
cidij, *& cons. 49. eod. lib.* vbi quod non teneatur pro
filio adoptiuo (*de quo etiam Non. cons. 100.*) *& eun-
dem Eugen. cons. 69 lib.* 1. vbi quod non cogitur sol-
uere legitimam, quando illam impendit pro filio in
studio literarum, *& Honded. cons. 95. lib. 1. & cons.
74. lib. 2.*

3 C Idem tenent Doctores nempe quod † legitima
non confiscetur vbi filius, qui deliquit, habet filios,
*Caballin. ad Constit. March. d. lib. 4. cap. 18. ver. Sub-
sidium. Ios. Ludou. decis. Perus. 11. num. 27. & seqq.
Carpan. vbi supra num. 261. & seq.* vbi idem si vxor
Banniti esset prægnans, (idemque *post Ios. Ludou.
dicto loco* scribit *Guazzin. de confiscat. bonor. d. con-
clus. 13. limit. 19. num. 38.*) *Farinacc. cons. 52. num.
2. lib. 1.* & in eadem causa *Honded. cons. 74. num. 2.
lib. 2.* qui responderunt Auum dum vixerit non te-
neri propterea dare legitimam nepoti, quod etiam
admisit Rota in eadem causa, & decisio est *apud eun-
dem Farinacc. d. loco num. 6. & seqq.* & vide etiam
*Eugen. cons. 100. num. 27. & seqq. lib. 2.* Imo quod
4 legitima † non potuerit confiscari vbi Pater habebat
alios filios ad minus tres, respondit de Anno 1624.
optimis rationibus hanc opinionem comprobando
*Rubinus Montemelinus* Legū Interpres in hoc Gym-
nasio Clarissimus, ex cuius institutione, ac disciplina
Viri innumeri omni doctrinæ, ac dignitatum genere
insignes prodiere.

5 D Hæc Bulla videtur intelligenda † quoad recep-
tatores Bannitorum illius temporis, de quibus est ibi
sermo, & hoc pro bono publico, quia alias cōtrarium,
quod Pater nec teneatur ad soluendam vnciam pro
filio illegitimo, respondit *Honded. cons. 95. lib.* 1. vbi
remouet contraria, & in fine testatur eius opinionem
fuisse in occurrenti casu receptam, sequitur *Guazzin.
de confiscat. bonor. conclus. 13. lim. 19. num. 31. & 32.
& lim. 20. num. 3.*

E Nisi superuenisset Bulla Pij IV. condemnatio fi-
6 lij in contumaciam † non sufficeret, vt Pater cogere-
tur ad legitimam præstandam, nec etiam respectu Pe-
culij ipsius filij, vt per *Non. cons. 102. num. 4. Eugen.
cons. 100. num. 13. & seqq. lib. 2. & Rot. in Cesena-
ten. de Cacciaguerris 7. Februarij* 1600. *coram Litta,
quæ est post cons. Farinacc. lib. 2. decis. 145. & alios ci-
tatos.* Verum dubitatum aliquando fuit an hæc con-
stitutio compræhenderet casum vbi filius erat con-
7 demnatus in pœnam pecuniariam, † & pro opinione
affirmatiua fauore Fisci fuerunt datæ duæ sequentes
allegationes.

Illustrissime

ILlustrissime, & Reuerendissime Domine. In Sta-
tu Ecclesiastico non credo, quod hodie sit opus
discutere illam quaestionem, An Pater vigore Statuti
teneatur ad soluendam legitimam pro filio criminali-
ter condemnato in contumaciam; In qua DD. com-
8 muniter distinguunt, An Statutum † loquatur de de-
licto, vel de sola condemnatione, vt per *Bart. in l. fi-
liusfamilias. ff. de verb. oblig. & per Felin. in cap. cum
Bertoldus. num. 22. in 2. limit. vbi de comm. de re iud.
& per alios citatos per Farinacc. quaest. 24. n. 177.* quia
in dicto Statu Ecclesiastico habemus Cōstitutionem
*Pij IV. 128. in ordine vers. quod & ad legitimam &c.*
vbi expresse ista controuersia deciditur declarando,
quod parentes, qui tenentur soluere legitimam pro
filio illam soluere teneātur etiam si filius sit condem-
natus, vel bannitus in contumaciam, per quam in
Statu Ecclesiastico istam quęstionem hodie esse deci-
sam expresse dicit *Chartar. de execut. sent. capt. ban-
nit. cap. 1. num. 301. & 306. Farinacc. d. quaest. 24.
sub num. 182. & Scacc. de Iudic. cap. 97. sub num. 126.
col. 7. vers. non obstat tertium &c.* quibus in locis aper-
tè dicitur, quod dicta Bulla Pij IV. emanauit ad tol-
lendam supradictam distinctionem Doctorum, & ad
corrigendam Constitutionem Marchiae, prout etiam
idem sentit *Vulpell. cons. 85. in vltimis verbis.*

9 Nec potest dici quod dicta Bulla Pij IV. † loquatur
in casu confiscationis, non in casu condemnationis
in poena pecuniaria, quia imò loquitur indistinctè in
vtroque casu, & si haec differentia constituenda esset,
quae tamen constitui non debet, potius dicendum es-
set, quod loqueretur in casu condemnationis pecu-
niariae, quàm in casu confiscationis triplici ratione.

Primo, quia generaliter, & indistinctè loquitur,
10 nam in legibus indefinita † aequipollet vniuersali *Bar.
in l. si pluribus de leg. 2. Couarr. var. resol. lib. 1. cap.
13. num. 8. Grat. cons. 44. num. 9. lib. 1.* & ideò ge-
neraliter quoque debet intelligi de omni condemna-
to, & bannito. *l. 1. §. generaliter de leg. praest. l. Iulia-
nus de leg. 3. Tiraq. in l. si vnquam in praef. num. 119.*
vbi alios citat, & dicit habere locum etiam in odio-
sis, & in poenalibus, prout idem dicit *Gozad. per eum
citat. cons. 39. col. antepenult. num. 17.*

Secundo, & melius, quia cum ista Bulla Pij IV. ten-
11 dat † ad correctionem Constitutionis Marchiae, &
Bullae Sixti IV. vt dicunt *Chartar. Farinacc & Scacc.*
supra in princ. citati, & in dicta Bulla Sixti IV. in hac
materia aequiparetur confiscatio, & poena pecuniaria,
quia in vtroque casu vult, & disponit, quod Pater te-
neatur soluere legitimam pro filio condemnato, vel
in totum, vel respectiuè pro rata condemnationis, eo-
dem quoque modo debet intelligi ista Bulla Pij IV. vt
scilicet loquatur de vtroque casu. *Roman. cons. 32. sub
num. 9. vers. 6. ad idem &c. Rip. in l. si constante. num.
69. ff. solut. matr. Paris. cons. 49. num. 49. Phanuc.
de Inuent. par. 7. num. 28.* & faciunt trad. *per Gabr.
cons. 178. num. 41. lib. 2.* Alias enim ista Bulla Pij IV.
12 non corrigeret † dictam Bullam Sixti IV. in totum,
sed tantum in vno ex casibus ibi contentis, quod esset
contra regulas supradictas, vltra quod non potest as-
signari commoda ratio diuersitatis, cur Pius IV. vo-
luerit Patrem teneri ad totam legitimam in casu con-
fiscationis bonorum filij, quàm ad partem dictae legi-
timae fortasse minimam in caso condemnationis pe-
cuniarum, cum prius in dicta Bulla Sixti IV. isti duo
casus essent omnino aequiparati, & ideò si non assi-
gnatur ratio diuersitatis non debemus recedere à ge-
neralitate verborum dictae Bullae Pij IV. ad trad. *per
Couarr. var. resol. d. lib. 1. cap. 13. sub num. 8. vers. 4.
hinc patet &c.*

13 Tertio, & vltimo, dicta Constitutio † Pij IV. in d.
*§. quod & ad legitimam &c.* si benè eius verba pon-
derentur, magis propriè loquitur de condemnationi-
bus pecuniarijs, quàm de confiscationibus, itaut si ad
alterum tantum de dictis casibus referenda esset, po-
tius, vt dicebam, referri deberet ad poenam pecunia-
riam, quam ad confiscationem, nam supra in versicu-
lis praecedentibus loquutus fuerat de poenis pecunia-
rijs soluendis à fractoribus pacis, & ab eorum fideius-
soribus, decernēs dictas pęnas deberi etiam pro con-
fessione ficta, quae oritur ex contumacia vnius ex ob-
ligatis, & statim subdit, quod illud idem extendit ad
legitimam soluendam per Patrem &c. Ista ergo ex-
tensio debet intelligi secundum terminos praeceden-
tes, vt scilicet loquatur de eisdem poenis pecuniarijs,
de quibus fit mentio in versiculis praecedentibus ad
notata per omnes *in l. 1. ff. de leg. 1. & per Gabr. d.
cons. 178. num. 41. lib. 2. cum similibus*, tantum abest,
quod iste vers. possit restringi ad poenam confiscatio-
nis, de qua nullum prorsus verbum legitur in vers. pr¿-
cedentibus, quorum extensio fit ad istam legitimam.

14 Denique etiam in terminis † aliorum Statutorum
periculosum esse existimo recedere in iudicando à
communi opinione; & omnes fatentur communem
opinionem esse, quod Statuta loquentia de condem-
natione non de delicto, comprachendant etiam con-
demnationem factam in contumaciam, vt in specie
fatetur. *Felin. in d. cap. cum Bertoldus. d. num. 22. in
fin. de re iud.*

Quare &c.

*Io: Baptista Spada Fisci, & Cam. Apost. Adu.*

15 Pius IV. in sua Constitutione † loquitur generaliter
de filijs in cōtumaciam de aliquo delicto condemna-
tis non se restringens ad cōfiscationem, & ideo intel-
ligi debet de omni condemnatione pecuniaria, quia
etiam in poenalibus verba generalia generaliter acci-
pienda sunt iuxta suam vim, & proprietatem *l. cum le-
ge. & ibi Aret. ff. de testam. Dec. in l. factum. §. in poe-
nalibus. n. 10. ff. de reg. iur. & cons. 5. in fin. Aym. cons.
308. num. 3. Rot. decis. 54 n. 19. & 201 par. 2. diuers.*

16 Quod etiam procedit quando vnum † venit appel-
latione alterius ex lata significatione *Calderin. cons. 8.
de elect. Aym. de antiquit. temp. par. 4. §. videamus
modo. num. 34.*

17 Et quod verba Constitutionis sint generalia † patet
ex eo, quod loquitur de condemnatis ex aliquo deli-
cto, quod verbum *aliquo* est generale comprachendens
omne delictum; & per consequens omnem condem-
nationem *Aym. cons. 294. num. 4. Cas. de Grasi. decis.*
18 *18. num. 5. & 6.* & verificantur † etiam in minimo
*l. si seruum. §. praetor ait. vbi Bart. ff. de acquir. hered.
Oldr. cons. 226. num. 8. vers. hac etiam. Aym. vbi sup.
Decian. cons. 48. num. 29. lib. 2.*

19 Accedit fortius, quod etiam in casu † pecuniario
condemnationis militat eadem ratio à Pio IV. ex-
pressa, nempe vt occurratur calumnijs, & impunitati
delictorum, de qua in proemio d. Constit. in §. *Nos
igitur. & in §. & quia in cautionibus &c.* qui proximè
antecedit

antecedit §. loquentem, & extendentem præcedentia ad legitimam per Parentes soluendam, & per consequens influit in eum iuxta *tex. in l. quisquis, & ibi Bart. ff. de legib.* vnde licita fit extensio etiam in pœ-
20 nalibus † ob identitatem rationis in Constitutione expressæ. *l. cum mulier. vbi Alex. num. 3. ff. sol. matr. Dec. in d. §. in pœnalibus. num. 15. in 3. fallen. Aym. in d. §. videamus. num. 18. Seraph. decis. 288. num. 6. repetita inter impressas diuersorum decis. 174. num. 4. par. 1.*

*Incertus.*

## *Pro negatiua autem fauore Patris, & Ciuitatis Perusiæ illi adhærentis vide sequentes.*

Illustrissime, & Reuerendissime Domine. Con-
21 stitutiones Marchiæ, necnon Sixti IV. † non procedunt in filio condemnato in contumaciam, sed solum quando fuisset condemnatus per veras probationes, & hoc absolutè seruabatur, vt *per Farinacc. in Prax. crimin. quæst. 24. num. 173. & seqq.* vbi cæteros cumulat.

22 Ideo difficultas reducitur ad Bullam Pij IV. † quæ dum grauat Parentes in legitima filiorum delinquentium etiam condemnatorum ex mera contumacia est odiosissima, & restringenda quantum possibile sit, vti nimis exorbitans, & iuri naturali, ac diuino, & humano repugnans, vt latissimè *Honded. cons. 95. à num. 41. lib. 1. Eugen. cons. 69. num. 30. lib. 1.*

23 Quo fit, vt sufficiat eam † operari contra præcedentes Constitutiones in vno tantum casu, & non debeat interpretari, vt etiam alium compræhendat, etiam si verba hoc possent importare *Put. decis. 350. lib. 2.* & hinc est, quod dicitur Constitutionem etiam derogatoriam iuris communis recipere interpretationem passiuam à iure communi *Aym. cons. 236. num. 9. Rota diuers. decis. 724. num. 16. par. 1.* & proinde videmus prædictam Constitutionem restringi, & non habere locum in multis casibus, quos generalitas verborum illius compræhendit, quia sufficit eam operari in vno tantum casu, quo magnitudo delicti faciat aliqua ex parte rationabilem pœnam Parentum ex delicto filiorum, & prædictos casus refert *Farinacc. dicta quæst. 24. à num. 162.*

24 Vnde sequitur, quod dum prædicta † Constitutio, vt præfertur, grauat parentes in soluenda legitima filiorum delinquentium debeat intelligi strictè quatenus tale delictum perpetrauerit, vt mereat condemnari in tota legitima. *Ias. in l. si idem cum eodem. n. 4. ff. de iurisd. omn. Iud. Bart. in l. vbi fideiussor. num. 1. ff. de solut. Bos. de sent. num. 37. Alex. cons. 135. num. 1. & seqq. lib. 4. & cons. 113. num. 30. & seqq. lib. 5.* maximè quia potest considerari diuersa ratio in condemnatione totius legitimæ, quæ præsupponit grauiorem causam, & ideo digniorem extraordinaria animaduersione, quæ certè non ita procederet in mitioribus pœnis, aut leuioribus delictis prædictis.

25 Non obstat, quod præcedentes † Constitutiones Marchiæ, & Sixti IV. ampliatæ à Pio IV. procedebant in mulctis pecuniarijs etiam intra legitimam, Quia hoc retorquetur, nam similiter si Pius IV. voluisset procedi contra parentes in contumaciam filiorum delinquentium pro dictis pœnis minoribus expressisset, prout expresserant præcedentes Constitutiones. *Alex. cons. 38. num. 8. lib. 6.* maximè quia maior vigebat ratio, vt condemnati per veras probationes paterentur diminutionem legitimæ in vita parentum, quàm in condemnatis in contumaciam, & ideo quo ad istos Pius IV. se restrinxit ad condemnatos de soluenda legitima, quæ propterea intelligenda est de tota integrali, non de singulis partibus. *l. eum qui. ff. de vsucap.*

Sed cessat omne dubium ex obseruantia subsecuta,
26 quæ † in hac Ciuitate præualuit, vt hæ pœnæ pecuniariæ citra confiscationem legitimæ numquam exigerentur à parentibus. *l. si de interpretatione & l. seq. ff. de leg. Soc. cons. 111. num. 5. lib. 1. & cons. 84. num. 15. vers. Postremò. lib. 3. Dec. cons. 48. num. 2. Put. decis. 12. lib. 3.* & hæc interpretatio ex obseruantia debet omnino amplecti etiam si non esset bona, & contra proprietatem verborum. *Abb. in cap. cum dilectus. num. 7. de consuetud. Aym. cons. 294. num. 6. §. vigesimoprimo. vers. amplius dico, & in responso pro genero num. 317. vers. vsque adeo,* ac etiam si alius intellectus verior esset de iure, sufficit enim quod verba non sint ita clara, vt non possint etiam alio modo intelligi. *Rot. diuers. decis. 574. num. 3. par. 1.*

27 Quod procedit etiam si alibi aliter † seruaretur, quia præualet opinio vsu, & praxi recepta, & obseruata in loco ex veriori, & communi opinione. *Grat. cons. 111. num. 51. & 55. lib. 2. Alciat. reg. 2. præsumpt. 30. num. 4. abunde D. Corat. de communi opin. lib. 2. tit. 9. cas. 18. per totum. Vinc. de Franc. decis. 238. num. 3.* & talis consideratio, & obseruantia non reputatur contraria iuri, & constitutionibus prædictis, sed potius interpretatiua. *Achill. decis. 10. num. 8. de dolo, & contumacia.*

Quare &c.

*Angelus Androsilla Aduocatus.*

Sicuti certum est, quod Constitutio Aegidiana in cap. 18. ac Bulla Sixti IV. ibidem sub cap. 19. lib. 4.
28 dum † astringunt Patrem ad soluendum condemnationem de filio in pecuniam factam pro concurrenti quantitate legitimæ, non habent locum nisi quando verè constiterit de delicto filiorum, & non quando in contumaciam filij damnati fuerunt, vt voluit *post Bar. in l. cum filiusfamilias. ff. de verb. oblig.* in terminis dictarum Constitutionum *Vulpell. in cons. 18. num. 3. Chartar. in tract. de execut. capto bannito cap. 1. num. 297. & 299. Non. cons. 94. num. 2. & 12. & Eugen. cons. 45. num. 21. & 44. & 45.* & fuit resolutum *in Cesenaten. de Cacciaguerris 2. Februarij 1600. coram Litta.*

29 Ita & est hoc idem hodie affirmandum † non obstante motuproprio Pij Papæ IV. per quem expressè cautum reperitur, quod Pater ad legitimam soluendum teneatur etiam si filius in cõtumaciam condemnatus fuerit, Quia cum Pater secundum Constitutionem Sixti IV. possit teneri ad solutionem integræ legitimæ, vel in casu confiscationis omnium bonorum, & condemnationis capitalis, vel in casu, in quo filius fuerit in solam pœnam pecuniariam pro aliquo alio delicto non capitali condemnatus, vtique omnis ratio suadet, quod idem motusproprius Pij ad casum

confiscationis

confiscationis totius legitimæ referatur, & de eo solummodo loquatur, & non ad alium, quia cum certum sit, quòd hic continet dispositionem pœnalem, & correctoriam iuris communis, & pariter odiosam,
30 æquum est, vt, quantum fieri possit, restringatur adeo vt vnum tantùm ex dictis casibus decidat, sicut in proposito arguit *Corn. cons. 97. num. 4. & seq. & num. 34. lib. 4. Non. in cons. 100. num. 6. Hond. cons. 95. num. 42. & seq. lib. 1. & cons. 74. num. 13. & 14.* & in terminis huiusmodi motus proprij *Eug. in d. cons. 45. num. 28. & num. 33.*

Rursus, quia in casu confiscationis legitima debe-
31 tur † immediatè Fisco tamquam de bonis filij, & vti comprehensa in confiscatione quemadmodum aduertit *Gabr. cons. 176. num. 10. lib. 2. & Honded. d. cons. 74. num. 28. lib. 2.* In alio verò casu simplicis condemnationis mediatè venit dicta legitima assignanda Fisco, quando filius non haberet peculium, aut alia bona, & sic in confiscatione legitima est in obligatione, & pœna ipsa, in condemnatione verò simplici, legitima solummodò est in solutione; cum ergo multùm casus isti inter se differant, & regulari-
32 ter dispositio, quæ de vno loquitur, alium non comprehendat, vt de delicto mediato, & immediato in terminis Statuti pœnalis arguit *Bal. in l. si de pecoribus. C. ad l. Aquil.* quem sequitur *Thom. Doct. cons. 222. subscript. 2. num. 1. DD. in rubr. ff. si cert. pet. & signanter Dec. in 1. lect. num. 1. & in 3. num. 3. ac Cagnol. ibidem num. 4. & 6. in vers. sed non est recedendum*, vbi testatur de communi, & de eo, quod
33 est in solutione, nempe quod differat † ab eo, quod est in obligatione arguit *Bart. in l. si quis stipulatus fuerit decem in melle, num. 1. ff. de solut. & Curt. iun. cons. 24. num. 6. Aret. cons. 11. num. 8. Couarr. in tract. de numismat. cap. 3. §. vnico vers. 8. conclus. & vers. 10.* & cæteri quos allegat, & sequitur *Surd. cons.*
34 *225. num. 5. & 6.* propterea non est † dicendum, quod motus proprius præfatus voluerit sub vnica, & eadem determinatione, vtrumque æquè determinare ad tradita per *Rol. cons. 74. num. 13. & 14. lib. 2. per Menoch. cons. 76. num. 13. & 15. & per Sim. de Praet. in tract. vlt. vol. lib. 3. dubit. 1. solut. 9. fol. 265. num. 20. & 21. ac per Surd. decis. 426. num. 4.* & sic condemnationes pecuniariæ in hoc motu proprio non debent, nec possunt censeri comprehensæ.

Nec obstat, quod dicatur dictum motum proprium
35 indefinitè loqui, † & ideo omnes casus comprehendere, quia in correctorijs, & odiosis, & multò magis in penalibus indefinita non æquipollet vniuersali *Bal. in l. fin. §. in computatione in fin. C. de iur. deliberat. Osasch. decis. 168. num. 21. Alex. in l. 1. num. 2. ff. de liber. & posth. Purpurat. cons. 333. num. 13. Menoch. cons. 97. num. 155. & Surd. cons. 430. num. 21. & 24.* & ideo ad hoc propositum in contrarium allegata non obstant, quia à superius deductis hoc pacto limitantur.

Non obstat quoque, quod Constitutio Sixti IV.
36 æquiparet casum † confiscationis, & casum condemnationis pecuniariæ, & propterea cum motus proprius Pij IV. veniat correctiuè ad ipsam Constitutionem, sit de vtroque casu interpretandus, quia cum verba dicti motus proprij per *Farinac. in quæst. 24. num. 182. & Charlar. & Seacc.* allegati non dicant, quod ille factus sit ad correctionem dictæ Constitutionis, nec nos dicere debemus, & quando hoc verum es-
37 set, non intrat argumentum ab æquiparatis, † ex quo sumus in materia correctoria, & pœnali *Rol. cons. 27. num. 15. & num. 19. lib. 1.* & ex quo allegata in contrarium procedunt in vniuersaliter æquiparatis *glos. in cap. constitutus. in ver. prorogamus. tit. de regul. in 6. Crot. in l. omnes populi. num. 178. ff. de iust. & iur. Rolan. d. cons. 27. num. 17. Eugen. cons. 49. num. 39. Hond. cons. 45. num. 119. & 120. lib. 1. Villagut. in tract. de extens. legum. in rubr. de extensione legis correctoriæ num. 69. vers. limita singulariter*, atque idcirco non applicantur, quia confiscatio, & condemnatio non sunt vniuersaliter in iure æquiparata, quinimò nec in casu astringendi Patrem ad soluendum legitimam, quoniam, vt superius deductum fuit, legitima venit immediatè, & ipso iure in confiscatione, quod non contingit in condemnatione.

38 Nihil facit, quod verba Motus proprij † magis cõprehendere debeant condemnationem pecuniariam, quàm confiscationem, ex quo loquitur de extensione dispositionis, quæ facta fuerat super pœna pecuniaria, quia credendum est, quod extensio non fuerit facta in dicto motu proprio respectu qualitatis pœnæ, sed respectu modi procedendi, & astringendi Patrem etiam stante contumacia filij, prout supra fecerat in casu fideiussionis, quandoquidem in hac materia extensionis non requiritur, quòd similitudo sit quoad omnia, sed sat est, quod in eo, de quo principaliter agitur, casus conueniant. *Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 23. ff. de acq. poss. Euerard. in sua Centur. in loco à simili. num. 6. & 7. & Menoch.* qui plures allegat *de arbitr. cas. 84. num. 6.* & proinde
39 quia semper facienda est interpretatio illa, quæ magis æquitati consentanea sit, & maiorem benignitatem contineat. *Bal. in l. cum allegamus. de vsur. Cranett. cons. 135. num. 37. Menoch. de arbitr. cas. 194.*
40 *num. 4. 5. & 6.* vel quæ casum magis † necessarium comprehendat *Cran. d. cons. 135. num. 34. & Menoch. vbi supra num. 12.* cum referre extensionem ad
41 solam confiscationem, † sit magis benignè procedere, & casus ille, vtpotè respiciens maius delictum, & vbi agitur de maiori præiudicio Fisci sit magis necessarius, dicendum, & concludendum est non obstantibus adductis in cõtrarium ex *Gabr. in cons. 178. num. 43. lib. 2.* quæ loquuntur de lege interpretante intelligenda secundum legem interpretatam, & non tangunt punctum differentiæ inter vnum, & alterum casum, vt accidit in casu isto, quod adhuc verum sit, quod idem motus proprius Pij IV. non est extenden-
42 dus † ad condemnationem in pecunia factam saltem in Ciuitate Perusiæ, cuius occasione hodie punctus iste pertractatur, ex quo in ea adest Statutum, per quod cautum reperitur, quòd Pater teneatur tantummodo ad soluendum legitimam filij, si pro homicidio, vel de homicidio, & non pro alijs delictis condemnatus fuerit, quod quidem Statutum non fuit; nec est per motum proprium Pij IV. sublatum, sed imò per Summos Põtifices, & præsertim per Gregorium XIII. confirmatum, vt latè defendit *Eugen. in d. cons. 45. per totum, & præcipuè num. 27. & infra, & num. 46. 47. & 48.*
43 Non obstante, quod condemnationes, † de quibus agitur in pœnam pecuniariam fuerint factæ pro homicidio, quandoquidem id non fuit pro homicidio à

condemnatis commissa, sed ob illorum interuentum occasionalem; quo casu non dicuntur condemnationes prouenisse pro homicidio, vt sententiæ ipsæ probant, & in suo casu aduertit *Eugen. d. consil. 43. num. 23. 24. 25. & 26.* qui in præmissis ponit, vt aiunt, gladium in radices &c.

Quare &c.

*Antonius Portius Aduocatus.*

Bulla Sixti IV. quoad legitimam filiorum à paren-
44 tibus soluendam † non videtur loqui in casu condemnationis contumacialis. Hæc enim dispositio de legitima, Incipit in *§. quidam verò* vbi in proemio narratur, quod qui in alterius potestate sunt ex eo promptiores fiunt ad delinquendum, quod patratis per eos excessibus eorundem bona in executione capi non possunt. Vnde benè infertur ex dictis verbis, *patratis excessibus*, quod ipsa Constitutio loquitur de filijs maleficia committentibus, non autem de filijs simpliciter condemnatis, vt in puncto scribit *Corn. consil. 97. lib. 4. num. 6. & Chartar. de execut. sent. contum. cap. 1. num. 299.* & consequenter non tenentur parentes in casu condemnationis contumacialis, quia illa
45 potius ob meram contumaciam, quam ob maleficium lata præsumitur, iuxta doctrinam *Bart.* communiter receptam *in l. cum filiusfamilias 49. ff. de verb. oblig. num. 3. & ibi post alios Iasonum Bal. & idem Bart. in cons. 116. lib. 1. num. 2.* vbi loquitur in terminis Statuti Perusini de legitima soluenda pro filio, qui maleficium commisit.

46 Quæ quidem intelligentia eò fortius est † tenenda, quod postea in *§. et parentes*, decidens Sixtus IV. parentes teneri ad soluendam legitimam eorum, quos habent in potestate: non simpliciter loquitur de filijs condemnatis, sed taliter condemnatis, idest pro delictis non in contumaciam, cum ipsa dictio *taliter*, sit restrictiua ad terminos præcedentes ad *text. & DD. in cap. 2. de tempor. ordinand.* & ponderat in specie *Corn. in d. cons. 97. sub num. 8. Chartar. vbi sup. n. 299. & sequitur Farinac. quæst. 24. n. 179. in fin.*

Adiungitur consideratio aliorum verborum subse-
47 quentium † Sixti IV. *seruata semper discretione, & alijs in præcedenti Constitutione expressis*, aduertendo, quod in præcedenti Constitutione Aegidiana inter alia exigitur constare debere de maleficio, & sic in illis verbis, *& alijs*, congruè reperitur videtur etiam præcedens qualitas verificationis maleficij, vt considerauit *Chartar. in d. loco cit. num. 301.*

48 Nec dicatur illa verba, *& alijs*, referri † ad considerationem numeri filiorum, & facultatum, de quibus loquebatur illa Constitutio Aegidiana: Quoniam supplicatur aduerti, quod consideratio numeri filiorum, & facultatum comprehendebatur in illis verbis, *seruata semper discretione*; quia discretio, de qua loquutus fuerat Aegidius hæc erat, quod scilicet Iudex in ablatione legitimæ aduerteret ad numerum filiorum, & quantitatem facultatum, vnde ociosa remanerent illa verba, *& alijs*, si ad prædictas considerationes referrentur, superfluitas autem semper est euitanda *l. si quando 11. ff. de leg. 3.* cum alijs vulgatis.

Præsertim dum agitur de interpretatione, & extensione non legis adeo exorbitantis à iure communi; quod nonnulli DD. de eius validitate dubitauerint, vt alias dixi.

49 Concurrit pro hac intelligentia Bulla † Sixti IV. quod Pius IV. per modum extensionis decreuit postea parentes teneri etiam pro filijs in contumaciam condemnatis, vt inferius dicetur; signum euidens, quod hæc Bulla Sixti nō loquebatur de simplici condemnatione in contumaciam; ne cogamur allegare absurdum, idest Pij IV. extensionem esse superfluam.

Præterea negari non potest, quin ipsa Constitutio
50 Sixti IV. † non loquatur de legitima filiorum ob maleficium condemnatorum, attendendo illa verba, *existentibus eorum demeritis*; vt aduertit *Corn.* iam citatus, & alia verba, *patratis per eos excessibus*, vt pariter aduertit *Chartar. vbi supra.* Quo casu licet eadem Constitutio alibi loquatur etiam de filijs absentibus, & condemnatis, nihilominus adhuc vtrumque requiritur, nempe condemnatio, & verificatio maleficij, ita in nostris terminis voluit *Non. cons. 94. num. 13.* quem citat *Farinac. d. quæst. 24. num. 128.* vbi licet *Bertazol.* in contrarium alleget, ille tamen non loquitur in his terminis, sed in Statuto simpliciter mandante Patrem teneri soluere condemnationem pro filio.

Et tandem reminiscendum est, quod etiam in ter-
51 minis Bullæ † volentis Patrem teneri ad legitimam filij condemnati contra *Bart.* stat magnorum Doctorum sententia negatiua, quæ æquior est, & in iudicando tenenda etiam contra communem, dum agitur de executione huius Bullæ adeo exorbitantis, prout egregiè probat in terminis nostris *Non. d. cons. 94. num. 10. & latius Farinac. d. quæst. 24. num. 178.* quam opinionem omnino sequendam affirmat *num. 181. & seq.* quando Constitutio (vt in casu nostro) non loquitur indefinitè, quod Pater teneatur soluere quamcumque filij condemnationem, cum in dubio sit intelligenda de condemnatione ob delictum, vbi præsertim in ipsa Constitutione de maleficijs filiorum Sixtus IV. loquutus fuerit.

Sed quicquid sit, de hac quæstione generaliter de-
52 cidenda, suppleatur pro resolutione fauorabili quoad Ciuitatem Perusiæ, quia ad eius fauorem, & post editam ab eo de Anno 1478. Constitutionem, de qua supra per eius Breue postea de Anno 1483. *impresso in libro Statutorum fol. 42. in fin. & 43. à tergo* Statuta dictæ Ciuitatis confirmauit, & ex certa scientia contrarijs quibuscumque derogauit, *vt in Summ. num. 1.* & de hac confirmatione meminit *Non. vbi sup. num. 131. in fin.* prout expressè etiam confirmauit postmodum *Clem. VII.* in Breui ibidem impresso fol. 43. *in Summ. num. 1.* necnon *Greg. XIII.* vt inferius dicetur.

Statutum autem Perusiæ *lib. 3. pag. 32. in princ.* ex-
53 pressè † disponit, quod legitima non debeatur pro alijs maleficijs, & delictis, præterquam pro homicidio, vel de homicidio, *vt in Summ. num. 3.* Quod quidem Statutum vsque ad hæc diem inconcussè obseruatum fuit, & de eo meminit *Eugen. in alias alleg. cons. 43. num. 40.* asserens confirmatum quoque fuisse à *Cardinali Vrbini* Legato dictæ Ciuitatis, & successiuè à Greg. XIII. quæ ideo poni iussimus *in Summ. num. 4. & 5.*

Quibus antedicti Statuti confirmationibus atten-
54 tis † de viribus Bullæ 128. Pij IV. disputationem ingredi non est opus, cum illi sic sufficienter derogatum sit quoad Ciuitatem Perusiæ;

Z

Illud

Illud vnum obiter dicere non prætermittam in
55 quæstione, quoad alios, † quam Ciuitatem Perusij forsan disputanda, nempe quod ipsa Bulla Pij IV. multa continet, & immediatè ante §. quod & ad legitimam &c. vbi ponitur casus noster illud vnum in substantia disponit, quod in casibus fractæ pacis, & cautionis de non offendendo, sola sententia contumacialis afficiat fideiussores ad soluendum pœnam pro eis promissam; & ideo dum postea Pius IV. subdit, quod ad legitimam per Parentes soluendam extendimus, vt illa soluere teneantur, etiam si eorum filij in metam contumaciam de aliquo delicto condemnati, aut banniti fuerint, certo mihi certius videtur præcedentem decisionem firmatam contra fideiussores pacis, vel treguæ seruandæ ad parentes eorum, qui eam fregissent extendisse, id siquidem optimè ostendunt dictio, *quod*, & verbum, *extendimus*, cum illa dictio, *quod*, sit relatiua præcedentium, & illud verbum, *extendimus*, sit ampliatiuum antecedentis dispositionis, vt nemo est, qui id non intelligat.

56 Et quod hæc dispositio quoad parentes † sit dependens à dispositione contra fideiussores in casibus fractæ pacis, vel treguæ, ex eo patet, quod fractores pacis, vltra pœnam conuentionalem, & pecuniariam à fideiussoribus promissam, tenentur etiam pœna homicidij, adulterij, iniuriæ, & alijs pœnis à lege pro qualitate delicti in frangenda tregua, vel pace commissi inflictis, inter quas pœnas confiscationis pœna multoties intrare solet, & quia plerumque ab existentibus in aliorum potestate eiusmodi pacis, & treguæ fractio committi solet, propterea Papa hunc incidentem casum diffinire volens decisionem factam aduersus fideiussores quoad pœnam conuentionalem extendit ad parentes, quoad pœnam legalem confiscationis bonorum legitimæ à iure illis fractoribus debitæ ex identitate rationis, nempe vt pœnæ rigor eos homines à maleficijs huiusmodi retrahat.

57 Nec obstant illa verba, *de aliquo delicto*, † quæ generalia videntur, quoniam multa delicta committuntur, vt dixi, à fractoribus pacis, vel treguæ, dum vulnerant, occidunt, adulterant, iniurijsque afficiunt, aliaque mala committunt, ideo ad subiectam materiam pacis, & treguæ restringenda veniunt, *Aym. cons. 3. num.* 15. *Seraph. decis.* 559. *num.* 3. cum alijs per eos allegatis.

Præsertim, vt in quantum possibile est, restringa-
58 tur † nimis rigorosa, & exorbitans Constitutio supradicta, prout Doctores omnes in hac materia exclamant, & optimè *Seraph. in decis.* 853. *num.* 4. & 7.

Quare &c.

*Laertius Cherubinus Aduocatus.*

Constitutio Marchiæ 18. lib. 4. & Sixti IV. ibidem
59 impressa, dum volunt † Patrem adhuc viuentem teneri pro delicto filij soluere legitimam, adeo rigorosa reputatur, vt *Bal. Ang. & alij* non valere arbitrati fuerint teste *Vuio in suis commun. opin. in ver. Statutum disponens*, & *Hond. cons.* 95. *lib.* 1. *num.* 47. vnde procul dubio dici potest, quod magis odiosa est etiam alia Constitutio Pij IV. disponens Patrem teneri etiam pro filio in contumaciam condemnato, & consequenter si illas strictè intelligēdas esse dixit post alios *Gasp. Cabal. in suis adnot. ad eas*, multò fortius Pij IV. Constitutionem strictissimè interpretandam esse iure videtur *Hond. latè d. cons.* 95. *num.* 40.

Quo stante licet verba huiusmodi Bullæ Pij IV. sint
60 generalia, † vt exaduerso dicitur, rationabilis tamen est distinctio, quod intelligatur potius in casu confiscationis legitimæ filij, quàm in casu condemnationis particularis. Quoniam sicut optima ratione pro grauioribus criminibus imponitur pœna confiscationis, quàm particularis pœna pecuniaria, adscripta per *M. Ant. Peregr. de iur. Fisc. lib.* 1. & *Farinacc. quæst.* 25. *num.* 11. & *seqq.* ita rationabile videtur, quod pœna filij se extendat ad Patrem potius in casu, quo grauiter filius deliquit, ideoque eiusdem bona confiscantur, quàm in leuioribus criminibus, vbi leuior etiam pœna imponitur, cum semper pœna commensuranda sit delicto, de quo agitur *l. respiciendum. ff. de pæn.* cum *alijs vulg.* & *scribit Marsil. in pract. criminal. §. opportunè. num.* 46.

61 Et hæc distinctio fundetur † ex præcedenti dispositione ipsius Pij IV. in eadem Bulla, vbi solùm disponit fideiussorem teneri pro suo principali in contumaciam condemnato, non generaliter in omni casu, sed solummodo in casu pacis fractæ, & cautionis de non offendendo, nec alia ratione id factum censetur, quàm ob atrocitatem criminis violatæ fidei, propter quam Papa iuri communi rationabiliter derogauit, illiusque fines transgressus est. *Alciat. cons* 131. *tom.* 2. *lib.* 5. *num.* 7. & *Moron. de fid. treg. & pace quæst.* 102. *num.* 5. *vbi alios allegat*. Et ex his patet, quod non iure exaduerso dicitur nullam assignari posse rationem diuersitatis.

Non obstat, quod Sixtus IV. in dicta Constitutio-
62 ne æquiparauit † casum confiscationis, & casum particularis condemnationis, ita vt Bulla Pij IV. loquens in casu confiscationis, capiat etiam alium ei æquiparatum. Quoniam respondetur tunc solummodò dispositum in vno ex æquiparatis alterum comprehendere, cum æquiparatio facta est per modum regulæ in omnibus, & per omnia, prout est illa generalis æquiparatio facta à lege de legatis, & fideicommissis in *l.* 1. *ff. de leg.* 1. *vbi Bart. Ias. & alij* sic declarant; sed hæc exæquatio non legitur in dicta Constitutione Pij IV. ergo argumentum ab æquiparatis cessat præsertim in materia exorbitanti, vt respondet *Ang. Aret. in cons.* 24. *sub num.* 19. & *Barbat. cons.* 26. *lib.* 3. *num.* 1. *Paris. cons.* 49. *lib.* 3. *num.* 46. cum alijs per eos allegatis.

63 Præsertim, quia maior viget ratio in vno; † quàm in alio casu, vt superius ostendi *glos. in cap. quamquam* 18. *in verb. deuoluitur post med. de elect. in* 6. optimè *Roman. cons.* 220. *num.* 5. *vers. vltimo. Ias. in l.* 21. *ff. de iureiur. num.* 20. ac *Paris. vbi supra num.* 87.

Neque obstat tertium argumentum, quod exten-
64 sio ad legitimam Patris intelligitur † in casu condemnationis particularis, & quod casus superius positi loquuntur de huiusmodi condemnationibus. Respondetur etiam, quod extensio est consideranda solùm quoad contumaciam, vt sicut in alijs casibus grauis delicti fideiussor tenetur pro reo in contumaciam condemnato, ita etiam Pater pro filio, si pro graui delicto ipsa legitima sit confiscanda, idque probatur ne dum diuersitate temporis, rationis, sed & vt nimis exorbitans Constitutio minus obliget Patrem viuentem, vt superius ostensum fuit.

Et nullius momenti est, quod Bulla Pij IV. sit intel-

65 ligenda † secundum terminos Bullæ Sixti IV. de omni condemnatione, eo quod loquitur de illa materia ad *l. primam. ff. de leg.* 2. *& conf. Gabr.* 178. *lib.* 2. *num.* 41. Siquidem illa lex loquitur in exæquatis per modum regulæ, vt supra responsum fuit; & *Gabr.* loquitur in quadam Bulla Pij IV. expressè mentionem facientes de Bulla Leonis X. ita vt eius auctoritas; & argumentum possit retorqueri aduertendo, quod de Bulla Sixti IV. vel de condemnationibus particularibus in Bulla nostra Pius IV. loquutus fuisset, si eius mens totam illius materiam, omnesque eius casus comprahendere voluisset *Lenica. §. si autem ad deficientis. C. de caduc. tollen. Bald. conf.* 298. *lib.* 2. *Iaf. conf.* 74. *lib.* 3. *num.* 3.

Et tandem communis opinio Doctorum, quod le-
66 ges † loquentes de condemnatione habeant locum in condemnatione in contumaciam non adaptatur nostræ quæstioni, quæ solum versatur an Constitutio Pij IV. intelligatur de omni condemnatione in contumaciam particulari, vel de confiscatione legitimæ in contumaciam.

Quare supplicatur pro hac æquiori, & sanctiori resolutione in eiusmodi materia, quæ magis, quàm alia quælibet exorbitans videtur.

*Laertius Cherubinus Aduocatus.*

Cum huius causæ diffinitio reducta videatur ad intelligentiam §. quod & ad legitimam &c. Bullæ 128. Pij IV. propterea strictè ad huiusmodi intelligentiam
67 dico, † quod verbum, *quod*, & dictio, *&*, clarè demonstrant Pium IV. continuare sermonem suum circa materiam homicidiorum, vel maleficiorum, quæ etiam frangendo pacem, treguas, aut fideiussiones de non offendendo committebantur, de qua agebatur in §. præcedenti ita probat *tex. in l. scia* 20. *in §. Caio cum ibi not. ff. de fund. instruct. Bal. conf.* 235. *lib.* 5. *num.* 1. *vers. secundo. Zabar. conf.* 58. *num.* 1.

Et clarius hoc demonstrat subsequens verbum, *ex-*
68 *tendimus*, † cum tàm limitatio, quàm ampliatio debeat esse de materia præcedentis dispositionis *vulg. l. nam quod liquidè* 4. *ff. de pen leg. & tradit Dec. & alij in d. l.* 1. *ff. de reg. iur.*

Adiungitur, quod Pius IV. in præcedenti §. *insuper*
69 dixerat † illos homicidas, & flagitiosos homines pœnarum seueritate à delinquendo coercere velle, vt patet ex lectura d. §. homicidia autem, & alia maleficia, quæ fiunt, cum fractione pacis, treguæ, aut cautionis de non offendendo duplici pœna puniuntur, nempe pœna legali, idest à lege imposita ipsi homicidio, vel alio maleficio, & etiam alia pœna conuentionali, quam partes contractui addiderunt, vt benè explicat *Marf. conf.* 9. *num.* 49. *vers. capio modo. Baiard. quæst.* 47. *num.* 43. *& Farinacc. quæst.* 107. *num.* 80. *&* 85. & quia idem Pontifex vsque ad nostrum §. rigorem auxerat solummodo quoad pœnam conuentionalem exigendam à fideiussoribus frangentium pacem etiam in contumaciam condemnatorum, & remanebat pœna legalis frequenter filijsfamilias imponenda propterea in §. nostro continuando eandem materiam auget ipsam pœnam legalem quoad legitimam pro ipsis filijs persoluendam.

70 Huic autem intelligentiæ non obstat, † quod Papa generaliter loquitur de filijs condemnatis de aliquo delicto, & verbum, *aliquo*, æquipollet vniuersali, & sic omne delictum comprahendit iuxta doctr. ad hoc allegatas. Quoniam respondetur, quod licet regulariter id procedat, verùm tamen ad propositum nostrum duas recipit limitationes, quarum

Prima est, quando præcedens dispositio est specia-
71 lis de aliqua materia † tunc etenim verba sequentia quantumcumque generalia, & vniuersalia restringuntur ad subiectam materiam, vt habemus de verbis generalibus quietantiæ adiectis, quæ restringuntur ad terminos litis, de qua fit transactio *l. si de certa* 31. *C. de transact. & l. emptor* 48. *§. lucius. ff. de pact.* idem dicitur de legatis generatim ex codicillo per hæredes præstandis scriptis, vt intelligamus de hæredibus solum, à quibus prius in testamento legata relicta erant *l. legatorum* 34. *§.* 1. *vbi Bart. Bald. & Castr. ff. de leg.* 2. & alia exempla habentur *in l. fin. §.* 1. *de tritic. vin. & ol. legat. in cap. sedes* 15. *de rescript. in l. iubemus* 21. *C. ad Vell.* cum similibus.

Secunda est limitatio, quod verba generalia cuius-
72 cumque dispositionis restringuntur, † ne sequatur absurdum *l. vt gradatim* 11. *§.* 1. *ff. de muner. & l.* 2. *C. de nox. act. secundum lect. Bal. & Bar. & aliorum ibi, & latè Ofasch. decis.* 169. *num.* 10. *& seqq.* Absurdum autem id esse dicitur, quod ratione, vel æquitate caret *l. si ita vulneratus* 52. *vers. quod si quis. ff. ad l. Aquil.* sed lex auferens legitimam filiorum Patri viuenti non æqua, nec rationabilis, sed est contra ius diuinum, naturale, canonicum, & ciuile, teste *Hond.* qui alios cumulat *in conf.* 95. *lib.* 1. *num.* 40. *& seq.* ergo generalitas suorum verborum restringenda est ad limites præcedentis materiæ, vt minus corrigat prædicta iura *Tiraq. de reuoc. donat. §. omnia vel partem sub num.* 21. *& Ofasch. in loco cit.* vbi firmat nullum verbum esse adeo generale, vt secundum subiectam materiam, & pro vitando absurdo restringi non debeat, & sequitur *Mant. qui alios cumulat de tacit. & ambig. conuent. lib.* 1. *tit.* 16. *num.* 20.

Nec refragatur dicere hæc locum habere posse, si
73 recti sermonis ratio † eiusmodi intelligentiam reciperet, ideoque non intrare in casu nostro, quia si illa verba generalia, *de aliquo delicto*, quæ de multis prædicantur, referimus ad crimen fractæ pacis &c. esset reducere generalem dispositionem de omni delicto ad speciale de delicto pacis fractæ &c.

74 Respondetur etenim primò, † quod hæc restrictio in lege pœnali, & admodum exorbitanti admittitur, vt minus corrigat ius commune *Alex. conf.* 248. *lib.* 6. *num.* 10. *Rot. in decis.* 853. *num.* 7. *coram Seraph.* & signanter, vt intelligatur secundum subiectam materiam *Ofasch. d. decis.* 169. *sub num.* 11.

75 Respondetur secundò, quod retinetur ratio † recti sermonis, si illa verba generalia, *de aliquo delicto*, intelligimus de delictis, ex quibus pax rumpitur, aut tregua, vel cautio de non offendendo, quoniam dum homicidio, vulnere, falsa accusatione, adulterio, iniuria, aut alijs multis maleficijs rumpitur pax &c. vnumquodque maleficium suam pœnam præcipuam indictam à lege habet, & retinet suum specificum nomen patrati delicti, & non venit appellatione pacis ruptæ. Absurdum enim esset dicere, quod rumpens pacem &c. dicatur homicida, vel adulter, aut falsarius, cum alijs maleficijs rumpatur, vt in ipsamet Bulla asseritur in princ. d. §. Insuper. *Farinacc. latè d. quæst.* 107. *num.* 227. *& seq.* ipsumque homicidium, falsitas

falsitas &c. est delictum principale, fractio autem pacis est qualitas aggrauans, vt per eundem num. 74. 80. & 85. vbi alios allegat,& consequenter est verissimum, quod verba, de aliquo delicto, possunt in terminis dictæ Bullæ prædicari de multis, non de vnico delicto fractæ pacis,& dum verificantur in multis delictis respectu fractæ pacis, treguæ, vel cautionis, recta est eorum intelligentia secundum præcedentem materiam, de qua principaliter fit dispositio in d. §. Insuper ex superius allegatis.

Benè verum est, quod Chartar. de execut. sent. contumac. cap. 1. num. 301. & Farinacc. quæst. 24. n. 128.
76 dicunt † ex hac Bulla Pij IV. loquente de filijs condemnatis in meram contumaciam sublatam esse disputationem Bullæ Sixti IV. Verùm nō hoc nos contendimus, sed an §. noster loquatur de filijs in meram contumaciam condemnatis pro aliquo cuiuscumque generis delicto, vel potius de omni delicto, ex quo frangitur pax &c. secundum subiectā materiam præcedentis §. cum quo continuatur dispositio §. nostri, & in hoc (ni fallor) verior mihi videtur secunda intelligentia ex supra allegatis.

Quare &c.

*Laertius Cherubinus Aduocatus.*

Dum controuertitur de intelligentia Bullæ Sixti, vel Pij IV. & ex deductis illa adhuc est in obscuro, videtur sumenda resolutio contra Fiscum ex duobus.

77 Primò, quia extat clara dispositio Statuti † à Gregorio XIII. confirmati, quo cauetur, quod non nisi pro homicidio, vel de homicidio Pater teneatur ad legitimam filij, de quo Statuto, & eius confirmatione meminit Eugen. in cons. 45. per totum, & præcipuè num. 27. & seqq. vbi etiam probat num. 23. & seq. quod delinquentes (vt sunt nostri principales) condemnati pro assistentia rixæ, in qua sequutum est homicidium, non dicuntur condemnati pro homicidio, neque de homicidio.

Secundò, quia notoria est consuetudo in Ciuitate
78 Perusiæ, † quod à Patre nusquam fuit exacta particularis pœnæ condemnatio, sed solummodò si confiscata fuit ipsa legitima. Hæc autem subsequuta obseruantia est optima interpres cuiusque legis, cum de eius intelligentia disputatur l. seruus plurium 13. ff. de leg. 3. Hym. cons. 201. num. 11. Dec. cons. 285. num. 2. Bart. cons. 59. num. 3. Rot. decis. 571. par. 3. diuers. num. 3. & ista conclusio adeo vera est, quod locum habet quamuis de iure alia esset sumenda intelligentia ipsius legis Soc. cons. 145. lib. 1. num. 3. & Rota diuers. decis. 256. par. 2. num. 6.

79 Nec refragantur illa verba Constitutionis Pij, † non obstante quacumque consuetudine in contrarium faciente vna cum decreto irritante, Quia illud verbum, existenti, demonstrat, intelligendam esse Bullam de consuetudine præterita, non autem futura, & fundata in contrario vsu Put. decis. 1. lib. 1. Et neque intelligitur de immemorabili Rum. cons. 13. lib. 2. num. 30.

Quare &c.

*Laertius Cherubinus Aduocatus.*

*Cum hic articulus de anno 1615. fuisset plenè discussus in Sacra Consulta, fuit firmatum, quod seruaretur solitum, à quo tempore numquàm Pater fuit molestatus nisi pro legitima in casu homicidij, & dicam aliqua infra ver. Pœna.*

# LEGITIMATIO Filiorum.

## SVMMARIA.

*Legitimati, seu dispensati filij excludunt fœminas à successione, & reintegratione in princ. & vide Adnot. num. 2. & seqq.*

*Verba secundum voluntatem, & dispositionem Patris, iuri tamen non contraria, declarantur in Adnotat. num. 19.*

*Legitimandi facultatem in hac Ciuitate qui habeant vers. Legitimandi. vbi de Collegio V. I. Doctorum, & Adnot. num. 24.*

*Legitimandi facultas fuit restricta per Pium IV. ibid. & vide Adnot. num. 25.*

*Legitimatio an valeat sine expressione Statuti exclusiui fœminarum Adnot. num. 3.*

*Legitimatus cum clausula, sine præiudicio venientium ab intestato, an excludat fœminas num. 4. & seqq.*

*Legitimatus adnascitur etiam alijs agnatis quoad successionem, quamuis eorum consensus non interuenerit in legitimatione num. 11. & vide num. 18.*

*Legitimare post mortem Patris possunt DD. de Campeggys num. 12. & an contra voluntatem illius num. 16.*

*Clausula restrictiua in legitimatione quoad bona paterna non extenditur ad bona aliorum num. 13.*

*Ius quæsitum ante legitimationem quando dicatur num. 17.*

*Legitimato non potest plus relinqui quàm legitimo num. 20. & seq. vbi declaratur.*

*Legitimatus per Oblationem Curiæ, vel per ingressum in Religionem non excludit fœminas, nec impedit reintegrationem num. 22.*

*Legitimatus post mortem Patris non excludit fœminas num. 23.*

*Legitimatus excludit substitutum, vbi non constat de contraria mente testatoris num. 25.*

Legitimati filij, seu dispensati possunt, & valent succedere secundum tenorem, & valorem legitimationis, seu dispensationis, & voluntatem, ac dispositionem (iuri tamen non contrariam) sui Patris, vel alterius Domini bonorum ipsum legitimantis, etiam in præiudicium filiarum legitimarum, & naturalium, & descendentium ab eis, necnon quoad effectum exclusionis earum à reintegratione, deficiente linea masculina, legitima, & naturali Stat. rubr. 45. lib. 2. in reformat. in fin. quæ sunt impressæ per extensum supra ver. Fœmina. pag. 134.

Legitimandi facultatem in hac Ciuitate habet aliquot Familiæ Nobiles, & Collegium V. I. Doctorum, vt dixi ver. Doctores. vers. Collegiati.
A pag. 116. A Et ad declarationem harum facultatum vide Bullam Pij IV. in Bullar. nou. tom. 2
B constit. 45. pag. 60. B

## Adnotationes.

1 De Legitimatione † vide quæ scribit *Lup. in tract. de Illegit. & natal. rest. liber. & Balthassar Tomasius tractat. varior. tract. 1. de legitimat.* Controuersum
2 est apud DD. an masculi legitimati † excludant fœminas in terminis Statuti exclusiui fœminarum, vt apud eundem *Lup. d. tract. comm. 3. §. 1. num. 75.* vbi pro affirmatiua concludit, prout etiam *Merlin. de legitima lib. 3. tit. 1. quæst. 20. & Tomas. d. tract. 1. tit. 14. cap. 6.* Sed cessat difficultas stante quod in nostro Statuto legitimati admittantur ad exclusionem fœminarum, An autem legitimatio valeat † sine expres-
3 sione Statuti exclusiui fœminarum vide *Eugen. cons. 57. num. 4. & 5. & num. 49. cum seqq lib. 1. & Surd. cons. 552. num. 50. lib. 4. Merlin. d. quæst. 20. num. 19. & Tomas. d. tract. 1. tit. 13. cap. 8.* Dubitari autem potest an legitimati cum clausula sine præiudicio venientium ab intestato † compræhendantur in hoc no-
4 stro Statuto, & pro affirmatiua, quia dicta clausula præseruat solum iura masculorum, non autem fœminarum à Statuto exclusarum, vide *Menoch. cons. 1026. num. 26. & 35. vers. tertio respondetur. Cost. de Rat. quæst. 238. num. 18. Merlin. d. quæst. 20. num. 24. & Tomas. d. tit. 14. cap. 6. num. 38.* qui tamen loquuntur in clausula, quod legitimatus non efficiatur melioris conditionis prole legitima, & in terminis
5 clausulæ † *sine præiudicio venientium ab intestato*, contrarias opiniones refert idem *Merlin. d. quæst. 20. num. 27. & seqq.* & dum nostrum Statutum admittit dispensatos videtur recipienda opinio pro legitimato contra fœminas, quia in despensationibus semper apponitur dicta clausula, & omissa subintelligitur ex reg. Cancell. *Merlin. d. quæst. 20. num. 30. & seq.*

6 Quamuis autem *Rota* † *in Perusina Fideicommissi de Baptistis 28. May 1627. coram R. P. D. Pirouano,* quæ in calce est, *decis. 61 num. 23. & seqq.* & quæ fuit confirmata in alia *sub die 15. Decembris 1628.* quę pariter est in fine, *decis. 98. num. 23.* dixerit Statutum nostrum operari non posse contra tenorem legitimationis, in qua si præseruantur iura venientium ab intestato, non potest Statutum tollere hanc facultatem à Principe in eorundem fauorem concessam, quinimò & Patris petentis legitimationem commodum, vt non nisi habilitatio legitimati ad id extendatur, ad quod per Patrem fuerit relictum.

7 Attamen considerabatur in contrarium, † quod Statutum non tollit facultatem concessam à Principe in fauorem venientium ab intestato. Sed propter Statutum illa clausula intelligenda est de masculis non de fœminis, quæ in hoc casu dicuntur extraneæ *Merlin. d. quæst. 20. num. 29. vers. & prædictorum*
8 *ratio.* Commodum autem Patris † petentis legitimationem non videtur attendendum, tum quia non agebatur ibi de successione ad eius bona, vt loquuntur auctoritates in decisione citatæ, sed ad bona filij legitimi ipsius Patris legitimantis, & fratris ipsius legi-
9 timati; tum quia commodum; † & voluntas Patris non attenditur, nec requiritur à nostro Statuto, vt respondit *Præstantissimus sui temporis Iuris interpres Io: Paulus Lancellottus*, & qui fuit vnus ex compilatoribus dicti Statuti, *inter cons. vlt. volum. diuers. lib. 1. cons. 176. num. 67.* dum dicit, quod mens statuentium, vel dictantium dictum Statutum fuit nihil velle alterare in ista materia, sed totam velle relinquere dispositioni iuris communis, quod quidem cum vocet aliquos ad successiones; vel ex testamento; vel ab intestato, voluit Statutum ex testamento seruari tenorem testamenti; & ob id dixit secundum voluntatem, & dispositionem Patris, vel alterius Domini bonorum; ab intestato autem seruari voluit tenorem, ac valorem legitimationis, nec voluit Statutum, quod si quis ex tenore, & valore suæ legitimationis possit ad hæreditatem Patris legitimantis succedere, auferre, & tollere istud ius filio legitimato nisi concurreret etiam testamentum paternum, nam illud esset absurdissimum, & contra intentionem, & verba ipsorum statuentium, & Patris legitimantis; ita ipse,

10 Et quatenus requireretur consensus Paternus † videbatur de illo constare ex eo, quod Pater petendo legitimationem cēsetur voluisse se conformare cum Statuto, & quoad commodum illud consideratur ex agnationis conseruatione *Costa d. quæst. 238. n. 18.*

Præterquamquod in casu dictæ decisionis legiti-
11 matus † obtinuerat à DD. de Campeggijs aliam legitimationem absque dicta clausula *sine præiudicio venientium ab intestato*, & quidem in vita fratris de cuius bonis, & successione agebatur, legitimatus autem adnascitur etiam alijs agnatis quoad successionem, quamuis eorum consensus non interuenerit in legitimatione, iuxta opinionem *Io: Andr. ad Specul. tit. de success. ab intest. ante fin.* quam alijs pluribus citatis sequuta est *Rota in Romana successionis ab intestato de Masseis 11. Iuny 1596. coram Litta*, idemque firmarunt *Peregr. cons. 112. num. 5. lib. 3. & cons. 52. num. 17. lib. 4.* & alij quos refert, & sequitur *Lup. d. tract. comm. 3. §. 1. num. 66. vers. similiter legitimus. ibi item legitimatus.* & potest quis iuuari pleniori legitimatione *Lup. d. comm. 3. §. 4. num. 44. vbi de comm.* Potuerunt autem DD. de Campeggijs legiti-
12 mare † etiam post mortem Patris, vt habetur in eorum priuilegijs Imperiali primo, & postea Pontificio, quæ leguntur apud *Lup. d. §. 1. num. 33. vers. alterum*
13 *simile.* Nec potest dici contra voluntatem † Patris, tum quia non agebatur de eius hæreditate, & clausula restrictiua quoad bona paterna in legitimatione non extenditur ad bona aliorum, vt dixit *Rota in Romana Legitima del Nero 15. Decembris 1628. coram*
14 *nunc Eminentissimo Card. Vbaldo in fin.* tum † quia in mandato, quod ipse Pater dedit ad obtinendam primiam legitimationem non declarauit, quod obtineretur cum aliqua restrictiua, imo dixit omni modo
15 meliori, tum quia dicta clausula debet intelligi † de masculis ex ipsius voluntate cum censeatur se voluisse conformare cum Statuto, tum demum, quia Do-
16 minos de Campeggijs † potuisse legitimare etiam contra voluntatem Patris comprobat *Giouagn. cons. 17. num. 19. lib. 2.* Sed in hoc obstat Bulla Pij IV. de qua supra, & dico in vltima Adnot. hic. Nec potest
17 dici, quod superuenerit dicta legitimatio † post ius quæsitum substitutis, quia tunc dicitur ipsum ius quęsitum vbi non solum est mortuus testator, sed etiam ipse grauatus *Eugen. cons. 35. num. 18. lib. 2.* & quia quicquid sit de hoc, in casu successionis ab intestato non potest dici esse aliquod ius quęsitum venientibus ab intestato viuente illo de cuius successione agitur.

Rota

*Rota in Romana de Iauellis 20. Iunij 1614. coram bo. mem. Vbaldo, quæ est decis. 600. par. 1. recentiss. vers. quia in dicta, & in Ferrarien. Emphitheusis 16. Nouembris 1620. coram Eminentissimo Cardinali Virili à vers. Nec facit quod in mandato.* Nullum autem
18 potest dici factum † præiudicium fratri legitimo ex legitimatione, quia non per hoc ipse cogebatur legitimato bona relinquere, vt considerat *Io: Andr. vbi supra*, & quia poterat legitimatus præmori, & ipse legitimus ei succedere, vt in casu *Rota in Romana Legitima Sabb. 26. Nouembris 1622. coram bo. mem. Vbaldo*, quæ est impressa, licet per errorem inscripta Buratto apud *Merlin. de legit. decis.* 115.

19 Et ad declarationem verborum † Statuti nostri vide *in Perusina Bonorum de Vbaldis 5. Maij 1586. coram Orano*, quæ est in fine, *decis.* 106. *vbi num.* 4. *& seq.* dicitur quod illa verba, *& secundum voluntatem, & dispositionem sui Patris iuri tamen non contrariam*, stant ampliatiue propter dictionem, *&*, illaque verba *iuri tamen non contrariam*, recipiunt intellectum, vt
20 Pater non possit legitimato plus relinquere, † quàm legitimo prout de iure est, *§. & quoniam v. vlt. auth. quib. mod. nat. effic. sui*. Sed hoc potest intelligi de masculis, vt aduertit *Tomas. d. tit. 14. cap. 6. num.* 39. maximè vbi tempore legitimationis masculi aderant *idem num.* 40. & præsupposito, quod alias legitimatio non possit impugnari ob non factam mentionem
21 fœminarum. Præterquamquod † *d. §. & quoniam vers.* loquitur in legitimato per oblationem Curiæ, & non habet locum in legitimato per rescriptum, vt voluerunt *Nou. cons.* 76. *num.* 21. *& seqq. & Eugen. cons.* 57. *num.* 83. *& seqq. lib.* 1. sed vide *Lup. com.* 3. *§.* 1. *num.* 53. & super istis cogita. Aduertendum
22 est etiam, quod legitimatus † per oblationem Curiæ, vel per ingressum in Religionem non excludit fœminas, nec impedit reintegrationem, vt fuit decisum in *Perusina Reintegrationis 9. Iunij 1625. coram bo. me. Buratto*, quæ est in fine, *decis.* 65. *num.* 14. *& seqq.* quæ decisio fuit confirmata *sub die 29. Maij* 1626. *coram eodem*, quæ est in fine, *decis.* 66. *num.* 1.

23 Et quod legitimatus post mortem † Patris fœminas non excludat, dixit *Rota in dicta Perusina Reintegrationis in fine decis.* 65. *num.* 16. sed consideranda sunt supra dicta, & videndus *Tomas. d. tract.* 1. *tit.* 11. *num.* 1. *& seqq.*

24 A De legitimato † ab hoc Collegio loquitur *Nou. cons.* 76. *et num.* 1. quem refert *Tomas. d. tract.* 1. *tit.* 6. *cap.* 6. *num.* 45.

25 B Hæc Bulla Pij IV. tollit legitimationes, † quæ fiunt contra voluntatem testatoris, non autem alias, & ideo excluditur per legitimatum substitutus vbi non constat de contraria mente testatoris, vt quicquid dixerint *Odd. cons.* 16. *num.* 14. *& Honded. cons.* 64. *num.* 39. *cum seqq. lib.* 1. *& cons.* 59. *num.* 8. *lib.* 1. declarauit *Eug. cons.* 52. *num.* 65. *& seqq. lib.* 1. quem secuta est *Rota in Bononien. de Malvetijs* 24. *Februarij* 1612. *coram Card. Sacrato*, quæ est *decis.* 288. *par.* 1. *recent. & decis.* 412. *par.* 1. *recentiss. & in dicta Romana de Iauellis coram bo. me. Vbaldo*, quæ est *decis.* 600. *par.* 1. *recentiss. in fin.* vbi alij citantur quibus adde eundem *Eug. cons.* 29. *num.* 53. *& seqq. lib.* 2. *& Peregr. de fideicomm.* *quæst.* 407. *num.* 188. *& seq.* vbi est registrata dicta Bulla, *Carbat. contr. forens. tom.* 2. *contr.* 109.

# LENOCINIVM.

## SVMMARIA.

*Lenocinium qua pœna puniatur.*

Lenocinium tam in fœmina, quàm in masculo punitur Statut. rubr. 88. lib. 3. pag. 34. col. 4. & vide Bullas Pauli IV. in Bullar. nou. tom. 1. constit. 18. pag. 739. & Sixti V. tom. 2. constit. 46. pag. 554.

## Adnotationes.

Vide *Farinac. de delict. carn. quæst.* 143. *num.* 1. *& seqq.* & de lenone masculorum *Caball. resolut. crimin. cent.* 3. *cas.* 384.

# LIBELLVS.

## SVMMARIA.

*De Libelli porrectione, & alijs seruandis postea in princ.*

*Libellus diffamatorius non debeat admitti in fin.*

DE Libelli porrectione, & de termino assignando Reo, & de modo citandi vide Stat. rubr. 2. §. item dicimus, & ordinamus. lib. 2. pag. 2. col. 4. Libellus diffamatorius non debet admitti Stat. rubr. 49. lib. 2. pag. 27. sed vide supra ver. Diffamatio. pag. 113.

## Adnotationes.

Vide de Libello *Marant. de ord. Iud. par.* 6. *mem.* 3. *pag.* 335. De emendatione, & mutatione Libelli vide *Menoch. de Arbitr. cas.* 176.

# LICENTIA.

## SVMMARIA.

*Licentiæ, seu mandata executiua indigent renouatione apud Successores, vt possint exequutioni demandari, & quid requiratur in princ.*

*Sed hodie renouantur tantum elapso biennio in fin. & Adnot. num.* 8.

*Citatio an sit necessaria in executione sententiæ num.* 2.

*Et quid quando est mutata persona Iudicis ibid.*

*Carceratio nulla aliquando confirmatur num.* 5. *&* 6.

*Appellatio non datur à renouatione licentiæ num.* 7.

LIcentiæ, seu mandata executiua relaxata à Dominis Consulibus, Auditoribus, & Camerarijs indiget, vt possint exequutioni demandari, renouatione per Successores, præstito iuramento per Creditorem sibi non fuisse satisfactum, & citato debitore, qui non potest opponere

nere nisi quasdam exceptiones, quas debet probasse infra duos dies per publica instrumenta, vel infra terminum per eosdem Iudices assignandum, vel per scripturam manu creditoris factam Statut. rubr. 31. §. item volumus. lib. 1. pag. 36. col. 3. & rubr. 24. §. item volumus, & ordinamus. lib. 2. pag. 12. col. 3. Debent etiam renouari licentiæ, seu mandata aliorum Iudicum per Successores, alias non potest fieri exequutio, vt rubr. 31. lib. 2. pag. 20. col. 2. vbi quod exceptiones debent probari infra octo dies. Sed vigore Decreti Episcopi Amalphitani Gubernatoris licentiæ, & mandata non indigent renouatione, nisi elapso biennio, vt in eius Decretis publicatis die 10. Decembris 1590. quæ fuerunt confirmata per Card. Pinellum Legatum sub die 19. Aprilis 1591. quæ habentur impressa, & hoc decretum hodie obseruatur.

## Adnotationes.

1 Vide *Bal. cons. 35. lib. 5.* vbi *in princ.* supponit † stylum in hac Ciuitate renouandi licentias etiam parte non citata, & inferius *num. 2.* dicit, quod de iure vbi sumus in successore in eodem Tribunali non sunt necessaria noua acta, & hoc confirmatur ex 50, quod
2 quamuis an sit necessaria † citatio in executione sententiæ sit aliqua difficultas ex citatis supra ver. *Executio vers. fin. & Adnot. num. 1.* quibus addo *Ludouis. decis. 545. & Beltram. ibi num. 1.* vbi in fine dicit, quod quando est mutata persona Iudicis requiritur citatio, attamen hoc non est verum vbi executio fit per Successorem, vt tradunt *Gabr. comm. conclus. tit. de Citat. conclus. 1. num. 135. & Carpan ad Stat. Mediol. cap. 55. num. 4. & 5. par. 2.* Sententiæ autem executio de iure communi potest fieri vsque ad triginta annos *Bal. in l. debitorib. num. 11. C. de pact.* postea autem non potest *Rota decis. 689. num. 3. par. 1.*
4 *recent.* Vide etiam † *Ios. Ludou. decis. Perus. 40.* vbi *n. 1.* dicit, quod ex dispositione nostri Statuti, & ex stylo huius Curiæ quando nouus Gubernator ad Prouinciam accedit non possunt exequutioni demandari licentiæ, & mandata executiua antea relaxata nisi re-
5 nouentur, *& num. seqq.* quod non obstante † nullitate carcerationis debitoris ob non factam renouationem, attamen quia Carceratus confitebatur debitum decidit non esse illum relaxandum, sed capturam confirmandam, cum melius sit consulere creditoribus, quàm rigori Statuti, & testatur ita seruari, maximè vbi debitores non sunt admodum soluendo. De iure
6 autem † hoc est controuersum, vt per *Mauson. de causis execut. lib. 1. amplia 27. num. 8. & seqq.* & vi-
7 de *Seraph. decis. 878. num. 2.* Appellatio autem † non datur à renouatione licentiæ, quia qui renouat rem nouam non facit, ita concludit *Bal. d. cons. 35. lib. 5.*
8 Super hoc Statuto † respondit etiam *Eugen. cons. 9. lib. 2.* & vt dixi supra hodie non renouantur licentiæ ob mutationem Iudicum, sed tantum vbi est lapsum biennium propter dictum decretum, quod superuenit.

# LIGNAMINA.

### SVMMARIA.

*Lignamina impetu aquarum asportata restitui debent Domino in princ. & Adnot. num. 1. & 2.*
*Lignamina quando non liceat emere vers. In die.*
*Gabbella lignaminum qua, in fin.*

Lignamina alicuius si impetu aquarũ asportata fuissent, & remansissent in re alterius, seu si fuissent appræhensa, restitui debent Domino, soluta competenti mercede Stat. rubr. 100.
A §. fin. lib. 1. pag. 44. A

In die Sabbati non licet emere quædam lignamina ante Nonam, causa reuendendi, sub pœna Stat. rubr. 48. lib. 4. pag. 15. Gabbellam lignaminum exigi posse etiam ab ementibus mandauit Innocentius VIII. in eius Breui sub die 2. Maij 1485. in 4. reg. Breuium Cam. Apost. pag. 141.

## Adnotationes.

1 A Idem videtur de iure † communi *l. si quis nec causam. §. fin. ff. si cert. pet.* quam citat *Aret. in §. præterea. num. 6. inst. de rer. diuis.* est etiam *tex. in l. hoc amplius. §. 1. ff. de damn. infect.* & respondit *Feder.*
2 *de Senis cons. 107.* vbi docet quid faciendum † si non reperiatur Dominus, & damnum afferant ei in cuius bonis reperiuntur, & vide etiam *Benincasium in tract. de alluui. post tract. de constituto. par. 3. de mundat. num. 6.*

# LIS LITIGIOSVM.

### SVMMARIA.

*Lis quando mota intelligatur in princ. & Adnot. n. 1.*
*Alienans rem litigiosam, vel cedens iura, aut fructus punitur vers. Alienans.*
*Executio potest fieri non obstante possessione alterius ibid.*
*Iudexque debet prohibere possidenti alienationem ad instantiam actoris ibid.*
*Alienatioque est nulla, nec nocet ei, cui alias præiudicaret, dicto loco, & Adnot. num. 3.*
*Pactum de quota litis prohibetur vers. Pactum.*
*Offendens causa litis etiam Aduocatos, & Procuratores punitur in fin. & Adnot. num. 4.*

Lis mota intelligitur per porrectionem libelli, vel aliqualis petitionis, & vnicam citationem quoad Compromissum petẽdum Stat. rubr. 27. de Compromiss. lib. 2. in reform. cap. 4. registr. supra ver. Compromissum. pag. 83. & quod per solam citationem factam de parte in scriptis, vel verbo intelligatur ceptum iudicium in causis recursuum à grauaminibus Gabbellariorum est Stat. rubr. 575. in fin. lib. 1. pag. 264.
A

Alienans

Alienans, vel cedens iura, vel fructus, aut locans rem litigiosam punitur in quadruplum valoris rei, & lis dicitur mota, vbi qualitercumque citatus fuerit aliquis occasione rei per eum possessæ Stat. rubr. 10. in princ. lib. 2. pag. 5. vbi quod iste tenetur in omnibus, ac si rem possideret, & potest fieri executio non obstante quod alius possideret, & quod debet Iudex ad instantiam Actoris prohibere possidenti nè alienet. Prohibetur etiam d. rubr. 10. §. insuper quia, alienatio rerum, & iurium super quibus lis pendet, vel pendere verisimiliter speratur, sub poena dupli, & nullitatis alienationis, & in §. fin. cauetur, quod instrumentum, & scriptura non faciat fidem, nec noceat ei in cuius præiudicium

B redundaret, [B] & in rubr. 205. lib. 3. pag. 61. col. 4. habes Decretum; quo prohibentur donationes,

C & cessiones fieri de re litigiosa. [C]

Pactum de quota litis prohibetur rubr. 146. lib. 3. pag. 50. & in Bannim. General. num. 78. & dixi supra ver. Aduocatus. pag. 8.

Offendens causa litis etiam Aduocatos, & Procuratores punitur pœnis contentis in Bulla Alex. VI. de qua in Bullar. nou. tom. 1. constit. 11. pag. 399. quæ fuit extensa ad hanc Ciuitatem, & Gubernium per Bannim. General. num. 54. etiam quoad inferentes minas coram Iudice, vt ibi-

D dem num. 57. [D]

## Adnotationes.

A De Iure communi † vide *Marant. de ord. Iud.*
1 *par. 5. num. 64. Vestr. in Prax. lib. 4. cap. 1. & ibi Grauat. Rota coram D. Coccino decis. 337.* & quod quoad Actorem dicatur lis introducta ex solo decreto citationis *Caualcr. decis. 658. num. 2.*

B De litigiosis † vide *Peregr. de Iur. Fisc. lib. 4.*
2 *tit. 6.* Super hoc nostro Statuto vide *Ios. Ludou. decis. Perus. 68. num. 3. 4. & 9. Turrett. cons. 58. num. 9. & seq. lib. 1. Non. cons. 78. num. 13. & Honded. cons. 20. num. 8. & 54. cum seqq. lib. 1.* & in simili Statuto *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 68.*

C Super hac rubr. † vide dicta supra *ver. Donatio*
3 *pag.* 119. vbi *num. 1.* citaui decisionem Rotæ, quæ vult, quod loquatur de re litigiosa, sed in nigro nihil ad rem dicitur.

D Alexandrina hæc Bulla † quando intret vide
4 *Farinacc. cons. 67. lib. 1. & decis. 2. & ibi Adden. post eiusdem cons. d. lib. 1. & Guazzin. de confiscat. bonor. conch. 13. ampliat. 87 pag. 68.* & ad declarationem Statutorum *Odd. cons. 88. & Hect. Felic. alleg. 33. tom. 1.*

# LOCATIO, & Conductio.

## SVMMARIA.

*Conducere non licet domum, vel alium locum locatum alteri, etiam finito tempore locationis; vbi primus Conductor soluerit, vel soluere voluerit pensionem, ex Stat. in princ. & vide Adnot. num. 3.*

*Et in casu discordiæ eliguntur Homines ad taxandam pensionem ibid.*

*Nisi Dominus vellet pro se retinere d. loco.*

*Promissio primi Conductoris de relaxãdo possessionem non præiudicat, nec renunciatio iurata Statuto, ibid. vers. Ad idem.*

*Conductio prohibetur durãte tempore locationis facta alteri vbi primus Conductor fidem, & pacta seruauerit ibidem vers. Prohibetur.*

*Ecclesiæ, Monasteria, & Loca Pia comprehenduntur sub Statuto præferente primum Conductorem ex Bulla Pontificia d. loco vers. Habemus.*

*Quid de Iure communi Adnot. num. 4.*

*Venditio, seu alio modo alienatio domus, vel alterius loci non præiudicat Conductori, quominùs possit stare, & morari durante tempore locationis, vers. Si Dominus.*

*Idem in fundo rustico, ibid.*

*Quid de Iure communi Adnot. num. 5.*

*Conductor confitendo possidere pro alio non præiudicat Domino, vel possessori vers. Conductor.*

*Nec probando se possedisse, quia præsumitur possedisse pro locatore ibid. & Adnot. num. 6.*

*Executio non potest fieri pro debito locatoris super re locata, si debitor habeat alia bona vers. Executio.*

*Adiudicata re locata Creditori locatoris, Conductor tenetur illi respondere de pensione, ibidem, vbi quod adiudicatio non censetur facta in præiudicium ipsius Conductoris.*

*Responsio facienda pro affictu prædiorum debet taxari per æstimatores vers. Locationes prædiorum.*

*Conductor domus, vel alterius loci nolens in conductione remanere, tenetur denunciare Domino, vel locatori per duos menses ante, alias censetur reconduxisse per alium annum vers. Nolens, vbi quia in fundo rustico, & vide Adnot. num. 7. & seqq.* A

*Pensio per Locatorem non potest peti post annum vers. Conductor transacto anno.*

*Conductus Operarius ad opus Communis, si non perfecerit intra tempus conuentum punitur, in fin.*

*Bona Subconductoris existentia in bonis locatis sunt obligata Locatori etiam ratione temporis antea transactis ex Statuto Vrbis Adnot. num. 1.*

*Locator quando censeatur tradidisse, & adimpleuisse pro eius parte num. 2.*

*Dominus potest de Iure communi rem locatam alteri locare finita locatione, nec præfertur primus Conductor num. 3.*

*Renunciatio locationis est probanda num. 10.*

*Renunciandi necessitas in Conductore ex Statuto nè censeatur reconduxisse, an habeat locum in Locatore num. 11.*

*Executiuè non potest agi pro tempore reconductionis num. 12.*

NOn licet alicui per se, vel alium aliquam domum, vel locum cuiuscumque qualitatis ad pensionem conducere, nec fructus ipsius domus, vel loci emere, si Mercator, vel Artifex, vel alia persona haberet ad pensionem, vel alio

 modo

modo pro sua Mercatura, seu Arte exercenda, vel habitatione facienda, siue sit completum tempus locationis, siue non sit completum, quousquè primus conductor, vel habitans locatori, vel domino soluerit, vel soluere voluerit pensionem Stat. rubr. 54. in princ. lib. 2. pag. 29. & in §. si verò, disponitur de electione hominum vbi dominus, & conductor non essent concordes de quantitate pensionis, & in §. & hoc non intelligatur, cauetur hoc non habere locum, vbi dominus vellet pro sua habitatione, vel Arte exercenda in veritate, & non in fraudem, sed si iste postea non habitauerit, vel ibi artem non exercuerit, & locauerit, vel fructus vendiderit, locatio, & venditio non valet, & incurritur poena. Compellitur etiam secundus conductor, seu fructuum emptor de facto, & reponitur, & defenditur primus conductor in loco conducto ibidem §. & si quis secundo, vbi quod si fuerit secundus conductor in mora restituendi, seu relaxandi puniatur tam ipse, quàm dominus. Ad idem vide etiam rubr. 596. lib. 1. pag. 130. vbi extenditur huiusmodi dispositio in fauorem primi conductoris, adeo vt non præiudicet ei, nec promissio in publico instrumento iuramento vallato de relaxando possessionem in fine temporis conuenti, nec renunciatio huic Statuto cum iuramento. Prohibetur conductio ad pensionem, seu laboritium, aut coptumum durante locationis tempore etiam de re Clerici vbi conductor fidem, &

A pacta seruauerit Stat. rubr. 53. d. lib. 2. pag. 29. A

Habemus etiam Bullam Iulij III. in qua cauetur huiusmodi Statuta ligare etiam Ecclesias, Monasteria, & Pia loca, cuius Bullæ tenor est sequens. IVLIVS PAPA III. Ad futuram Rei memoriam. Romanum decet Pontificem sua sollicitudine indefessa prouidere, vt ea, quæ in contentionis scrupulum trahuntur, ita suæ declarationis oraculo dilucidentur, vt exinde nemini relinquatur occasio dubitandi, & omnis abscindatur materia litigandi. Cum itaque, sicut accepimus, in Statutis, & consuetudinibus Ciuitatis nostræ Perusinæ inter alia expressè caueatur, quod Conductores, & Inquilini apothecarum, & fundicorum in dicta Ciuitate existentium ab ipsis apothecis, & fundicis, quamdiu solitas illorum pensiones soluerint, & soluere voluerint conductione durante, vel finita expelli, seu aliàs amoueri nequeant, & si conductores super pensionibus huiusmodi concordes non existant, illas iuxta prouidam ordinationem, seu declarationem per homines communiter eligendos soluere teneantur, prout in Statutis, & consuetudinibus huiusmodi latiùs contineri dicitur. Et licet cum dudum ante Ecclesiæ, & Pia ipsius Ciuitatis loca, apothecas, & fundicos locantia Statutis prædictis obnoxia, & obligata extiterint, ac apothecarum, & fundicorum conductores se eisdem Statutis aduersus Ecclesiam, & loca huiusmodi forsan prætextu, quod statuentes nullam contra ea statuendi potestatem, seu iurisdictionem haberent tueri, & defendere possent, hæsitari contigisset, ipsaque hæsitatio ad bo. mem. Ascanij, dum viueret Cardinalis Ariminensis nuncupati, tunc in humanis agentis, & Ciuitatis præfatæ Legati notitiam deuenisset, Idem Ascanius Cardinalis, & Legatus conductorum eorundem, ac ipsius Ciuitatis habitatorum, & Incolarum indemnitati, & tranquillitati consulere volens decretum Inquilinatus, quod in Alma Vrbe nostra vigebat tunc, & viget ad præsens ad Ciuitatem prædictam per fel. rec. Paulum Papam III. prædecessorem nostrum extendi procurauerit, & fecerit, præmissis per id satis prouisum fore existimans: nihilominus a nonnullis nodum in scirpo quærentibus, & nimium cunctis apothecas, & fundicos prædictos sub huiusmodi decreto, cum de domibus loquatur, minimè comprehendi pluries dubitatum fuit, & dubitatur, & sicut etiam accepimus apothecæ, & fundici ipsius Ciuitatis pro maiori parte ad Ecclesias, Monasteria, & Pia loca spectent, & pertineant: Nos, qui ex iniuncto Nobis desuper Apostolatus officio debito cunctorum Christi fidelium, & præsertim Nobis, ac Apostolicæ Sedi subditorum quieti, & tranquillitati, quantum cum Deo possumus, libenter consulimus, ne super præmissis in futurum dubitari contingat prouidere, omnemque hæsitationis scrupulum, & litium anfractus exinde funditus amouere, ac ipsorum Inquilinorum indemnitatibus consulere volentes ex certa scientia nostra, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, statuimus, & declaramus non solum domos, sed etiam apothecas, & fundicos quoscumque in dicta Ciuitate existentes sub decreto huiusmodi, Ita quod conductores, & inquilini solitas pensiones apothecarum, & fundicorum eorundem iuxta decretum Prædecessoris, ac Statutorum huiusmodi continentiam, & tenorem soluentes, aut soluere volentes per Ecclesiarum, Monasteriorum, & Piorum locorum huiusmodi Rectores, seu ipsorum Monasteriorum tam virorum, quàm mulierum Conuentus, ab ipsis apothecis, & fundicis expelli, vel amoueri nequeant perpetuò comprehensas existere, & comprehendi, sicque per quoscumque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores, in quauis instantia sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, interpretandi, & definiendi facultate, & auctoritate, iudicari, interpretari, & definiri,

& definiri, ac Statuta prædicta perpetuis futuris temporibus obseruari debere, necnon irritum, & inane quicquid secus super ijs à quoquā quauis auctoritate contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, & constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quibusuis exemptionibus, immunitatibus, priuilegijs, indultis, & literis Apostolicis, etiam Mari magno, Bulla aurea, & aliàs quomodolibet nuncupatis; Ecclesijs, Monasterijs, & locis prædictis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs clausulis, concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, & specifica, indiuidua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret tenoris huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscumque. Dat. Romæ apud S.Petrum sub anulo Piscatoris die 10. Aprilis 1553. Pontificatus nostri Anno quarto. Hon.Vig. V.Macharanus. B

Si dominus, vel possessor vendiderit, seu alio modo alienauerit domum, vel locum quemcumque, non præiudicatur Conductori, quominus stare, & morari valeat pro tempore, quo iam soluisset pensionem, vel soluere vellet durante tempore conductionis d.rubr.54. §.& si dominus. lib. 2. pag. 29. col.3. & quoad fundum rusticum, quod per alienationem non præiudicetur iuri Conductoris vide rubr. 52. in princ. d.lib.2. pag. 29. col. 1. C

Conductor confitēdo rem possidere pro alio, quam pro eo à quo habuit punitur, & non præiudicat domino, vel possessori Stat. rubr. 160. §. & si conductor. lib. 3. pag. 52. col. 4. & in §.seq. habetur, quod probatio facta per conductorem se possedisse rem conductam non nocet domino, seu locatori, pro quo præsumitur possedisse. D

Executio pro debito locatoris non potest fieri super re locata, si debitor habeat alia bona Stat. rubr.182. in princ. lib.1. pag. 61. col. 3. Et vbi res fuit adiudicata creditori domini ipsius rei locatæ, tenetur Conductor respondere de pēsione dicto creditori, prout vicissim adiudicatio non censetur facta in eius præiudicium d.rub. 182. §. 1. vbi idem in Colono partiario.

Locationes prædiorum debent fieri pro annua responsione taxanda per æstimatores Stat. rubr. 596. §. item cum longa. lib. 1. pag.130. vbi quod alias non valent locationes, & conductiones etiam factæ in instrumento iuramento vallato, & quod tantum debet præstari medietas fructuum, vt in Colono partiario. Sed non practicatur hoc Statutum.

Nolens Conductor domus, seu alterius loci in conductione remanere post finitum tempus suæ conductionis tenetur, & debet per duos menses ante finitum tempus locationis denunciare domino, vel locatori, vt ipse possit sibi de alio Conductore prouidere, & iuri sibi competenti vigore suæ conductionis renunciare, & in præsentia Notarij, & duorum testium, quod si non fecerit remanere debet in dicta conductione per annum, & ad solutionem prætij pro quo conduxerat cogi potest, & debet ex instrumento primæ conductionis, & intelligitur reconduxisse per annum prædictum, ac si expresse conduxisset, & dictam promissionem per instrumentum nouum fecisset Stat. d. rubr. 54. §.fin. lib.2. pag.29. col.3. Quo verò ad fundum rusticum vide Stat.rub.52. §.fin. d. lib. 2. pag.29. & dixi etiam ver. Colonus partiarius. vers. Renunciari debet. pag 76. E

Conductor transacto anno post quemlibet annum locationis non potest conueniri ad pensionem Stat. rubr. 75. lib. 2. pag.37. Sed vide quæ dicam ver. Præscriptio.

De locatione, & conductione bonorum Ciuitatis dixi supra ver. Ciuitas. pag. 63. vers. Conseruatores monetę, & addo quod si opera Communis non perficiantur intra tempus conuentum punitur operarius pœna dupli quantitatis pecuniæ eidem promissæ Stat.rubr.69.lib.4.pag.20.

## Adnotationes.

Vide *Carocc.in tract.de locat.& cōduct & Carpan. ad Stat.Mediol.par.2.cap.379.cum plurib.seqq* & su-
1 per Statuto Vrbis† disponente, quod sint obligata locatori animalia in tenimento locato existentia, & arrestari debeant, donec integraliter eidem de suo credito fuerit satisfactum, quod comprahendat bona sub conductoris etiam pro tempore antea decurso vide *in Romana Pecuniaria 1. Iulij 1598. coram Pe-*
2 *nia*, quæ est in fine, *decis. 93*. Quod locator † dicatur tradidisse, & adimpleuisse pro parte sua ex eo, quod cessit iura sua, & in locum suum conductorem substituit, nec teneatur remouere molestias præcedentes, maximè prouenientes ex facto Principis, seu tertij, quem non potuit impedire, vide in casu locationis Archiuij *in Perusina Appaltus 16.Martij 1592. coram Orano*, quæ est in fine, *decis. 92*.
3 A Hoc Statutum est contra ius commune, † quo inspecto dominus potest rem locatam finita locatione alteri locare, nec primus conductor est præferendus. *l. ne cui. & ibi not. Salic. num. 1. Alberic.num.2. & Angel in princ. C. locati. Afflict. decis. 238. & ibi Vrsill.in addit. Chartar. decis. Genuen. 97. Carocc. d. tract. in tit. de libert. quæst. 1. Gratian. discept. forens.*

*tom.2 cap.157. Posth. de vir. patr. pot. par.4. cap.6. num 33. & vide Alphan. collect.338. & 1219. & decisionem in Nepesina Locationis 5. Maij 1599. coram Iusto, quæ est apud Marchesan de Commiss. par. 1. pag. 1081.* vbi quod non ruat statutum conductorem, qui non soluit pensionem debitis temporibus.

B Circumscripta hac Bulla Pontificia Statutum
4 nostrum † non ligaret Clericum, & Ecclesiam *Mascard. de General. Stat. interpret. conclus. 3. num. 12.* Licet in terminis Iuris communis hoc non transeat absque controuersia, quia aliqui DD. tenent, quod Ecclesia teneatur præferre primum conductorem saltem ex æquitate vide *Vincent. de Franch. decis. 406. Pascal d. cap. 6 num. 33. vers. an autem. Mastrill. decis. Sicil. 309. num.8. & seqq.* & negatiuam videtur admittere *Rota coram Ludouis. decis. 45. num. 2.*

5 C Contrarium disponitur de Iure † communi *l. emptorem. C. locati.* super qua vide *Alphan. collect. 60. Osasch. decis 82. Mart. vot.139. Hieron. Laurent. decis. Aueniomen. 108. Carpan. ad d. Stat. Mediol. cap. 399. par. 2. Rot. coram Caualerio decis. 612. num. 1. & seqq.* & dixi ver. Colonus pag.76. num. 12. & seq.

6 D Vide † quæ dixi ver. Colonus pag.70. num.8. & in Conductore vide *Rot. coram Coccino decis. 216.* quæ est etiam impressa apud *D. Genc. post tract. de Censib. decis. 79. num. 18. & seqq.*

7 E Super hoc Statuto † videtur loqui *Corn. cons. 215. lib. 1.* vide ad materiam renunciationis *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 398. par. 2. & Carocc. d. tract. tit. de renunciat. locat.* præsertim *declarat. 8. num. 1. & seqq. pag. 163.* vbi quod Statutum super reconductio-
8 ne, non facta intimatione, intelligitur † pro prima vice *Barz. decis. Bonon. 60. num. 10.* & propterea post annum reconductionis intrabit dispositio iuris communis, quo cauetur in prædijs vrbanis censeri factam reconductionem tantum pro tempore quo quis habitauit. *l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locati. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 85. Mantic. de tacit. lib. 5. tit. 15. num. 3. & seq & num. 15.* & super hoc
9 Statuto † respondit *Eugen. cons. 28. num. 33. & 34. lib. 2.* vbi dicit, quod respectu prædij rustici non tollitur quin fiat renouatio de anno in annum, iuxta *d. §.*
10 *qui impleto.* Quo ad † probationem renunciationis factæ vide *Surd. cons. 88. lib. 1.* vbi quod debet probari per conductorem, sed firmat fuisse probatum sufficienter in casu illo. Et an Statutum imponens neces-
11 sitatem † renunciandi conductori, vt hoc nostrum comprehendat locatorem, pro negatiua opinione concludit *Gratian discept. tom. 4. cap. 746. num. 32. &*
12 *seqq.* An autem detur via executiua † pro tempore reconductionis locatori agenti ad pensionem *Barz. d. decis. Bonon. 60. num. 6. & seqq.* tenet, quod non competat, & loquitur in simili Statuto, & ad idem vide *Zach. ad Gallef. de oblig. Cam. quæst. 31. num. 20.*

# LOCVMTENENS.

## SVMMARIA.

*Locumtenentes qui olim essent, & qui hodie, in princ. & Adnot. num. 3.*

*Locumtenens Gubernatoris est Iudex appellationis à sententijs Sindici Ciuitatis Plebis, in fin.*

*Locumtenens constituitur propter absentiam, vel impedimentum Superioris, seu Iudicis Adnot. num. 1. vbi quod aliquando potest etiam ipso præsente acta expedire.*

*Locumtenens qui non est vniuersalis censetur habere delegatam Iurisdictionem Adnot. num. 2.*

*Sed vniuersalis videtur Iudex ordinarius num. 3.*

LOcumtenentes generales olim appellabãtur illi, qui nunc Vicelegati vocantur, quibus per Legatos concedebatur eadem met facultas, & auctoritas, quam ipsi habebant, vt apparet in eorumdem facultatibus, & præsertim de Anno 1482. & Mense Aprilis in facultatibus per Card. Sabellum concessis Episcopo Viterbiensi, vt in 4. reg. Bullar. pag.32. per Card. Nouariensem Prothonotario de Nigris de Anno 1483. pag.47. per Card. Mediolanensem Episcopo Cassinensi pag.57. Quandoque vocabantur Locumtenentes, & Vicarij Generales, vt per Card. Borgiam in deputatione Prothonotarij de Sancta Maria de Mense Augusti Anni 1497. in d. 4. reg. pag. 123. & Marcelli Claudij per Card. S. Vitalis ibidem pag. 136. Aliquando nuncupabantur Locumtenentes, & Commissarij Generales, vt in deputatione facta per Card. Alborensem Legatum in eodem 4. reg. pag. 143. Alexander VI. de Mense Nouembris 1498. stante absentia Cardinalis Borgiæ deputauit Locumtenentem illius in Vicelegatum cum eadem auctoritate Legati ibidem pag. 128. De Anno 1500. & Mense Martij Cardinalis S. Vitalis deputauit in Vicelegatum Episcopum Curzulensem d. loco pag. 136. De Anno 1506. Cardinalis de Ruuere deputauit in Vicelegatum Episcopum Brugnatem, vt pag. 178. Huiusmodi Vicelegati, & Locumtenentes generales deputabant, & ipsi suos Locumtenentes tam in Ciuilibus, quàm in Criminalibus causis, qui etiam generales appellabantur, vt de Anno 1507. in d. 4. reg. pag. 183. vbi etiam de eorum auctoritate, quæ magna concedebatur per Gubernatores durante eorum absentia, vt ibidem pag. 49. & 109. Deputabant etiam Legati, & Gubernatores Locumtenentem in criminalibus tantum cum ampla auctoritate, vt per Card. Sabellum de Mense Decembris 1480. in d. 4. reg. pag. 19. vbi reseruauit sibi potestatem remittendi pœnas grauissimas, & capitales. Locumtenens Gubernatoris Perusiæ est Iudex appellationis à sententijs Sindici Ciuitatis Plebis, deputatus per literas Sacræ Consultæ, vt dixi supra ver. Appellatio. vers. Locumtenens. pag. 20. Vide supra ver. Auditor. pag. 29.

## Adnotationes.

1 Dicitur Locumtenens ille, † qui est constitutus à Superiore, seu Iudice propter eius absentiam, vel impedimentum

pedimentum *Carpan. ad Stat. Mediol. par. 2. cap. 158. num. 5.* & potest validè expedire acta etiam in præsentia Iudicum principalium quando vna die absunt, & alia sunt præsentes *Mars. sing. 671. sequitur Carpan. ad d. Stat. cap. 6. num. 5. par. 2.* Locumtenens
2 qui non est vniuersalis † censetur habere delegatam tantum Iurisdictionem, nec potest assimilari Vicario Episcopi vide *Corn. cons. 48. num. 3. & seqq. lib. 1. & cons. 89. num. 9. lib. 2.* vbi quod communiter Locumtenentes Gubernatorum solent constitui in absentia Gubernatorum, & solet cessare eorum officium
3 per præsentiam istorum. Verum quia † in hac Ciuitate hodiernis temporibus solent deputari per Superiores duo Locumtenentes, alter ad Criminales, alter ad Ciuiles causas, isti ad vniuersitatem causarum deputati, videntur potius ordinarij, quàm delegati, & tamquam Iudices ordinarij absque commissione procedunt, & vide *Marant. de ord. Iudic. par. 4. dist. 5. num. 5. & seqq. & tradit Garz. de benefic. par. 5. cap. 8. num. 26.* & vide *Mastrill. de Magistr. lib. 1. cap. 29.*

## LVDVS.

*SVMMARIA.*

*Ludus quis prohibitus, & quo in loco, in princ.*
*Mutuum, vel alius contractus factus occasione ludi est irritus, & inanis, & pro non facto vers. Mutuum. & Adnot. num. 3.*
*De ludo Doctores tractantes referuntur Adnot num. 1.*
*Appaltatores Alearum non possunt prohibere quominus alij Artifices faciant Aleas, seu Chartas lusorias Adnot. num. 2.*
*Ex ludo non datur actio num. 3.*
*Soluti ex ludo datur repetitio Adnot. num. 4.*

SVper ludo, & de illius prohibitione certis in locis, & quibusdam ludi generibus vide Stat. rubr. 167. lib. 3. in addit. pag. 53. & rubr. 182. d. lib. 3. pag. 57. col. 4. & rubr. 206. & seqq. d. loco. pag. 62. & seq. & rubr. 18. §. fin. lib. 4. pag. 8. col. 4. & rubr. 45. & 46. eodem lib. 4. pag. 14. Vide etiam Bannim. General. num. 3. & num. 7. cum seqq.

Mutuum, vel alius contractus factus occasione ludi declaratur irritus, & inanis, & pro non facto in rubr. 212. lib. 3. pag. 63. vbi quod nec fideiussores vti principales obligati tenentur, & quod pignora data restituenda sunt, & vide etiam rubr. 182. §. statuimus insuper. d. lib. 3. A pag. 58. col. 2. A

## Adnotationes.

1 De ludo † egerunt *Paris de Put. int. tract. sub sign. Aquilon. tom. 7. pag. 151. Io: Baptista Caccialup. ibidem pag. 155. & Stephan. Costa d. loco pag. 161.* & de ludo Scacchorum *Thom. Actius d. tom. 7. pag. 168.* vide etiam *Clar. in Prax. crim. § ludus. & Farinacc. de var. crim. quæst. 109. & Carpan. ad Stat. Mediol.*
2 *cap. 428.* Alearum Appaltatores † non possunt prohibere quominus alij Artifices faciant Aleas, seu Chartas lusorias *Rota coram Caualerio decis. 286. &*
3 *& decis. 309.*

A De Iure communi † ex ludo nulla datur actio *l. fin. C. de religios. & sumptib. funer. Amat. decis. March. 87.* & omnes contractus, & instrumenta eius occasione celebrata nulla sunt, & inania *Rota coram Ludouis. decis. 47.* vbi de mutuo. Imo datur repetitio
4 soluti † *d. l. fin. §. commodis igitur*, ibi, *sed solutum reddatur, & actionibus competentibus repetatur, Farinacc. d. quæst. 109. num. 175.* vide tamen omnino *Thesaur. Iun. quæst. Forens. lib. 4. quæst. 19. per tot. & Carpan. d. cap. 428. num. 9. & seqq.*

## MACELLVM.

*SVMMARIA.*

*Macellarij non possunt emere carnes morticinas, in princ.*
*Non possunt cooperire carnes de aliqua pelle, vel alia re, nisi de propria, & proprio seuo animalis vers. Cooperire.*
*Genus vnum carnis pro alio vendentes puniuntur vers. Prohibentur.*
*Porcas, seu Scrophas non possunt emere, seu macellare certo tempore, ibid.*
*Non possunt vendere simul alias carnes alterius animalis vers. Vendere.*
*Nec pedes, & similia ad pondus, ibid.*
*Bubalorum carnes quando, & quomodo possint vendere vers. Carnes Bubalorum.*
*Porci granosi carnes non possunt vendi vers. Carnes Porci.*
*Scrophinæ carnes debent separari, nec possunt vendi in eodem Macello, ibid.*
*Macellum quando debeat claudi vers. Post primum.*
*Et vbi debeant exerceri, ibid.*
*Carnes venales non possunt retineri alibi, quam in Macellis consuetis, & publicis vers. Carnes venales.*
*Non vendentes iusto pondere puniuntur, in fin.*
*Macellarij sunt inter artifices sordidi, & mechanici Adnot. num. 1.*
*Monopolium quando dicantur committere Macellarij ibid.*
*Macellariorum appellatione quando veniant Macellarij lardi num. 2.*
*Lardum non venit appellatione carnis, ibid.*
*Macellarium deputatum ad publicè vendendum possum cogere ad mihi vendendum num. 3.*

MACELLATORES non possunt emere carnes morticinas, videlicet, Bestiarum, quæ non ferro, sed casu, seu morbo perierint, causa vendendi in Ciuitate, vel Suburbijs Stat. rubr. 179. lib. 3. pag. 56. De Anno 1426. Legatus tunc temporis declarauit, & moderatus

deratus fuit huiusmodi Statutum circa carnes morticinas, de quibus in 3. vol., vt patet in 1. regist. Canc. Comm. pag. 37.

Cooperire carnes de aliqua pelle, vel aliqua re nisi de propria, & proprio seuo animalis non possunt, & illas, sicut sunt de sui natura, & sine aliquo tegmine, retinere debent Stat. in d. rubr. 179. §. 1.

Prohibentur sub pœna vendere vnum genus carnis pro alio ibid. §. & si aliquis Macellator. Necnon emere Porcas, vel Scrophas, aut macellare à Kal. Maij vsque ad Festum Omnium Sanctorum, exceptis Succulis assatis, ibid. §. item nullus. pag. 57.

Vendere simul alias carnes alterius animalis non possunt, nec ad pondus vendere pedes, & similia, sed debent vendere separatim ibid. §. fin.

Carnes Bubalorum à Kal. Maij vsque ad Festum Omnium Sanctorum vendi minimè possunt, & tunc debent signari, vt benè cognoscantur ibid. §. volumus insuper.

Carnes Porci granosi vendi non possunt, & Macellator tenetur restituere venditori, & venditor recipere ibid. & debet separare carnes Scrophinas, quæ vendi non possunt in eodem Macello ibid. §. item statuimus.

Post primum sonum Campanę de sero debent tenere Macellum clausum rubr. 30. lib. 4. in fin. pag. 10. Macella autem non possunt exerceri nisi in certis locis Ciuitatis Perusiæ rubr. 141. lib. 4. pag. 40. &

Carnes venales non possunt retineri ad vendendum alibi, quàm in Macellis consuetis, & publicis, cuius cognitio est Camerarij dictæ Artis, per decretum Legati factum die 1. Ianuar. 1426. in 1. regist. pag. 40. Non vendentes autem iusto pondere, incidunt in pœnam decem scutorum amissionis rei, & trium ictuum funis, vt in Bannim. de ordine Sanctiss. publicatis sub num. 19.

## Adnotationes.

1 Macellarij sunt inter artifices † sordidi, & mechanici *Menoch. de arbitr. cas.* 412. *num.* 4. Quando dicantur committere monopolium vide *eundem d. loco* 2 *cas.* 569. *num.* 11. Macellariorum appellatione † simpliciter, comprehenduntur Macellarij lardi, non autem appellatione Macellariorum carnium, quia carnis appellatione non venit lardum *Bart. in l.* 1. *C. de erog. milit. annon. lib.* 12. Deputatus ad publicè ven-3 dendum carnes† potest compelli ad mihi vendendum *Afflict. de iure Prothom. in rubr. num.* 5.

# MAGISTER.

*SVMMARIA.*

*Magister tenetur Artem quam profitetur docere cum competenti salario.*

Magister quilibet requisitus à quocumque discipulo, qui velit in aliqua Arte doceri, tenetur talem Artem eum docere cum competenti salario Stat. rubr. 50. §. & tenentur. lib. 4. pag. 15. col. 4.

## Adnotationes.

De Iure communi vide *Decian. in tract. crim. lib.* 7. *cap.* 21. *num.* 14. *&* 16. quem sequitur *Menoch. de arbitr. cas.* 569. *num.* 15. *&* 17.

# MALEFICIVM.

*SVMMARIA.*

*Maleficia quanto tempore praescribantur in princ. & Adnot.*

*Denunciare damna data, & maleficia tenentur Castra, & Vniuersitates vers. Castra.*

A Maleficia intra quantum tempus possint cognosci Stat. rubr. 10. lib. 3. pag. 6. A Castra, & Vniuersitates tenentur denunciare damna data, & maleficia rubr. 197. in princ. lib. 1. pag. 67. col. 3. & quia hoc fit mediante persona Sindici, vt rubr. 3. lib. 3. pag. 3. dicam ver. Sindicus. De Pœna in maleficijs dicam ver. Pœna.

## Adnotationes.

A Dixi ver. *Accusatio. pag.* 4. quod hoc Statutum non seruatur hodie, vbi etiam quanto tempore præscribantur delicta de Iure communi.

# MANDATVM Procurationis.

*SVMMARIA.*

*Habitantes extra Ciuitatem citati coguntur facere mandatum ad lites, vel eligere locum vbi citari valeant, in princ.*

*Reuocaturque electio loci vbi subsequatur comparitio ipsius, vel legitimi Procuratoris habitantis in Ciuitate refectis expensis, ibid.*

*Reuocationis mandati exceptio debet probari intra tres dies, vers. Exceptio.*

*Registranda non sunt instrumenta procurationum ad lites, & causas, sed Notarij debent illa scribere per extensum in libris Actorum, vers. Instrumenta.*

*Interuenientis*

*Interuenientes pro alio vltra primam vicem non audiuntur, nisi exhibeant fidem mandati, tutelæ &c. seu caueant de rato, & de iudicatum soluendo, vers. Causidici.*
*Copia mandati non datur ex stylo Curiæ Perusinæ, nisi certis casibus, Adnot. num. 1.*
*Notarius Actuarius rogatus de mandato potest verbo de illo fidem facere, Adnot. num. 2.*
*Mandatum non probatur ex assertione Notarij in alio instrumento, ibid.*
*Mandatum quando præsumatur, Adnot. num. 3.*

MAndatum ad lites coguntur facere citati, qui habitant in Comitatu vltra tria milliaria, vel eligere locum in Ciuitate, in quo citari valeant Stat. rubr. 12. lib. 2. pag. 6. Cuius dispositio in Comit. Constit. par. 1. rubr. 11. §. & ad subleuandum. pag. 19. extenditur, & ampliatur ad quoscumque ruri degentes, si extra muros Ciuitatis habitent, & insuper ibi cauetur, quod vbi postea citatus comparens Procuratorem constituendo, vel alter pro eo habitans in Ciuitate cum legitimo mandato, reuocetur electio loci refectis expensis contumacialibus. A

Exceptio reuocationis mandati debet probari intra tres dies à die oppositionis, aliàs incurritur pœna Stat. rubr. 2. §. fin. lib. 2. pag. 3. col. 2.

Instrumenta procurationum ad lites, & causas apud acta post instrumenta citationum ad lites non esse registranda, vt cauebatur de alijs instrumentis ad vsuras detegendas in rubr. 215. lib. 3. §. & quia etiam sæpè. pag. 65. col. 2. sed Notarij illa scribere debent per extensum in libris Actorum, ita disponitur ibi in fine rubr. pag. 66. col. 1.

Causidici, & alij quicumque pro alijs in iudicio interuenientes vltra primam vicem audiri non debent, nisi fidem mandati, tutelæ, curæ, actoriæ, seu procurationis in scriptis exhibuerint, apud acta causæ dimittendo, seu saltem cauerint de rato pro Actore, & de soluendo iudicatum pro Reo absentibus, quorum præsentia commodè haberi non possit Comit. Constit. d. rubr. 11. §. 1. pag. 19. & habetur etiam in Decretis Card. Crispi Legati publicatis, & impressis de Anno 1547. in vers. & ne. B

## Adnotationes.

A Dixi de hoc supra ver. *Citatio. pag. 59. vers. Habitantes.* vbi retuli fides Collegij DD. Causidicorum, & ver. *Habitantes pag. 155.*

1 B Mandati copia† non datur ex stylo huius Curiæ, nisi quando Procurator ageret tamquam substitutus alterius Procuratoris, vel esset Procurator Vniuersitatis, Mulierum, Minorum, & similium personarum

2 *Ios. Ludou. decis. Perus.* 107. Notarius Actuarius† rogatus de mandato potest verbo de illo fidem facere *Asyn. in Prax. §. 14. cap. 18.* Regulariter tamen mandatum non probatur ex assertione Notarij in alio instrumento, sed illud produci debet, vide *Rot. coram Ludouis. decis. 275. num. 5.* Quando præsumatur mandatum † vide decisionem *in Perusina Bonorum 8. Martij 1627. coram Reuerendissimo Coccino Decano,* quæ est in calce, *decis. 57. num. 7. & seqq. & in Perusina Pecuniaria 10. Maij 1628. coram nunc Eminentissimo Card. Vbaldo,* quæ in fine est, *decis. 113. num. 10. & seqq.* 3

# MARITVS.

### SVMMARIA.

*Maritus expellens Vxorem absque causa tenetur eidem præstare alimenta, in princ.*
*Marito, seu Vxore negante matrimonium, & transeunte ad secundas nuptias quid disponat Statutum, vers. De Marito.*
*Maritum bannitum poterat receptare Vxor per decem dies, vers. Vxor.*
*Maritus prædecedente Vxore sine filijs lucratur tertiam partem dotis, vers. Maritus.*

MAritus expellens Vxorem absque causa, tenetur eidem præstare alimenta Statut. rubr. 33. lib. 2. pag. 20. col. 4. & dicam ver. Vxor.

De Marito, seu Vxore negante matrimonium, & transeunte ad secundas nuptias vide Stat. rub. 84. lib. 3. pag. 33. vbi etiam quomodo probetur matrimonium. A

Vxor poterat receptare Maritum bannitum per decem dies, dispone Statut. rubr. 132. §. fin. lib. 3. pag. 48. B

Maritus prædecedente Vxore sine filijs lucratur tertiam partem dotis Stat. rubr. 15. §. & si quis. lib. 2. pag. 7. & dixi supra ver. Dotis lucrum pag. 122. Alia dicam infra ver. Vxor.

## Adnotationes.

A Vide *Farinacc. de delict. carn. quæst. 140.*
B Vide quæ dixi supra ver. *Bannitus. pag. 32.*

# MASSARII.

### SVMMARIA.

*Massarij quomodo eligebantur, & de eorum officio, in princ.*
*Massariorum auctoritas fuit translata in Conseruatores Monetæ, vers. Auctoritas.*

DE Massariorum Communis Perusię electione, & officio vide Stat. rubr. 351. lib. 1. pag. 96.

Auctoritas Massariorum fuit traslata in Conseruatores Monetæ, vt in Bulla Nou. Regim. in 5. regist. Cancell. Comm. pag. 32. & vide Stat. rubr.

rubr. 228. lib. 1. pag. 87. & rubr. 38. lib. 3. in addit. pag. 22. col. 4.

## Adnotationes.

Vide quæ dicta fuerunt supra ver. *Conseruatores Montis pag. 96.*

# MATER.

### SVMMARIA.

*Mater quando, & quomodo succedat ab intestato filio ex Stat. in princ.*

*Mater excluditur à successione filij propter transitum ad secunda vota non reddita ratione administrationis tutelæ Adnot. num. 2.*

*Obligatio Matris pro filio quando subsistat num. 3.*

MAter superstite Patre succedit filio in legitima tantum Stat. rubr. 45. lib. 2. in reformat. §. & si casus euenerit. vers. & si aliquis. registrat. supra ver. Fœmina pag. 133. Mater, & Auia Paterna succedunt ab intestato æqualiter, ibidem in fin. Quomodo autem Mater succedat cum Fratribus vtrinque coniunctis, vel consanguineis, & cum Sororibus, & earum filijs, & cum Patruis, & eorum descendentibus, habes ibid. in §§. seqq.

## Adnotationes.

1 Dixi d. ver. *Fœmina num. 27.* quando † sit legitima Matris, & an intret Statutum vbi non cōcurrunt omnes nominati in eo, vide citatos *num. 28.* De successione Matris, & Auiæ vide *supr. ver. Auia. pag. 29. & decisionem in Perusina Bonorum 16. Marty 1592. coram Penia,* quæ est in calce, *decis. 56.* Excluditur † à
2 successione filij propter transitum ad secunda vota non reddita ratione administrationis tutelæ *Rota in Perusina Terrarum* 10 *Decembris* 1612. *coram Eminentissimo Card. Pamphilio,* quæ est in fine, *decis. 55. num. 15. Ambrosin. decis. Perus. 1.* & circa tutelam vide *Hond. cons.* 88. *lib. 1.* Quoad successionem filiæ
3 dotatæ † in bonis Matris extantibus masculis, de qua dixi *d. ver. Fœmina. num. 13. & seqq.* dicam quid fuerit decisum infra *ver. Successio ab intestato.* De obli-
4 gatione Matris † pro filio vide *in Fulginaten. Pecuniaria 28. Iunij 1621. coram Manzanedo,* quæ est in fine, *decis. 91. & dicam ver. Mulier.*

# MATRIMONIVM.

### SVMMARIA.

*Matrimonium negans punitur, si probatum illud fuerit verè, vel præsumptiuè.*

MAtrimonium negans maritus, vel vxor, si probatum fuerit verè, vel præsumptiuè punitur Stat. rubr. 84. lib. 3. pag. 33.

## Adnotationes.

De Matrimonio egit latissimè *Thomas Sanchez*, & post eum *Ioann. Gutterrez* quos consulas in materia.

# MEDICVS.

### SVMMARIA.

*Medicus non potest accedere ad infirmum, qui non sit confessus peccata post ceptam infirmitatem, in princ.*

*Chirurgi, & similes tenentur denunciare vulneratum & offensum postquam ab ipsis medicatus fuerit, vers. Chirurgi.*

MEdicus non potest accedere ad infirmum vltra primam vicem, nisi fuerit confessus peccata Sacerdoti post ceptam infirmitatem illam Stat. rubr. 218. lib. 3. pag. 66. col. 3. & quod tertia die non debeat infirmum visitare sanxit Pius V. in Bullar. Nou. constit. 3. tom. 2. pag. 178. §. & hac nostra. A

Chirurgi, & similes tenentur denunciare vulneratum, seù offensum statim, atque ipsum medicarunt, ex Bannim. general. num. 79. B

## Adnotationes.

De salario Medicorum vide *Carpan. ad Stat. Mediol. par. 2. cap. 356.*

A Simile Statutum est Mediolani *par. 2. cap. 357. & ibi Carpan.*

B Super relatione Medicorum vide *Carpan. ad Stat. Mediol. par. 2. cap. 359.*

# MENSVRA.

### SVMMARIA.

*Mensurarum diuersa genera, in princ. & Adnotat. num. 1.*

*Gabbella, seu solutio Mensurarum quomodo facienda, vers. Gabbella.*

*Bulli, & Mensurarum Gabbella sublata fuit, ibid.*

*Hemina terra quanta sit, vers. Hemina.*

*Passus quantus sit, vers. Passus.*

*Pes quantus sit, vers. Pes.*

*De Mensuris Doctores tractantes referuntur Adnotat. num. 1.*

*Mensura conuenta intra quantum tempus fieri debeat, num. 2.*

*Mensura temporis venditionis non traditionis attenditur, num. 3.*

*Mensura loci Contractus, non autem loci, vbi res sita est inspicitur, num. 4.*

*Mensura*

*Mensura iterum fit si allegetur læsio, sed expensis petentis, num. 5.*
*Salarium Agrimensoris quis soluat, ibid.*
*Mensuratio debet fieri citato eo, cui præiudicat, n. 6.*
*Mensura si fit facienda rei vendita ante mensurationem non dicitur perfecta venditio, quæ censetur facta sub conditione quatenus mensuretur, num. 7.*
*Et instrumentum non potest ante executioni demandari, num. 8.*

DE Mensuris vide Stat. rubr. 118. lib. 4. pag. 35. vbi præsertim de Salma, quæ est trium heminarum, & Corbe, quæ est quatuor, & de Cado, seu Barile.

De Mensura olei vide rubr. 119. d. lib. 4. pag. 36. & dicam ver. Oleum.

De Pannis lineis, quod vendantur ad certam mensuram, & de Passettis rubr. 121. d. lib. 4. pag. 36. col. 3.

De Canna, libra, & ponderibus vide rubr. 124. d. lib. 4. pag. 36. col. 4.

De Gabbella, seu solutione mensurarum vide Stat. rubr. 376. lib. 1. pag. 101. & d. rubr. 118. §. iubemus insuper. lib. 4. pag. 35. col. 2. Gabbella Bulli, & Mensurarum imposita per Sixtum V. fuit sublata, & reuocata per Clem. VIII. vt in literis Card. Aldobrandini sub die 11. Ianuar. 1593. in 7. reg. Canc. Comm. pag. 107. & vide alias literas d. loco pag. 17. & 182.

Hemina terræ continet tabulas centum quinquaginta, & quælibet tabula est quindecim pedum d. rubr. 118. lib. 4. in addit. §. addentes etiam declaramus, in fin. pag. 36. col. 1.

Passus est quinque pedum Stat. rubr. 25. lib. 1. in addit. pag. 23. rubr. 15. in fin. lib. 4. pag. 8. rubr. 124. §. si quis. in fin. lib. 3. pag. 45. & generaliter rubr. 103. d. lib. 3. pag. 38.

Pes est quindecim digitorum Stat. d. rubr. 25. lib. 1. in addit. pag. 23. col. 3. & rubr. 118. lib. 3. in addit. §. addentes etiam declaramus in fin. pag. 36. col. 1. & est designatus in Campanili Ecclesiæ Cathedralis S. Laurentij Stat. d. rubr. 103. lib. 3. pag. 38. & d. rubr. 124. §. si quis. in fin. d. lib. 3. pag. 45. & prius rubr. 12. eodem lib. 3. pag. 8. col. 1. & ibi in addit. pag. 9. in fine declaratur, idest in pariete sub Porticu, seu Loggia in capite Plateæ.

## Adnotationes.

1 De Mensuris, & cuius auctoritate fiant† est tractatus *Ioannis Regnaudi int. tract. sub signo Aquilon. tom. 12. pag. 223.* vide etiam *Anton. Sola in Comment. ad Constit. Saband. tit. de Cens. solut. ad tex. Omnibus, & singulis. Paneirol. in thesaur. var. lect. lib. 1. præsertim cap. 65. & Ciriac. controu. forens. tom. 1. contr. 131.* apud quos plura habes videnda, & signanter, quod Pes sit sexdecim digitorum, & quod digitus conficitur ex quatuor granis tritici, vel hordei cohærentibus, & quod heblinâ continet dimidium sextarij. Mensu-
2 ra conuenta intra quantum temporis† fieri debeat vide *Thesaur. decis. 185. Surd. decis. 64. num. 32. & seqq. Giouagn. cons. 71. lib. 1. Costa in tract. de Rat. in Re-*
3 *pert. ver. Mensura.* In mensura † frumenti venditi, quod debeat attendi mensura temporis venditionis, non traditionis frumenti, tradit *Ioann. Boccan. sing. 3. pag. mihi 46.* & respondit hoc idem *Alba cons. 118.*
4 *num. 14.* Attendi autem debet mensura loci † contractus, non autem loci vbi res sita est. *Rol. cons. 100. num. 7. & seqq. lib. 3. & cons. 13. num. 1. lib. 4. Carpan. ad Stat. Mediol. par. 1. cap. 171. num. 5. & par. 2. cap. 212. num. 2.* Mensurato fundo, & allegata læ-
5 sione† mensurationis, debet iterum mensurari petentis tamen expensis. *Costa d. tract. de Rat. quæst. 35. num. 1. & seqq.* vbi alia scribit de salario Agrimensoris, sed quod iste illud accipiat communiter à partibus, etiam quod altera tantum contradicat *post Cassaneum* tradit *Carpan. d. cap. 171. num. 3. & cap. 212.*
6 *num. 1.* Mensurationem † faciendam esse citato eo, cuius interest, aliàs non præiudicare, tradit *Ciriac. controu. forens. tom. 2. contr. 320. num. 16.* & confert *Ludouis. decis. 545. num. 9. & Beltram ibi num. 12.* Mensura si sit facienda terræ venditæ, ante mensura-
7 tionem † non dicitur perfecta venditio, imò censetur facta sub conditione quatenus terra mensuraretur. *Rota in Romana Domorum in Burgo 22. Iunij 1615. coram bo. me. Vbaldo, à vers. Ex forma concessionis*, quæ est impressa, *decis. 688. par. 1. recentiss.* & quod
8 instrumentum † requirens mensurationem agrorum, vt dicatur perfectus contractus, non possit executioni demandari, antequàm sit facta mensura, respondit *Menoch. cons. 746. num. 5. lib. 8.*

## MERCATVRA, Mercator.

### SVMMARIA.

*Emi merces non possunt nisi ab exercentibus illam mercaturam absque licentia, in princ.*
*Scripturis, & libris Mercatorum, Campsorum, & aliorum Artificum an, & quando credatur, vers. Scripturis, & libris. & Adnot. num. 2. & seqq.*
*Non creditur de mutuo in eorum fauorem, ibid. & Adnot. num. 6.*
*Nec super solutione debiti eorundem contenti in scriptura, ibid.*
*Adnotationi manu cuiuscumque factæ in scriptura obligationis super solutione, & satisfactione creditur, d. vers. Scripturis, ibi creditur tamen & Adnot. n. 7.*
*Fides scripturarum, & librorum si controuertatur quis cognoscat, d. vers. Scripturis in fin.*
*Aromatbariorum, ac Pharmacopolarum libris creditur, vers. De Aromatbariorum. & Adnot. num. 8.*
*Libris non potest detrahi, vel addi aliquod folium absque licentia sub pœna, vers. Non potest.*
*Mercatura non obest Nobilitati, in fin.*
*Statutum disponens, quod credatur libris Mercatorum valet, Adnot. num. 3. & seqq.*
*Libro Mercatoris suspecti non datur fides, Adnotat. num. 4.*
*Statutum quod detur fides libris Mercatorum an ha-*

*beat locum in foro Ecclesiastico vide Adnot. num. 3. vbi quod Clericus potest vti huiusmodi Statuto.*
*Statutum huiusmodi intelligitur quo ad pertinentia ad Mercaturam, Adnot. num. 6.*
*Partita quando à Mercatore possint dispungi, & corrigi, Adnot. num. 9.*
*Liber si reperiatur corruptus præsumptio oritur contra retinentem, num. 10.*

MErces aliquas nemo potest emere, nisi ab exercentibus exercitium illius Mercaturæ, absquè licentia DD. Consulum Collegij Mercatorum sub pœna, Statut. rubr. 215. §. insuper etiam. lib. 3. pag. 64. col. 4.

Scripturis, & libris Mercatorum, Campsorum, & aliorum Artificum creditur, & fides adhibetur pro pertinentibus ad eam Artem, dummodo accedat approbatio rubr. 14. §. item volumus. cum seqq. lib. 2. pag. 6. col. 3. vbi quod non possunt manum apponere in dictis libris nisi tres. Non creditur de Mutuo in eorum fauorem d. §. item volumus. Nec super solutione debiti eorundem contenti in scriptura fauore aliarum personarum d. rubr. 14. §. fin. pag. 6. col. 1. Creditur tamen adnotationi manu cuiuscumque factæ in scriptura obligationis super solutione, & satisfactione, ibidem. Si opponeretur contra dictas scripturas, vel libros super eorum fide ad quos spectet cognitio vide d. rubr. 14. §. volumus tamen. lib. 2. pag. 6. col. 3. & 4. Vide quæ super prædictis Statutum sit in Comit. Constit. par. 2.
A rubr. 13. cap. 1. & 2. pag. 83. & seqq. A

De Aromathariorum, seu Pharmacopolarum scripturis, & libris vide Stat. rubr. 72. lib. 2. pag. 36. col. 3. vbi quod si sit approbata scriptura adhibetur eis fides, & mandatur executioni tamquàm instrumentū confessionatum. Et quod huiusmodi Statutum seruandum sit cauetur in
B Comit. Constit. d. rubr. 13. cap. 3. pag. 83. B

Non potest detrahi, vel addi aliquod folium libris prædictis absque licentia sub pœna, Statut.
C rubr. 153. lib. 4. pag. 46. C

Nobilitati non obest Artis Sericæ, & Lanariæ exercitium in hac Ciuitate, ex Breui Pauli V. sub die 8. Aprilis 1620. & dicam infra ver. Nobilitas.

## Adnotationes.

1 De Mercatura, seu Mercatore † est tract. *Benuenuti Straccha int. tract. sub signo Aquil. tom. 6. par. 1. pag. 284. & seqq.* vide etiam quis sit Negociator, & Mercator *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 416. num. 180. & seqq.*

2 A De Iure communi an, & quando detur fides † libris Mercatorum vide *Guid. Pap. decis. 441. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 91. Genu. de script. priuat. lib. 4. tit. de libr. Mercat. pag. 237. & seqq. Camill. Borell. cons. 66. Ios. Ludouic. decis. Perus. 88. num. 3. & seqq.*
3 *& Honded. cons. 59. lib. 2.* Statutum disponens † libris Mercatorum esse credendum non valere tāquàm inductiuum peccati, dixit *Rot. decis. 951. par. 3. diuers.* Sed hoc est verum quando indistinctè daretur fides, vt tradit *Pacian. de Probat. lib. 1. cap. 63. num. 28. & seqq.* & quod valeat huiusmodi Statutum firmat *Surd. decis. 312. num. 5.* & vltra citatos per eum *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 360 num. 5. 8. & seq. par. 2.* & pro veriori opinione quando sub certa forma debent libri retineri *Rota decis. 712. num. 1. par. 2. recent.* vbi quod inter socios non sunt necessaria requisita Statuti, & quod valeat, quia occasio delinquendi non potest considerari in hominibus bonæ vitæ, & famæ, tradit *Cancer. var. resolut. par. 1 cap. 21. num. 8. in fin.* vbi
4 *num.* 9. limitat † in Mercatore, vel Campsore suspecto, quia ei fides non adhiberetur, de quo etiam *Carpan. d. cap 360 num 19.* Quamuis autem ipse *Cancer. num 8.* dicat hoc procedere tam in foro ecclesiasti-
5 co, † quàm seculari, attamen contrarium, quod Statutum non intret contra Clericum, & in foro ecclesiastico, firmat *Ciriac. contr. forens. tom. 1. contr. 140.* Posset tamē Clericus vti huiusmodi Statuto *Carpan. d. cap. 360. num. 27.* Etiam si Statutum non se re-
6 stringeret † ad pertinentia ad eorum Artem, attamen ita esset intelligendum *Menoch. d. cas. 91. num. 22. & seq. Pacian. vbi supra num. 29.* vbi quod non creditur de Mutuo *num 30. Carpan. in prælud. ad Stat. Mediol. num. 765. & d. cap. 360 num. 23.* sed vide eundem *num. 2* vbi quod habet locum Statutum in dependentibus, & connexis, & occasione apothecæ.
7 Quod dicitur in Statuto † credi adnotationi cuiuscumque manu factæ in scriptura obligationis, super solutione, seu satisfactione, concordat cum Iure communi; quia præsumitur scripta de mandato, & voluntate creditoris *Cancer. d. cap. 22. num. 5.*
8 B De istorum libris † vide vltra citatos supra *Camill. Borell cons. 82. Genu. de script priuat. lib. 4. pag. 260.* & super simili Statuto *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 360. par. 2.*
9 C An, & quando partitæ possint † dispungi, seu corrigi vide *Farinac. cons. 18 num. 4. & seqq. lib. 1. & Rot. coram Ludouis. decis. 366. num. 6. & ibi Beltram.*
10 *in addit. in fin.* De libro corrupto, † & præsumptione contra retinentem vide *Odd. cons. 62.*

# MERCES, SEV STIPENDIUM.

### SVMMARIA.

*Causæ mercedum sunt summariæ, in princ. & in Adnot.*
*Et proceditur etiam die feriato, ibid. & in Adnot.*
*Mercedem si quis negligat soluere, Camerarius potest prohibere alijs Artificibus, ne operentur pro illo, vers. Mercedem.*

MErcedum causæ sunt summariæ Stat. rubr. 3. post princ. lib. 2. pag. 3. col. 1. vbi quod proceditur etiam tempore feriarum, & idem disponitur in Comit. par. 1. rubr. 9. cap. 3. pag. 16.

Mercedem si quis negligat soluere Artifici, Ca-

merarius

merarius illius artis potest interdicere Artificibus, quod non iuuent illum, nec operentur pro illo sub poena, & adhuc tenetur debitor soluere mercedem Stat. rubr. 54. lib. 4. pag. 16. col. 3.

Merces famulorum non potest peti elapso anno Stat. rubr. 75. lib. 2. pag. 37. & dicam infra ver. Præscriptio.

De mercede Notarij dicam infra ver. Notarius, & alia ver. Salarium.

## Adnotationes.

De Iure communi, etiam causæ mercedum sunt summariæ *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 48. *num.* 14. & quo ad ferias *M 4. son. de caus. execut. lib.* 1. *ampl.* 13. *num.* 44. quem vide per tot. multa singularia de mercede referentem.

# MERETRIX.

### SVMMARIA.

*Meretrices propè Ecclesias degere non possunt, in princ.*

*Meretricum causæ vbi cognoscantur, vers. Meretricum.*

*Meretricibus ab intestato succedit Monasterium Conuertitarum, vers. In bonis.*

*Et vbi disponerent tenentur relinquere quartam dicto Monasterio ex Bulla Pontificia ibidem. Declara, vt Adnot. num. 4. & seqq.*

*Meretrix non præsumitur Adnot. num. 1. & quomodo probetur, ibid.*

*Meretrix quando possit à Vicinia expelli Adnot n. 2.*

*Meretrix potest liberè disponere de acquisitis ex turpi quæstu Adnot. num. 3.*

*Fallit ex Bullis Pontificijs, vt num. 4. & seqq. vbi declarantur.*

*Patri debetur legitima, & vsusfructus in bonis acquisitis per filiam Meretricem Adnot num 5.*

*Meretrici an possit relinqui Adnot. num 9.*

MEretrices non possunt permanere, vel degere penès Ecclesias Ciuitatis, nisi in tali distantia, vt interiaceant saltem decem domus; & nemo potest eis intra dictum terminum domos locare Stat. rubr. 109. lib 4. pag. 30. De anno 1478. die 16. Martij fuerunt assignata eis in Ciuitate hac certa loca, vt in 3. registr. Cancell. Comm. pag. 96.

A Meretricum Causæ vbi cognoscantur, dictum fuit supra ver. Forum. pag. 147.

In Bonis Meretricum ab intestato succedit Monasterium Conuertitarum, & vbi ipsæ testarentur, seu aliter disponerent, tenentur relinquere quartam dicto Monasterio, ex Breui Clementis VIII. cuius tenor est infrascriptus. A tergo. Dilectis in Christo filiabus Priorissæ, ac Monialibus Monasterij Conuertitarum Ciuitatis nostræ Perusinæ. Sigillum † sub Anulo Piscatoris. Intus verò. CLEMENS PAPA VIII. Dilectæ in Christo filiæ Salutem, & Apostolicam benedictionem. Vestri Monasterij subuentioni, quantum cum Domino possumus, prospicere, Vosque specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & quamlibet vestrum à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis, à Iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existitis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutas fore censentes, supplicationibus vestro nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, Vobis, vt quandocumque aliqua Meretrix in Ciuitate nostra Perusina, eiusque Comitatu, & districtu, nullo facto Testamento ab humanis decedere contigerit, Vos, ac vestrum Monasterium in omnibus, & singulis bonis mobilibus, immobilibus, ac semouentibus cuiuscumque qualitatis, speciei, ac valoris extiterint, succedere, ipsaque bona consequi, & obtinere, ac percipere, in vestrique Monasterij vsus, & vtilitatem conuertere possitis, & debeatis, ipsaque bona ad Vos, vestrumque Monasterium huiusmodi liberè, ac integrè pertineant, & debeantur: Vtque si aliqua ex dictis Meretricibus de suis huiusmodi bonis in vltima, aut alia quacumque voluntate, etiam per viam donationis inter viuos, vel ex causa mortis disponere, voluerit, quartam eorundem bonorum partem eidem vestro Monasterio relinquere, & dimittere, ac per suos hæredes, vel donatarios consignari mandare, vel ordinare teneatur, alioquin Testamenta, donationes, aut aliæ quæcumque dispositiones per quamcumque ex dictis Meretricibus faciendæ, in quibus de quarta bonorum huiusmodi parte Vobis consignanda mentio non fiat, nulla, & inualida, nulliusque roboris, & momenti existant, Vosque, & vestrum Monasterium in eisdem bonis tamquam si Testamenta, donationes, aut aliæ quæcumque dispositiones de illis factæ non extitissent, succedatis, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò concedimus, & indulgemus. Ac huiusmodi Meretrices testari, aut aliàs, vt præmittitur, de bonis suis disponere volentes ad relinquendum Vobis quartam illorum partem omnino teneri, alioquin quascumque ab illis pro tempore, vt præmittitur, aut alias quomodocumque faciendas dispositiones nullas, & inualidas perpetuò existere, & fore, ac nulli vnquam suffragari, Vosque, ac vestrum Monasterium propria auctoritate ipsarum Meretricum ab intestato, aut aliter quam, vt præfertur, condito testamento, vel facta de bonis suis dispositione decedentium, hæreditates adire, ac bona consequi liberè posse, ac debere; Sicque & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios,

dinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Mandantes propterea Venerabili fratri Episcopo Perusin. ac dilecto filio nostro, & Apostolicæ Sedis in dicta Ciuitate de latere Legato, seu eius Vicelegato, aut Gubernatori pro tempore existenti, vt Vobis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, quicumque illorum quando, & quoties opus fuerit, & à Vobis fuerit requisitus Vos præmissorum effectu pacificè frui, & gaudere, ac eadem præmissa ab omnibus, ad quos spectabit, obseruari curent, & faciant. Contradictores quoscumque, eisque auxilium, consilium, vel fauorem publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, per pœnas pecuniarias, ac censuras Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac eiusdem Ciuitatis Perusinæ, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Dat. Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 24. Martij 1601. Pontificatus Nostri Anno Decimo. M. Vestrius Barbianus. B

## Adnotationes.

1 Mulier non præsumitur Meretrix † propter generalem præsumptionem *legis merito. ff. pro Soc.* & ideo probari debet *Mascard. de Probat. lib. 2. concl. 1063.* vbi quomodo probetur *Menoch. de Arbitrar. cent. 3. cas. 291. num. 6. & cas. 328.* & de earum dolis, fraudibus, & pœnis *cas. 535. Carol. de Grasi. de except. ad Stat excluden. in prælud. num. 169. & seqq. Farinacc. de delict. carn quæst. 136. num. 46. & seqq. & num. 74. & seqq Ludouic. Paitell. in adnot. ad Patr. expedit. 89. per tot.*

2 A Vide quæ scripsit † *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 472. & seqq. par. 2.* & quoad eiectionem à Vicinia vide Doctores citatos supra proximè, & *Paschal. de Virib. patr. potest. par. 2. cap. 10. num. 36. & seqq & Gizzarell. decis. Neapol. 56.*

3 B De Iure communi potest Meretrix † de acquisitis ex turpi quæstu liberè disponere vide *Carpan. dict. cap. 472. num. 35. & seqq. Surd. consil. 469. lib. 4. Guazzin. de confiscat. bonor. conclus. 13. limit. 42. num. 1.*

4 & 2. Sed aliud dispositum fuit † in Bulla supra recitata, & quoad Meretrices Romæ ad fauorem Monasterij Conuertitarum illius Vrbis disposuerunt Leo X. vt in Bullar. Nou. tom. 1. constit. 39. §. 7. pag. 534. & Clemens VII. d. tom. 1. constit. 14. §. 6. & §. 11. pag.

5 582. Super quibus Constitutionibus, quod non comprehendant Meretricem filiam familias, respondit *Gabr. consil. 17. lib. 2. vbi num 6. & seqq.* quod quatenus eam comprehendere debet dari legitima Patri, & quando eidem Patri debeatur vsusfructus super bonis huiusmodi vide eundem *num. 11. & seqq.* Secun-

6 do non † comprehendere habentem filios, vel filias, tradit *Guazzin. d. limit. 42. num. 3.* dicens, quod in casu mortis ab intestato si Meretrices habent filios, vel filias dictum Monasterium non succedit, prout pluries fuit contra Monasterium resolutum. Tertio,

7 quod non † comprehendant illam, quæ decessit extra locum vbi vigent Constitutiones, fuit in Rota decisum in *Romana, seu Florentina Hæreditatis coram Blanchetto, confirmata coram Seraph. decis. 999. num. 1. & seqq.* Demum non † intrant contra illam, quæ ad meliorem frugem redijt, vt per *Rot. coram Seraph. d. decis. 999. num. 5. & 6.* An autem possit relinqui

9 Meretrici † vide *Seraph. decis 46. & decis. 54. Gutterez de Iuram confirmat par. 1. cap. 6. Giouagn. consil. 47. lib. 1. Lap. de illegit. & natalib. restit. liber. comm. 2. §. 2. num. 4. & seqq. & num. 30. & Paitell. d. expedit. 89. & ibi Adnot.*

# MILLIARIVM.

## SVMMARIA.

*Milliarium quot passibus constet, in princ. & Adnot. num. 1 & seq.*

*Milliaria viginti pro qualibet die assignantur Adnot. num. 3.*

Milliarium constat mille passibus Stat. rubr. 25. lib. 1. pag. 23. col. 3. vbi quod debent milliaria mensurari a Portis Suburbiorum Ciuitatis. De Passu dixi supra ver. Mensura. pag. 193.

## Adnotationes.

1 Iuxta hanc dimensionem, † dum hæc ipsa proderemus, Milliariorum indices lapides in Regijs Agri nostri Perusini Vijs, ex iniuncto sibi Aedilis munere, collocabat, amicitia nobis coniunctissimus D. Ludouicus Aurelius, qui, benè merendi studio, ad literaria, quæ edidit monumenta, hoc quoque publicè vtilitati dicarum voluit. Vide † de hac materia *Me-*

2 *noch. de arbitr. lib. 2. cas. 2.* vbi quod Milliarij varia est dimensio, & ad regulam quod calculantur † vigin-

3 ti milliaria pro qualibet die, vide *Ludouis. decis. 501. num. 3. & seqq. & Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 33. num. 3.*

# MINOR.

## SVMMARIA.

*Solemnitates requisita in alienationibus bonorum, & obligationibus Minorum quæ sint, in princ. & Adnot. num. 2. & seqq.*

*Partita Mercatorum, vt valide sint contra Minores, ...*

*res, quæ requirantur, ibid.*

*Refutatio facienda Tutori, vel hæredibus ab Adulto, quæ requirat, d. loco.*

*Republica fauore obligantur Minores, vers. Communis & Adnot. num. 12. vbi quid in Fisco.*

*Furti causa Minor quomodo puniatur, & occasione aliorum delictorum, vers. Pro furto. & Adnotat. num. 13.*

*Condemnationes pro criminibus non possunt dici nullæ ex minori ætate, vers. Condemnationes.*

*Creditori facta adiudicatio in solutum iuxta formam Statuti non potest impugnari per Minorem, vers. Aestimatio.*

*Capi non potest Minor personaliter pro debito ciuili, vers. Minor. & Adnot. num. 15.*

*Minores qui dicantur, Adnot. num. 1.*

*Statutum prohibens obligari in contractibus Minorem viginti annis sine quibusdam solemnitatibus, an censeatur id Maiori permittere, Adnot. num. 4.*

*Iuramentum supplet defectum solemnitatum requisitarum à Statuto, Adnot. num. 5.*

*Fallit in terminis Constitutionis Marchiæ, vt n. 8.*

*Constitutio Marchiæ super contractibus Minorum non intrat, vbi adsunt Statuta particularia, Adnot. num. 6.*

*Secus quoad Insinuationem, de qua non disponit Statutum num. 7.*

*Iudicis præsentia non supplet defectum Insinuationis requisitæ ex Constit. March. Adnot. num. 8.*

*Compromissum est nullum, si sit factum a Minore sine solemnitatibus requisitis, ac etiam laudum, n. 9.*

*Dotis causa an contractus Minoris teneat sine solemnitatibus, num. 10.*

*Consanguineorum existentiam, & quod commodè interuenire potuerint debet probare Minor, num. 11.*

Minorum vigintiquinque annis bona vbi alienanda sunt, quæ requirantur, vide Stat. rubr. 29. §. sint etiam prædicti. lib. 2. pag. 9. col. 2. Quid autem in alijs obligationibus Minorum viginti annis seruandum sit, vide rubr. 29. §. item dicimus. lib. 2. pag. 18. col. 3. vbi quod requiritur auctoritas Curatoris, si habuerit, vel trium, aut saltem duorum consanguineorum magis idoneorum, Vide etiam Constit. March. lib. 5. cap. 25. quæ requirit iuramentum, consensum duorum, vel trium proximiorum consanguineorum, si assistant, vel saltem affinium, Decretum competentis Iudicis, & Insinuationem. Partitæ Mercatorum, seu Artificum non valent, nisi accesserit consensus Tutoris, vel Curatoris, aut alterius legitimi Administratoris Minorum, ex Commit. Constit. par. 2. rubr. 13. cap. 2. §. quæ omnia. pag. 82. Refutatio facienda ab Adulto, & Adulta Tutori, seu hæredibus illius, quas solemnitatis requirat dicam infra ver. Tutor. De Compromisso faciendo à Minore dixi supra ver.
A Compromissum. cap. 1. pag. 80. A

Communis, seu Reipublicæ fauore si sit facta promissio non prodest Minor ætas nam promissionem adimplere Minor XVIII. annis tenetur Stat. rubr. 95. lib. 4. pag. 27. Et quoad malum consilium datum DD. Prioribus, vel Officialibus Communis, Minor viginti habetur pro maiori viginti ratione damni, & interesse, quod præsta-
B re tenetur rubr. 75. lib. 1. pag. 33. B

Pro Furto Minor viginti annis punitur citra mortem arbitrio Iudicis Stat. rubr. 93. in addit.
C in fin. lib. 3. pag. 35. col. 3. C

Condemnationes in causis criminalibus non possunt dici nullæ ex eo, quod condemnatus, vel accusatus esset Minor Stat. rubr. 54. in princ. lib. 3.
D pag. 26. & vide Constit. March. lib. 4. cap. 17. D

Æstimatio, datio, & adiudicatio in solutum facta iuxta formam Statuti Creditori non potest impugnari per Minorem Stat. rubr. 29. §. contra quam. lib. 2. pag. 19. col. 3.

Minor viginti annis non potest personaliter capi pro debito ciuili Statut. rubr. 186. in addit. lib. 1. pag. 64. col. 3. & ad Minorem XVIII. reduxit Commit. Constit. par. 1. rubr. 32. cap. 5. pag.
E 56. E

Vide supra ver. Curator. pag. 100. & ver. Iudex Communis, seu Decretorum. pag. 167. & quæ dicam infra ver. Pupillus, & ver. Tutor.

## Adnotationes.

1 Minores qui dicantur, † & qui Puberes, seu Impuberes, & pubertati proximi, qui Infantes, aut Infantiæ proximi vide *Farinacc. de pœn. temper. quæst. 92. num. 3. & seqq.*

2 A Vide super solemnitatibus requisitis † in alienatione rerum Minorum à iure communi. *Simonell. in tract. de Decreto. Menoch. de arbitr. cas. 171. Honded.*
3 *cons. 23. lib. 2.* & de requisitis in contractibus † Minorum à Statuto vide *D. Pic. de contract. sin. cert. solem. non valid.* & *quæ ad Constit. March. d. lib. 5. cap. 25. dixit Boccacc.* & super Statuto nostro *Bug. cons. 3. & cons. 12. lib. 1. Honded. cons. 29. lib. 1.* & super Statuto etiam Bictonij *Rota in Perusina Terrarum 10. Decembris 612. coram Eminentissimo Card. Pamphilio*, quæ in fine Operis *est decis. 55.* Dum Statutum nostrum prohibet obligationem Minori viginti annis
4 absque † quibusdam solemnitatibus, videbatur posse sumi argumentum, quod Maiori viginti esset permissa obligatio *Surd. decis. 75. num. 1. vsque ad 7.* Sed contrarium firmauit Rota in *Tudertina, seu Romana Nullitatis obligationis 1. Iunij 615. coram Buratto*, quæ est impressa *apud eundem Pic. decis. 64. num. 8.* & sentit in Statuto Perusino *Farinacc. cons. 42. num. 13. lib. 1.* circa quod vide *Mascard. de gener. Stat. interpret. conclus. 4. num. 69. & seqq.* & super Statuto restringente tempus minoris ætatis, & habilitante Minorem vide *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 452.* Ad-
5 uertendum est autem, quod licet solemnitates † requisitæ à Statuto nostro suppleantur iuramento, vt responderunt *Gabr. cons. 127. num. 19. lib. 1. Honded. cons. 42. num. 22. lib. 1. & Ambrosin. decis. Perus. 14. num. 25.* super quo videatur *Carpan. ad d. Stat. Mediol. cap. 453. & decisio in Fulginaten. Pecuniaria*

30. *May*

30. *Maij 1619. coram Manzanedo*, quæ est in fine,
6 *decis.* 89. *num.* 4. *& seqq.* Aliud tamen est in † terminis Constitutionum Marchiæ, de quibus dixi etiam supra ver. Constitutiones Marchiæ. pag. 99. & quæ licet non intrent vbi adest Statutum particulare super solemnitatibus adhibendis in contractibus Minorum, vt dixit *Rota in causa Recanaten. coram Seraph. decis.* 343. *& in alia Recanaten. Successionis 6. Iunij 1618. coram Bupatto*, quæ est in fine, *decis.* 77. *num.* 6. *& seqq.* attamen cum hoc nostrum Statutum non loqua-
7 tur † nisi de solemnitatibus adhibendis in ipsis contractibus Minorum, non autem de Insinuatione, quæ adhiberi solet post contractum, ideo illa requiritur etiam in contractibus factis Perusiæ, vt fuit decisum in *Perusina Fideicommissionis 26. Nouembris 1611. coram Eminentissimo Cardinali Pamphilio*, quæ decisio est in fine, *decis.* 21. & fuit confirmata *coram eodem sub die 2. Aprilis 1612.* vt in *decis. seq.* quæ decisiones loquuntur in terminis fideicommissionis factæ à Minore pro Patre, de quo dixi etiam ver. Filius pag. 144. & fuerunt comprobatæ in *Perusina Hæreditatis 10. Decembris 1628. coram Eminentissimo Card. Verilo*, quæ est in calce, *decis.* 97. *num.* 3. *& seqq.* & huiusmodi Insi-
8 nuatio † non suppletur iuramento cum Constitutio prædicta vtrumque requirat, *vt dicta decis.* 21. *n.* 22. nec Iudicis præsentia, *vt in Ciuitatis Castelli Peculiaria 5. Maij 1621. coram Rembaldo*, quæ est in calce, *decis.* 78. *num.* 8. & idem quoad Iuramentum, & Iudicis præsentiam fuit dictum *in dicta Perusina Hære-*
9 *ditatis decis.* 97. *num.* 5. & pro nullitate † Compromissi facti absque solemnitatibus dictæ Constitutionis, & etiã laudi lati vide *in Perusina Laudi 18. Martij 1626. coram R. P. D. Merlino*, quam habes in cal-
10 ce, *decis.* 38. Dotis autem causa an sit † priuilegiata, itaut non sint necessariæ solemnitates statuti in Minore vide *Ciriac. controu. forens. tom.* 1. *contr.* 29. *& Rot. in Assisien. Dotis 22. Iunij 1629. & 29. Aprilis 1630. coram R. P. D. Verospio*, quæ in calce sunt, *decis.* 117. *& decis.* 118. Quoad consanguineos quo-
11 rum consensum † requirit Statutum, & Constitutio Marchiæ, debet per Minorem impugnantem contractum probari, quod illos haberet, & quod commodè interuenire potuerint, stante decreto Iudicis *Rota coram Ludouis. decis.* 406. *num.* 6. *& ibi Beltram. in Adnot. num.* 19. Sed vide decisionem in *Perusina Exequutionis 17. Nouembris 1597. coram Litta*, quæ legitur in calce, *decis.* 42. *num.* 9. *& seqq. & in Perusina Donationis de Ansideis 21. Iunij 1613. & 15. Nouembris eiusdem coram bo. me. Card Caualerio*, in calce, *decis.* 50. *& seq.*

12. B Vide † *Rot. decis.* 153. *num.* 6. *par.* 1. *recent.* & in obligatione fauore Fisci *Farinace. cons.* 183. *lib.* 2.

13 C Minor ætas † quando excuset in delictis vide *Farinace. de pœn. temper. quæst.* 92.

14 D Vide † *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 10. *num.* 5. *& seqq.*

15 E Vide † *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 243. *Carol. de Grass. de except. ad Stat. exclud. in prælud. n.* 159. *& seqq. & Mauson. de caus. execut. lib.* 1. *lim.* 11.

# MOLENDINVM.

## SVMMARIA.

*De Molendinis Valcherijs, & Clusis quid disponat Statutum, in princ.*

*De refectione, seu melioratione facienda Molendini, seu Valcheriæ communis inter plures, vide vers. Super refectione.*

*De Mensuris retinendis in Molendinis, & de Molendinarijs, & Vectoribus, vide vers. De Mensuris.*

*Molendina ad oleum in Ciuitate, & Suburbijs haberi quomodo possint, vers. Molendina.*

*Doctores tractantes de Molendinis referuntur, Adnot. num.* 1.

*Formula Molendini est Domini Molendini, Adnot. num.* 2.

*Formulam habens per agrum alienum potest locum adire cum Operarijs, & debet per Dominum fundi relinqui spatium, quo ille ad formulam accedere, & quo terram, & limum iacere possit, Adnot. num.* 3.

*Socio recusante reficere, & contribuere refectioni Molendini, illud afficitur reficienti, Adnot. num.* 4.

*Mensura iniusta vtens non punitur, si illa fuerit sibi consignata, Adnot. num.* 5.

*Consuetudo in hac materia attenditur, ibid.*

*Conductor Molendini non potest in præiudicium futuri Conductoris molere cum minori Gabbella, Adn. n.* 6.

DE Molendinis, & Fullonicis, seu Valcherijs vide Stat. rubr. 101. lib. 1. pag. 44. col. 3.
1 De Molendinis, & Clusis vide rubr. 64. lib. 2. pag. 32. Molendina ad Frumentum non possunt fieri in Fluminibus Cainæ, vel Nestoris quibusdam in locis rubr. 65. lib. 4. pag. 19. & vide etiam rubr. 10. §. item statuimus, & ordinamus 2. lib. 1. pag. 8. & rubr. 27. lib. 4. pag. 10. & rubr. 85. §. & in ea forma cum §. seq. d. lib. 4. pag. 25.

Super refectione, seu melioratione facienda Molendini, seu Valcheriæ communis inter plures vide rubr. 58. §. item dicimus 1. & §. & quia sæpè lib. 2. pag. 31. col. 1. & d. rubr. 64. §. & vt Molendina. & §. item ad tollendum. eod. lib. 2. pag. 32.
A col. 4. & pag. 33. col. 1. A

De Mensuris retinendis in Molendinis vide rubr. 124. §. circa sigillationem. & §§. seqq. lib. 4. pag. 37. col. 3. & de Molendinarijs, & Vectoribus, & quid accipere possint pro molitura rubr. 75. d. lib. 4. pag. 21. quamquam in fine habetur,
B quod iam diu in desuetudinem abijt. B

Molendina ad Oleum non possunt haberi in Ciuitate, & Suburbijs rubr. 106. lib. 4. pag. 30. sed in addit. ibi permittuntur, dummodo aquæ putridæ, & immundiciæ emittantur extra Mœnia per Cloachas, & subterraneos meatus.

## Adnotationes.

1 De Molendinis † vide *Bart. & alios in l. quominus. ff. de*

*ff. de Flumin.* & ad declarationem Statutorum super illis *Carpan. ad Stat. Mediol cap.* 240. *& seqq. par* 2. & ex nostris *Bal cons.* 463. *lib* 4. *Corn. cons.* 207. *lib.* 4. *Odd. cons.* 84. *Honded. cons.* 84. *in* 2. *dubit. num.* 35. *& seqq. lib.* 2. *& Eugen. cons.* 22. *lib.* 2. Quod formu-
2 la † Molendini sit domini Molendini *post Bart. & Rip. Engen. cons.* 41. *num.* 4. *&* 5. *lib.* 1. sed vide etiam *num.* 29. & quod habens formulam Molendini per
3 agrum alienum † valeat pro illius purgatione locum adire, vbi proximè possit, ipse, eiusque operarij, & sit relinquendum spacium à domino fundi, quo dextera, & sinistra ad formulam accedere possit, & quo terram, & limum iacere possit *est t. in l. refectionis* 12, *in fin. ff. comm. præd. vbi Bal. & Florian. Rip. in d. l. quominus. num.* 68, *Cepoll. de seruit. rustic. prædior. cap.* 41.

4 A. De Iure communi, † quod si vnus ex socijs recusat reficere, vel contribuere refectioni, Molendinum efficiatur reficientis, vide *Carpan. dict. cap.* 240. *num.* 14. *par.* 2.

5 B Vide † *Ciriac. controu. forens. tom.* 1. *contr.* 131. vbi de istis mensuris loquitur, & firmat, quod conducens Molendinum si vtatur mensura sibi consignata pro decimandis saccis, quæ postea reperiatur iniusta non incurrit aliquam pœnam, *& sub num.* 13. tradit, quod in huiusmodi decimatione attenditur consue-
6 tudo. Conductorem Molendini † non posse in præiudicium futuri Conductoris molere pro minori gabbella. *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 381. *num.* 15. *par.* 2.

# MONASTERIVM, Monachus.

## *SVMMARIA.*

*Monasterium S. Petri priuilegia, & exemptiones, à quibus obtinuerit, in princ.*

*Ecclesia S. Montani fuit vnita dicto Monasterio, ibid.*

*Monasteria Monalium eidem submissa quæ, d. loco.*

*Fratribus Minorum de Obseruantia Monasteria quæ data fuerint in gubernium, vers. Monasteriorum.*

*Ecclesia de Fauarone vnita fuit Monasterio Monialium Montis Lucidi, vers. Ecclesia suburbana.*

*Monasteria quædam Monialium fuerunt liberata à solutione decimarum Pontificis, vers. Monasteria.*

*Fratres S. Francisci Conuentualium sunt capaces bonorum, & de eorum priuilegijs, vers. Fratres S. Francisci. & vide Adnot. num.* 5.

*Fratribus S. Mariæ Seruorum præstatur solidus vnus pro quolibet floreno Gabbellarum, & Communantiarum Ciuitatis, vers. Fratribus S. Mariæ.*

*Euntes ad Monasteria Monialium absque licentia puniuntur, vers. De Pœna*

*Dona dari non possunt Religiosis personis, vers. Religiosis.*

*Contra Religiosos lex imponi non potest, vers. Contra Religiosos.*

*Extrahens Monialem de Monasterio qua pœna puniatur, vers. Monialem. & Adnot. num.* 13.

*Tertiarij quibus priuilegijs gaudeant, vers. Tertiarij. & Adnot. num.* 14.

*Monachi in quo differant à Fratribus; & Moniales à Sororibus, Adnot. num.* 1.

*De Monachis statuta censentur etiam statui de Monialibus, nisi repugnet qualitas sexus, Adnot. n.* 2.

*Moniales tradita gubernio alicuius Religionis, gaudent illius priuilegijs, Adnot. num.* 3.

*Monasterium Montis Lucidi est capax successionis intestatæ, Adnot. num.* 4.

*Religiosi Franciscani, & alij, qui sint capaces, n.* 5.

*Monasterium succedit ex persona Monialis, durante illius vita, excluso substituto, quamuis Testator voluerit bona in familia conseruari, Adnot. num* 6.

*Monachus an gaudeat beneficio Statuti excludentis fœminas à successione, num.* 7.

*Monasterium succedit ex persona Monialis ab intestato, & an obstet renunciatio istius, Adnot num.* 8.

*Renunciatio facta absquè solemnitatibus à Minore ingressuro Religionem an valeat, Adnot. num.* 9. *& seq*

*Oblatorum, & Conuersorum bona an acquirantur Monasterio, Adnot. num.* 11.

*Nouitius intra annum probationis priuilegio fori gaudet, Adnot num.* 12.

MOnasterium S. Petri de Perusia, & alia Monasteria, ac loca eiusdem Congregationis habent multa priuilegia, & exemptiones concessas maximè per Eugen. IV. in eius Bulla data Kal. Martij 1434. in 4. reg. Breuium Thes. Apost. Perus. pag. 45. Nicolaus V. per aliud Breue datum 11. Februarij 1449. in d. lib. pag. 68. confirmauit dictũ Breue, maximè respectu gabbellarum. De anno 1457. die 28. Ianuarij Ecclesia S. Montani in agro Perusino fuit vnita Monasterio S. Petri per Callist. III. in 2. regist. Cancell. Comm. pag. 65. Cui quidem Monasterio S. Petri perpetuo fuerunt submissa Monasteria Monialium S. Catherinæ, & S. Mariæ Magdalenæ 8. Kal. Iunij 1504. in 3. regist. pag. 174. & cum alias pro parte Ciuitatis instaretur penes Pontificem, vt Monachi dicti Monasterij S. Petri susciperent curam Monasteriorum S. Catherinæ, & S. Mariæ Magdalenæ, Pontifex mandauit ipsos de hoc nomine suo rogari, vt in 5. reg. pag. 43.

Monasteriorum S. Agnetis, & S. Antonij gubernium fuit datum per Leonem X. Fratribus S. Hieronymi Ordinis Minorum Obseruantium, vt in Breui sub die 18. April. 1520. in 5. reg. pag. 80.

Ecclesia suburbana S. Pauli de Fauarone fuit vnita Monasterio Monialium Montis Lucidi, & vnionem confirmauit Nicolaus V. in eius Breui dato 27. Martij 1448. in 2. regist. pag. 34.

Monasteria Monialium S. Margheritæ, S. Thomæ, S. Francisci, & S. Luciæ fuerunt liberata à solutione Decimarum Pontificis per Paulum III. in 6. regist. pag. 59.

Fratres S. Francisci Conuentualium sunt capaces bonorum, illorumque causæ sunt summariæ, & in eis non obstant feriæ, nec possunt opponi

nisi

nisi certæ exceptiones: legataque, & relicta pia possunt peti pro eis per Sindicum Communis Perusiæ. Aduocati autem non possunt aliquid dicere contra prædicta, nec alia disposita ad eorum fauorem per Statutum nostrum. Omniaque hæc procedunt ad fauorem aliorum locorum dictæ Religionis existentium in Comitatu Perusiæ, vel in Ciuitate Assisij Stat. rubr. 23. lib. 2. pag. 11.

Fratribus S. Mariæ Seruorum de anno 1431. DD. Priores mandarunt, quod præstaretur solidus vnus pro quolibet floreno quarumcumque Gabbellarum, & Communantiarum Ciuitatis, præterquam à Conductoribus Lacus, & Eugen. IV. in Breui dato die 21. Iunij 1431. hoc idem confirmauit, vt in 1. reg. Canc. Comm. pag. 57. & in 2. regist. Bullar. Thes. Apost. Perus. pag. 25. idemque mandarunt Callist. III. in Breui dato 3. Nonas Decembris 1457. in 2. reg. Canc. Comm. pag. 57. & Sixt. IV. 1483. 4. Non. Iunij in 4. regist. pag. 48.

De poena euntium ad Monasteria Monialium sine licentia D. Episcopi, seu eius Vicarij, exceptis quibusdam diebus, vide rubr. 184. lib. 3. pag. 58. quæ lex adnitente D. Bernardino Senensi, qui Perusiæ tunc erat, lata est. Sed vide de hoc Decreta Sacræ Congregationis super Episcopis, & Regularibus.

Religiosis personis nō possunt dona dari Stat. rubr. 37. lib. 1. pag. 21. Sed non attenditur, videtur enim contra Pietatem, & quia.

Contra Religiosos, vel Clericos lex imponi non potest, vt agnoscit Stat. rubr. 57. circa fin. lib. 1. pag. 27. col. 4.

Religiosa loca Ciuitatis aliqua enumerantur rubr. 11. §. loca autem. lib. 3. pag. 7. col. 3.

Monialem de Monasterio extrahentis, aut operam in hoc præbentis poena quæ sit rubr. 86. lib. 3. pag. 24. vbi etiam de rapiente, & attentante. A

Tertiarij S. Francisci debent soluere foculare, ita fuit declaratum per litteras Card. S. Sixti sub die 7. Nouembris 1576. in 7. regist. pag. 93. & sunt etiam aliæ litteræ Card. Camerarij sub die 24. Februarij 1593. in d. 7. reg. pag. 170. & aliæ sub die 22. Martij 1595. ibid. pag. 181. Die 21. Ianuarij 1600. manu D. Balthassaris Ceccarelli D. Maluasia Gubernator mandauit, & declarauit ipsos teneri ad solutionem iuxta formam litterarum. Illorum autem priuilegia, & immunitates comprehendunt tantum personas particulares habitum gestantes, non autem filios, vel familias, & ad præstationem omnium onerum realium, & personalium tenentur, excepta rata tangente propriæ personæ; ita fuit declaratum in Camera Apostolica die 8. Martij 1506. vt in lib. Cam. Apostol. Perus. incepto de anno 1498. B pag. 71. B

## Adnotationes.

1 Monachi in quo differant † à Fratribus, & Moniales in quo differant à Sororibus, tradit *Pactan. de Probat. lib. 2. cap. 34. num. 89. & seq.* vbi quod Monachi propriè, & strictè sunt illi, qui virtute regulæ stant solitarij in Monasterio; & Fratres dicuntur illi, qui sunt de ordine Mendicantium, & quoad Mulieres, illæ dicuntur Sorores, quæ sunt de huiusmodi ordine Mendicantium, aliæ autem dicuntur Moniales.
2 De Monachis quod statuitur, † censetur etiam statui de Monialibus, si tamen non repugnat qualitas sexus *cap. fin. in fin. de Stat. Monach. Santarell. in tract. de Hæres. tit. de Apostas. cap. 8. dub. vnic. num. 36. vers. nam cum in iure.* Moniales traditæ † Gubernio alicuius Religionis quod gaudeant illius priuilegijs vult
3 *Mobedan. decis. 2. de Regular.* Monasterium Monialium Montis Lucidi † esse capax successionis intestatæ
4 respondit *Honded. cons. 76. lib. 2.* cuius opinio fuit recepta per Rotam, vt testatur ille in fine consilij, & decisio est in calce huius Operis, *decis. 13.* Ex Religiosis Ordinis S. Francisci, † qui sint capaces succes-
5 sionis, & bonorum vide *Peregr. de Iur. Fisc. lib. 3. tit. 14. & Paschal. de Virib. patr. potest. par. 1. cap. 3. num. 64. & seqq.* vbi refert alios Religiosos, qui sint
6 capaces. Quod Monasterium † ex persona Monialis succedat durante eius vita naturali, & interim non admittatur substitutus quamuis testator voluerit bona in familia remanere vide in *Assisien. Hæreditatis 31. Maij 1606. coram Marcomontio,* quæ est in fine, *decis. 84.* An autem Monachus † gaudeat beneficio
7 Statuti excludentis fœminas à successione vide pro affirmatiua *Rot. in Bononien. Successionis 9. Decembris 1622. coram bo. me. Vbaldo.* De successione debita † Monasterijs ad bona delata ab intestato Monia-
8 libus in eis professis, & an obstent immissioni petitæ renunciationes factæ per Moniales ante professionem vide decisiones in causa *Perusina Hæreditatis coram Eminentissimo Card. Verili,* quæ sunt in fine, *decis. 94. decis. 95. & decis. 96.* in quibus fuit conclusum contra
9 Monasteria. Verum postea † *sub die 10. Decembris 1628. coram eodem* (quæ decisio est pariter in fine, *decis. 97.*) fuit dictum renunciationes fuisse inualidas ex defectu solemnitatum requisitarum in contractibus Minorum, & quia *in eadem decis. num. 1.* relin-
10 quitur † videndus articulus, an propter ingressum Religionis sustineantur renunciationes ex alia Rotæ decisione *coram Buratto,* vide contra hanc decisionem pro negatiua *Gratian. discept. tom. 5. cap. 975.* vbi *num. 44.* dicit quod dicta causa fuit repropositа, 
11 & dictum non liquere. De Oblatis, & Conuersis, † & an bona ipsorum acquirantur Monasterio vide *Hond. cons. 94. num. 24. & seqq. lib. 1. & cons. 73. lib. 2.* in quo concludit pro negatiua, & eidem consilio subscripserunt *Io: Paulus Lancellottus Perusinus, & Ber-*
12 *nardinus Biscia Aduocatus Romanus.* Nouitium † intra annum probationis ad effectum priuilegij fori dici personam Ecclesiasticam, firmauit Rota in *Perusina Pecuniaria, seu Societatis 30. Aprilis 1627. coram nunc Eminentissimo Cardinali Verili,* quam habes in fine,

fine, *decis. 1. num. 9.*

13 A Vide † *Farinacc. de Delict. carn. quaest. 145. num. 204. & seqq. & num. 215. cum seqq. & quaest. 146. num. 1. & seqq.*

14 B Vide de istis † *Eugen. cons. 26. lib. 1.* vbi concludit, quod non gaudeant priuilegio fori.

# MONETA.

*SVMMARIA.*

*Moneta Perusina olim expendebatur etiam in alijs Ciuitatibus, & locis Communi Perusiae subiectis, in princ.*

*De Florenis, & quod intelligantur de XL. bonon. monetae veteris, & de L. monetae nouae, vers. Floreni.*

*Libra minuta est solidorum XX. & decem ex istis faciunt vnam ad grossam, quae valet duobus Florenis, vers. Libra.*

*Solidus est trium quadrantium, & quatuor denarij faciunt vnum quatrenum, vers. Solidus.*

*De faciente, tondente, minuente, vel expendente falsam monetam, vers. De faciente & Adnot. num. 3.*

*Doctores tractantes de Monetis referuntur, Adnotat. num. 1.*

*Monetam vnam pro alia soluere de generali consuetudine licet, Adnot. num. 2.*

MOneta Perusina tam maior, quàm minor olim expendi poterat, & debebat, tam in Ciuitate, & Comitatu, ac districtu, quàm in alijs Ciuitatibus, Terris, & Locis Communi Perusiae subiectis Stat. rubr. 123. lib. 4. pag. 36. col. 4.

Floreni qualiter expenderetur rubr. 120. lib. 4. pag. 36. & de illis ponderandis ad pondus Communis Perusiae rubr. 122. d. lib. 4. Ex antiqua, & inueterata consuetudine, & communi vsu loquendi in hac Ciuitate florenus intelligitur de XL. bononenis monetae veteris Perusinae, quae moneta hodie non reperitur, & bononeni quinquaginta monetae nouae sunt valoris dictorum XL. bononenorum monetae veteris, & sic vnius floreni, Grossi autem duodecim cum dimidio constituunt vnum florenum Stat. rubr. 118. in addit. fin. lib. 3. pag. 36. col. 1. vbi disponitur quod si in aliqua scriptura fuerit simpliciter facta mentio floreni intelligitur de XL. bononen. monetae veteris, seu L. monetae nouae, vel duodecim grossis cum dimidio, seu centum solidis.

Libra minuta est solidorum viginti, & decem librae minutae faciunt vnam ad grossam, quae valet florenis duobus. Dixi supra ver. Catastrum. cap. 11. & cap. 15. pag. 52. & 53.

Solidus est trium quadratium, & quatuor denarij faciunt vnum quatrenum, vt dixi ibidem.

De faciente, tondente, minuente, vel expendente falsam monetam vide rubr. 42. lib. 3. pag. 23. col. 4. A

## Adnotationes.

1 De Monetis † habes tractatus plurium Auctorum inter tract. sub sign. Aquil. *tom 12. pag. 203. & seqq.* & vide etiam de augumento, & variatione Monetarum tractatum *Thesaur. Iunior post lib. 2. eius quaest. forens. & Ciriac. contr. forens. tom. 2. contr. 261. 388. & 391. & D. Cenc. in eius luculento tract. de Censib. par. 2. cap. 2. quaest. 4. art. 4. pag. 180. & seqq.* Mo-
2 netam vnam † pro alia soluere de generali consuetudine licet *Farinacc. cons. 178. num 7. lib. 2.*

A Vide † ad materiam hanc *Hector Felic. alleg. 61. par. 1.* & in eadem causa pro contraria parte scripsit *Honded. cons. 92. lib. 2. Farinacc. cons. 48. lib. 1. & cons. 106. cons. 113. cons. 125. cons. 101. cons. 175. lib. 2. Caball. resolut. crim. cas. 27. cas. 191. & cas. 199. & Giurb. cons. 85.*

# MONS MALBVS.

*SVMMARIA.*

*Mons Malbus quomodo peruenerit, seu spectet ad Ciuitatem Perusiae.*

PIus II. de anno 1459. concessit Montem Malbum Ciuitati Perusiae gratis per triennium, vt in 2. regist. Canc. Comm. pag. 71. & de anno 1506. fuit facta locatio Montis praedicti, & terrarum, ac locorum illius per Card. Legatum de mandato Papae in perpetuum, cum responsione ducatorum 110. singulis annis soluendorum Thesaurario Apostolico, vt in 4. reg. pag. 180. & de anno 1507. legitur mandatum de demoliendis domibus eiusdem Montis, vt remaneret syluatus in d. 4 reg. pag. 192. Paulus III. concessit postea dictum Montem quibusdam Ciuibus Perusinis, in compensationem domorum demolitarum in aedificanda Arce in hac Ciuitate, ad nonaginta annos, sub annua responsione librarum decem cerae albae in Festo SS. Petri, & Pauli Apost. & sub onere renouandi vigesimonono quoque anno, cum recognitione librarum viginti cerae albae, vt in Breui dato die 17. Febr. 1543. in 6. reg. pag. 67. vbi legitur domos praedictas demolitas, exceptis quibusdam, fuisse valoris scutorum 38. mill. Pius V. demum concessit illum Ciuitati, & mandauit restitui precium dominis dictarum domorum demolitarum proportionabiliter, reseruato pro Camera Apostolica iure dominij, & censu soluendo quolibet anno, vt in Breui sub die 16. Iunij 1569. in 7. reg. pag. 68. & seq. Istud Breue fuit confirmatum per literas Card. S. Sixti de mandato Greg. XIII. sub die 3. Augusti 1583. in d. 7. reg. pag. 115. & aliae litterae ad huiusmodi negocium spectantes habentur ibidem pag. 120. & seq. Vigore supradicti Breuis fuit deinde actum contra retinentes dicta bona pro retrocessione,

& tandem in vim sententiarum fuit omnino Mons redemptus, vt de processu, & sententijs constat in actis D. Rainaldi de Rubeis Notarij. Idem Gregorius XIII. concessit licentiam retinendi hujusmodi bona culta, donec essent extincti census pro illius recuperatione facti, vt in Breui sub die 22. Iunij 1584. in 7. reg. pag. 122.

## Adnotationes.

Vide quæ dixi de bonis Ciuitatis in ver. Ciuitas Perusiæ pag. 62.

# MONS PIETATIS.

### SVMMARIA.

*Montis Pietatis Capitula fuerunt à Pontifice cōfirmata, in princ.*
*Mons Pietatis quando habuerit principium in hac Ciuitate, Adnot. num. 1. vbi quod fuit ritè, & rectè institutus.*
*Doctores tractantes de huiusmodi Monte referuntur, Adnot. num. 2.*
*Est locus Pius qui nunquam moritur, Adnot. num. 3.*

MOntis Pietatis, seu Pauperum Capitula confirmauit Sixtus IV. vt in eius Breui dato 16. Kal. Martij 1470. in 3. registr. Cancell. Comm pag. 64. & alia edidit Paulus Parca Commissarius de anno 1624. & Mense Nouembris, quæ fuerunt approbata per Sacram Congregationem, vt in literis impressis cum dictis Capitulis, Paulus V. prohibuit distrahi pecunias Montium Pietatis Status Ecclesiastici in alios, quàm in vsus à primaua ipsorum erectione destinatos, vt in Breui sub die 5. Februarij 1615.

## Adnotationes.

1 Habuit principium † in hac Ciuitate de anno 1463. vt apud *Pellinum in Historia par. 2. lib. 13. pag. 667.* & quod fuerit ritè, & rectè institutus à Ciuitate absque labe vsuræ, respondit *Collegium V. I. Doctorum huius Ciuitatis*, & responsum est registratum in *d. 37. regist. pag. 36.* Vide etiam de Monte Pietatis † *tract.*
2 *Thomæ de Vio Caietani Cardin. inter tract. sub sign. Aquilon. tom. 6. par. 1. pag. 419. Lap. de Vsur. comment. 3. §. 3. num. 80. & seqq. Camill. Borell. cons. 81.* & quod iste sit locus pius, † qui nunquam moritur,
3 dixit *Rota apud Ciriac. post contr. 208. num. 9. lib. 2.*

# MORTVVS.

### SVMMARIA.

*Mortuorum Corpora, cera, aut aliæ res funerales non possunt à creditoribus sequestrari, ex Stat. & quid de Iure communi, in Adnot.*

MOrtuorum corpora non possunt à creditoribus sequestrari aliquo tempore, nec cera, aut aliæ res funerales Stat. rubr. 81. §. in omnibus verò. in fin. lib. 1. pag. 37. col. 4. & rub. 24. in rubr. 2. de ferijs. §. possint quoque. lib. 2. pag. 14. col. 1.

## Adnotationes.

Quid de Iure communi vide *Carbic. in tract. de Sequestr. par. 1. quæst. 3. quæst. sext. princip. pag. mihi 207. & Mauson. de caus execut. lib. 1. lim. 21.*

# MVLIER.

### SVMMARIA.

*Mulierum in contractibus quæ solemnitatibus requirantur, ex Stat. Comit. & Constit. March. in princ. & Adnot. num. 1. & seqq. vsque ad 11.*
*Mulieres cuiuscumque conditionis non possunt cogi ire ad Palatium causa testimonij perhibenai, vers. Non possunt. & Adnot. num. 12.*
*Honesta Mulieres non possunt carcerari, præsertim pro debito ciuili, vers. Honesta Mulieres. & Adnotat. num. 13.*
*Mulieres quando admittantur in testes in testamento, vers. Mulieres.*
*Mulier maior de Iure communi absque solemnitatibus contrahere valet, Adnot. num. 1.*
*Quid in hac Ciuitate, vide num. 2. & seqq.*
*Et quid si remaneat indotata, num. 5.*
*In Iudicialibus non habet locum Statutum, requirens certas solemnitates, Adnot. num. 7.*
*Cautina Constitutio non potest annullare contractus iuratos, Adnot. num. 8.*
*Iuramentum supplet defectum solemnitatum requisitarum à Statuto in contractibus, ibidem.*
*Statutum non potest disponere super Iuramento, & non valet, nisi sit confirmatum à Papa, Adnot. num. 9.*
*Constitutiones Marchiæ edita à Cardinali Carpense, non ligant extra Marchiam, Adnot. num. 10.*

MVlier non potest se obligare sine auctoritate Iudicis, aut duorum proximiorum vltra decem florenos, ex ordinamentis Collegij Notariorum Ciuitatis Perusiæ, quæ ordinamenta in hac parte obseruari debent, ita disponente Statuto rub. 19. §. item sint Iudices. vers. & etiam. lib. 2. pag. 9. col. 1. In refutatione facienda illi, qui negocia mulieris gessit, quæ solemnitates re-
A quirantur, dicam infra ver. Tutor. A. Superiorum decreto cautum erat, quod Mulier non posset se obligare pro Marito, nisi præcedente licentia D. Gubernatoris, & Carolus de Comitibus tunc Gubernator postea Cardinalis, mandauit, quod Mulier aliqua cuiuscumque fuerit, & sit conditionis, & famæ, nullo modo possit, nec debeat se, vel bona sua aliqua etiam extra dotem pro Marito, filijs, vel quibusuis alijs personis,

vendere,

vendere, alienare, aut alias quomodolibet obligare in totum, vel in partem; etiam cum iuramento, & pro quacumque summa, etiam quod non remaneret in totum indotata, etiam cum decreto alicuius Iudicis Communis, etiam cum consensu Viri, & proximiorum, etiam quod cederet in illius vtilitatem, & ex quacumque alia causa, nisi in primis, & ante omnia super dicta facienda obligatione, venditione, & alienatione fuerit desuper ab ipso, vel successore pro tempore Gubernatore obtentū decretum, & licentia causa benè, & diligenter cognita, & de huiusmodi licentia Notarius mentionem facere debeat in instrumento faciendo cum decreto Iudicis Communis. Et secus facta omnia sint omnino nulla, & inualida, & mulieribus huiusmodi in nihilo nocere debeant. Quæ tamen non habeant locum in susceptione tutelæ, vel curæ, aut pro dote filiarum, vel descendentium, in quibus sufficiat tantum decretum Iudicis Communis, vt in Comit.
B par. 2. rubr. 3. pag. 74.[B] Ex Const. March. lib. 5. cap. 25. in fine prohibentur Mulieres etiam maiores contrahere absque solemnitatibus requisitis in contractibus Minorum, nempè iuramento, consensu Consanguineorum, vel Affinium,
C Decreto Iudicis, & Insinuatione.[C]

Non possunt cogi Mulieres cuiuscumque conditionis ire ad Palatium causa testimonij perhibendi in Causa Ciuili, vel Criminali Stat. rubr. 46. §. & quia non videtur. & §. seq. lib. 3. pag. 24.
D col. 4.[D]

Honestæ Mulieres non possunt carcerari, nisi iuxta formam iuris communis, ex literis Card. Montalti 22. Iunij 1589 in 7. reg. Canc. Comm. pag. 148. & quod pro debito ciuili carceribus includi nequeant, cauetur Stat. rubr. 186. lib 1. in addit. pag. 64. & in Comit. Const par. 1. rubr.
E 32. cap. 5. pag. 56.[E]

Mulieres quando admittantur in testes in testamento Stat. rubr. 35. lib. 2. pag. 21. & dicam infra ver. Testamentum.

De successione Mulieris dotatæ extantibus Masculis, dixi supra ver. Fœmina. pag. 131. & seqq.

## Adnotationes.

1 A De Iure communi Mulier maior † absque solemnitatibus contrahere valet. *l. 2. C. ad Velleian. Surd. cons. 367. num. 8. & 9. lib. 3. Ciriac controu. forens. tom. 1. contr. 128. num. 42. & contr. 181. num. 28. & seqq. Rota in Bononien. Fideicommissi de Manzolis 26. Ianuarij 1632. coram Reuerendissimo D. Coccino Decano*, & quod de Iure in contractibus Mulierum aliquæ solemnitates non requirantur, dixit prius *Rota in Perusina Terrarum 16. Iunij 1608 coram Eminentissimo Card. Pamphilio*, quæ est in calce, *decis. 54.*
2 *num. 12.* Statutum autem, † de quo supra, pluribus modis nititur effugere in casu suo *Turrett. cons. 84. num. 8. & seqq lib. 1.* & præsertim *num. 18.* dicit, quod Statutum non disponit Mulieres sine consensu consanguineorum obligari non posse, sed solum quod Notarij non possint rogari, & instrumentum conficere, alias puniuntur; ergo actus valet, & contractus, *vt*
3 *num. 19.* Verum quo ad Decretum Iudicis † quod de consuetudine saltem adhiberi soleat in hac Ciuitate, vide *Honded. cons. 16. & seq lib. 2.* qui tamen *num. 17. circa fin. vers. verum.* dicit, quod in dubium reducitur in hac Ciuitate numquid decretum sit necessarium, & eo omisso contractus Mulierum infringatur.
4 Et quod non fuerit † ostensum aliquod Statutum, quod disponat in cōtractibus Mulierum adhiberi debere aliquas solemnitates, dixit *Rota in dicta Perusina Terrarum decis. 54. num. 12.* quicquid dixerit *Eugen. cons. 12. num. 16. lib. 1.* quia ego numquam vidi Statutum, quod ipse præsupponit, nisi ipse intellexerit de illo, quod disponit circa refutationes faciendas administratori, de quo dicam infra ver. Tutor. Et
5 pro validitate † obligationis pro Filio, seu Marito factæ per Mulierem cum iuramento, & pro illis excarcerandis, respondit *Rota in Fulginaten. Pecuniaria 25. Iunij 1621. coram Manzanedo*, quæ est in fine, *decis. 91.* dummodo non remaneat indotata, de quo constare debet concludenter, vt dicitur ib. *num. 4.*
6 *& seqq.* Vide ad materiam hanc † vltra dicta, & citatos supra ver. Minor pag. 197. *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 328. Mauson de caus. execut. lib 1. limit. 102 Galganett. ad Stat. Vrbis cap. 151. lib. 1. Rot. coram Ludouis. decis. 313. & decis 363.* & in Constitutione Procuratoris in *Perusina Executionis 17 Nouembris 1597. coram Penia*, quæ est in fine huius Operis, *de-*
7 *cis. 42. num 5. & seqq.* In Iudicialibus Statutum † huiusmodi locum non habere, dixit *Rota in d. Perusina Terrarum decis. 54. in fin.* quam citat *Gratian discept. forens. tom. 4. cap. 704. num. 25.* sed vide *Carpan. d. cap 328. num. 167. & seqq. & Picum de contract. fine certa solemn. non valit. ad Stat. Vrb. glos. 7. num. 122. & seq. & Tornum in Apologeticon de Stat. impect. par. 2. decis. 5 num. 7. & seq pag. 51.*
8 B Admisso quod Constitutio Comitina † liget, & nō expirauerit per recessum Conditoris illius, de quo dixi supra ver. Gubernator. num. 5 pag. 153. attamen non videtur potuisse dicta Constitutio ex licentiæ, seu habilitationis defectu annullare contractus iuratos, cum iuramentum suppleat defectum solemnitatum huiusmodi, vt dixi supra ver. Minor. pag. 197. n. 5. & addo *Ludouis. decis. 391. num. 4.* & latè *Eug. cons.*
9 *3. num. 6 & seqq. lib. 1.* & sicut Statutum † non potest disponere super iuramento *Rot. decis. 380. num. 4. par. 1. recent.* & non valeat annullans contractum iuratum *Eugen. d. cons. 3. num. 24. lib. 1.* (licet secus esset si esset confirmatum a Papa, de quo *Picus dict. tract. glos. 21. per tot.* & vide *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 453. num. 95. & seqq.*) ita nec Gubernator, seu Præses Prouinciæ potuit hoc statuere, quia non potest disponere contra ius, vt dixi *d. ver. Gubernator. num. 4.*

C Quia hæc dispositio circa Mulieres emanauit à
10 Cardinali Carpense, † cuius Constitutiones non sunt confirmatæ extra Prouinciam Marchiæ, ideo non sunt necessariæ in contractibus Mulierum hæ solemnitates in hac nostra Ciuitate, quæ est extra Prouin-

etiam Marchiæ, ex allegatis supra ver. Constitutiones Marchiæ pag. 100. num. 5. & addo *decis. in dicta Bononien. Fideicommissi de Manzolis coram D. Coccino Decano.* Si autem Mulier esset minor † intraret Constitutio Egidij, confirmata pro toto Statu Ecclesiastico, vt dixi d. ver. Constitutiones Marchiæ, & super contractu Mulieris minoris respondit *Eugen. cons. 68. num. 40. lib. 1.*

12 D Quando possit de Iure communi † Mulier cogi ad comparendum in iudicio etiam ad se examinandum, vide *Stacc. de Iudic. lib. 1. cap 86. num. 5. & Barbos. in collect. ad cap. 2. de iudic. in 6. pag. 194.* & in Muliere prægnante vide *Addit. ad Cappell. Tolos. quæst. 3.*

13 E Vide † *Carol. de Grasi. de except. ad Stat. exclud. in præfat. num. 164. & seqq. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 245. Galganett. ad Stat. Vrb. lib. 2. cap. 7. & Manson. de caus. execut. d. lib. 1. limit. 10.*

# MVRATOR.

## *SVMMARIA.*

*De Muratoribus, & eorum Famulis, & salarijs Statutum refertur, in princ.*
*Immunes sunt à Collectis, & alijs oneribus, ac à solutione Dobanæ, d. loco.*
*Murator conductus ad murandum potest transire per fundum Vicini, Adnot. num. 1.*
*Aedificium si corruat ob eius imperitiam, ad quid teneatur Murator, ibid.*
*Murator conductus dietim non tenetur de vitio operis, Adnot. num. 2.*
*Murator, qui non laborauit tota die, an integram mercedem, vel pro rata debeat consequi, Adnot. num. 3.*
*Murator an possit per alium opus explere, Adnotat. num. 4.*

DE Muratoribus, & eorum Famulis, & salarijs vide Stat. rubr. 595. lib. 1. pag. 129. vbi etiam quod huiusmodi Fabri sunt immunes à Collectis, & alijs oneribus. Insubres, seu Lombardi sunt exempti, & immunes à solutione dohanæ Camerario Artis Petræ, & Lignaminum, cum onere tamen soluendi certam annuam responsionem pro Cappella fabricanda, & officianda, vt in concessione eis facta per Gubernatorem die 20. Februarij 1476. in 3. regist. Cancell. Comm. pag. 87.

## Adnotationes.

1 De Fabro Murario conducto † ad murandum, quod possit transire per fundum Vicini tradit *Caroc. de locat. par. 7. concl. 6.* & de conducto ad restaurationem domus, quæ ob illius imperitiam corruit, ad quid ipse teneatur vide eundem *Caroc. d. par. 7. conclus. 3.*

2 Murator conductus † dietim, quod non teneatur de vitio operis est *tex. in l. ex lege. §. locaui. & ibi Bart. ff. locat. Rom. sing. 31.* & vide *Paris. cons. 37. lib. 1. & Cost. de Rata quæst. 137. num. 31.* An autem, qui non

3 laborauit † tota die propter pluuiam, vel calum similem, possit consequi mercedem integram totius diei, vel pro rata, vide eundem *Cost. de Rata quæst.*

4 128. An possit per alium † opus explere vide *Rom. sing. 74.* Præsumitur ipsi satisfactum de eius salario, seu mercede *Cost. d. quæst. 128. num. 14.* & dicam ver. Præscriptio.

# MVRVS, SIVE PARIES.

## *SVMMARIA.*

*Socius super muro, seu pariete communi ædificare quando possit.*

SVper Muro, seu Pariete communi ædificare, & illum extollere quando possit Socius vide Stat. rubr. 58. §. item dicimus. lib. 2. pag. 30. col. 2.

## Adnotationes.

Vide *Cepoll. de seruit. vrb. præd. cap. 40.* & quæ dixi ver. Aedificium. pag. 123. & in ver. Fenestra. pag. 137.

# MVRVS CIVITATIS, & Castrorum.

## *SVMMARIA.*

*De Muris Ciuitatis, & Castrorum quid disponat Statutum, in princ.*
*De Domum habente super Muris Ciuitatis, & Suburbiorum, & subdialia exporrecta, vers. De habentibus. & Adnot. num. 2.*
*Fouea, seu Caua non potest fieri ad quadraginta passus propè Muros Ciuitatis, & Suburbiorum, vers. Fouea.*
*Et non potest fodi propè Muros per decem passus, ibid.*
*Intrantes, vel egredientes per Muros Ciuitatis, vel Castrorum puniuntur, in fin. & Adnot. num. 2.*
*Muros Ciuitatis non possunt Priuati reficere, nec aliquid eis coniungere, vel supponere sine licentia, Adnot. num. 1. vbi quid de consuetudine.*

DE Muris reuidendis, & Muris Castrorum non rumpendis vide Stat. rubr. 57. lib. 4. pag. 16. quod Muri Ciuitatis, & Suburbiorum reaptentur rubr. 58. ibid. pag. 17. in fin.

De habentibus domos super Muris Ciuitatis, & Suburbiorum vide d. rubr. 57. §. item dicimus il 2. cum §. seq. pag. 17. col. 3. Quod non liceat habere subdialia exporrecta in Muris Ciuitatis Stat. rubr. 90. lib. 4 pag. 26. col. 3.

Fouea, seu Caua propè Muros Ciuitatis, & Suburbiorum non potest fieri ad quadraginta passus d. rubr. 57. §. item dicimus. pag. 17. col. 2. vbi quod factæ debent repleri, & idem repetitur ibidem in §. fin. Fodi non potest propè Muros Ciuitatis per decem passus Stat. rubr. 168. lib. 3. pag. 53. col. 4. Aedificare propè Muros

Castrorum

Castrorum non licet Stat. rubr. 134. lib. 4. pag. 39. & dixi in ver. Castrum. De poena intrantium, vel egredientium per Muros Ciuitatis, & Castro-
A rum vide Bannim. Generalia num. 73. A

## Adnotationes.

1 Muros Ciuitatis non possunt † Priuati reficere sine Superiorum licentia, nec aliquid eis coniungere, vel supponere *Camill. Borell. cons. 1. num. 25. & seqq. Caball. resolut. crim. cas. 100. num. 30. & seqq.* quem videas attestantem *num. 46.* quod de consuetudine in multis locis Italiæ obseruatur, quod priuati habeant domos super Muros Ciuitatum, Castrorum, & Villarum, & eas construunt non impetrata licentia Principis *post Corneum cons. 237. num. 17. lib. 2.* dicentem, quod in hac Ciuitate obseruatur, quod Priores vna cum Camerarijs permittunt facere Portas, & alia in Muris Ciuitatis.

2 A Vide † *Farinacc. quæst. crim. 20. num. 146. & seqq. & Caball. d. cas. 100. num. 1. & seqq.* vbi multa habes ad hanc materiam.

# MVTVVM.

### SVMMARIA.

*Mutuans occasione ludi non repetit, in princ.*
*Mutuans iudicibus non repetit, vers. Nec ille.*

MVtuans occasione ludi non repetit Statut. rubr. 212. lib. 3. pag. 63. & dixi supra ver. Ludus. pag. 189. Nec ille, qui mutuauit Po-
A testati, vel Capitaneo rubr. 2. in fin. lib. 1. col. 3. A

## Adnotationes.

A Dicam in ver. Sindicatus, & vide *Baiard. ad Clar. quæst. 73. num. 27. & seqq.*

---

# NEPOS.

### SVMMARIA.

*Nepos ex fratre, seu sorore succedit ab intestato cum Patruo &c. in princ. & Adnot num. 1.*
*Nepotes ex pluribus fratribus succedunt in capita, Adnot. num. 2.*
*Nepotes ex fratre, & Nepotes ex sorore simul succedunt de Iure communi, num. 3.*
*Nepotis appellatione an veniat filius fratris, Adnot n. 4.*

NEPOS ex Fratre, seu Sorore succedit ab intestato cum Patruo, Auunculo, Amita, seu Matertera, ex Stat. rubr. 45. lib. 2. in reformat. registrat. supra ver. Foeminia. §. si autem aliquis. & §§. seqq. pag. 134.

## Adnotationes.

1 Idem est de Iure communi † nisi obstaret Statutum particulare, vt *decis. 417. par. 1. recent.* & quod Statutum nostrum non tollat repræsentationem, immò illam conseruet, dixit *Rot. in Perusina Reintegrationis 29. Maij 1616. coram Buratto*, quæ est in fine, *de-*
2 *cis. 66. num. 21.* quomodo autem succedant † Nepotes ex pluribus fratribus, videlicet, an in stirpes, aut in capita, vide *decis. in Perusina Successionis 9. Decembris 1615. coram Eminentissimo Card. Verospio*, quæ est in fine, *decis. 46. num. 3. & 4.* vbi quod in capita,
3 & quod Nepotes † ex Fratre, & Nepotes ex Sorore simul succedunt de Iure communi vide *d. decis. 46. num. 2. & seqq. & in eadem causa decis. 47.* An appellatio-
4 ne Nepotis † veniat filius fratris vide *Federic. de Senis cons. 39.* qui videtur loqui super Statuto Perusino, *& Fusar. de substit. quæst. 324.*

# NOBILITAS.

### SVMMARIA.

*Nobilitati non obest exercitium Artis Sericæ, & Lanariæ, ex Breui Pontificio, in princ.*
*Mercatura derogat Nobilitati, vbi quis exercet illam per se ipsum, non quando per Ministros, Adnotat. num. 1.*
*Decuriones, seu Consiliarij non acquirunt Nobilitatem Perusiæ, num. 2.*
*Plebeius creatus Eques efficitur Nobilis, num. 3.*

NObilitati non obest exercitium Artis Sericæ, & Lanariæ in hac Ciuitate, ex Breui Pauli V. sub die 8. Aprilis 1620.

## Adnotationes.

Hoc idem seruatur in alijs multis Hetruriæ Vrbibus Florentiæ in primis, ac Senis, De Iure communi Mercatura † derogat Nobilitati, quando per se quis
1 eam exercet, non autem quando per Famulos, Institores, ac Ministros *Handed cons. 87. num. 60. & 61. lib. 2.* & vide *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 414. &*
2 *cap. 415.* In hac Ciuitate quod effecti † Decuriones, seu Consiliarij adhuc remaneant Plebei, licet aliud sit de iure *post Bart. in l. 1. num. 82. C. de dignit. lib. 12.* scribit *Pacian. de Probat. lib. 2. cap. 26. num. 44. &*
3 *seqq.* & Plebeius factus Eques † efficiatur Nobilis, licet in alijs Ciuitatibus obseruetur contrarium, maximè Florentiæ, vbi semper remanet Plebeius *Bart. d. loco num. 63. Pacian. d. cap. 26. sub num. 40.* & vide *decis. 297. decis. 494. & decis. 504. par. 1. recent.*

# NOMEN.

### SVMMARIA.

*Mutans nomen, vel agnomen punitur, & quando, in princ. & Adnot. num. 1. & 2.*

Nomen

NOmen, vel agnomen sibi mutans punitur Stat. rubr. 41. lib. 3. pag. 23. col. 3. vbi in addit. etiam de mutante nomen Patris, vel Aui, vel alterius cuiuscumque, & vide etiam Bannim. General. num. 15.

De Notario quod teneatur in instrumeto scribere nomina Patris, & Aui, & cognomina contrahentium, & Testium vide rubr. 36. lib. 2. pag. 81. col. 4. & dicam infra ver. Notarius.

## Adnotationes.

Nomina, cognomina, & prænomina quemadmodũ
1 ab † initio ad libitum imponi; ita etiam ad libitum mutari possunt, dummodo sine fraude id fiat *l. vn. C. de mut. nomin Bart. in rubr. ff. solut. matr. num.*
2 quia alias mutatio † nominis est delictum, & punitur pœna falsi *Farinace cons. 37. num. 5. lib. 1. & latius de falsit. quæst. 150. num. 137. & seqq.* & super hoc nostro Statuto loquitur decisio in *Perusina Hæreditatis de Amicis 28. Nouembris 1616. coram Buratto,* quæ est in fine, *decis. 35. num. 17. & seqq.*

# NOTARIVS.

### *SVMMARIA.*

*De Notarijs Palatinis, & quod eorum nullus possit exercere munus Procurationis, seu Aduocationis, in primis.*

*Iurare debent Notarij, Potestatis, & Capitanei, vers. De Iuramento.*

*Collegij Notariorum ordinamenta, & Matriculæ sunt seruanda, vers. De Collegio.*

*Non descripti in Matricula non possunt rogari de instrumentis, vers. De Matricula. & Adnot num. 8. vbi an comprehendatur Notarius Apostolicus.*

*Cognoscere debet Notarius contrahentes, vel disponentes, necnon Testes, vers. Notarius debet. & Adnot. num. 9.*

*Nomina Patris, & Aui, Testium, & contrahentium in instrumento scribere tenetur Notarius, & cognomina etiam, quibus vulgariter nuncupantur, & idem de seipso, vers. Nomina Patris. & Adnot. n. 10.*

*Contractus non possunt fieri in Taberna, & vbi vendetur vinum ad minutum, nec in loco suai, vers. Contractum aliquem, vbi limitatur in Testamentis, & alijs vltimis voluntatibus.*

*Numerum tenetur Notarius describere per syllabas, & literas alphabeti, non autem per literas abbreuiatas, vel notas numerales, vel alios characteres, vers. Tenetur.*

*Notificare tenetur Notarius relicta facta Communi Perusiæ, & dare instrumentum in publicam formam, vers. Notificare tenetur.*

*Et cuilibet personæ intra octo dies à die scientia mortis Testatoris legatum, vel hæredis institutionem, ibid. & Adnot. num. 11.*

*Refutationis, vel absolutionis instrumentum intra tres dies Notarius tenetur tradere, vers. Refutationis.*

*Merces Notariorum tam in Ciuilibus, quam in Criminalibus causis, & extractionis instrumentorum qua, vers. De mercede & Adnot. num. 12.*

*Mercedem Notario soluit is, qui recipit commodum ex contractu, Adnot. num. 12.*

*Substantialia tenetur Notarius apponere, & fideliter adnotare in actis; & si omiserit, vel posuerit olitra quàm facere deberet punitur, & tenetur ad damna, & interesse, vers. Substantialia. & Adnotat. num. 13.*

*Priores Collegij Notariorum quomodo eligantur, & de eorum iurisdictione puniendi Notarios, & cognoscendi causas, & controuersias super pertinentibus ad Artem Notariatus, & dependentibus ab eadem inter quascumque personas, vers. Priores. & Adnot. num. 14.*

*Testium in examine debent adhibere vnum ex Consultoribus, ibid.*

*Sententias, & præcepta eorundem Iudices tenentur executioni demandare, ibid.*

*Sindicantur per maiorem Sindicum, d. loco.*

*Rogationes, & Protocolla Notariorum mortuorum licet subscriptionem non habeant, valent vbi fuerint approbata per Priores Collegij Notariorum, vers. Rogationis. & Adnot. num. 15.*

*Scripturæ Notariorum mortuorum non debent stare penes hæredes, sed consignandæ sunt Prioribus Collegij Notariorum, ibid. & Adnot. num. 16.*

*Banniti, qui fuerint pro homicidio, etiam post gratiam obtentam, non possunt officium Tabellionatus exercere, vers. Banniti.*

*Citationem scienter scribens, quâ aliquis trahatur ad aliam Curiam, quam secularem Perusinam, punitur, vers. Notarius.*

*Notarij debent intra mensem à die rogitus contractum, vel alium actum rogitasse, & extenuasse, vers. Debet, vbi quid quoad processum, & acta.*

*Notarius cogi potest ad se rogandum de omnibus contractibus, testamentis, siue vltimis voluntatibus, actisque iuridicis, dummodo materia sit licita, ac honesta, & non contra bonos mores, vers. Rogare se. & Adnot. num. 18.*

*Communis Perusiæ commodum si contractus, seu instrumentum contineat, tenetur Notarius assignare Cancellario, & registrari debent, vers. Contractum.*

*Arbitri iudiciales non possunt esse Notarij, vers. Arbitri.*

*De Conseruatorum, & aliorum Officialium Notarijs vide à vers. De Conseruatorum.*

*De officijs spectantibus ad Notarios, vers. De officijs.*

*Notarius non potest intra tempus trium annorum a die receptionis in Matriculam eligi, seu insacculari ad aliquod officium principale, ibid.*

*Notary possunt habere plura officia, d. loco.*

*Officialium Notary tenentur parere ipsis Officialibus, vers. Notary Officialium.*

*Notarius vbi non sit deputatus, Domini Priores illum deputant, vers. Si ad aliquod.*

*Emere nemo potest librum publicum Notarij, vers. Emere.*

*Notarij Perusini non possunt scribere in Curia Maleficiorum, vers. Notary Perusini.*

*Notarium quem esse quomodo probetur, vers. fin. & Adnot. num. 19. & 20.*

*Doctores tractantes de Notarijs referuntur, Adnotat. num. 1.*

*Notarius an possit mandare alicui, vt extendat instrumentum ex suo protocolio, Adnot. num. 2.*
*Notarij officium an sit vile, Adnot. num. 3.*
*Notarius Collegiatus effectus Clericus potest interesse actibus Collegialibus Notariorum, Adnot. num. 4.*
*Et potest rogari de contractibus non obstante Statuto, ibid.*
*Notarij subditi, si non possunt instrumenta pro Dominis conficere ex Statuto, attamen poterunt facere illi, qui alibi nati sunt, & qui non sunt subditi ratione Iurisdictionis criminalis, Adnot. num. 5.*
*Forenses, & Curiales numquid comprehendantur Statuto de Notarijs, Adnot. num. 6.*
*Scripturam productam custodire tenetur Notarius, aliàs tenetur ad damna, & interesse, num. 7.*
*Notarij qualibet de stylo Curiæ in absentia Notarij causæ possunt rogari de actibus iudicialibus ad referendum, Adnot. num. 17.*
*Notarius non potest officio renunciare, Adnot. n. 18.*

DE officio, & electione Notariorum Palatinorum vide Statut. rubr. 9. lib. 1. pag. 6. col. 4. & pag. 7. vbi quod eorum nullus potest exercere munus Procurationis, seu Aduocationis coram Iudice, ad cuius subsellium scribere deputatus esset.

De Iuramento Notariorum Potestatis, & Capitanei vide rubr. 6. lib. 1. pag. 5.

De Collegio Notariorum, illiusque ordinamentis vide Bullam Sixti IV. datam 6. Idus Iunij 1475. in 3. reg. Canc. Comm. pag. 91. & de facultate matriculandi, & de confirmatione indultorum, & priuilegiorum dicto Collegio concessorum, vide etiam in 4. reg. pag. 182. Matriculam, & ordinamenta dicti Collegij seruanda esse disponit Stat. rubr. 207. in addit. lib. 1. pag. 70. col. 1. & rubr. 569. d. lib. 1. pag. 125. col. 4. & quoad ordinamentum adhibendi decretum Iudicis Communis in contractibus Mulierum rub. 19. §. & etiam Mulierum. lib. 2. pag. 9. col. 1. Locus nuncupatus Audientia, dicti Collegij, reddit tutum debitorem ne possit carcerari, vt dixi supra ver. Carcer. pag. 46.

De Matricula Notariorum facienda, & quod non descripti in Matricula non possint rogari de instrumentis vide Stat. rubr. 209. lib. 1. pag. 70. & in 3. reg. Bannim. pag. 178. & quoad donationes, & cessiones titulo lucratiuo vide supra
A ver. Donatio. pag. 117.

Notarius debet cognoscere contrahentes, vel disponentes Stat. rubr. 41. in addit. in fin. lib. 3. pag. 23. col. 4. & quod debeat habere notitiam testium, & contrahentium, & vide sint rubr. 36.
B in princ. lib. 2. pag. 21. col. 4.

Nomina patris, & aui testium, & contrahentium in instrumento scribere tenetur, & cognomina etiam, quibus vulgariter nuncupantur, & idem de se ipso facere debet, aliàs incurrit pœnam, Statut. d. rubr. 36. in princ. lib. 2. pag. 21. col. 4. & quod teneatur ponere nomina, & pronomina contrahentium, & pronomina patris rubr. 29. §. 1. in fin. lib. 2. pag. 18. col. 1. vbi tamen quod si apposita non fuerint nihilominus
C contractus, & instrumentum valeat, & teneat.

Contractum aliquem facere no potest in Taberna, siuè in alio loco vbi venderetur vinum ad minutum, nec ante ipsam Tabernam, nec in loco ludi, sub pœna ipsi Notario iniuncta, & nullitatis contractus, d. rubr. 36. §. præterea volumus lib. 2. pag. 21. col. 4. vbi quod opponens hanc exceptionem, & eam non probans incurrit pœnam, & non habet locum hæc prohibitio in testamentis, & alijs vltimis voluntatibus, quæ possunt fieri in prædictis locis liberè, & sine pœna, vt dicto loco.

Tenetur in contractibus, siue testamentis de quibus fuerit rogatus numerum describere, & adnotare per sillabas, & literas alphabeti, non autem per literas abbreuiatas, vel notas numerales, vel alios characteres, d. rubr. 36. §. fin. lib. 2. pag. 21. in fin. & 22.

Notificare tenetur Notarius relicta facta Cõmuni Perusiæ, & dare in publicam formam instrumentum Massarijs, recepta mercede, Statut. rubr. 37. lib. 2. pag. 22. & vide etiam rubr. 148. lib. 1. pag. 51. & quod teneatur notificare intra octo dies post mortem testatoris, à die scientiæ mortis, cuilibet personæ legatum, vel hæredis institutionem vide rubr. 38. d. lib. 2. pag. 22. vbi quod tenetur etiam tradere instrumentum in publicam formam ad petitionem eius, ad quem spectaret, recepta competenti mercede, & rubr.
D seq. §. item quod quilibet. d. pag. 22. col. 4.

Refutationis, vel absolutionis instrumentum infra tres dies Notarius tenetur tradere d. rubr. 38. §. & si aliquis. lib. 2. pag. 22. col. 2. & 3.

De mercede danda Notarijs vide Stat. rub. 39. lib. 2. pag. 22. col. 3. Vbi merces taxata non esset Iudex, adhibitis saltem tribus alijs Notarijs, illam declarat rubr. 38. §. qui Iudex. lib. 2. pag. 22. col. 2. De mercede Notariorum in Criminalibus vide Const. Card. Vrbini cap. 29. & cap. 34. vbi quid soluendum cum inuentarium conficitur, & in Comit. par. 2. rubr. 14. cap. 7. pag. 90. & quod in causis Criminalibus in examinibus faciendis pro defensione Reorum soluta fuerit, & soluatur merces in causis capitalibus ad rationem bononenorum viginti pro quolibet teste, & in alijs causis soluta fuerit, & soluatur ad rationem bononen. duodecim pro quolibet teste, quæ merces diuidatur inter D. Iudicem, & Notarium æqualiter, & quod pro exemplis, seu copijs soluatur Cancellario ad rationem bonon. duorum, & sic quadrantes duodecim pro qualibet carta copiarum, iuxta Const. Card. Vrbini, & in casu

repetitionis

repetitionis testium fiet solutio eidem Cancellario, & Iudici pro medietate, ad rationem vt supra; etiam in causis commissis ab Vrbe, & Curia Romana, attestati fuerunt DD. Causidici in fide data sub die 30. Martij 1610. & vide Const. d. par. 2. rubr. 14. cap. 3. pag. 88. De mercede Notariorum in Ciuilibus vide d. Const. Card. Vrbini cap. 30. vbi etiam de extractione instrumentorum, & quod debeat fieri pro parte, & in Const. d. rubr. 14 cap. 8. & 9. pag. 94. & seqq. & prius rubr. 11. & 12. d. par. 2. pag. 78. & 79. & de mercede examinatorum in Ciuilibus ibidem

E cap. 4. pag. 88.

Substantialia omnia, & singula tenetur Notarius apponere, & fideliter adnotare in actibus de quibus contingeret se rogari, & si omiserit per dolum, vel fraudem, vel posuerit vltra quam ponere deberet, punitur, & tenetur reficere damnum, & interesse rubr. 40. §. 1. lib. 2. pag. 23. &

F rubr. 204. lib. 3. pag. 61. col. 3.

Priores Consortij Notariorum quomodo eligantur Stat. rubr. 208. lib. 1. pag. 70. col. 1. habent iurisdictionem puniendi Notarios repertos culpabiles, & cognoscendi, & terminandi causas, quæstiones, & controuersias super pertinentibus ad artem Notariatus; & dependentibus ab eadem inter quascumque personas Stat. rubr. 40. §. item volumus, & statuimus. lib. 2. pag. 23. col. 1. vbi quod proceditur summarie sine strepitu, & figura iudicij, iuris ordine non seruato. Testes autem si contigerit examinandos esse debent ipsi Priores adhibere saltem vnum ex eorum Consultoribus ibidem §. volumus etiam. Sententiæ, & præcepta per ipsos Priores latas, siue facta executioni mandare tenentur Iudices, & dictis Prioribus in omnibus auxilium, & fauorem præstare d. rubr. 40 §. fin. Sindicantur per maiorem Sin-

G dicum Stat. rubr. 566. lib. 1. pag. 125.

Rogationes, & Protocolla Notariorum mortuorum licet subscriptionem non habeant, attamen ita valent, vt si subscripta essent, dummodo Priores Consortij Notariorum præstito iuramento approbauerint, adhibita comparatione literarum, ad quam faciendam debent adhibere saltem vnum ex Consultoribus Stat. rubr. 41. lib. 2. pag. 23. vbi quod ab huiusmodi declaratione non datur appellatio, vel recursus, nec aliquid

H dici, vel opponi potest. Scripturæ Notariorum mortuorum non debent stare penes hæredes, sed consignandæ sunt. Prioribus Consortij Notariorum, ex Const. Card. Vrbini cap. 30. addit. 7. & vide Constitutiones Archiuij, de quibus dixi su-

I pra ver. Archiuium. pag. 25.

Banniti, qui fuerunt pro homicidio, etiam post gratiam obtentam, non possunt officium Tabellionatus exercere, ex Constit. Pauli & Sixti V. registrat. in Stat. post rubr. 14. lib. 3. pag. 12. col. 4. & pag. 13.

Notarius, qui scienter scriberet citationem, qua aliquis traheretur ad aliam Curiam, quàm Perusinam secularem incurrit pœnam, & cassari debet de Matricula Stat. rubr. 130. §. item quod Notarius. lib. 3. pag. 47. col. 1.

Debet intra mensem à die rogitus, cõtractum, instrumentum, vel alium actum registrasse, & extendisse Stat. rubr. 570. lib. 1. pag. 125. col. 4. & vide rubr. 215. §. & quia etiam sæpè. lib. 3. pag. 65. col. 2. Quoad processum, & acta vide Stat. rubr. 2. §. volumus etiam quod Notarij. lib. 2. pag. 3. col. 2. vbi quod in casu impedimenti po-

K test alius copiam dare.

Rogare se, & rogitum facere de omnibus contractibus, testamentis, siue vltimis voluntatibus, actisque iuridicis, dummodo materia sit licita, & honesta, & non contra bonos mores, tenetur, & cogi potest sub pœna Stat. rubr. 39. §. 1. & §.

L item quod quilibet. lib. 2. pag. 22. in fin.

Contractum, seu instrumentum pro Communi Perusiæ tenetur Notarius rogatus assignare Cancellario, & debet scribi in libro Cancellariæ Communis Stat. rubr. 8. lib. 1. pag. 6. col. 4. & vide etiam rubr. 148. lib. 1. pag. 51. col. 3.

Arbitri Iudiciales non possunt esse, vt dicitur etiam supra ver. Compromissum. cap. 2. pag. 82.

De Notario Dominorum Priorum dicam infra ver. Priores.

De Conseruatorum Notarijs vide rubr. 567. lib. 1. pag. 125. col. 3. & Bullam Nou. reformat. Iulij II. in 5. reg. Canc. Comm. pag. 33. vbi quod debent esse duo, & aliam remissionis remissionis Pauli III. datam 8. Kal. Maij 1544. in 6. regist. Canc. Comm. pag. 7.

De Armarij Notarijs dictum est supra ver. Catastrum. cap. 3. pag. 49.

De Directorum Notarijs vide rubr. 7. lib. 1. pag. 5. & quod illi debeant facere officium Notarij Pauperum, disponitur in Bulla Nou. reform. Iulij II. in 5. reg. pag. 33.

De Notarijs Sindicatorum Officialium forensium vide rubr. 439. lib. 1. pag. 165. & dicam ver. Sindicatus.

De Insinuationum Notarijs dixi supra ver. Insinuatio. pag. 162.

De Carcerum Notario vide rubr. 438. lib. 1. pag. 105. col. 4.

De Notario Officialium Custodiæ vide rubr. 442. lib. 1. pag. 106.

De officijs spectantibus ad Notarios, & eorum electione vide rubr. 207. lib. 1. pag. 69. col. 4. Nullus Notarius intra tempus trium annorum à die receptionis in Matriculam Notariorum potest eligi, vel assumi, siue imbussolari ad aliquod

officium

officium principale Communis Perusiæ rub.551. §.item quod nullus Notarius. lib. 1. pag.123. col. 3. in fin. quæ autem sint officia principalia vide rubr. 569. in fin. d. lib. 1. pag. 125. col. 4. Possunt habere Notarij plura officia in eodem Saeculo rubr. 551. §. item quod nullus possit. lib. 1. pag. 123. col. 2. & vide rubr. 207. eodem lib. 1. §. & ad hoc. pag. 69. col. 4.

Notarij Officialium tenentur in licitis, & officium concernentibus parere iisdem Officialibus, & si neglexerint, surrogantur alij per Dominos Priores, & Camerarios Statut. rubr. 331. lib. 1, pag. 92. col. 3. repetita rubr. 460. eodem lib. 1. pag. 108. sed quoad surrogationes vide rub.207. lib. 1. in addit. pag. 70. col. 1. vbi quod fiunt à Dominis Superioribus.

Si ad aliquod officium non fuisset deputatus Notarius, Domini Priores illum deputant rubr. 21. §. & nullus. lib. 1. pag. 16. col. 3.

Emere nemo potest librum publicum alicuius Notarij Stat. rubr. 200. lib. 3. pag. 61. col. 1.

Notarij Perusini non possunt scribere in Curia Maleficiorum rubr. 1. §. præterea. lib. 3. pag. 2. col. 2. & quod huiusmodi Notarij debeant esse forenses, statuit Innocentius VIII. in Breui dato 23. Februarij 1487. in 4.regist. Cam.Apost. pag. 164.& vide dicta supra ver.Cancellaria.pag.43.

Notarium quem esse quomodo probetur, vide rubr. 142. lib. 3. pag. 50. col. 1. M

## Adnotationes.

1 De Tabellionibus † est tractatus *Bald. inter tract. sub sign. Aquilon. tom. 3. par. 1. pag. 364.* De erroribus Notariorum vide tractatum *Antonij Tessera.* Cuius qualitatis, & integritatis debeant esse Notarij vide *Couar. pract. quæst. cap.19.sub num.4.* & multa notatu digna de Notarijs scribit *Caballin. ad Const. March. lib.2. cap.13.* & ad materiam Statutorum de Notarijs vide *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 330. & cap. 343. & seqq.* vbi etiam de Collegio Notariorum simili nostro, & vide etiam *Galganett. ad Stat.*

2 *Vrb. lib. 1. cap. 10.& seqq.* Notarius † an possit mandare alicui, vt extendat instrumentum ex suo protocollo vide *Eugen. cons. 51. lib. 1.* vbi multa de fide scripturæ Notarij in protocollo non integrè descrip-

3 tæ. Officium Notarij † quamuis vile dixerint aliqui relati per *Ambrosin. decis. Perus. 12. num. 3.* attamen contrarium post alios ipse firmat *num.16.* quibus accedit *Giouagn. cons. 47. num. 17. lib. 1.* & vide *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 415. num. 44. & seqq. & Rot. decis. 297. num. 1. & seqq. & 504. num. 6. & 7.*

4 *par. 1. recent.* Notarius effectus Clericus † numquid actibus Collegialibus Notariorum interesse possit vide *eundem Ambrosin. d. decis. 12. per totam*, vbi concludit pro affirmatiua, & quod valeat contractus rogatus à Clerico, non obstante Statuto contrarium disponente, respondit *Odd. cons. 44. num. 1. & seqq.*

5 Statutum quod Notarij † subditi non possint instrumenta pro Domino conficere, non comprehendit natum alibi, qui in Terra Domini, & illum, qui non est subditus ratione iurisdictionis criminalis *Mart.*

6 *vot. 186.* Statutum de Notarijs † an comprehendat Notarios Forenses, & Curiales, vide decisiones in *Romana prætensi Fideicommissi de Vrsinis 11. Ianuarij 1585. & 25. Martij eiusdem anni coram Orano*, quæ sunt impressæ *apud Pic. de contract. sine cert. solemn. non valit. decis. 26. & decis. 27.* Notarius tene-

7 tur custodire † scripturam productam, alias tenetur ad damna, & interesse *Rota in Perusina Pecuniaria 11. Martij 1613. coram Manzanedo*, quæ est in fine huius Operis *decis. 53.* & vide etiam *Caualer. decis. 542. num. 2.*

8 A Vide † citatos *d. ver. Donatio. in Adnot. n. 5.* & nunc addo *Mascard. de general. Stat. interpret. conclus. 6. num. 23. & Galganett. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 31. & seq.* An autem sub prohibitione non rogandi comprehendatur Notarius Apostolicus, pro negatiua vide *Rot. decis. 103. par. 2. diuers.*

9 B Vide super hoc Statuto † decisionem in *Perusina Hæreditatis de Amicis 28. Nouembris 1616 coram Buratto*, quæ est in calce, *decis. 35. num. 17. & seqq.* vbi quod non est necessarium de iure communi, quod Notarius notos habeat contrahentes, vel disponentes.

10 C Vide † ad materiam *Carpan ad Stat. Mediol. cap. 1. num. 106 & seqq. & cap. 330. num. 74. & seqq. & cap. 464. num. 20.*

11 D Huius Statuti † mentionem facit *Honded. cons. 33. num. 31. lib. 1.* vbi quod præsumitur Notarius notificasse iuxta formam Statuti, ob præsumptam eius diligentiam, & facit *Fusar. de substit. quæst. 595. num. 24.* & ad materiam vide *Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 71. par. 2.*

12 E Vide † decisiones in *Perusina Mercedis coram Card. Caualerio*, quæ sunt in fine Operis, *decis. 31. 32. & 33. necnon Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 401.* Mercedem soluit Notario is, qui recipit commodum, vt emptor *Afflict. ad Constit. Reg. lib. 1. rubr. 73. Baiulos omnes. num. 12.*

13 F Vide † *Farinacc. de falsit. præsertim quæst. 157.*

14 G Super hoc Statuto † vide decisionem in *Assisien. seu Perusina Molendinorum 23. Ianuarij 1623. coram R. P. D. Pirouano*, quæ est in fine, *decis. 90. num. 2. & seqq.*

15 H In hoc Statuto † est fundata proximè citata *decis. 90. num. 4. & seqq.* & vide etiam *Honded. cons. 66. num. 24. & 90. cum seqq. lib. 1.* vbi an habeat locum in testamentis.

16 I Vide † ad idem *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 377.*

K Dixi supra ver. Acta. pag. 5. num. 7. & quod No-

17 tarius † quilibet de stylo Curiæ in absentia Notarij causæ possit rogari de actibus iudicialibus ad referendum eidem causæ Notario, dixit *Rot. decis. 599. num. 2. par. 1. recent.* Quo verò ad instrumenti traditionem vide *Carpan. d. cap. 330. num. 7. & seqq.*

18 L Idem est de iure communi † *Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 335. num. 2.* Imo quod non possit Notarius officio renunciare *post Roman. sing. 352. scribit Galganett. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 20. circa fin.*

19 M Quod Notarius † quis non præsumatur nisi sit descriptus in Matricula *Menoch. de præsumpt. lib. 2.*

*præs. 78.* vbi ex quibus probetur, & vide etiam *Gal-*
20 *ganett. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 11.* & quod † probetur fide Communitatis, quam legalitatem vulgus appellat. *Ios. Ludou. decis. Perus. 145. num. 26. Rot. decis. 50. num. 5. par. 2. recent. quæ est Ludouis. decis. 38. num. 4. & coram Caualerio decis. 305. num. 9.* & vide ad materiam *Carol. de Grass. de except. ad Stat. exclud. exc. 2. num. 12. & seqq.*

# NOX.

## SVMMARIA.

*Nox à die quomodo distinguatur, in princ. & n. 1.*

*Pœna maleficiorum perpetratorum de nocte duplicantur, vers. Pœna: & Adnot. num. 2.*

*Inuentus de nocte punitur, & quando non, vers. Inuentus. & Adnot. num. 3.*

*Executio non potest fieri de nocte, vers. Executio. & Adnot. num. 4.*

NOx à die distinguitur per sonum campanæ de sero, & sonum de mane, seu aurora
A diei sequentis Stat. rubr. 154. lib. 3. pag. 51. A

Pœnæ maleficiorum perpetratorum de nocte duplicantur rubr. 153. lib. 3. & d. rubr. 154. in
B addit. pag. 51. B

Inuentus de nocte post tertium sonum campanæ punitur rubr. 156. lib. 3. pag. 51. & rubr. 46. §. & nullus vadat. lib. 4. pag. 14. col. 2. vbi quod non habet locũ si fuisset repertus propè domum propriam, vel cum lumine, & vide ad idem Ban-
C nim. General. num. 59. & 60. C

Executio post Salutationem Angelicam vespertinam, & per totam noctem neque realis, neque personalis fieri potest, nisi in vim mandati suspicionis fugæ, vel specialis Superiorum Comit. Constit. par. 1. rubr. 32. cap. 9. §. pen. pag. 57. & est decretum D. Marini Gubernatoris in Visitatione Carcerum sub die 20. Februar. 1609.
D rogato D. Iosepho Mascio Notario. D

## Adnotationes.

1 A De tempore nocturno † tractatum edidit *Polidorus Ripa*, & vide *Federic. de Sen. cons. 44. Eugen. cons. 63. num. 13. & seqq. & cons. 48. lib. 1. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 1. num. 122. par. 1. & cap. 375. num. 62. par. 2. Bonacos. quæst. crim. par. 1. ver. Nox. pag. 130. & par. 2. ver. Noct. pag. 49.*

2 B Vide † eundem *Polid. Rip. d. tract. præsertim cap. 66.*

3 C De eunte † de nocte vide eundem *Polid. Rip. cap. 7.* & quod non puniatur inuentus de nocte, & non captus vide *eundem d. loco num. 13.* vbi plures citat.

4 D Vide † *Polid. Rip. d. tract. de temp. noct. cap. 78.*

# NVLLITAS.

## SVMMARIA.

*Nullitas quando allegari non possit, ex Stat. in princ. & Adnot. num. 1. & seq.*

*Nullitates non sunt attendendæ, nisi proueniant ex defectu Iurisdictionis, Citationis, seu Mandati, in fin. & Adnot. num. 3. & 4.*

*Nullitas notoria, & euidens non censetur exclusa, Adnot. num. 1.*

*Nec geminata, ibid. num. 2.*

DE nullitate non potest dici in sententijs latis in causis summarijs Stat. rubr. 3. §. & quod à sententijs. lib. 2. pag. 3. col. 4. in fine. Nec in sententijs contra Pupillos in casu Stat. rubr. 29. §. si verò inuenerit. lib. 2. pag. 10. col. 1. Nec in pronuncijs super compromissis faciendis rub. 27. lib. 2. in reformationibus, quæ sunt supra ver. Compromissum. cap. 8. pag. 85. Nec vbi fuerunt latæ duæ sententiæ conformes. rubr. 28. §. volumus etiam, d. lib. 2. pag. 17. col. 3. Nec in sententijs super executione instrumentorum rub. 29. §. & ab executione. d. lib. 2. pag. 19. col. 1. in princ. vbi excipiuntur aliqui casus. Nec vbi fuit actum pro conseruatione indemnitatis Stat. rubr. 18. in fin. lib. 2. pag. 8. col. 4.

Nullitates non esse attendendas in Statu Ecclesiastico, nisi proueniant ex defectu Iurisdictionis, Citationis, aut Mandati, sanciuit Clem. VIII. vt in Bullar. Nou. tom. 3. const. 18. pag. 23. A

## Adnotationes.

De nullitatibus Processuum, & Sententiarum est
1 tractatus *Sebastiani Vantij*, & an, & quando † censeatur exceptio nullitatis reiecta à Statuto vide *Carol. de Grass. de except. ad Stat. exclud. exc. 20.* vbi *num. 8.* firmat, quod non censeatur Statutum excludere exceptionem nullitatis notoriæ, & euidentis, & plures auctoritates ad hoc citat, quibus addo *Mascard. de general. Stat. interpret. conclus. 4. num. 17. & 18.* vbi hoc declarat, & vide *Rot. decis. 365. num. 8. par. 1. recent. & coram Caualer. decis. 446. num. 11.*
2 *& decis. 524. num. 8.* & quod nec † comprehendat nullitatem geminatam tradit *idem Mascard. d. concl. 4. num. 21.*
3 A Ad declarationem † vide Rotam in *Romana Alimentorum 4. Iunij 1593. coram Orano in fine*, quæ est impressa *apud Picum de contract. cor. qui sine cert. solemn. decis. 18. & in Romanà Salubani interdicti 6. Nouembris 1598. coram eodem*, quæ est impressa *apud Pacif. de Salu. interdict. decis. 99. inter prim. impressi. & decis. 6. inter non. & apud Marchesan de Commiss. par. 1. pag. 1027.* & quod nullitas † proueniens
4 ab excessu non sit ex dictis tribus, quia interpretatione iustitiam, dixit *Rota in Perusina Executionis 18. Decembris 1595. coram Penia, impressa apud eundem Marchesan. d. tract. par. 3. pag. 124.*

NVNDINAE

# NVNDINAE.

### SVMMARIA.

*Nundinæ in Festo Omnium Sanctorum habendæ sunt quotannis, in princ.*
*Accedentes ad Nundinas sunt securi à repræsalijs, & arrestis, ac Gabbellis, ibid. & Adnot. num. 3.*
*Nundinæ quæ, & unde dicantur, Adnot. num. 1.*
*Nundinarum concessio ad solum Principem spectat, qui potest eas abrogare, ibid.*
*Secus est in Mercatis, d. loco.*
*Nundinas alterius loci non potest Ciuitas, vel Oppidum per concursum impedire, Adnot. num. 2.*

DE Nundinis habendis Perusiæ quotannis in Festo Omnium Sanctorum, & de securitate à repræsalijs, & arrestis concessa accedentibus, necnon de immunitate à Gabbellis dicto tempore vide Stat. rubr. 80. lib.4. pag.23. col.3. & seqq. Durantibus dictæ Nundinis non potest fieri aliquod Mercatum, seu Nundinæ in Territorio Perusino d. rubr. 80. in addit. in fin. & vide etiam decreta sub die 28. Februarij 1456. in 2. regist. Cancell. Comm. pag. 63. & sub die 28. Octobris 1467. in 3. reg. pag. 22. Nundinæ fiebant in regione Vrbis nostræ, quæ dicitur Conca, à medietate Mensis Maij vsque ad medietatem Iunij, vt rubr.83. lib.4. pag. 24. sed iam diù in desuetudinem abierunt, vt legitur ibi in addit.

De Mercato in die Sabbati, qui fit in hac Ciuitate vide quæ dixi supra ver. Carcer. pag. 45. vers. Venientes.

## Adnotationes.

1 Nundinæ † quæ, & vnde dicantur vide *Thesaur. decis. 264. num. 1. & seqq.* vbi quod Nundinarum concessio ad solum Principem spectat, qui non obstante antiquissimo vsu potest eas abrogare, de quo vide etiam *Menoch. cons. 1105. lib. 11. & Giouagn. cons. 90. num. 11. lib. 1.* sed secus est in Mercatis, qui sine licentia eiusdem fieri possunt, vt per eundem *Thesaur. num. 4.* cum contineant potius factum, idest obseruantiam, quàm ius, cum careat priuilegijs, & alijs immunitatibus, quæ solent concedi Nundinis. Nundi-
2 nas alterius † loci non potest Ciuitas, vel Oppidum per concursum impedire, & si id contingere posset prior tempore posset alteri inhiberi facere *Thesaur.*
3 *d. decis. 264. num. 5.* Nundinarum tempore † quod quis capi non possit, nec eius merces arrestari valeant est *tex. in l. vnic. C. de Nundin.* vbi etiam quod nundinantes sunt immunes à Gabbellis, & *ibi Bal.* exemplificat in dictis Nundinis nostris in Festo Omnium Sanctorum, dicens secus esse in Mercatis, qui fiunt hic quolibet die Sabbati. Vide *Mauson. de caus. execut. lib. 1. ampl. 1. num. 15. & seqq.*

# OFFENSIO.

### SVMMARIA.

*Officialem offendens, seu alium coram ipso, qua pœna puniatur, in princ. & Adnot. num. 2.*
*Parentes si iniuria afficiantur, quæ sit pœna, vers. Iniuria.*
*Coniunctus aliquando non punitur pro offensione Coniuncti, ibid.*
*Vagabundus, Comitatinus, vel Forensis quomodo puniantur de offensionibus, vers. De Vagabundo.*
*De varijs iniuriarum generibus, & earum pœnis, d. vers. De Insultu.*
*Offendens quando teneatur ad damna, & interesse, Adnot. num. 1.*
*Offensio in personam quando dicatur facta, Adnotat. num. 3.*

OFFENDENS Potestatem, seu alium Officialem, vel eius Notarios, & familiares, qua pœna puniatur Statut. rubr. 127. lib. 3. pag. 46. & prius rubr. 23. dict. lib. 3 pag. 18. col. 3. vbi etiam de offendente aliquem ex Decemuiris Ciuitatis, & eorum Notarium, ac Cancellarium. De iniuria afficiente quempiam coram Officiale rubr. 140. lib. 1. pag. 49. col. 4.

Iniuria afficientes Parentes, qua pœna puniantur, vide rubr. 128. d. lib. 3. pag. 46. & quod percutientes illos non debeant ab eis ali, sed emancipari possint inuiti vide rubr. 129. d. loco. Offensiones inter Coniunctos aliquando non puniuntur, vt rubr. 58. d. lib. 3. pag. 27. col. 3.

De Vagabundo offendente aliquem vide rubr. 123. d. lib. 3. pag. 44. in fin. vbi in addit. cauetur, quod in quacumque Mundi parte offensio secuta sit eadem pœna intrat tàm quo ad offendentem, quàm quo ad offendi facientem. Et de Comitatiuo, vel Forense offendente Ciuem Perusinum dixi supra ver. Ciuis. vers. Si quis Comitatiuus. pag. 61.

De Insultu vide rubr. 11. d. lib. 3. pag. 6. in fin. De percutiente cum armis, & sine rubr. 12. pag. 8. Maleficia commissa in Platea, & alijs quibusdam locis grauius puniuntur rubr. 19. d. lib. 3. pag. 17. col. 4. Item delicta commissa tempore Processionum, vel in Hebdomada sancta rubr. 20. ibidem pag. 18. De milite equestre offendente aliquem rubr. 21. d. loco. De offendente aliquem in ipsius offensi domo, seu prædio vide rubr. 22. ibid. De proijciente, & non percutiente rubr. 25. pag. 19. De proijciente lapidem, aut aliud quidpiam in domum alterius vide rubr. 26. d. loco. Et de percutiente ad vindictam rubr. 27. ibid. De percutiente cum manu, vel pugno rubr. 28. & de

frangente alicui membrum, & de mordente rub. 29. pag. 20. Et de debilitante, vel truncante studiose alicui membrum rubr. 30. d. loco. De certis quibusdam iniurijs afficiente vide rubr. 74. d. lib. 3. pag. 32. Et quo ad offensorem Mulieris vide rubr. 75. ibid. De dilaniante alicui pannos rubr. 76. d. loco. De capiente aliquem per capillos, & proijciente in terram rubr. 77. & seq. d. pag. 32. De proijciente immũdicias in aliquem rubr. 79. ibid. De offendente semetipsum, vt alteri noceat rubr. 80. d. lib. 3. pag. 33. in princ. Vide ad hæc Bannimenta Generalia præsertim
B num. 34. & seqq. B

## Adnotationes.

Vide *Farinacc. de var. & diuers. delict. quæst.* 105. *& seqq.* & dicta supra ver. Iniuria. pag. 161. & quan-
2 do offendens † teneatur ad damna, impensas, & interesse vide *Caball. resolut. crim. cent.* 3. *cas.* 248.

2 A De offendente Officiales † vide *Borell. cons.* 24. *Odd. cons.* 88. *num.* 100. *Caball. d. cent.* 3. *cas.* 288. *num.* 77. *& seq.* & in offendente Auditorem Rotæ *Amat. decis. Ferrarien.* 36. De offendente causa litis dixi supra *ver. Lis. pag.* 185.

3 B Offensio in personam † quando dicatur facta vide *Eugen. cons.* 48. *num.* 21. *& seqq. lib.* 2. *Honded. cons.* 103. *num.* 4. 15. 25. *& seq. lib.* 1.

# OFFICIA, & Officiales.

### SVMMARIA.

*Officia omnia sunt semestria, nisi aliud tempus sit præscriptum, in princ. vbi quod distribuuntur per Portas, seu Regiones.*

*De Iure communi sunt annalia, Adnot. num.* 2.

*Electus non potest renunciare, aut cessare ab administratione officij, vers. Electus, vbi de subrogatione aliorum, & Adnot. num.* 3.

*Obedientia præstari debet Officialibus, vers. Officialibus.*

*Vnum tãtum officium potest quis habere in eodem Sacculo, vers. Vnum tantum. & Adnot. num.* 4.

*Refirma, seu prorogatio officiorum quomodo fiat, vers. Refirma.*

*Officia non possunt exerceri per substitutum, vers. Officia. & Adnot. num.* 5.

*Impetrare officia ad Ciuitatem pertinentia est probibitum, vers. Impetrare.*

*Homicida, & relegatus non possunt eligi ad officia, vers. Homicida.*

*Dare non licet pro obtinendo officio, vers. Pro obtinendo.*

*Pecunias recipere non licet Officialibus, vide vers. Officialibus non licet.*

*Corrumpentes Officiales puniuntur, vers. Corrumpentes.*

*Officia vt quis obtinere possit sufficit, quod per septem annos libram habuerit inter Ciues. vers. Obtinere.*

*Stipendia Ministri, aut familia non possunt augeri Officialibus externis, vers. Forensibus Officialibus.*

*Officialis præsumitur rite administrasse, & dignus, aptus, & idoneus, Adnot. num.* 1.

Officia omnia Communis Perusiæ, & Comitatus sunt semestria, nisi aliud tempus sit præscriptum Stat. rubr. 179. lib. 1. pag. 60. & distribuuntur per Portas, seu Regiones rubr. 193.
A d. lib. 1. pag. 66. col. 3. A

Electus ad aliquod officium non potest se abdicare, vel cessare ab administratione, & de modo subrogandi alios vide rubr. 333. d. lib. 1. pag. 92. in fin. & de subrogatione Officialium mortuorum, vel impeditorum vide rubr. 554. d. lib. 1.
B pag. 124. B

Officialibus debet præstari obedientia sub pœna vide rubr. 139. lib. 3. pag. 49. col. 3. & præsertim per eorum Notarios, vt dictum fuit supra ver. Notarius. vers. Notarij Officialium. pag. 209.

Vnum tantum officium quis habere potest in eodem Sacculo rub. 551. §. item quod nullus possit consequi. lib. 1. pag. 123. col. 2. vbi quod non intelligitur de officio Camerariatus, & quod
C non habet locum in Notarijs. C

Refirma, seu prorogatio officiorum quomodo fiat vide rubr. 583. d. lib. 1. pag. 127.

Officia non posse exerceri per substitutum mandauit Sixtus IV. in Breue dato 3. Idus Octobris 1451. in 4. reg. pag. 28. hoc tamen per eundem Pontificem moderatum, & declaratum reperitur in alio Breui dato 1. Martij 1452. in d. 4.
D reg. pag. 30. D

Impetrare officia ad Ciuitatem pertinentia est prohibitum per legem Dominorum Priorum, & Camerariorum in annal. 1559. pag. 174. confirmatam à Pio IV. sub die 6. Iunij 1560. vt in 7. regist. Canc. Comm. pag. 30.

Homicida, & relegatus non potest eligi ad aliquod officium rubr. 14. §. statuimus etiam. lib. 3. pag. 12. col. 2.

Pro obtinendo officio non licet aliquid dare rubr. 151. lib. 3. pag. 51.

Officialibus nõ licet recipere pecunias, vt quis euadat à pœna maleficij rubr. 146. lib. 3. pag. 50. Nec potest Officialis recipere pecuniam occasione sui officij, nisi præsente Notario rubr. 21. §. item quod nulli. lib. 1. pag. 16. col. 3. vbi etiam de pœna asserentis plus impendisse, quàm verè impendit.

Corrumpentes Officiales grauiter puniuntur rubr. 44. lib. 3. pag. 24. vbi quomodo hoc probetur, & vide Bannim. Gener. num. 61.

Obtinere potest quis officia vbi libram habuisset inter Ciues per septem annos, præterquam officia Prioratus, & Camerariatus rub. 553. lib. 1.

pag.

pag. 123. & vide ver. Ciuis. vers. Ciues qui. pag. 91.

Forensibus Officialibus non possunt augeri stipendia Ministri, aut familia rubr. 277. lib. 1. pag. 87. Non possunt represaliari rubr. 176. §. fin. lib. 1. pag. 59.

Offendens Officialem, vel coram ipso, qua pœna puniatur dixi supra ver. Offensio.

De Officialibus Abundantiæ vide supra ver. Annona. pag. 10.

De Officialibus Viarum dicam infra ver. Viarum Magistri.

De Officialibus Armarij vide supra ver. Catastrum. pag. 49.

Aliqua dicam ver. Sacculus Officiorum.

## Adnotationes.

1 Vide *Mastrill. de Magistrat.* Officio functus † præsumitur rectè illud administrasse *Turrett. cons. 15. n. 5. & seqq. lib. 1. Eugen. cons. 60. num. 50. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præs. 85. Mastrill. d. tract. par. 2. lib. 6. cap. 10.* & quod Officialis præsumatur dignus, aptus, & idoneus *Menoch. d. lib. 2. præs. 86.*

2 A Annalia † esse officia de Iure communi probat *tex. in cap. fundamenta. §. fin. de elect. in 6. Bart. in l. omnes populi. num. 52. ff. de iust. & iur. & dixit Rota in Segobien. Cantoratus 9. Iunij 1609. coram Manzanedo.*

3 B Plures causas † excusationum ab officijs ponit *Galganett. ad Stat. Vrb. lib. 3. cap. 38.*

4 C Ne quis pluribus officijs † fungatur, disponitur etiam de Iure communi, vide *Galganett. d. lib. 3. cap. 32. & Caball. resol. crim. cent. 3. cas. 229.*

5 D Vide ad hoc † *Menoch. de præsumpt. lib. 2. præs. 21. & lib. 6. præs. 92.*

# OFFICIALIS COMMVNIS, seu Plateæ.

### SVMMARIA.

*Electio Officialis Communis, seu Plateæ spectat ad Ciuitatem, & Insacculatores, in princ.*
*Officium hoc durat per annum, ibid.*
*Quid debeat tradere, d. loco.*
*Statuta loquentia de maiori Sindico habent locum in Officiali Plateæ, vers. Statuta.*
*Quæ spectent ad huiusmodi officium, vers. Curare.*
*Pœnæ spectant pro medietate ad Officialem, & pro medietate ad Ciuitatem, in fin.*

OFficialis Communis, seu Plateæ electio spectat ad Ciuitatem, ex Bulla Pij IV. data die 6. Iunij 1560. in 7. reg. Canc. Comm. pag. 3. A & ex Bulla Pij V. ibidem pag. 45. & vide de illo Stat. rubr. 594. lib. 1. pag. 129. vbi præsertim, quod illius officium durat per annum, & vide etiam rubr. 142. lib. 4. pag. 41. vbi etiam de illius Sindicatu. De anno 1609. fuit decretum in vim literarum Card. Burghesij, quod Officialis iste eligeretur per Insacculatores, & quod electus aliam impensam non debeat facere, nisi vt tradat Decemuiris Craterem argenteum, vel aliud quidpiam simile, valoris scutorum vigintiquinque, vt in 17. regist. Offic. pag. 69. & seqq. vbi etiam disponitur super subrogatione facienda in casu mortis, seu absentiæ dicti Officialis. Et super traditione duarum Lancium, vulgo Piatti, argentearum dicti valoris, vide etiam literas Eminentissimi Card. S. Honuphrij sub anno 1625. registrat. in reg. Bullar. 8. pag. 116.

Statuta loquentia de maiori Sindico habeat locum in isto Officiali rubr. 77. in addit. lib. 4. pag. 22. col. 3.

Curare debet Officialis iste, quod Hospites, Pullaroli, & alij similes non possint emere spectantia ad Annonam, nisi certo diei tempore rub. 47. lib. 4. pag. 14. & rubr. 52. d. lib. 4. pag. 16. & vide etiam Edictum sub die 25. Iulij 1489. in 4. reg. Canc. Comm. pag. 91. vbi prohibitio extenditur ad ementes ad Portas Ciuitatis. Habet etiam facultatem circa Oleum, & illius mensuras rubr. 119. d. lib. 4. pag. 36. Item circa Pisces, & illorum venditionem rubr. 96. d. lib. 4. pag. 27. & 28. & d. rubr. 594. §. item teneatur. lib. 1. pag. 129. vbi de alijs spectantibus ad eius officium, & rubr. 124. lib. 4. pag. 37. Et quo ad Panem, & illius venditores vide rubr. 77. d. lib. 4. pag. 22. Et quo ad Vinum vide rubr. 10. §. Ciui verò. lib. 1. pag. 8. col. 3. Et quo ad Porcos, qui aluntur in Ciuitate vide d. rubr. 10. §. & idem Ciuis. lib. 1. pag. 8. col. 4. vbi licet hæc facultas detur Officialibus Viarum, tamen in addit. in fin. disponitur, non censeri, nec esse ademptam, aut diminutam iurisdictionem Officialis Communis, & quod per concursum se inuicem isti impediri non possint, imo quod per vnum inceptum fuerit alius prosequi, & finire valeat. Et coniunctim de istis Officialibus loquitur d. rubr. 594. eod. lib. 1. pag. 129.

Pœnæ pro medietate spectant ad dictum Officialem, & alia ad Ciuitatem d. rubr. 594. §. cum potestate. pag. 129. col. 3. & de medietate Porci euntis per Ciuitatem, vel Suburbia, quod spectet ad Officialem, cauetur rubr. 10. §. & idem Ciuis. lib. 1. pag. 8. col. 4.

## Adnotationes.

Vide dicta supra ver. Annona. pag. 10. & seqq.

# OLEVM.

*SVMMARIA.*

*Vendentes Oleum vbi manere debeant, in princ.*
*De Oleo, & illius Mensuris, in fin.*
*Oleum, & Oliua sunt fructus industriales, Adnotat. num. 1.*
*Oleo legato hæredis est electio, Adnot. num. 2.*
*Vector quando teneatur si effudit Oleum, num. 3.*

OLeum vendentes vbi manere debeant vide Stat. rubr. 110. lib. 4. pag. 30. col. 3. Circa Oleum, & illius Mensuras vide rubr. 119. d. lib. 4. pag. 36.

## Adnotationes.

1 De Oliuis est tract. *Angel. de Periglis*, cum illo de Paleis. Oliua, seu Oleum est fructus † industrialis *Bart. in l. ex diuerso. num. 2. ff. de rei vindic. & in l. si*
2 *eius fundi. num. 1. ff. eod.* Oleo legato † non adiecta qualitate liberum est hæredi dare quod vult est *tex. in l. 4. ff. vin. trit. & ole. leg. Cirlac. controu. forens. lib. 1.*
3 *contr. 153. num. 28.* Vector quando teneatur † si effusum sit Oleum vide *eandem contr. 166.*

# OPERARIVS.

*SVMMARIA.*

*Operarius mercedem petere potest intra annum tantum.*

OPerarius intra annum tantum potest suam mercedem petere Stat. rubr. 75. lib. 2. pag. 37. & dicam ver. Præscriptio.

## Adnotationes.

Vide quæ dixi supra ver. Murator. pag. 204.

# OSTIVM, SIVE PORTA.

*SVMMARIA.*

*Portæ non possunt fieri in Muris Castrorum, in princ. vbi quod factæ debent obstrui.*
*Portæ Ciuitatis quando debeant claudi, & aperiri, vers. Portæ. vbi de electione Ianitorum, & in Adnot. num. 1.*
*Immunditias non licet proijcere penes Portas Ciuitatis, vel Suburbiorum, vers. Penes Portas.*
*Executio non potest fieri super Ostijs domus, in fin.*

NOn possunt fieri Portę in muris Castrorum rubr. 134. lib. 4. pag. 39. vbi etiam quod huiusmodi Portæ, & Fenestræ existentes in muris alicuius Castri per quas de facili daretur introitus, debent obstrui.

A Portę Ciuitatis debent claudi post tertium sonum campanæ de sero, & non aperiri nisi ad sonum campanæ, quæ pulsatur de mane sub poena rubr. 200. lib. 1. pag. 68. vbi de electione Ianitorum, & vide etiam de istis rubr. 313. dict. lib. 1. pag. 90.

Penes Portas Ciuitatis, vel Suburbiorum non licet proijcere terram fimum, vel aliquid aliud immundum rubr. 84. lib. 4. pag. 24. & rubr. 108. d. lib. 4. pag. 30.

Executio non potest fieri super Ostijs domus, vt dixi supra ver. Executio. vers. nec possunt. pag. 127.

## Adnotationes.

De Ostio, siue Porta vide *Cepoll. de seru. vrb. præd. cap. 42.*

1 A Custodia Clauium † Portarũ Ciuitatis ad quem spectet vide *Mart. vot. 62.*

---

# PACTVM DE RETROuendendo.

*SVMMARIA*

*Pactum, seu Promissionem de retrouendendo, cogitur quis obseruare, in princ.*
*Probatur per instrumentum publicum, vel scripturam priuatam, vel duos testes, ibid. & Adnot. num. 6. vbi de Iuramento suppletorio.*
*Retrouendere emptor cum pacto cogitur intra viginti dies post terminum præscriptum, vers. Non obstante. & vide Adnot. num. 7.*
*Redimendi ius potest cedi, Adnot. num. 2.*
*Fructus pendentes quomodo diuidentur, vbi res retrouenditur ex pacto, Adnot. num. 3.*
*Aestimatur infra iustum pretium trigintâ pro quolibet centenario res vendita cum dicto pacto, Adnot. n. 4.*
*Pactum hoc præscribitur spatio triginta, vel quadraginta annorum, Adnot. num. 5.*
*Restitutio an detur hæredi, & minori ad redimendum elapso termino, Adnot. num. 8.*

PACTVM, seu promissionem de retrouẽdendo cogitur quis obseruare, & illa probatur vel per instrumentum publicum, vel scripturam priuatam manu emptoris, vel attestationem duorum fide dignorum testium in eorum dictis contestium Stat. rub. 63. lib. 2. pag. 32. col. 2.

A Non obstante lapsu temporis ad redimendum præscripti, potest venditor cum pacto de retrouendendo, ac eius hæres redimere intra viginti dies continuos à die finiti termini computandi, & emptor

emptor cogitur ad retrouendendum, ex Decreto Reuerendissimi Episcopi Cauensis Gubernatoris sub die 23. Nouembris 1555. manu D. Iacobi Sanctutij Notarij, quod Decretum in viridi obseruantia cum sit, confirmauit, & innouauit D. Carolus de Comitibus, declarans illud habere locum etiam quando tempus ad redimendum fuisset à partibus prorogatum, vt in Comitin. Const. par. 2. rubr. 1. pag. 73. Quod Decretum Episcopi Cauensis renouatum, & ampliatum per Comitinas, fuisse, & esse in viridi obseruantia, & semper fuisse obseruatum, & de præsenti obseruari, attestati fuerunt DD. Causidici in fide Collegialiter facta sub die 16. Augusti 1601. & in alia B die 1. Augusti 1608. B

## Adnotationes.

1 De huiusmodi pacto vide † *Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 31. tit. 32. & tit. 33. & Lupum in tract. de vsuris comment. 2. ad l. 21. C. de pact. int.*
2 *empt. & vend.* Ius redimendi ex conuentione † cedi potest, & emptor cum dicto pacto cogitur cessionario retrouendere, vt fuit decisum *in Perusina Terrarum 10. Decembris 1612. coram Eminentissimo Card. Pamphilio,* quæ est impressa in fine, *decis. 55.* Fructus
3 pendentes † quomodo diuidantur, quando vigore pacti res retrouenditur vide *Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 29. Mantic. d. lib. 4. tit. 32. num. 102. Peregr. de fideicommiss. art. 49. num. 98. Costa de Rat. quæst. 36. Munnoz. de Escubar. in tract. de Ratiocin. comp. vlt.*
4 Res vendita cum dicto pacto æstimatur † infra iustum precium triginta pro quolibet centenario, adeo vt si res æstimata fuerit florenis centum, cum dicto pacto dicatur valere florenis septuaginta *Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 97. num. 3. & seqq. Honded. cons. 33 n. 32.*
5 *lib. 2.* Hoc pactum præscribitur † spatio triginta, vel quadraginta annorum, quamuis fuerit promissum retrouendere quandocumque, & quotiescumque *Ambrosin. decis. Perus. 27. par. 2.* vbi ponit tres Rotæ Romanæ decisiones.
6 A Vide † super hoc Statuto *Ioseph. Ludouic. Perus. 9. præsertim num. 29. vers. allegabant quoque. cum num. seqq.* Et quod in materia pacti de retrouendendo sit locus iuramento suppletorio, tradit *idem ibidem num. 35.* sequitur *Cancer. var. resol. par. 3. cap. 7. num. 254. & seq.*
7 B Nisi extaret † huiusmodi decretum, & obseruantia illius, secus esset, quia elapso tempore ad redimendum præscripto, venditor non auditur *Mantic. d. lib. 4. tit. 31. num. 34. & seqq. Lup. dict. comment. 2. §. 3. num. 92. Rota coram Ludouis. decis. 492. num. 6. &*
8 *decis. 559. vbi Beltram. in adnot.* An autem † hæredi venditoris sit concedenda restitutio in integrum ad redimendum, vide *Odd. cons. 17. & Eugen. cons. 95. lib. 1.* apud quos habes etiam quid dicendum in minore, & vide etiam eundem *Eugen. cons. 83. & 84. lib. 2.* & quod restitutio concessa Minori non iuuet maiorem consortem *Rota coram D. Coccin. decis. 219. quæ est decis. 132. par. 2. recent.*

# PACTVM DE QVOTA Litis.

### SVMMARIA.

*Pactum de Quota litis est prohibitum sub pœna.*

PActum de Quota litis est prohibitum sub pœna Stat. rubr. 146. lib. 3. pag. 50. col. 3. & in Bannimentis Generalibus num. 78.

## Adnotationes.

Dixi de hoc pacto in ver. Aduocatus. circa fin. & in Adnot. num. 11. pag. 8. vbi aliquos Doctores ad materiam citaui, addo nunc *Carocc. de locat. & conduct. par. 1. tit. de fructib. & lit. expens. num. 77. & seqq. Farinacc. de var. & diuers. crimin. quæst. 106. Martium Medic. exam. 22. & decis. 37.*

# PALEA.

### SVMMARIA.

*Paleam, vel Stipulam totam tenetur relinquere Colonus recedens, vbi in prædio extat domus, in princ. & Adnot. num. 2.*

*Palea venalis salma debet esse ad minus CL. librarum, vers. Salma.*

PAleam, siue Stipulam totam tenetur Colonus Partiarius relinquere nouo Colono, vbi in prædio est domus, ex lege Dominorum Prio-A rum in lib. 4. Bannim. pag. 40. A

Salma Paleæ venalis debet esse ad minus librarum centum quinquaginta, aliàs pœna incurritur, Stat. rubr. 154. lib. 4. pag. 46. col. 3. & non poterat vendi vltra tres bononenos ibidem.

## Adnotationes.

1 De Paleis, & Oliuis † est tract. *Angeli de Periglis Perusini,* cuius dicta repetijt *Petr. de Vbald. in tract. de duob. fratr. par. 11. quæst. 9. num. 29. & seqq. pag. mihi 171. & seqq.*
2 A Quid de Iure communi † vide *DD. supra citatos,* & quos citaui *ver. Colonus Partiarius. num. 10. pag. 76.*

# PATER.

### SVMMARIA.

*Pater, Mater, vel alius Ascendens percutientes, seu vulnerantes Descendentes an, & quando puniantur, in princ. & Adnot. num. 1.*

*Pater tenetur soluere legitimam pro filio Negociatore, seu Mercatore, vers. Pro filio. & Adnot. num. 2.*

*Pater vbi Filius deliquit quando teneatur ad legitimã, vel de peculio, vers. Pro delicto.*

*Filÿs*

*Filijs legitimis reseruatur medietas bonorum Patris delinquentis, & illegitimis sexta, vers. Delictum. & Adnot. num. 3.*

*Receptans Filium bannitum non punitur, vers. Bannitum.*

*Dotare Pater non tenetur Filiam, quæ nupsit sine eius voluntate, vers. Dotare.*

*Pater quomodo succedat Filio, in fin. & Adnot. n. 4.*

PAter, vel Mater, aut aliquis ex Ascendentibus percutientes, seu vulnerantes Descendentem an, & quando puniantur Stat. rubr. 58. lib. 3. pag. 27. col. 3. & seq. De afficiente iniuria Parentes dixi supra ver. Offensio. vers. Iniuria afficientes. A

A Pro Filio Negociatore, vel Mercatore Pater tenetur soluere legitimam pro obligationibus, seu promissionibus factis per Filium rubr. 29. §. & non obstante. vers. & si talis filiusfamilias. lib. 2. pag. 18. col. 3. B

B Pro delicto Filij quando cogatur Pater soluere legitimam, vel filij peculium, latius dictum fuit supra ver. Legitima. pag. 173.

Delictum, ob quod bona venirent confiscanda, si commiserit Pater, reseruatur Descendentibus legitimis medietas bonorum, & illegitimis sexta pars, rubr. 72. §. si verò Pater familias. lib. 3. pag. 32. col. 1. C

C Bannitum Filium receptans Pater non punitur Stat. rubr. 132. lib. 3. pag. 47. & vide supra ver. Bannitus. vers. Receptatores. pag. 32.

Dotare Filiam non tenetur Pater, si illa nupsit sine voluntate ipsius Patris rubr. 85. lib. 3. pag. 33. col. 4. & pag. 34. & dixi ver. Dos. vers. Pater. pag. 120.

Pater succedit Filio in totum, præterquàm in legitima, in qua succedit Mater rubr. 45. lib. 2. in reformat. quæ sunt registratæ supra ver. Fœmina. §. & si casus euenerit. pag. 133. Vbi autem adessent Fratres defuncti, & Auia materna vide ibidem §. si autem aliquis. vers. & casu quo. pag. 134. col. 1. D

D

## Adnotationes.

1 A Vide † *Farinac. de var. & diuers. crim. quæst. 105. num. 138. & seqq. & Paschal. de virib. patr. pot. par. 3. cap. 4.*

2 B Ad hoc vide † *Farinacc. de delict. & pœn. quæst. 24. num. 150. & seqq.* & magis ad rem *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 418. num. 209. & seqq.*

3 C Super hoc Statuto vide † *Non. cons. 97. & cons. 105. num. 11. & seqq. Honded. cons. 110. lib. 1.* & ad materiam *Bag. cons. 82. lib. 2. Giouagn. cons. 94. lib. 1. Carpan. ad nou. Const. Mediol. §. omnium. num. 712. & seqq. Farinacc. d. quæst. 24. num. 54. & seqq.*

4 D De successione † Patris, & Matris in bonis Filij vide *Grass. de success. §. successio ab intestato. quæst. 22. & Thesaur. decis. 27.*

# PATRVVS.

### SVMMARIA.

*Patruus, & eius descendentes succedunt Nepoti ab intestato cum Matre, & Sororibus defuncti, in princ.*

*Statutum circa successiones ab intestato an procedat in hæreditate Clerici, Adnot. num. 2.*

*Patruus Magnus non comprehenditur in Statuto loquente de Patruo, Adnot. num. 3.*

*Patruus quando veniat appellatione Fratris, Adnot. num. 4.*

PAtruus vnus, vel plures, vel eorum descendentes masculi succedunt Nepoti ab intestato cum Matre, vel Auia, ac cum Sororibus defuncti Stat. rubr. 45. lib. 1. in reformat. §. item quando. registrat. supra ver. Fœmina. pag. 134.

## Adnotationes.

1 Super hoc Statuto † an habeat locum quando descendentes Patrui tantum supersint, vide citatos *d. ver. Fœmina. num. 28.* & super Statuto Pisauri vide *Eugen. cons. 83. lib. 1.* & super nostro *Non. cons. 42.*
2 *num. 23. & seqq.* An procedat † in hæreditate Clerici vide *Eugen. cons. 99. lib. 2.* vbi concludit pro negatiua, & hanc sequitur *Surd. decis. 30.* sed vide *Caroce. decis. 127. Galban. de except. ad Stat. tit. 1. except. 1. n. 99. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 19. Carol. de Grass. de eff. Cleric. eff. 2. n. 274. & seqq.* Patruus
3 Magnus † non comprehenditur in Statuto loquente de Patruo *Bal. cons. 12. num. 1. lib. 3. Hond. cons. 1. num. 34. & seq. lib. 1.* An autem Patruus venire pos-
4 sit appellatione Fratris † vide *Eugen. cons. 74. num. 8. 20. & seq. & 32. cum seqq. lib. 1.*

# PAVPERTAS.

### SVMMARIA.

*Pauperum Causæ sunt summariæ, in princ.*

*Pauperibus prouisum fuit de Aduocato, Procuratore, & Notario, ibid.*

*Pauper an quis præsumatur, & quis sit, Adnot. n. 1.*

*Alimenta, & sumptus litis quando Pauperi sint præstanda, Adnot. num. 2.*

PAuperum causæ sunt summariæ Stat. rubr. 3. post princ. lib. 2. pag. 3. col. 3. Habent Pauperes in hac Ciuitate vltra Aduocatum, & Procuratorem, etiam Notarium, vt in Const. Card. Vrbini cap. 9. A

## Adnotationes.

De Paupertate egit *Cornelius Benincasius Perusinus, vt int. tract. sub sign. Aquilon. tom. 18. pag. 138.*

1 Pauper, aut Diues † an quis præsumatur vide *Mascard. de probat. lib. 1. concl. 526. & Menoch. de præsumpt. lib. 6. præs. 25. Bugen. cons. 4. num. 55. & 56. lib.*

*lib.* 1. *Surd. de Alim. tit.* 1. *quest.* 34. *num.* 7. & remittitur arbitrio Iudicis quis dicatur Pauper *Surd. dict. tract. tit.* 9. *quest.* 37. *num.* 1. & vide *Caualer. decis.* 233. De alimentis, & sumptibus litis Pauperi prestan-
2 dis † lite pendente vide *Surd. d. tract. tit.* 1. *quest.* 120. *Rota coram Ludouis. decis.* 189. *& decis.* 543. *& coram Caualer decis.* 554. Et vide quæ de Aduocatis, & Procuratoribus Pauperum tradit *Carpan. ad Stat. Mediol. par.* 2. *cap.* 83. *& seqq.*

# PAX.

## SVMMARIA.

*Pax seu Concordia an, & quando suffragetur delinquentibus ad pœnam euitandam, in princ.*

*Sindicus Communis facit Pacem pro extero offenso, vers. Sindicus.*

*Fractores Pacis qua pœna puniantur, vers. Fractores. Noua causa excusat à pœna fractæ Pacis, ibid. sed vide Adnot. num.* 3.

*Pax debet haberi rata per Iudices, quamuis non appareat instrumentum, vers. Debet.*

*Pacem facere quis non cogitur, & quando secus, vers. Discordantes. & Adnot. num.* 4.

*Minor quomodo faciat Pacem, vers. Pax.*

*Turbantes Pacem, vel statum Ciuitatis puniuntur, vers. Pacem.*

*Fideiussiones de repræsentando, de non offendendo, & similes quantum durent, vers. Fideiussiones. & Adnot. num.* 5.

*Pœnæ conuentionales Pacis, & Treguæ ruptæ, & fideiussiones de non offendendo stipulari debent, & censentur nomine Cameræ Apostolicæ, in fin.*

PAx, seu Concordia an, & quando suffragetur delinquentibus ad euitandam pœnam Stat. rubr. 60. lib. 3. pag. 28. col. 1.

Sindicus Communis potest facere Pacem, seu Concordiam pro extero offenso, qui abscesserit d. rubr. 60. in fin. lib. 3. pag. 28. col. 3.

Fractores Pacis qua pena puniantur rub. 112. lib. 3. pag. 40. col. 3. & rubr. seq. & vide etiam Bannim. General. num. 42. vbi etiam de verbo rupto. Noua causa excusat à pœna fractæ Pacis d. rubr. 112. in addit. Sed quod noua causa non possit allegari mandauit Pius IV. in Constitut. de qua in Bullar. Nou. tom. 2. constit. 52. §. 5. pag. 69. quam Constitutionem declarauit procedere debere respectu Principalium, secus vero respectu compræhensorum Pius V. vt d. tom. 2. con-
A stit. 9. §. 3. pag. 187. A

Debet Pax haberi rata per Iudices, quamuis non appareret instrumentum rubr. 113. d. lib. 3. pag. 40. col. 4.

Discordantes non possunt cogi ad Concordiã, seu Pacem. Possunt tamen cogi ad treguam cum fideiussoribus rubr. 113. in fin. cum addit. lib. 3.
B pag. 40. col. 4. B

Pax quomodo validè fiat à Pupillo, & Adulto Stat. rubr. 14. §. & si proximior. lib. 3. pag. 10. col. 3.

Pacem, honorem, vel statum Ciuitatis turbantes puniuntur rubr. 107. & 108. lib. 3. pag. 39. col. 4. & pag. 40. col. 1.

Fideiussiones de repræsentando non durare nisi durante Gubernio, declarauit Reuerendissimus D. Bossius Gubernator, vt in 7. reg. Canc. Commun. pag. 32. illæ etiam de non offendendo durabant durante Gubernio, & postea requirebatur renouatio. Sed per literas Sacræ Consultæ sub die 12. Martij 1593. mandatum fuit, quod in futurum fideiussiones prædictæ de non offendendo acciperentur nomine Sacræ Consultæ, & absque temporis determinatione; & cum clausula, quod numquàm cassentur absque expresso mandato eiusdem Sacræ Consultæ, & quatenus cassentur, remaneant adhuc in eatum robore, & habeantur pro non cassis, Cancellarijque, & Notarij priuentur officijs, & quod idem debeat seruari in fideiussionibus de repræsentando toties &c. & de bene viuendo. Anno 1616. die 23. Iulij per literas Card. Burghesij de ordine Sanctissimi decretum fuit, quod fideiussiones de repræsentando pro omni, & quacumque causa, de non offendendo, & de non ingrediendo, non cassentur
C absque expresso mandato Sacræ Consultæ. C

Pœnæ conuentionales Pacis, & Treguæ ruptæ, & fideiussiones de non offendendo, stipulari debere, & censeri in fauorem Cameræ Apostolicæ, mandauit Pius IV. d. Constit. 52. §. 4. tom. 2. pag. 69.

## Adnotationes.

1 De Pace, Tregua, Verbo dato, & cautione de non offendendo vide † *tract. nouiss. Sebast. Guazzini*, & prius egit de istis *Nicolaus Moronus*, & *Octauianus Vulpellius*, & de cautione de non offendendo egit *Franciscus Herculanus Perusinus*, de qua vide etiam *Pyrr. Maur. in tract. de fideiuss. par.* 1. *sect.* 2. *cap.* 4. *pag.* 66. & vide *Honded. cons.* 97. *& cons.* 103. *lib.* 1. *& cons.* 89. *lib.* 2. *& Eugen. cons.* 48. *num.* 15. *& seqq. lib.* 2. & latissimè *Farinacc. de var. & diuers. crim.*
2 *quest.* 107. *per tot.* Præceptum cum clausula, † quod fideiussio, seu cautio habeatur pro data, non ligare concludit *Mar. Antonin. var. resolut. lib.* 3. *resol.* 31. sed vide *Farinacc. d. quest.* 107. *num.* 13. *& Hect. Felic. alleg.* 47. *tom.* 1.

3 A Vide † *Farinacc. d. quest.* 107. *num.* 57. *& seqq.* & quoad nouam causam vide *Honded. cons.* 97. *lib.* 1. *& cons.* 89. *num.* 72. *& seqq. lib.* 2. *Eugen. cons.* 82. *& cons.* 90. *lib.* 1. *& Farinacc. d. loco num.* 403. *& seqq.* apud quos declarantur etiam Pontificię Constitutiones.

4 B Vide † *Farinacc. d. quest.* 107. *num.* 3. *& seqq.*

5 C Quanto tempore † durent cautiones de non offendendo vide *Farinacc. d. quest.* 107. *n.* 45. *& seqq.*

# PELLES.

## *SVMMARIA.*

*Pelles non possunt extendi ad siccandum in certis locis, in princ.*
*Pellium extractio à Territorio est prohibita, vers. Extractio.*
*Mors Animalis an probetur ex ostensione Pellis, Adnot. num. 1.*

PElles, & Coria non possunt extendi ad siccandum in certis locis Ciuitatis Stat. rubr. 107. lib. 4. pag. 50. & vide rubr. 14. lib. 2. pag. 7. Extractio à Territorio Pellium est prohibita, ex literis Card. Camerarij sub die 13. Iulij 1580. in 7. reg. Canc. Comm. pag. 108.

### Adnotationes.

1 Mors Animalis † commodati, seu in custodiam, aut ad soccitam dati, an probetur ex ostensione Pellis vide *Ambros. decis. Perus. 17. num. 7. & Palae. de Soccit, cap. 23. num. 51.*

# PETENS DEBITVM iam solutum.

## *SVMMARIA.*

*Petens debitum iam solutum punitur, ex Stat. in princ. quid de Iure communi, Adnot num. 1.*
*Petens plus debito, qua pœna, & quando puniatur, Adnot. num. 2. & seqq.*

PEtens debitum iam solutum † vel de quo sit facta refutatio tantundem de suo soluere Communi pœnæ nomine tenetur Stat. rubr. 142. lib. 3. pag. 50. & idem cauetur in Const. Marchiæ lib. 4. cap. 75.

### Adnotationes.

1 De Iure communi † quando, & qua pœna puniatur Creditor petens debitum iam solutum, & quid in petente debitum ante tempus vide *Farinacc. in fragm.*
2 *crimin. lit. C. num. 725. & seqq.* De petente plus † debito vide *Auth. C. de plus petit. Gizzarell. decis. 20. num. 7. & seqq.* & super Statuto *Menoch. cons. 572. lib. 6. & Ciriac. controuers. forens. lib. 2. contr. 252. num. 72. & seqq* vbi quod sufficit quantulacumque summa etiam modica, vt intret pœna Statutaria, & vide eundem *contr. 327. num. 49. & 50.* vbi quod requiritur petitio iudicialis per litis contestationem, &
3 quod iste condemnetur in expensis † præsertim cum sententia fuit executioni demandata quamuis plus petierit absque fraude, dixit *Rota in Perusina Executionis 23. Martij 1594. coram Penia,* quæ est in fine huius Operis, *decis. 87. num. 2.* statutum imponens
4 pœnam † ei, qui plus debito petijt, quod non habeat locum in eo, qui in totum indebitum petit, conclu-
5 dit *Surd. decis. 65.* Nec stante † clausula *omni modo meliori,* quæ facit cessare pœnam petentis plus debito *Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 117. num 3.* Pœnam
6 plus petentium † in iudicio, quam sit eorum creditum in desuetudinem abijsse, concludit *Marescott. var. resolut. lib. 2. cap 130. num. 8.* & vide *Farinacc. vbi supra num. 749.* Sed quoad expensas vide eundem *Marescott. d. cap. 130. num. 17.*

# PIGNVS.

## *SVMMARIA.*

*Pignus intra quantum tempus debeat consignari per Executores, in princ.*
*Depositarius Pignorum quomodo conseruare debeat Pignora, & quando vendere, vers. De Depositario.*
*Pignus datum Creditori quando vendi possit, vers. Pignus traditum.*

PIgnus debent Executores consignare in manibus Depositarij Pignorum, seu Creditoris infra quintam diem Stat. rubr. 201. 3. item pro qualibet. lib. 3. pag. 61. col. 2. & hoc idem mandauit Paulus III. in cap. 2. suarum Concessionum, vt in Bulla, quæ est in 6. regist. Cancell. Comm. pag. 26. Vigore autem Const. Card. Vrbini deponi debent infra biduum, vt cap. 46.

De Depositario Pignorum dixi supra ver. Depositaria Pignorum pag. 113. & quomodo iste debeat Pignora conseruare, & custodire, & quando vendere, habetur in Capitulis factis per Card. Vrbini Legati in d. 6. reg. pag. 105. & seqq.

Pignus traditum Creditori, si nollet iste amplius retinere, facienda est notificatio Domino, quod intra terminum decem dierum debeat Pignus redimere, & Creditori integrè satisfacere, quo tempore transacto potest, & debet res illa per Iudicem vendi, habet tamen Dominus tempus triginta dierum ad reluendum, soluendo integrum debitum, & expensas Stat. rubr. 30. lib. 2. pag. 20.

### Adnotationes.

Vide *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 166.* vbi etiam aliqua de Pignore penes Creditorem existente, *& cap. 245. & seqq.*

# PISCES.

## *SVMMARIA.*

*Pisces exteros non possunt emi causa reuendendi, in princ.*
*Pisces capientes in Fontibus, seu Piscinis puniuntur, vers. Pisces.*

Piſces exteros nemo poteſt emere, cauſa reuendendi Stat. rubr. 49. §. & quod ex punc. lib. 4. pag. 15. & vide circa Piſces, & illorum venditionem rubr. 96. d. lib. 4. pag. 27. & rubr. 594. §. item teneatur, lib. 1. pag. 129.

Piſces capientes in Fontibus, ſeu Piſcinis puniuntur rubr. 22. §. volumus inſuper, quod ſi aliquis. lib. 2. pag. 19. col. 2. iuncta addit. pag. 20. col. 2.

## Adnotationes.

Vide *Cepoll. de ſeruit. ruſt. præd. cap. 41.* & quæ dixi ſupra ver. *Lacus Traſimenus. pag. 170. & ſeq.*

# PISTOR.

### SVMMARIA.

*Piſtor tenetur coquere panem, nec poteſt recuſare, in princ.*
*Piſtor faciens panem ad vendendum, quid ſeruare teneatur, ibid.*
*Panem bonæ qualitatis non faciens Piſtor punitur, d. loco.*
*Piſtor non dicitur Mercator, Adnot. num. 1.*

De Piſtore, ſeu Furnario vide Stat. rubr. 76. lib. 4. pag. 22. vbi quod tenetur coquere panem, nec poteſt recuſare, & quid conſequatur pro eius mercede, & vide etiam rubr. 77. ibidem vbi de faciente panem ad vendendum, & quid ſeruare teneatur. De pœna non facientis panem bonæ qualitatis vide Bannim. Gener. num. 20.

## Adnotationes.

Vide ad materiam *Cepoll. de ſeru vrb præd. cap. 50.*
1 Piſtor † non dicitur Mercator, præſertim ad effectum vt comprehēdatur in Statuto de Mercatore loquente *Surd. deciſ. 313.*

# PLATEA.

### SVMMARIA.

*Plateas non licet occupare cauſa ædificij, in princ.*
*Plateæ non poſſunt concedi, verſ. Plateæ.*
*Exercitia aliqua fieri, & aliquas res retineri non licet in Platea, verſ. In Platea.*
*Plateæ Supramuri priuilegia, verſ Platea Supramuri.*
*Plateæ mundari debent, & eſt conſtitutum ſalarium Mundatoribus, in fin.*

Plateas, vel Vias non licet occupare occaſione ædificij Stat. rubr. 4. lib. 4. pag. 4.

Plateæ, Viæ, & loca publica non poſſunt concedi in præiudicium Communis, niſi per Dominos Priores, & Camerarios d. rubr. 4. in addit. fin.

In Platea aliqua exercitia fieri, & aliquas res retineri eſt prohibitum rubr. 11. & ſeqq. d. lib. 4. pag. 6.

Platea Supramuri eiſdem priuilegijs gaudet, quibus Platea magna rubr. 14. d. lib. 4. in addit. pag. 7. col. 4. & vide de iſta Platea in 1. regiſt. Canc. Comm. pag. 33.

De purgatione Plateæ, & Viarum vide rubr. 29. d. lib. 4. pag. 10. col. 3. Ad hunc effectum fuit conſtitutum ſalarium Mundatoribus per Innocentium VIII. vt in eius Bulla data Idib. Decembris 1486. in 4. regiſt. Breuium Cam. Apoſt. Peruſ. pag. 155.

## Adnotationes.

De Plateis vide aliqua apud *Ciriac. controu. forenſ. lib. 1. contr. 178.* & quæ dicam ver. Via.

# POENA.

### SVMMARIA.

*Pœna non debet imponi vltra quantitatem contentam in Statutis, in princ.*
*In pœnalibus proceditur de ſimilibus ad ſimilia, verſ. Vbi pro.*
*Arbitrium non poteſt peti ad maleficia punienda, verſ. De Arbitrio.*
*Executores non poſſunt niſi ſemel conſequi mercedem à condemnatis in pœnam aliquam, ſeu mulctam, & tunc vbi executiones faciunt, verſ. Executores.*
*Pœna pecuniaria in quam quis fuit condemnatus non exigitur, verſ. Si in Ciuitate. & Adnot. num. 2. & ſeqq.*
*Quamuis ſententia ſit lata in Vrbe, ibid. per tot.*
*Statutaria pœna an tollat illam Iuris communis, Adnot. num. 1.*
*Conſtitutiones Nouæ requirunt, quod ſint vſu receptæ, Adnot. num. 3. & num. 33.*
*Vſus an præſumatur, num. 4. & ſeqq. num. 13. & ſeqq. num. 19. cum ſeq. & num. 40. cum ſeq.*
*In executionibus attenditur ſtylus loci vbi fit executio, num. 7.*
*Obſeruantia loci vbi ſita ſunt beneficia, attenditur in gratia, num. 8.*
*Obſeruantia loci originis attenditur, & non loci iudicij Reorum condemnatorum, num. 9.*
*Confiſcatio quæ non prouenit ex diſpoſitione Iuris communis, ſed vigore ſpecialis Conſtitutionis non habet locum extra territorium, num. 16. & attenditur Statutum loci vbi bona ſita ſunt, num. 17.*
*In pœnis imponendis an attendatur locus iudicij, delicti, vel executionis, num. 17. 18. & ſeqq.*
*Negatiua probatur ex inſpectione librorum, num. 20. & 28.*
*Officialium Papæ ſcientia æquipollet ſcientiæ Papæ, num. 21. & 30.*
*Iudex creditur nolle eius ſententiam pregredi vltra Conſtitutiones in quibus fundatur, num. 23.*
*Obſeruantia indefinita omnes caſus complectitur, n. 25.*
*Clauſula Decreti irritantis non impedit quin poſſit dari*
*de*

*de non [illegible] Constitutionis, num. 26.*

*Et sortitur naturam actus super quo interponitur, num. [illegible].*

*Immemorabilis obseruantiæ, & consuetudo habet vim Priuilegij, Constitutionis, & Legis, num. 27.*

*Obseruantia contra legem an debeat esse inducta in contradictorio Iudicio, num. 39.*

*Superioris scientia an requiratur, vt probetur contrarius vsus Constitutionis, num. 30. vbi an sufficiat scientia Officialium, & vide num. 21.*

*Bulla Pij IV. de legitima Filiorum non est vsu recepta, num. 31.*

*Nec habet locum in pœnis pecuniarijs, num. 34.*

*Consuetudo in facultatiuis inducitur ex multiplicitate actorum, num. 42.*

Poena non debet imponi vltra quantitatem contentam in Statutis Stat. rubr. [illegible] lib. 3. pag. 49. col. 2.

Vbi pro maleficijs pœna non est determinata in Statutis, proceditur de similibus ad similia rubr. 68. lib. 3. pag. 30. col. 3.

De arbitrio non petendo ad maleficia punienda vide rubr. 53. lib. 3. pag. 26. col. 1.

Executores non possunt nisi semel consequi mercedem contra condemnatos in aliquam pœnam, seu mulctam, & tunc vbi vere executionem faciunt, & non in alio casu [illegible] Sacræ Consultæ sub die 2. Ianuarij 1595. & sub die [illegible] Aprilis 1610.

Si in Ciuitate, & Curia Criminali Perusina contigerit, quod quis propter aliquod delictum fuerit condemnatus in aliquam pœnam corporis afflictiuam, & pecuniariam copulatiuè, dicta pœna pecuniaria nunquam fuit exacta, vt attestati fuerunt DD. Causidici in fide data die 24. Augusti 1615.

## Adnotationes.

1 Statutaria pœna an tollat † illam impositam à Iure communi vide *Menoch. de recup. possess. rem. 9. num. 338. & seqq.* vbi pro negatiua concludit vide eundem *de arbitr. cas. 342. num. 18. & Farinac. de var. & diuers. crim. quæst. 111. num. 27.* Quoad pœnas

2 Reorum in contumaciam condemnatorum, † quod non exigantur in hac Ciuitate, [illegible] sententijs [illegible] in Vrbe latæ responderunt [illegible] insignes Aduocati Romanæ Curiæ, vt in sequentibus allegationibus.

## Perusina Pœnarum.

Illustrissime, & Reuerendissime Domine. Nouæ

3 leges, seu Pontificiæ Constitutiones † quemadmodum tunc instituuntur, cum publicantur, & tunc confirmantur, cum moribus vtentium comprobantur, ita etiam tunc abrogantur, cum moribus vtentium non seruantur *[illegible] leges dist. 4. Romana. [illegible] 412. num. [illegible] vbi Mandos. allegat concord.*

Et quamuis valdè dubium sit, An præsumantur vsu

4 recepta, † vel non; verum tamen est, quod in pœnalibus, vsus est probandus à Fisco *Capitaq. decis. 203. par. 3. per totam.* Vel saltem aduersus † præsumptio-

5 nem vsus sufficit aliqua coniectura de non vsu, vt post alios firmat *Berlazzol. cons. 33. lib. 1. num. 21. & plenè Rota coram Mantica in vna Romana Domus die 2. Martij 1597.*

6 Et ideo sicut vna ex præcipuis coniecturis † non vsus, illa censetur præcipua, cum noua lex aliquo tempore non fuit obseruata, vt in *d. decis. Mant.* ita quoque arguendo de tempore ad locum est dicendum ad propositum vsus, de quo agitur, quòd sicut non vsus Constitutionis Pontificiæ in exigendis pœnis Reorum in contumaciam condemnatorum quoad bona in Ciuitate Perusij (vt iam Sacra Consulta diffiniuit) non seruatur, ita nec Romæ, nec alibi eam vsu receptam fuisse censetur, nisi Fiscus vsum probet ex supradictis.

7 Præterea quicquid de vsu † Romæ, vel alibi dici posset à Fisco, non releuaret siquidem vsus exequendi, vel non exequendi condemnationes dicitur respicere decisionem causarum, & propterea est obseruandus etiam in executione, vel non executione sententiarum alibi latarum *ex doctrina Bart. in l. 1. C. de summ. Trinit. num. 48. & Ias. num. 59. & 60.*

8 Prout dicimus de gratia impetrata † quoad beneficia, attenditur enim obseruantia loci, in quo sita sunt, quasi ibi sententiæ latæ censeantur, vbi earum fieri debet executio, licet Romæ, vel alibi promulgatæ *sint Ostiens. cons. 168. num. 1. & Alex. cons. 21. lib. 2. num. 2.*

9 Et simile habemus de obseruantia loci † originis, vt ea attendatur, & non loci iudicij Reorum condemnatorum *l. libertus 17. §. præscriptio [illegible] ad municipal. & Iunct. Mars. [illegible] de iurisd. omn. iud. num. [illegible] iuxta nouam impressionem,* vbi alios allegat.

10 Non obstat, quod huiusmodi non vsus † sit irrationabilis eo, quod Rei condemnati remanerent impuniti, Quoniam respondetur, quod sublata executione pœna realis, de qua in Bulla, remanet personalis, prout etiam remanet pœna Iuris communis, & sic cessat inconueniens ex aduerso allegatum *Bar. in l. 1. §. exercitum. ff. de his qui not. infam. Ossasch. decis. 63. sub num. 11.*

11 Nec obstat, quod obseruantia Ciuitatis † Perusiæ non sit extendenda ad Vrbem, & sententias ibi latas, aut delicta ibi patrata, Quoniam non agimus de extensione obseruantiæ de loco ad locum, sed de comprehensione, in quantum quod ex iuris dispositione obseruantia Ciuitatis Perusiæ comprehendit omnem executionem, vel non executionem ibi faciendam, de sententijs etiam alibi latis, vt superius ostensum fuit.

Et nequam obstat, quod obseruantia est probanda

12 specificè † quoad sententias latas in Vrbe pro delicto ibidem patrato, Siquidem respondetur, quod hoc motiuum [illegible] superadicto, & eadem responsione [illegible], quia probato non vsu exequendi sententias in bonis Perusinorum in contumaciam condemnatorum *iuxta resolutionem Sacræ Consultæ,* inde dicitur probatus non vsus quoad sententias alibi contra eosdem latas, pro quouis delicto, cum lex vel [illegible] obseruantiam circa executionem, & non

executionem

executionem sententiarum attendendam esse, etiam quoad sententias extra Ciuitatem Perusiæ, cum respiciat decisionem causarum ex superius allegatis.

Et tandem non obstat, quod ad probandum legem
13 nouam † non fuisse vsu receptam, requiritur plena probatio; Quia iam dixi, quod imò præsumptiua sufficit ex præallegata decisione Rotæ coram Mantica, & etiam; quia non agitur modò de probatione non vsus; sed dubitatur solummodò An obseruantia, & non vsus Ciuitatis Perusiæ compræhendat etiam sententias alibi latas contra Perusinos, super quo affirmatiuè respondendum existimo ex superius deductis.

Quare &c.

*Laertius Cherubinus Aduocatus.*

Dum lex, seu Constitutio Summi Pontificis non
14 est in aliquo loco vsu † recepta, idem est, ac si in eo nec facta, nec promulgata fuisset *c. in istis. §. leges, dist. 4. Couar. var. resol. c. 16. sub num. 6. vers. Quinto sunt. Redoan. de reb. Eccl. non alien. q. 58. num. 22. & 23. Ios. Ludou. concl. 54. num. 1. & nouissimè Mastrill. de magistr. lib. 3. c. 3. num. 108.*

15 Igitur siue sententia contra contumaces † feratur in Ciuitate Perusiæ, siue hic in Vrbe, quia pro parte d. Ciuitatis probatum est, quod *Constitutiones Sixti, & Ægidianæ, aut aliæ Constitutiones Pontificiæ*, quæ loquuntur de executione pœnarum, in quibus contumaces condemnati fuerunt, hucusque non fuerunt vnquam executioni demandatæ, & sic vsu receptæ in dicta Ciuitate. Equidem dicendum est, quod hodie non possunt, nec debeant sententiæ A. C. in Vrbe contra contumaces latæ executioni demandari in bonis in d. Ciuitate Perusina existentibus, Quoniam si secus diceremus, esset dare executionem dd. Constitutionibus, & ita facere, quod ligent etiam in dicta Ciuitate, quod repugnat superius deductis, quodque nullatenus est admittendum ob superius allegata.

Præsertim, quia non est nouum, quod etiam si simus sub eodem Principe, & eodem Fisco, Constitu-
16 tiones particulares, † quæ puniunt delinquentem, habeant tantummodò effectum in bonis vnius Territorij, in alijs verò alterius Territorij non, vt de confiscatione, quæ non prouenit ex dispositione iuris communis, sed rigore specialis Constitutionis tradit *Ang. de malefic. in verb. & eius bona publicamus num. 5. vers. si verò dd. leges speciales. Boss. in tit. de public. bonor. num. 6. & 7. & communiter hoc à Doctoribus approbari testatur. Clar. in § fin. quæst. 78. vers. Sed hic quæro, & Farin. quæst. 25. num. 96.*

Vlterius, & quia non semper locus iudicij in impo-
17 nendis pœnis † attenditur, sed & quandoque Statuta, & consuetudines alterius loci *Felyn.* qui exemplificat in delinquente extra forum originis, in dicto tamen foro puniendo *in c. à nobis il primo. num. 6. de sent. excomm. & alij omnes, quos allegat Clar. in §. fin. q. 85. sub num. 4. vers. Tertius est casus, & Caball. in suis resol. crimin. cas. 162. num. 34. & 35.* Quapropter omnino est dicendum, quod sicuti sententiæ
18 contumaciales † latæ in d. Ciuitate Perusiæ executioni non demandantur, ita & idem sit obseruandum de sententijs A. C. in Vrbe latis, quemadmodum supra dedictum fuit.

Quibus non obstat, quod nullibi probatus sit non
19 vsus † dd. Constitutionum saltem respectu sententiarum A. C. & alibi quàm in foro Perusino prolatarum; Quoniam vltra quod obseruantiam, & vsum dd. Constitutionum, Fiscus, qui in eis fundamentum facit, probare tenetur, vt aduertit *Menoch. præsumpt. 1. num. 2. lib. 2. Ios. Ludou. decis. Perus. 98. num. 1. Caputaq. decis. 203. par. 3. per tot.* Adhuc responde-
20 tur, quod inobseruantia, & non vsus † satis quoad omnes sententias in quocumque loco latas probata fuit, dum reperiuntur plures sententiæ inde latæ, neque ex libris Fiscalibus, aut Cameræ Apostolicæ, in quibus adnotari solent, & ex quorum inspectione probatur huiusmodi negatiua *ad ea, quæ tradit Rip. in c. cum Ecclesia Sutrina num. 81. de caus. poss. & propr. Card. Seraph. decis. 889. num. 5. Hercul. de negatiu. n. 167.*
21 apparet, quod contra contumaces † nullo vnquam tempore fuit exacta aliqua pœna, ex quo cum hæc non potuerint fieri sine scientia Officialium dictæ Ciuitatis, quæ in hoc æquipollet scientiæ Papæ *Bar. in l. si publice. §. fin. ff. de publican. Alba. cons. 64. num. 51. Peregr. de iur. Fisc. lib. 6. tit. 8. num. 27. Surd. decis. 4. num. 6. & Rota diuers. decis. 600. num. 5.*
22 *par. 1.* apertè probant non vsum † dictarum Constitutionum *Bal. in l. non nouam in fin. C. de iud. Imol. in c. cum olim 2. not. de cleric. coniug. Cephal. cons. 129. num. 10. & alij quos allegat Flamin. Paris. in tract. de confident. q. 11. num. 25.*

Præterea & cum semper credendum sit Iudicem
23 nolle † in sua sententia vlterius progredi quàm Constitutiones, super quibus illa fundatur, extendantur *ad l. libertus. §. pen. ff. de municip. & ea, quæ tradit Farin. in d. q. 25. num. 96. in fin.* dicendum est, & A. C. non intendere, quod eius sententiæ exequi possint in locis, vbi dd. Constitutiones non vigent; Quoniam alias si dictæ sententiæ extenderentur etiam ad bona loci, in quibus contumax hac pœna non punitur, id, quod non est punibile, punietur, quod nullo pacto est dicendum *Marsil. in sua prax. crim. §. constante in fin. Paris. cons. 171. num. 27. lib. 4. & Bertaz. cons. crim. 168. num. 2.*

24 Et propterea semper verum est, † quod siue loquamur de sententijs Vrbis, siue de alijs sententijs in dicta Ciuitate prolatis non est facienda executio realis sententiarum contumacialium.

25 Maximè, quia datur obseruantia, & non vsus † Constitutionum indefinitus, & non restrictus potius ad sententias Perusij, quàm Vrbis, quæ indefinita idcirco omnes casus, & omnes sententias complectitur *l. si pluribus vbi Bart. & Scribentes ff. de leg. 3. Dec. cons. 685. num. 8. Paris. cons. 53. num. 22. lib. 2.* Præsertim, quia non potest dari ratio diuersitatis, quare huiusmodi vsus indefinitus omnes sententias non compræhendat *Hondед. cons. 34. num. 10. cum seq. lib. 1.*

Non obstat, quod in dictis Constitutionibus Pon-
26 tificijs adsit clausula, † *decreti irritantis*, quia huiusmodi clausula, cum recipiat conditionem illam, quam ipsæ Constitutiones recipiunt, Nempe quatenus illæ sint vsu receptæ, non obstat, quominus non vsus allegari possit, *vt de hoc extat decis. 1. Put. lib. 1. par. 2. & tradit Rimin. cons. 13. num. 27. lib. 2. & alij citati per Ant. Gabr. in tit. de claus. conclus. 3. num. 15. & Flam. Paris. de resignat. lib. 8. quæst. 8. num. 15.*

Quare &c.

*Antonius Pertius Aduocatus.*

Non

Non negatur Illustrissimum D. A. C. habere iuris-
27 dictionem † exequendi suas sententias in Ciuitate
Perusiæ, etiam quoad pœnas pecuniarias contra con-
tumaces inflictas, sed dicitur ex contraria obseruan-
tia, & consuetudine tot annorum, quorum initium
memoria non extat, huic facultati esse derogatum,
ac si ex particulari priuilegio hoc eidem Ciuitati à
Summo Pontifice indultum esset, Cum certissimi iu-
ris sit initium tanti temporis habere vim priuilegij,
Regij assensus, Constitutionis, & legis *cap. 1. de præ-
script. in 6. Alex. cons. 6. num. 1. lib. 1.* Vbi ampliat
etiam in his, quæ sunt Principi reseruata, *Rol. cons. 3.
num. 116. Ceph. cons. 129. num. 3. Menoch. de arbitr.
quæst. 71. num. 5. & seqq. Caputaq. decis. 56. num. 2.
par. 3.*

Quod autem assertus contrarius vsus, contrariaue
28 consuetudo † pro parte Ciuitatis Perusiæ sit conclu-
denter probata, non creditur dubitandum, postquam
ex libris Cancellariæ Criminalis, ac Thesaurariæ eius-
dem Ciuitatis, in quibus si executiones huiusmodi fa-
ctæ fuissent, dictæ executionis acta de necessitate fu-
issent scripta, nulla prorsus, nulloque vnquam tem-
pore scripta reperiuntur acta huiusmodi Tribunalis
Illustrissimi D. A. C. pœnarum executionem respici-
entia, Et hoc modo in proposito ex inspectione scili-
cet librorum probari concludenter negatiuam *scrip-
serunt Bart. in l. fin. in primo notab. C. de reb. credit.
Bal. in l. contra negantem. n. 10. in fin. C. ad l. Aquil.
Tiraq. de retract. lignag. §. 4. gloss. 1. num. 27. vers.
Has autem limitationes. Seraph. decis. 889. num. 5. &
decis. 1307. num. 3.*

Nec dicatur hanc obseruantiam, seu consuetudi-
29 nem non suffragari, † ex quo non fuit obtenta in con-
tradictorio iudicio. Nam quod ad inducendam ob-
seruantiam, & consuetudinem non requiratur con-
tradictorium iudicium, *scripserunt Corn. cons. 241.
num. 6. post med. vers. Non enim obstat, quod non fuit
obtenta in contradictorio iudicio. lib. 1. vbi dicit com-
munem; Soc. cons. 99. num. 3. lib. 1. vbi quod hæc opi-
nio ab omnibus communiter approbata est, Cephal. cons.
129. num. 8. & seq.* vbi in specie, quando agitur de
probando legem vsu receptam non fuisse, *Rim. cons.
18. in fin. num. 23.* vbi quod hæc est communis opi-
nio Legistarum, & Canonistarum.

Nec etiam dicatur, quod ad probandum contra-
30 rium vsum † requiratur etiam scientia Superioris, *si-
cut aduertit Put. decis. 1. num. 4. vers. Ergo vt detur
contrarius vsus.* Nam vltra quod scientia Superiorum
Officialium Ciuitatis Perusiæ arguit etiam Principis
scientiam, Aut præsumitur *secundum Cephal. in cons.
129. sub num. 3. & num. 12.* Aut non est necessaria
*secundum Alex. in cons. 6. num. 2. lib. 1. Put. d. decis. 1.
in fin. Cephal. d. cons. 129. num. 10.*

Et demum præmissis nõ obstat Constitutio Pij IV.
*in ordine* 128. *vers. Quod & ad legitimam*, habens præ-
31 sertim † clausulam *decreti irritantis*, quam D. Fisci
Aduocatus pluribus, & quidem doctissimè more suo
probare nititur habere locum non solùm in confisca-
tione bonorum vniuersali, sed etiam in alijs pœnis pe-
cuniarijs, de quibus nunc agitur. Nam vltra quod
eadem Cõstitutio est restricta ad legitimam filiorum,
adhuc etiam ex præmissis eam vsu non receptam ap-
paret, & consequenter non esse attendendam, non
obstante clausula decreti irritantis ibidem posita,
cùm eadem clausula sortiatur naturam actus, super
quo interponitur *Cassad. decis. 2. de decret. Seraph. de-
cis. 341. num. 4. Put. d. decis. 1. num. 1. & seqq.* vbi
in terminis, quod decretum irritans non facit, quin
Constitutio per contrarium vsum tollatur, Contra-
32 rius autem vsus † benè probatus censetur eo ipso,
quod non probatur vsus *Caputaq. decis. 203. num. 4.
par. 3.* Et sic etiam quoad Bullam Pij IV. intrat con-
33 clusio, quod quælibet Constitutio † habet tacitam
conditionem, dummodò moribus vtentium recipia-
tur, & non aliàs *can. leges 4. dist. Rol. cons. 8. num. 10.
& seqq. lib. 3. & cons. 99. num. 5. & seqq. lib. 2. Ce-
phal. d. cons. 129. num. 9. & cons. 136. num. 18. Put.
d. decis. in princ. par. 1. Caputaq. d. decis. 203. num. 1.
par. 3.*

Et tamen non etiam omitto, quòd tempore, quo
34 fui Fiscalis, † pro veritate testari possum, licet præ-
cisè non recorder, in qua causa, Constitutionem præ-
dictam quoad legitimam à Patre pro filio delinquen-
te, & in contumaciam condemnato soluendam, non
habere locum in pœnis pecuniarijs, sed bene à viro
fide digno audiui de præsenti anno hoc idem fuisse re-
solutum ab eadem Sacra Consulta in causa *Amerina
Vulnerum* ad fauorem Antonij Casoli, à quo cum Fi-
scus prætenderet esse soluendam legitimam pro con-
currenti quantitate pœnæ, pro qua filius fuerat in
contumaciam condemnatus pro vulneribus alteri il-
latis, mandauit eadem Sacra Consulta eundem An-
tonium non molestari, sed hæc vltima sint dicta ex
abundanti, cum vt prædixi etiam *Constitutio Pij IV.*
per non vsum, vt supra fuerit abrogata.

35 Ex quibus iunctis præsertim alijs † per eruditissimos
Dominos Scribentes allegatis nihil superesse video,
quod iure absolutio Ciuitatis Perusiæ ab hac Fisci
prætensione impediri possit. Et quidem dicti Domi-
ni adeò omnes difficultates eneruarunt, vt nisi sic ab
eo, qui iubere potest, mihi mandatum fuisset, scri-
bendi onus non assumpsissem cum scriptis per eos, ni-
hil addi, aut minui posse existimauerim.

*Prosper Farinaceius.*

In irroganda pœna delinquenti debet spectari ius,
36 vel consuetudo, aut Statutum † loci delicti, non au-
tem loci iudicij, *secundum doctrinam Bart. communi-
ter approbatam in l. 2. num. 48. vers. Aut quæris de
modo puniendi, C. de summ. Trin. Ruin. cons. 84. num.
10. lib. 4. abundè Decian. in prax. crimin. lib. 4. cap. 16.
num. 4.*

Et quando (prout in casu nostro) agitur de pœna
37 exequenda † in bonis sitis in loco delinquentis, vbi
non viget idem ius, nec solet irrogari eadem pœna,
quæ in loco Iudicis irrogantis, tunc etiam si delictum
fuisset commissum in loco Iudicij, executio pœnæ su-
per bonis fieri debet secundum Statuta loci, vbi bona
sunt sita, vt de confiscatione tradunt *Bart. in d. l. 2.
num. 51. vers. Aut publicatio fit per Constitutiones. C.
de summ. Trinit. Bos. de bon. public. sub num. 62. Fa-
rinacc. in prax. crimin. quæst. 25. num. 96. Peregr. de
iur. Fisc. lib. 5. tit. 1. num. 137.*

Vnde, cum pœnæ contumaciales Perusiæ speciali
38 consuetudinis priuilegio non exigantur, † nec exigi
debeant, *vt iam fuit resolutum* non obstantibus etiam
Constitutionibus Pontificijs, quæ non intelliguntur
de pœnis contumacialibus, vel non vigent Perusiæ,

vbi

vbi repugnat particulare Statutum, vel consuetudo; *iuxta notata per Eugen. cons. 45. & 46.* Etiam Auditor Cameræ, necnon alij Iudices Curię Romanę idem
39 ius † seruare tenentur, quia sicut huiusmodi Statuta sunt decisoria, & ideo vbique seruanda, *vt per Bart. vbi supra*; ita etiam consuetudo decisoria loci delinquentis, non autem iudicij spectanda est, *iuxta gloss. passim receptam in l. 1. verb. controuersiarum in audit. C. quæ sit long. consuet.*

40 Non obstat, quod stylus † contra legem induci non possit; & his similia latè ex aduerso collecta, quia omissis alijs, quæ pro responsione deduci possent, iam vt dixi firmatur stylus, & consuetudo non exigendi pęnas huiusmodi contumaciales, tum ex visione actorum iudicialium, tum eo ipso, quod ex aduerso non probatur, nec vna quidem exactio vllo vnquam tempore facta *Aym. cons. 111. num. 11. & cons. 57. num. 9. Corn. cons. 142. num. 11. lib. 3. Natt. cons. 627. num. 3. Surd. cons. 234. num. 35.*

41 Non obstat, quod stylus non egreditur † Tribunal loci vbi viget, quia fallit in decisorijs, maximè stante Cõfirmatione Papali per præallegata, *& tradit Cresc. decis. 1. num. 2. de constit. Put. decis. 417. & 426. lib. 2. Seacc. de appell. quæst. 18. Contard. de momen. limit. 32. num. 8. Achill. decis. 10. de Constit.*

Non obstat, quod consuetudo in facultatiuis non
42 præscribatur, † & eo minus, in regalibus, quia, vt sæpe dixi, non agimus hodie de firmanda consuetudine, quæ est iam firmata, sed solùm an sit seruanda quoad pœnas irrogatas in Vrbe, Vltra quod stante multiplicitate actuum, præscribitur etiam iuri facultatiuo *Cas. de Grass. decis. 1. num. 3. & 4. de caus. poss. Rot. diuers. decis. 186. num. 2. par. 2. Seraph. decis. 212. num. 2.* & ex abundanti etiam quoad sententias
43 Curiæ Romanæ constat † ne dum quoad pœnas contumaciales nunquam fuisse executas, sed etiam Fiscum exigere procurantem fuisse repulsum vigore dictæ Consuetudinis *Rolan. cons. 23. num. 23. & seqq. per tot. lib. 2.*

Quare &c.

*Angelus Androsilla Aduocatus.*

# PONDERA.

## *SVMMARIA.*

*De Ponderibus quid disponat Statutum, in princ.*
*Statera Collegij Mercantiæ, & Artis Lanæ quando quis vti debeat, ibid.*
*Iusto pondere non vendentes puniuntur, vers. Vendentes.*
*Officialis Communis, seu Plateæ est executor pœnarum, in fin.*

DE Ponderibus vide Stat. rubr. 124. lib. 4. pag. 37. vbi etiam de Stateris Collegij Mercantiæ, & Artis Lanæ, & quod nemo valeat ponderare alia Statera, quàm illa Collegij Mercantiæ à quinquaginta libris supra, & illa Artis Lanæ à quinquaginta libris infra, in pertinentibus, & spectantibus ad exercitium dictæ Artis Lanæ, & excipiuntur Macellarij.

Vendentes non iusto pondere puniuntur, dicta rubr. 124. §. & qui Pisciaioli. pag. 37. col. 3. & vide Bannim. Gener. num. 19.

Officialis Communis, seu Plateæ est executor pœnarum dict. rubr. 124 in 1. addit. d. pag. 37. col. 4.

## Adnotationes.

Vide quæ dixi supra ver. Mensura. pag. 191.

# PONTES.

## *SVMMARIA.*

*Pontes, seu Fornices super Vijs quando liceat facere, in princ.*
*Pontes Fluminum per quos debeant reaptari, & manuteneri, vers. Pontes.*
*Pontes Viarum per quos debeant manuteneri, vers. Viarum verò.*

POntes, seu Fornices super Vijs publicis, aut vicinalibus quando liceat facere vide Stat. rubr. 7. lib. 4. pag. 5.

Pontes Fluminum debent reaptari, & manuteneri per homines Comitatus illius Portæ, seu regionis, in qua est Pons, & illorum sumptibus rubr. 60. §. Pontes autem. lib. 4. pag. 18. col. 2. rubr. 89. præsertim in 1. addit. d. lib. 4. pag. 26. col. 2.

Viarum verò Pontes debent conseruari, & reaptari per homines, & Vniuersitates, quæ tenentur ad reaptationem viæ, aliàs per homines, & Vniuersitates vtilitatem percipientes d. rubr. 60. §. Pontes verò. d. lib. 4. pag. 18. col. 2.

De reaptatione quorundam Pontium vide rubr. 91. d. lib. 4. pag. 26. col. 4. & vide rubr. 93. ibid. & de Ponte iuxta Castrum Frattæ filiorum Vberti rubr. 59. d. lib. 4. pag. 18.

## Adnotationes.

Vide de Ponte super Vijs *Cepoll. de seru. vrb. præd. cap. 60. & Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 348. par. 2.* & de Ponte super Fluminibus *eundem Cepoll. d. loco cap. 70. & Carpan. d. par. 2. cap. 253.*

# PORCI.

## *SVMMARIA.*

*Porcos quot quis possit retinere.*

POrcos, & Capras in Suburbijs, & Comitatu non potest quis retinere nisi vsque ad certum numerum Stat. rubr. 172. in fin. lib. 3. pag. 55. col. 4.

Adnotationes

*Filijs legitimis reseruatur medietas bonorum Patris delinquentis & illegitimis sexta, vers. Delictum. & Adnot. num. 3.*

*Receptans Filium bannitum non punitur, vers. Bannitum.*

*Dotare Pater non tenetur Filiam, quæ nupsit sine eius voluntate, vers. Dotare.*

*Pater quomodo succedat Filio, in fin. & Adnot. n. 4.*

PAter, vel Mater, aut aliquis ex Ascendentibus percutientes, seu vulnerantes Descendentem an, & quando puniantur Stat. rubr. 58. lib.3. pag.27. col. 3. & seq. De afficiente iniuria Parentes dixi supra ver. Offensio. vers. Iniuria afficientes. A

Pro Filio Negociatore, vel Mercatore Pater tenetur soluere legitimam pro obligationibus, seu promissionibus factis per Filium rubr. 29. §. & non obstante. vers. & si talis filiusfamilias. lib. 2. pag. 18. col. 3. B

Pro delicto Filij quando cogatur Pater soluere legitimam, vel filij peculium, latius dictum fuit supra ver. Legitima. pag. 173.

Delictum, ob quod bona venirent confiscanda, si commiserit Pater, reseruatur Descendentibus legitimis medietas bonorum, & illegitimis sexta pars, rubr.72. §. si verò Pater familias. lib. 3. pag. 32. col. 1. C

Bannitum Filium receptans Pater non punitur Stat. rubr. 132. lib. 3. pag. 47. & vide supra ver. Bannitus. vers. Receptatores. pag. 32.

Dotare Filiam non tenetur Pater, si illa nupsit sine voluntate ipsius Patris rubr. 85. lib. 3. pag. 33. col. 4. & pag. 34. & dixi ver. Dos. vers. Pater. pag. 120.

Pater succedit Filio in totum, præterquàm in legitima, in qua succedit Mater rubr. 45. lib. 2. in reformat. quæ sunt registratæ supra ver. Fœmina. §. & si casus euenerit. pag. 133. Vbi autem adessent Fratres defuncti, & Auia materna vide ibidem §. si autem aliquis. vers. & casu quo. pag. 134. col. 1. D

## Adnotationes.

1 A Vide † *Farinacc. de var. & diuers. crim. quæst. 105. num. 138. & seqq. & Paschal. de virib. patr. pot. par. 3. cap. 4.*

2 B Ad hoc vide † *Farinacc. de delict. & pœn. quæst. 24. num. 150. & seqq.* & magis ad rem *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 418. num. 209. & seqq.*

3 C Super hoc Statuto vide † *Non. cons. 97. & cons. 103. num. 11. & seqq. Honded. cons. 110. lib. 1.* & ad materiam *Eug. cons. 82. lib. 2. Giouagn. cons. 94. lib. 1. Carpan. ad nou. Const. Mediol. §. omnium. num. 712. & seqq. Farinacc. d. quæst. 24. num. 54. & seqq.*

4 D De successione † Patris, & Matris in bonis Filij vide *Grass. de success. §. successio ab intestato. quæst. 22. & Thesaur. decis. 27.*

# PATRVVS.

### SVMMARIA.

*Patruus, & eius descendentes succedunt Nepoti ab intestato cum Matre, & Sororibus defuncti, in princ.*

*Statutum circa successiones ab intestato an procedat in hæreditate Clerici, Adnot. num. 2.*

*Patruus Magnus non comprehenditur in Statuto loquente de Patruo, Adnot. num. 3.*

*Patruus quando veniat appellatione Fratris, Adnot. num. 4.*

PAtruus vnus, vel plures, vel eorum descendentes masculi succedunt Nepoti ab intestato cum Matre, vel Auia, ac cum Sororibus defuncti Stat. rubr. 45. lib. 1. in reformat. §. item quando. registrat. supra ver. Fœmina. pag. 134.

## Adnotationes.

1 Super hoc Statuto † an habeat locum quando descendentes Patrui tantùm supersint, vide citatos *d. ver. Fœmina. num. 28.* & super Statuto Pisauri vide *Eugen. cons. 83. lib. 1.* & super nostro *Non. cons. 42.*

2 *num. 25. & seqq.* An procedat † in hæreditate Clerici vide *Eugen. cons. 99. lib. 2.* vbi concludit pro negatiua, & hanc sequitur *Surd. decis. 20.* sed vide *Caroc. decis. 127. Galban. de except. ad Stat. tit. 1. except. 1. n. 99. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 19. Carol. de Grass. de eff. Cleric. eff. 2. n. 274. & seqq.* Patruus

3 Magnus † non comprehenditur in Statuto loquente de Patruo *Bal. cons. 12. num. 1. lib. 3. Hond. cons. 1. num. 34. & seq. lib. 1.* An autem Patruus venire pos-

4 sit appellatione Fratris † vide *Eugen. cons. 74. num. 8. 20. & seq. & 32. cum seqq. lib. 1.*

# PAVPERTAS.

### SVMMARIA.

*Pauperum Causæ sunt summariæ, in princ.*

*Pauperibus prouisum fuit de Aduocato, Procuratore, & Notario, ibid.*

*Pauper an quis præsumatur, & quis sit, Adnot. n. 1.*

*Alimenta, & sumptus litis quando Pauperi sint præstanda, Adnot. num. 2.*

PAuperum causæ sunt summariæ Stat. rubr. 3. post princ. lib. 2. pag. 3. col. 3. Habent Pauperes in hac Ciuitate vltra Aduocatum, & Procuratorem, etiam Notarium, vt in Const. Card. Vrbini cap. 9. A

## Adnotationes.

De Paupertate egit *Cornelius Benincasius Perusinus, vt int. tract. sub sign. Aquilon. tom. 18. pag. 138.*

1 Pauper, aut Diues † an quis præsumatur vide *Mascard. de probat. lib. 1. concl. 526. & Menoch. de præsumpt. lib. 6. præs. 25. Eugen. cons. 4. num. 55. & 56.*

lib.

*lib. 1. Surd. de Alim. tit. 1. quaest. 34. num. 7.* & remittitur arbitrio Iudicis quis dicatur Pauper. *Surd. dict. tract. tit. 9. quaest. 37. num. 1.* & vide *Caualer. decis. 233.* De alimentis, & sumptibus litis Pauperi praestan-
2 dis † lite pendente vide *Surd. d. tract. tit. 1. quaest. 120. Rota coram Ludouis. decis. 189. & decis. 543. & coram Caualer. decis. 554.* Et vide quae de Aduocatis, & Procuratoribus Pauperum tradit *Carpan. ad Stat. Mediol. par. 2. cap. 83. & seqq.*

# PAX.

## SVMMARIA.

*Pax, seu Concordia an, & quando suffragetur delinquentibus ad poenam euitandam, in princ.*

*Sindicus Communis facit Pacem pro extero offenso, vers. Sindicus.*

*Fractores Pacis qua poena puniantur, vers. Fractores.*

*Noua causa excusat à poena fractae Pacis, ibid. sed vide Adnot. num. 3.*

*Pax debet haberi rata per Iudices, quamuis non appareat instrumentum, vers. Debet.*

*Pacem facere quis non cogitur, & quando secus, vers. Discordantes. & Adnot. num. 4.*

*Minor quomodo faciat Pacem, vers. Pax.*

*Turbantes Pacem, vel statum Ciuitatis puniuntur, vers. Pacem.*

*Fideiussiones de repraesentando, de non offendendo, & similes quantum durent, vers. Fideiussiones. & Adnot. num. 5.*

*Poenae conuentionales Pacis, & Treguae ruptae, & fideiussiones de non offendendo stipulari debent, & censentur nomine Camerae Apostolicae, in fin.*

PAx, seu Concordia an, & quando suffragetur delinquentibus ad euitandam poenam Stat. rubr. 60. lib. 3. pag. 28. col. 1.

Sindicus Communis potest facere Pacem, seu Concordiam pro extero offenso, qui abscesserit d. rubr. 60. in fin. lib. 3. pag. 28. col. 3.

Fractores Pacis qua poena puniantur rub. 112. lib. 3. pag. 40. col. 3. & rubr. seq. & vide etiam Bannim. General. num. 42. vbi etiam de verbo rupto. Noua causa excusat à poena fractae Pacis d. rubr. 112. in addit. Sed quod noua causa non possit allegari mandauit Pius IV. in Constitut. de qua in Bulla r. Nou. tom. 2. constit. 52. §. 5. pag. 69. quam Constitutionem declarauit procedere debere respectu Principalium, secus vero respectu comprachensorum Pius V. vt d. tom. 2. con-
A stit. 9. §. 3. pag. 187. A

Debet Pax haberi rata per Iudices, quamuis non appareret instrumentum rubr. 113. d. lib. 3. pag. 40. col. 4.

Discordantes non possunt cogi ad Concordiã, seu Pacem. Possunt tamen cogi ad treguam cum fideiussoribus rubr. 113. in fin. cum addit. lib. 3.
B pag. 40. col. 4. B

Pax quomodo validè fiat à Pupillo, & Adulto Stat. rubr. 14. §. & si proximior. lib. 3. pag. 10. col. 3.

Pacem, honorem, vel statum Ciuitatis turbantes puniuntur rubr. 107. & 108. lib. 3. pag. 39. col. 4. & pag. 40. col. 1.

Fideiussiones de repraesentando non durare nisi durante Gubernio, declarauit Reuerendissimus D. Bossius Gubernator, vt in 7. reg. Canc. Commun. pag. 32. illae etiam de non offendendo durabant durante Gubernio, & postea requirebatur renouatio. Sed per literas Sacrae Consultae sub die 12. Martij 1593. mandatum fuit, quod in futurum fideiussiones praedictae de non offendendo acciperentur nomine Sacrae Consultae, & absque temporis determinatione; & cum clausula, quod numquàm cassentur absque expresso mandato eiusdem Sacrae Consultae, & quatenus cassentur, remaneant adhuc in eartum robore, & habeantur pro non cassis, Cancellarijque, & Notarij priuentur officijs, & quod idem debeat seruari in fideiussionibus de repraesentando toties &c. & de bene viuendo. Anno 1616. die 23. Iulij per literas Card. Burghesij de ordine Sanctissimi decretum fuit, quod fideiussiones de repraesentando pro omni, & quacúmque causa, de non offendendo, & de non ingrediendo, non cassentur
C absque expresso mandato Sacrae Consultae. C

Poenae conuentionales Pacis, & Treguae ruptae, & fideiussiones de non offendendo, stipulari debere, & censeri in fauorem Camerae Apostolicae, mandauit Pius IV. d. Constit. 52. §. 4. tom. 2. pag. 69.

## Adnotationes.

De Pace, Tregua, Verbo dato, & cautione de non
1 offendendo vide † *tract. nouiss. Sebast. Guazzini*, & prius egit de istis *Nicolaus Moronus, & Octauianus Vulpellius*, & de cautione de non offendendo egit *Franciscus Herculanus Perusinus*, de qua vide etiam *Pyrr. Maur. in tract. de fideiuss. par. 1. sect. 2. cap. 4. pag. 66.* & vide *Honded. cons. 97. & cons. 103. lib. 1. & cons. 89. lib. 2. & Eugen. cons. 48. num. 35. & seqq. lib. 2.* & latissimè *Farinacc. de var. & diuers. crim.*
2 *quaest. 107. per tot.* Praeceptum cum clausula, † quod fideiussio, seu cautio habeatur pro data, non ligare concludit *Mar. Antonin. var. resolut. lib. 3. resol. 31.* sed vide *Farinacc. d. quaest. 107. num. 13. & Hect. Felic. alleg. 47. tom. 1.*

3 A Vide † *Farinacc. d. quaest. 107. num. 57. & seqq* & quoad nouam causam vide *Honded. cons. 97. lib. 1. & cons. 89. num. 72. & seqq. lib. 2. Eugen. cons. 82. & cons. 90. lib. 1. & Farinacc. d. loco num. 403. & seqq.* apud quos declarantur etiam Pontificię Constitutiones.

4 B Vide † *Farinacc. d. quaest. 107. num. 3. & seqq.*

5 C Quanto tempore † durent cautiones de non offendendo vide *Farinacc. d. quaest. 107. n. 45. & seqq.*

## PELLES.

### SVMMARIA.

*Pelles non possint extendi ad siccandum in certis locis, in princ.*
*Pellium extractio à Territorio est prohibita, vers. Extractio.*
*Mors Animalis an probetur ex ostensione Pellis, Adnot. num. 1.*

PElles, & Coria non possunt extendi ad siccandum in certis locis Ciuitatis Stat. rubr. 107. lib. 4. pag. 30. & vide rubr. 14. lib. 2. pag. 7. Extractio à Territorio Pellium est prohibita, ex literis Card. Camerarij sub die 13. Iulij 1560. in 7. reg. Cam. Comm. pag. 108.

### Adnotationes.

1 Mors Animalis † commodati, seu in custodiam, aut ad soccidam dati, an probetur ex ostensione Pellis vide *Ambros. decis. Perus.* 17. *num.* 7. *& Ubb. de Sopist. cap.* 25. *num.* 51.

## PETENS DEBITVM iam solutum.

### SVMMARIA.

*Petens debitum iam solutum punitur, ex Stat. in princ. quid de Iure communi, Adnot num.*
*Petens plus debito, qua pœna, & quando puniatur, Adnot. num. 2. & seqq.*

PEtens debitum iam solutum, vel de quo sit facta refutatio tantundem de suo soluere Communi pœnæ nomine tenetur Stat. rubr. 142. lib. 3. pag. 50. & idem cauetur in Const. Marchiæ lib. 4. cap. 75.

### Adnotationes.

1 De Iure communi † quando, & qua pœna puniatur Creditor petens debitum iam solutum, & quid in petente debitum ante tempus vide *Farinacc. in fragm. crimin. lit. C. num. 725. & seqq.* De petente plus †
2 debito vide *à tute. C. de plus petit. Gizzarell. decis.* 20. *num.* 7. *& seqq.* & super Statuto *Menoch. cons.* 578. *lib.* 6. *& Cirias controuers. forens. lib.* 2. *contr.* 252. *num.* 72. *& seqq* vbi quod sufficit quantulacumque summa etiam modica, vt intret pœna Statutaria, & vide eundem *contr.* 327. *num.* 49. *&* 50. vbi quod requiritur petitio iudicialis per litis contestationem, &
3 quod iste condemnetur in expensis † præsertim cum sententia fuit executioni demandata quamuis plus petierit absque fraude, dixit *Rota in Perusina Executionis* 23. *Martij* 1594. *coram Penia*, quæ est in fine huius Operis, *decis.* 87. *num.* 1. Statutum imponentis
4 pœnam † ei, qui plus debito petijt, quod non habeat locum in eo, qui in totum indebitum petit, conclu-
5 dit *Surd. decis.* 65. Nec stante † clausula *omni modo meliori*, quæ facit cessare pœnam petentis plus debito *Ioseph. Ludouic. decis. Perus.* 117. *num* 3. Pœnam
6 plus petentium † in iudicio, quàm sit eorum creditum in desuetudinem abijsse, concludit *Marescott. var. resolut. lib.* 1. *cap* 130. *num.* 8. & vide *Farinacc. vbi supra num.* 749. Sed quoad expensas vide eundem *Marescott. d. cap.* 130. *num.* 17.

## PIGNVS.

### SVMMARIA.

*Pignus intra quantum tempus debeat consignari per Executores, in princ.*
*Depositarius Pignorum quomodo conseruare debeat Pignora, & quando vendere, vers. De Depositario.*
*Pignus datum Creditori quando vendi possit, vers. Pignus traditum.*

PIgnus debent Executores consignare in manibus Depositarij Pignorum, seu Creditoris intra quintam diem Stat. rubr. 201. §. item pro qualibet. lib. 3. pag. 61. col. 2. & hoc idem mandauit Paulus III. in cap. 2. suarum Concessionum, vt in Bulla, quæ est in 6. regist. Cancell. Comm. pag. 26. Vigore autem Const. Card. Vrbini deponi debent infra biduum, vt cap. 46.

De Depositario Pignorum dixi supra ver. Depositaria Pignorum. pag. 113. & quomodo iste debeat Pignora conseruare, & custodire, & quando vendere, habetur in Capitulis factis per Card. Vrbini Legati in d. 6. reg. pag. 105. & seqq.

Pignus traditum Creditori, si nollet iste amplius retinere, facienda est notificatio Domino, quod intra terminum decem dierum debeat Pignus redimere, & Creditori integrè satisfacere, quo tempore transacto potest, & debet res illa per Iudicem vendi, habet tamen Dominus tempus triginta dierum ad reluendum, soluendo integrum debitum, & expensas Stat. rubr. 30. lib. 2. pag. 20.

### Adnotationes.

Vide *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 166. vbi etiam aliqua de Pignore penes Creditorem existente, *& cap.* 245. *& seqq.*

## PISCES.

### SVMMARIA.

*Pisces exteros non possunt emi causa reuendendi, in princ.*
*Pisces capientes in Fontibus, seu Piscinis puniuntur, vers. Pisces.*

Pisces

PIsces exteros nemo potest emere, causa reuendendi Stat. rubr.49. §. & quod ex nunc. lib. 4. pag. 15. & vide circa Pisces, & illorum venditionem rubr. 96. d. lib. 4. pag. 27. & rubr. 594 §. item teneatur. lib. 1. pag. 129.

Pisces capientes in Fontibus, seu Piscinis puniuntur rubr. 22. §. volumus insuper, quod si aliquis. lib. 2. pag. 19. col. 2. iuncta addit. pag. 20. col. 2.

## Adnotationes.

Vide *Cepoll. de seruit. rust. præd. cap.42.* & quæ dixi supra ver. *Lacus Trasimenus. pag. 170. & seq.*

# PISTOR.

*SVMMARIA.*

*Pistor tenetur coquere panem, nec potest recusare, in princ.*

*Pistor faciens panem ad vendendum, quid seruare teneatur, ibid.*

*Panem bonæ qualitatis non faciens Pistor punitur, d. loco.*

*Pistor non dicitur Mercator, Adnot. num. 1.*

DE Pistore, seu Furnario vide Stat. rubr.76. lib. 4. pag.22. vbi quod tenetur coquere panem, nec potest recusare, & quid consequatur pro eius mercede, & vide etiam rubr.77. ibidem vbi de faciente panem ad vendendum, & quid seruare teneatur. De pœna non facientis panem bonæ qualitatis vide Bannim. Gener. num. 20.

## Adnotationes.

Vide ad materiam *Cepoll. de seru. vrb. præd. cap.50.*

1 Pistor † non dicitur Mercator, præsertim ad effectum vt comprehēdatur in Statuto de Mercatore loquente *Surd. decis. 313.*

# PLATEA.

*SVMMARIA.*

*Plateas non licet occupare causa ædificij, in princ.*

*Plateæ non possunt concedi, vers. Plateæ.*

*Exercitia aliqua fieri, & aliqua res retineri non licet in Platea, vers. In Platea.*

*Platea Supramuri priuilegia, vers. Platea Supramuri.*

*Plateæ mundari debent, & est constitutum salarium Mundatoribus, in fin.*

PLateas, vel Vias non licet occupare occasione ædificij Stat. rubr. 4. lib. 4. pag. 4.

Plateæ, Viæ, & loca publica non possunt concedi in præiudicium Communitis, nisi per Dominos Priores, & Camerarios d. rubr. 4. in addit. fin.

In Platea aliqua exercitia fieri, & aliquas res retineri est prohibitum rubr. 11. & seqq. d. lib. 4. pag. 6.

Platea Supramuri eisdem priuilegijs gaudet, quibus Platea magna rubr. 14. d. lib. 4. in addit. pag. 7. col. 4. & vide de ista Platea in 1. regist. Canc. Comm. pag. 33.

De purgatione Plateæ, & Viarum vide rubr. 29. d. lib. 4. pag. 10. col. 3. Ad hunc effectum fuit constitutum salarium Mundatoribus per Innocentium VIII. vt in eius Bulla data Idib. Decembris 1486. in 4. regist. Breuium Cam. Apost. Perus. pag. 155.

## Adnotationes.

De Plateis vide aliqua apud *Ciriac. controu. forens. lib. 1. contr.* 178. & quæ dicam ver. Via.

# POENA.

*SVMMARIA.*

*Pœna non debet imponi vltra quantitatem contentam in Statutis, in princ.*

*In pœnalibus proceditur de similibus ad similia, vers. Vbi pro.*

*Arbitrium non potest peti ad maleficia punienda, vers. De Arbitrio.*

*Executores non possunt nisi semel consequi mercedem à condemnatis in pœnam aliquam, seu mulctam, & tunc vbi executiones faciunt, vers. Executores.*

*Pœna pecuniaria in quam quis fuit condemnatus non exigitur, vers. Si in Ciuitate. & Adnot. num. 2. & seqq.*

*Quamuis sententia sit lata in Vrbe, ibid. per tot.*

*Statutaria pœna an tollat illam Iuris communis, Adnot. num. 1.*

*Constitutiones Nouæ requirunt, quod sint vsu receptæ, Adnot. num. 3. & num. 33.*

*Vsus an præsumatur num. 4. & seqq. num. 13 & seqq. num. 19. cum seq. & num. 40. cum seq.*

*In executionibus attenditur stylus loci vbi fit executio, num. 7.*

*Obseruantia loci vbi sita sunt beneficia, attenditur in gratia, num. 8.*

*Obseruantia loci originis attenditur, & non loci iudicij Reorum condemnatorum, num. 9.*

*Confiscatio quæ non prouenit ex dispositione Iuris communis, sed vigore specialis Constitutionis non habet locum extra territorium, num. 16. & attenditur Statutum loci vbi bona sita sunt, num. 37.*

*In pœnis imponendis an attendatur locus iudicij, delicti, vel executionis, num. 17. 36. & seqq.*

*Negatiua probatur ex inspectione librorum, num. 20. & 28.*

*Officialium Papæ scientia æquipollet scientiæ Papæ, num. 21. & 30.*

*Iudex creditur nolle eius sententiam pregredi vltra Constitutiones in quibus fundatur, num. 24.*

*Obseruantia indefinita omnes casus complectitur, n. 25.*

*Clausula Decreti irritantis non impedit quin possit dari*

*de non [illegible] Constitutionis, num. 26.*
*Et sortitur naturam actus super quo interponitur, num. [illegible].*
*Immemorabilis obseruantiæ, & consuetudo [illegible] Pontificij, Constitutionis, & Legis, num. [illegible].*
*Obseruantia contra legem an debeat esse inducta in [illegible], num. [illegible].*
*Superioris scientia an requiratur, vt probetur contrarius vsus Constitutionis, num. 30. vbi an sufficiat scientia Officialium, & vide num. 21.*
*Bulla Pij IV. de legitima Filiorum non est vsu recepta, num. 31.*
*Nec habet locum in pœnis pecuniarijs, num. 34.*
*Consuetudo in facultatiuis inducitur ex multiplicitate actorum, num. 25.*

POena non debet imponi vltra quantitatem contentam in Statutis [illegible] lib. 3. pag. 49. col. 2.

Vbi pro maleficijs pœna non est determinata in Statutis, proceditur de similibus ad similia rubr. 68. lib. 3. pag. 30. col. 3.

De arbitrio non petendo ad maleficia punienda vide rubr. 52. lib. 3. pag. 26. col. 1.

Executores non possunt nisi semel consequi mercedem contra condemnatos in aliquam pœnam, seu mulctam, & tunc vbi vere executionem faciunt, & non in [illegible] Sacræ Consultæ sub die 2. Ianuarij 1599. & sub die 14. Aprilis 1610.

Si in Ciuitate, & Curia Criminali Perusina contigerit, quod quis propter aliquod delictum fuerit condemnatus in aliquam pœnam corporis afflictiuam, & pecuniariam copulatiue, dicta pœna pecuniaria nunquam fuit [illegible] fuerunt DD. Cauidici in fide data die [illegible] Augusti 1616.

## Adnotationes.

1 Statutaria pœna [illegible] impositam de iure communi vide *Menoch. de recup. possess. rem. [illegible] num. 338. & seqq.* vbi pro negatiua [illegible] *dem de arbitr. cas. 342. num. 18. & [illegible] & diuers. crim. quæst. [illegible]*

2 Reorum in contumaciam condemnatorum, † quod non exigantur in hac Ciuitate [illegible] sunt in Vrbe latæ responderunt [illegible] aduocati Romanæ Curiæ, [illegible] nibus.

### Perusina Pœnarum.

Illustrissime, & Reuerendissime Domine. Nouæ 3 leges, seu Pontificiæ Constitutiones † quemadmodum tunc instituuntur, cum publicantur, & tunc confirmantur, cum moribus vtentium comprobantur, ita etiam [illegible] abrogantur, [illegible] moribus vtentium non seruantur [illegible] *legem [illegible]* [illegible] alleg. [illegible] concord.

Et quamuis valde dubium sit, An præsumantur vsu 4 recepta, † vel non; verum tamen est, quod in pœnalibus, vsus est probandus à Fisco *Capotaq. decis. 203. part. 1. [illegible]*. Vel saltem aduersus † præsumptio-
5 nem [illegible] sufficit aliqua coniectura de non vsu, vt post alios firmat *[illegible] cons. 33. lib. 1. num. 21. & plene Rota coram Manzica in vna Romana Domus die 2. Martij 1597.*

6 Et ideo sicut vna ex præcipuis coniecturis non vsus, [illegible] præcipua, [illegible] lex aliquo tempore non fuit obseruata, vt in *d. decis. Mant.* ita quoque arguendo de tempore ad locum est dicendum ad propositum vsus, de quo agitur, quod sicut non vsus Constitutionis Pontificiæ in exigendis pœnis Reorum in contumaciam condemnatorum [illegible] bona in Ciuitate [illegible] finiuit) non seruatur, ita nec Romæ, nec alibi eam vsu receptam fuisse censetur, nisi Fiscus vsum probet ex supradictis.

7 Præterea quicquid de vsu † Romæ, vel alibi dici posset à Fisco, non releuaret siquidem vsus exequendi vel [illegible] condemnationes dicitur respicere decisionem causarum, & propterea est obseruandus etiam in executione, vel non executione sententiarum alibi latarum *ex doctrina Bart. in l. 1. C. [illegible] [illegible] num. 48. & Ias. num. 59. & 60.*

8 Prout dicimus de gratia impetrata † quoad beneficia, attenditur enim obseruantia loci, in quo sita sunt, quasi ibi sententiæ latæ censeantur, vbi earum fieri debet executio, [illegible] Romæ, vel alibi promulgatæ [illegible] *Alex. cons. 21. lib. 2. num. [illegible]*

9 Et similiter habemus de obseruantia loci † originis vt ea attendatur, & non loci iudicij Reorum condemnatorum *l. [illegible] ad municip. [illegible] [illegible] impressionem*, vbi alios allegat.

10 Non obstat, quod huiusmodi non vsus † sit irrationabilis eo, quod Rei condemnati remanerent impuniti, Quoniam respondetur, quod sublata executione pœnæ realis, [illegible] personalis, prout etiam [illegible] † [illegible] *in l. [illegible] §. exercitum. ff. de his qui not. infam. [illegible] 63. sub num. 11.*

11 Nec obstat, quod obseruantia Ciuitatis † Perusiæ non sit extendenda ad Vrbem, & sententias ibi latas, aut delicta ibi patrata, Quoniam non agimus de extensione obseruantiæ de loco ad locum, sed de comprehensione [illegible] quod ex iuris dispositione obseruantia Ciuitatis Perusiæ comprehendit omnem executionem [illegible] executionem ibi faciendam, de sententijs etiam alibi latis, [illegible]

[illegible] quod obseruantia est probanda
12 specifice † quoad sententias latas in Vrbe pro delicto ibidem patrato, Siquidem respondetur, quod hoc [illegible] & eadem responsione [illegible] probato non vsu exequendi sententias in bonis Perusinorum in contumaciam condemnatorum *iuxta resolutionem Sacræ Consultæ*, [illegible] dicitur probatus non vsus quoad sententias alibi contra eosdem latas, pro quocunque delicto [illegible] non executionem

executionem sententiarum extendendam esse, etiam quoad sententias extra Ciuitatem Perusiæ, cum, respiciat decisionem contrariam ex superius allegatis.

Et tandem non obstat, quod ad probandum legem
13 nouam † non fuisse vsu receptam, requiritur plena probatio; Quia iam dixi, quod imò præsumptiua sufficit ex prævallegata decisione Rotæ coram Mantica, & etiam; quia non agitur modò de probatione non vsus; sed dubitatur solummodò An obseruantia, & non vsus Ciuitatis Perusiæ comprehendat etiam sententias ab illatas contra Perusinos, super quo affirmatiuè respondendum existimo ex superius deductis.

Quare &c.

*Laertius Cherubinus Aduocatus.*

Dum lex, seu Constitutio Summi Pontificis non
14 est in aliquo loco vsu † recepta, idem est, ac si in eo nec facta, nec promulgata fuisset *c. in istis. §. leges, dist. 4. Gratian. var. resol. c. 16. sub num. 6. vers. Quinto sunt. Redoan. de reb. Eccl. non alien. q. 58. num. 22. & 23. Ios. Ludou. concl. 34. num. 1. & nouissimè Mastrill. de magistr. lib. 3. c. 3. num. 108.*

15 Igitur siue sententia contra contumaces † feratur in Ciuitate Perusiæ, siue hic in Vrbe, quia pro parte d. Ciuitatis probatum est, quod *Constitutiones Sixti, & Ægidiana, aut aliæ Constitutiones Pontificiæ*, quæ loquuntur de executione pœnarum, in quibus contumaces condemnati fuerunt, hucusque non fuerunt vnquam executioni demandatæ, & sic vsu receptæ in dicta Ciuitate; Equidem dicendum est, quod hodie non possunt, nec debeant sententiæ A. C. in Vrbe contra contumaces latæ executioni demandari in bonis in d. Ciuitate Perusina existentibus, Quoniam si secus diceremus, esset dare executionem dd. Constitutionibus, & ita facere, quod vigent etiam in dicta Ciuitate, quod repugnat superius deductis, quodque nullatenus est admittendum ob superius allegata.

Præsertim, quia non est nouum, quod etiam si simus sub eodem Principe, & eodem Fisco, Constitu-
16 tiones particulares, † quæ puniunt delinquentem, habeant tantummodò effectum in bonis vnius Territorij, in aliquo verò alterius Territorij non, vt de confiscatione, quæ non prouenit ex dispositione iuris communis, sed vigore specialis Constitutionis tradit *Ang. de malefic. in verb. & eius bona publicamus. num. 3. vers. si verò dd. leges speciales. Boss. in tit. de public. bonor. num. 6. & ibi communiter hoc à Doctoribus approbari testatur. Clar. in §. fin. quæst. 78. vers. Sed hic quæro; & Farin. quæst. 25. num. 96.*

Vlterius, & quia non semper locus iudicij in impo-
17 nendis pœnis † attenditur, sed & quandoque Statuta, & consuetudines alterius loci *Felyn.* qui exemplificat in delinquente extra forum originis, in dicto tamen foro puniendo *in c. à nobis il primo. num. 6. de sent. excomm. & alys omnes, quos allegat Clar. in §. fin. q. 85. sub num. 4. vers. Tertius est casus, & Caball. in suis resol. crimin. cas. 46. num. 34. & 35.* Quapropter pro tuno est dicendum, quod sicuti sententiæ
18 contumaciales † latæ in d. Ciuitate Perusiæ executioni non demandantur, ita & idem sit obseruandum de sententijs A. C. in Vrbe latis, quemadmodum supra dictum fuit.

Quibus non obstat, quod nullibi probatus sit non
19 vsus † dd. Constitutionum saltem respectu sententiarum A. C. & alibi quàm in foro Perusino prolatarum; Quoniam vltra quod obseruantiam, & vsum dd. Constitutionum, Fiscus, qui in eis fundamentum facit, probare tenetur, vt aduertit *Menoch. præsumpt. 4. num. 2. lib. 2. Ios. Ludou. decis. Perus. 98. num. 2. Caputaq. decis. 203. par. 3. per tot.* Adhuc responde-
20 tur, quod inobseruantia, & non vsus † satis quoad omnes sententias in quocumque loco latas probata fuit, dum reperiuntur plures sententiæ inde latæ, neque ex libris Fiscalibus, aut Cameræ Apostolicæ, in quibus adnotari solent, & ex quorum inspectione probatur huiusmodi negatiua *ad ea, quæ tradit Rip. in c. cum Ecclesia Sutrina num 82. de caus. poss. & propr. Card. Seraph. decis. 889. num. 5. Hercul. de negatiu. n. 167.*
21 apparet, quod contra contumaces † nullo vnquam tempore fuit exacta aliqua pœna, ex quo cum hæc non potuerint fieri sine scientia Officialium dictæ Ciuitatis, quæ in hoc æquipollet scientiæ Papæ *Bar. in l. si publice. §. fin. ff. de publican. Alb. conf. 64. num. 51. Peregr. de iur. Fisc. lib. 6. tit. 8. num. 27. Surd. decis. 4. num. 6. & Rota diuers. decis. 800. num. 5.*
22 *par. 1.* apertè probant non vsum † dictarum Constitutionum *Bal. in l. non nouam in fin. C. de iud. Imol. in c. cum olim 2. not. de cleric. coniug. Cephal. cons. 129. num. 10. & alij quos allegat Flamin. Parif. in tract. de confident. q. 11. num. 25.*

Præterea & cum semper credendum sit Iudicem
23 nolle † in sua sententia vlterius progredi quàm Constitutiones, super quibus illa fundatur, extendantur *ad l. libertus. §. pen. ff. de municip. & ea, quæ tradit Farin. in d. q. 25. num. 96. in fin.* dicendum est, & A. C. non intendere, quod eius sententiæ exequi possint in locis, vbi dd. Constitutiones non vigent, Quoniam alias si dictæ sententiæ extenderentur etiam ad bona loci, in quibus contumax hac pœna non punitur, id, quod non est punibile, punietur, quod nullo pacto est dicendum *Marsil. in sua prax. crim. §. constante in fin. Parif. conf. 171. num. 27. lib. 4. & Bertaz. conf. crim. 188. num. 2.*

24 Et propterea semper verum est, † quod siue loquamur de sententijs Vrbis, siue de alijs sententijs in dicta Ciuitate prolatis non est facienda executio realis sententiarum contumacialium.

25 Maximè, quia datur obseruantia, & non vsus † Constitutionum indefinitus, & non restrictus potius ad sententias Perusij, quàm Vrbis, quæ indefinita idcirco omnes casus, & omnes sententias complectitur *l. si pluribus vbi Bart. & Scribentes ff. de leg. 2. Dec. conf. 685. num. 8. Parif. conf. 53. num. 23. lib. 2.* Præsertim, quia non potest dari ratio diuersitatis, quare huiusmodi vsus indefinitus omnes sententias non comprehendat *Honded. conf. 34. num. 10. cum seq. lib. 1.*

Non obstat, quod in dictis Constitutionibus Pon-
26 tificijs adsit clausula, † *decreti irritantis*, quia huiusmodi clausula, cum recipiat conditionem illam, quam ipsæ Constitutiones recipiant, Nempe quod cum illæ sint vsu receptæ, non obstat, quo minus non vsu abrogari possit, *vt de hoc extat decis. 1. Pat. lib. 1. par. 1. & tradit Rimin. conf. 13. num. 27. lib. 1. & alij citati per Ant. Gabr. in tit. de Claus. conclus. 3. num. 15. & Flam. Parif. de resignat. lib. 8. quæst. 6. num. 29.*

Quare &c.

*Antonius Perinus Aduocatus.*

Non negatur Illustrissimum D. A. C. habere iuris-
27 dictionem † exequendi suas sententias in Ciuitate
Perusiæ, etiam quoad pœnas pecuniarias contra contumaces inflictas, sed dicitur ex contraria obseruantia, & consuetudine tot annorum, quorum initium memoria non extat, huic facultati esse derogatum, ac si ex particulari priuilegio hoc eidem Ciuitati à Summo Pontifice indultum esset, Cum certissimi iuris sit initium tanti temporis habere vim priuilegij, Regij assensus, Constitutionis, & legis *cap. 1. de præscript. in 6. Alex. cons. 6. num. 1. lib. 1.* Vbi ampliat etiam in his, quæ sunt Principi reseruata, *Rol. cons. 3. num. 116. Ceph. cons. 129. num. 3. Menoch. de arbitr. quæst. 71. num. 5. & seqq. Caputaq. decis. 56. num. 2. par. 3.*

Quod autem assertus contrarius vsus, contrariane
28 consuetudo † pro parte Ciuitatis Perusiæ sit concludenter probata, non creditur dubitandum, postquam ex libris Cancellariæ Criminalis, ac Thesaurariæ eiusdem Ciuitatis, in quibus si executiones huiusmodi factæ fuissent, dictæ executionis acta de necessitate fuissent scripta, nulla prorsus, nulloque vnquam tempore scripta reperiuntur acta huiusmodi Tribunalis Illustrissimi D. A. C. pœnarum executionem respicientia, Et hoc modo in proposito ex inspectione scilicet librorum probari concludenter negatiuam *scripserunt Bart. in l. fin. in primo notab C. de reb. credit. Bal. in l. contra negantem. n. 10. in fin. C. ad l. Aquil. Tiraq. de retract. lignag. §. 4. glos 1. num. 27. vers. Has autem limitationes. Seraph. decis. 889. num. 5. & decis. 1307. num. 3.*

Nec dicatur hanc obseruantiam, seu consuetudi-
29 nem non suffragari, † ex quo non fuit obtenta in contradictorio iudicio. Nam quod ad inducendam obseruantiam, & consuetudinem non requiratur contradictorium iudicium, *scripserunt Corn. cons. 243. num. 6. post med. vers. Non enim obstat, quod non fuit obtenta in contradictorio iudicio. lib. 1. vbi dicit communem; Soc. cons. 99. num. 3. lib. 1. vbi quod hæc opinio ab omnibus communiter approbata est, Cephal. cons. 129. num. 8. & seq.* vbi in specie, quando agitur de probando legem vsu receptam non fuisse, *Rim. cons. 18. in fin. num. 23.* vbi quod hæc est communis opinio Legistarum, & Canonistarum.

Nec etiam dicatur, quod ad probandum contra-
30 rium vsum † requiratur etiam scientia Superioris, *sicut aduertit Put. decis. 1. num. 4. vers. Ergo vt detur contrarius vsus.* Nam vltra quod scientia Superiorum Officialium Ciuitatis Perusiæ arguit etiam Principis scientiam, Aut præsumitur *secundum Cephal. in cons. 129. sub num. 3. & num. 12.* Aut non est necessaria *secundum Alex. in cons. 6. num. 2. lib. 1. Put. d. decis. 1. in fin. Cephal. d. cons. 129. num. 10.*

Et demum præmissis nō obstat Constitutio Pij IV. *in ordine 128. vers. Quod & ad legitimam*, habens præ-
31 sertim † clausulam *decreti irritantis*, quam D. Fisci Aduocatus pluribus, & quidem doctissimè more suo probare nititur habere locum non solùm in confiscatione bonorum vniuersali, sed etiam in alijs pœnis pecuniarijs, de quibus nunc agitur. Nam vltra quod eadem Cōstitutio est restricta ad legitimam filiorum, adhuc etiam ex præmissis eam vsu non receptam apparet, & consequenter non esse attendendam, non obstante clausula decreti irritantis ibidem posita, cùm eadem clausula sortiatur naturam actus, super quo interponitur *Cassad. decis. 2. de decret. Seraph. decis. 341. num. 4. Put. d. decis. 1. num. 1. & seqq.* vbi in terminis, quod decretum irritans non facit, quin Constitutio per contrarium vsum tollatur. Contra-
32 rius autem vsus † benè probatus censetur eo ipso, quod non probatur vsus *Caputaq. decis. 203. num. 4. par. 3.* Et sic etiam quoad Bullam Pij IV. intrat con-
33 clusio, quod quælibet Constitutio † habet tacitam conditionem, dummodò moribus vtentium recipiatur, & non aliàs *can. leges 4. dist. Rol. cons. 8. num. 30. & seqq. lib. 3. & cons. 99. num. 5. & seqq. lib. 2. Cephal. d. cons. 129. num. 9. & cons. 136. num. 18. Put. d. decis. in princ. par. 1. Caputaq. d. decis. 203. num. 1. par. 3.*

Et tamen non etiam omitto, quod tempore, quo
34 fui Fiscalis, † pro veritate testari possum, licet præcisè non recorder, in qua causa, Constitutionem prædictam quoad legitimam à Patre pro filio delinquente, & in contumaciam condemnato soluendam, non habere locum in pœnis pecuniarijs, sed bene à viro fide digno audiui de præsenti anno hoc idem fuisse resolutum ab eadem Sacra Consulta in causa *Amerina Vulnerum* ad fauorem Antonij Casoli, à quo cum Fiscus prætenderet esse soluendam legitimam pro concurrenti quantitate pœnæ, pro qua filius fuerat in contumaciam condemnatus pro vulneribus alteri illatis, mandauit eadem Sacra Consulta eundem Antonium non molestari, sed hæc vltima sint dicta ex abundanti, cum vt prædixi etiam *Constitutio Pij IV.* per non vsum, vt supra fuerit abrogata.

35 Ex quibus iunctis præsertim alijs † per eruditissimos Dominos Scribentes allegatis nihil superesse video, quod iure absolutio Ciuitatis Perusiæ ab hac Fisci prætensione impediri possit. Et quidem dicti Domini adeò omnes difficultates eneruarunt, vt nisi sic ab eo, qui iubere potest, mihi mandatum fuisset, scribendi onus non assumpsissem cum scriptis per eos, nihil addi, aut minui posse existimauerim.

*Prosper Farinaccius.*

In irroganda pœna delinquenti debet spectari ius,
36 vel consuetudo, aut Statutum † loci delicti, non autem loci iudicij, *secundum doctrinam Bart. communiter approbatam in l. 2. num. 48. vers. Aut quæris de modo puniendi. C. de summ. Trin. Ruin. cons 84. num. 30. lib. 4. abundè Decian. in prax. crimin. lib. 4. cap. 16. num. 4.*

Et quando (prout in casu nostro) agitur de pœna
37 exequenda † in bonis sitis in loco delinquentis, vbi non viget idem ius, nec solet irrogari eadem pœna, quæ in loco Iudicis irrogantis, tunc etiam si delictum fuisset commissum in loco Iudicij, executio pœnæ super bonis fieri debet secundum Statuta loci, vbi bona sunt sita, vt de confiscatione tradunt *Bart. in d. l. 2. num. 51. vers. Aut publicatio fit per* Constitutiones. *C. de summ. Trinit. Bos. de bon. public. sub num. 62. Farinacc. in prax. crimin. quæst. 25. num. 96. Peregr. de iur. Fisc. lib. 5. tit. 1. num. 137.*

Vnde, cum pœnæ contumaciales Perusiæ speciali
38 consuetudinis priuilegio non exigantur, † nec exigi debeant, *vt iam fuit resolutum* non obstantibus etiam Constitutionibus Pontificijs, quæ non intelliguntur de pœnis contumacialibus, vel non vigent Perusiæ,

vbi

vbi repugnat particulare Statutum, vel consuetudo, *iuxta notata per Eugen. cons. 45. & 46.* Etiam Auditor Cameræ, necnon alij Iudices Curiæ Romanæ idem
39 ius † seruare tenentur, quia sicut huiusmodi Statuta sunt decisoria, & ideo vbique seruanda, *vt per Bart. vbi supra*; ita etiam consuetudo decisoria loci delinquentis, non autem iudicij spectanda est, *iuxta gloss. passim receptam in l. 1. verb. controuersiarum in addit. C. quæ sit long. consuet.*

40 Non obstat, quod stylus † contra legem induci non possit; & his similia latè ex aduerso collecta, quia omissis alijs, quæ pro responsione deduci possent, iam vt dixi firmatur stylus, & consuetudo non exigendi pœnas huiusmodi contumaciales, tum ex visione actorum iudicialium, tum eo ipso, quod ex aduerso non probatur, nec vna quidem exactio vllo vnquam tempore facta *Aym. cons. 111. num. 11. & cons. 57. num. 9. Corn. cons. 142. num. 11. lib. 3. Natt. cons. 627. num. 3. Surd. cons. 234. num. 35.*

41 Non obstat, quod stylus non egreditur † Tribunal loci vbi viget, quia fallit in decisorijs, maximè stante Cõfirmatione Papali per prææallegata, *& tradit Cresc. decis. 1. num. 2. de constit. Put. decis. 417. & 426. lib. 2. Seacc. de appell. quæst. 18. Contard. de nomen. limit. 32. num. 8. Achill. decis. 10. de Constit.*

Non obstat, quod consuetudo in facultatiuis non
42 præscribatur, † & eo minus, in regalibus, quia, vt sæpe dixi, non agimus hodie de firmanda consuetudine, quæ est iam firmata, sed solùm an sit seruanda quoad pœnas irrogatas in Vrbe, Vltra quod stante multiplicitate actuum, præscribitur etiam iuri facultatiuo *Cas. de Grass. decis. 1. num. 3. & 4. de caus. poss. Rot. diuers. decis. 116. num. 2. par. 2. Seraph. decis. 112. num. 2.* & ex abundanti etiam quoad sententias
43 Curiæ Romanæ constat † ne dum quoad pœnas contumaciales nunquam fuisse executas, sed etiam Fiscum exigere procurantem fuisse repulsum vigore dictæ Consuetudinis *Rolan. cons. 23. num. 23. & seqq. per tot. lib. 2.*

Quare &c.

*Angelus Androsilla Aduocatus.*

# PONDERA.

*SVMMARIA.*

*De Ponderibus quid disponat Statutum, in princ.*
*Statera Collegij Mercantiæ, & Artis Lanæ quando quis vti debeat, ibid.*
*Iusto pondere non vendentes puniuntur, vers. Vendentes.*
*Officialis Communis, seu Plateæ est executor pœnarum, in fin.*

DE Ponderibus vide Stat. rubr. 124. lib. 4. pag. 37. vbi etiam de Stateris Collegij Mercantiæ, & Artis Lanæ, & quod nemo valeat ponderare alia Statera, quàm illa Collegij Mercantiæ à quinquaginta libris supra, & illa Artis Lanæ à quinquaginta libris infra, in pertinentibus, & spectantibus ad exercitium dictæ Artis Lanæ, & excipiuntur Macellarij.

Vendentes non iusto pondere puniuntur, dicta rubr. 124. §. & qui Piscaioli. pag. 37. col. 3. & vide Bannim. Gener. num. 19.

Officialis Communis, seu Plateæ est executor pœnarum dict. rubr. 124 in 1. addit. d. pag. 37. col. 4.

## Adnotationes.

Vide quæ dixi supra ver. Mensura. pag. 191.

# PONTES.

*SVMMARIA.*

*Pontes, seu Fornices super Vijs quando liceat facere, in princ.*
*Pontes Fluminum per quos debeant reaptari, & manuteneri, vers. Pontes.*
*Pontes Viarum per quos debeant manuteneri, vers. Viarum verò.*

POntes, seu Fornices super Vijs publicis, aut vicinalibus quando liceat facere vide Stat. rubr. 7. lib. 4. pag. 5.

Pontes Fluminum debent reaptari, & manuteneri per homines Comitatus illius Portæ, seu regionis, in qua est Pons, & illorum sumptibus rubr. 60. §. Pontes autem. lib. 4. pag. 18. col. 2. rubr. 89. præsertim in 1. addit. d. lib. 4. pag. 26. col. 2.

Viarum verò Pontes debent conseruari, & reaptari per homines, & Vniuersitates, quæ tenentur ad reaptationem viæ, aliàs per homines, & Vniuersitates vtilitatem percipientes d. rubr. 60. §. Pontes verò. d. lib. 4. pag. 18. col. 2.

De reaptatione quorundam Pontium vide rubr. 91. d. lib. 4. pag. 26. col. 4. & vide rubr. 93. ibid. & de Ponte iuxta Castrum Frattæ filiorum Vberti rubr. 59. d. lib. 4. pag. 18.

## Adnotationes.

Vide de Ponte super Vijs *Cepoll. de seru. vrb. præd. cap. 60. & Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 348. par. 2.* & de Ponte super Fluminibus *eundem Cepoll. d. loco cap. 70. & Carpan. d. par. 2. cap. 353.*

# PORCI.

*SVMMARIA.*

*Porcos quot quis possit retinere.*

POrcos, & Capras in Suburbijs, & Comitatu non potest quis retinere nisi vsque ad certum numerum Stat. rubr. 172. in fin. lib. 3. pag. 55. col. 4.

## Adnotationes.

Vide quæ dixi supra *ver. Animalia. pag. 9. & ver. Dominus datum. pag.* 102.

# POSITIONES.

## *SVMMARIA.*

*Positioni an quis possideat cogitur quis respondere, in princ. & Adnot. num. 5.*
*Item alijs positionibus, & recusans habetur pro confesso, ibid. & Adnot. num. 6.*
*Negans instrumentum debiti, & positiones notorias punitur, vers. Negans. & Adnot. num. 7.*
*Positiones ad effectum respondendi possunt produci vsque ad sententiam, vers. Positiones.*
*De Positionibus Doctores tractantes referuntur, Adnot. num. 1.*
*Rustici, Mulieres, & aliæ personæ idiotæ vbi respondent positionibus, quando possit interuenire eorum Aduocatus, vel Procurator, num. 2.*
*Absens vbi respondere debet positionibus, cuius expensis decernantur literæ, num. 3.*
*Ponens dicitur fateri, num. 4. & confessio nocet hæredi, & successori, ibid.*

POsitioni an possideat cogitur quis respondere etiam nulla petitione, vel facti narratione oblata, vel facta vide Stat. rubr. 10. §. &
A ad obuiandum. lib. 2. pag. 5. col. 2. A De responsione facienda positionibus vide Constit. March. lib. 5. cap. 19. vbi quod recusans respondere ha-
B betur pro confesso. B

Negans instrumentum debiti punitur rub. 141. lib. 3. pag. 49. in fin. Item negans positiones notorias puta filiationem matrimonium consanguinitatem, & alia huiusmodi publice nota, vel similia consistentia in facto proprio quod puniatur, nec audiatur in causa, nisi soluta prius poe-
C na, cauetur in Const. Card. Vrbin. cap. 22. C

Positiones ad effectum respondendi possunt produci vsque ad sententiam, vt iudicatum fuit de stylo per D. Locumtenentem manu D. Gentilis Franchetti Notarij die 4. Iunij 1602. in causa DD. de Periglis, cum D. Anibale Mazzante, attestantibus ita obseruari omnibus Causidicis.

## Adnotationes.

1 De Positionibus † vide *tract. Iacob. de Aren. & aliorum inter tract. sub sign. Aquil. tom. 4. pag. 2. & seqq. & Blasij Michelori*, & ad declarationem Statuti vide *Asin. in Prax. §. 19. cap. 12. & seqq.* vide etiam ad materiam *Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 8. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 83. & D. Ludouicum Postium in tract. de manut. ac manutenent. obseru.* 8 fl. & quæ dixi
2 supra ver. Articuli pag. 17. Rustici, † & Mulieres, aliæque personæ idiotæ quando teneantur respondere positionibus à semetipsis, & quando cum præsentia Aduocati, seu Procuratoris, vide *Ioseph. Ludouic.*
3 *decis. Perus. 81.* Sumptibus cuius decernantur † literæ pro responsione positionibus habenda ab absentibus, vide *eundem decis. 74. num. 10. & seqq.* Ponens
4 dicitur fateri † expressa per eum in positionibus *Rota in Perusina de Vibijs 14. Iunij 1604. coram Litta*, quæ est in fine, *decis. 85. num. 2. & 3.* vbi quod confessio ista nocet hæredi, ac etiam singulari successori, & quod positiones probent contra ponentem, dixit *Rota in Perusina Fideicommissi de Gratianis 10. Decembris 1621. coram Card. Caualerio*, quæ est in fine, *decis. 36. num. 8.*
5 A Vide † *Pacian. de probat. lib. 1. cap. 19. & tract. Marci Anton. Cucchi de mentien. circa possess.*
6 B Quid de iure communi † vide *cap. fin. de confess. in 6. Rotam coram Ludouis. decis. 460. num. 14. & Beltram. num. 18. & coram Caualer. decis. 562.*
7 C Vide † *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 84. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 51. Surd. decis. 38. Rotam in Romana Tutelæ de Ceulis 20. Iunij 1588. coram Gipsio*, quæ est *decis. 34. post 3. vol. cons. Farinacc.*

# POSSESSIO.

## *SVMMARIA.*

*Possessio non potest capi propria auctoritate, in princ. & Adnot. num. 1.*
*Hæres potest capere possessionem propria auctoritate, vbi vis vacant, d. loco.*
*Præparatorijs an possideat cogitur quis respondere, vers. Præparatorijs.*
*Pactum reseruationis dominij, vel possessionis, & simile operatur, vt possit capi possessio non obstante alienatione posteriori, & possessione alterius, vers. Ostendens.*
*Consortis possessio non præiudicat alij Consorti, in fin.*

POssessionem, vel tenutam rerum alicuius, & à Domino, vel alio possessarum tantum, vel detentarum tantum causa priuandi possessorem, vel detentorem sine iuris cognitione apprehendere, & occupare, vel intrare non licet sub poena Stat. rubr. 99. lib. 3. pag. 36. Rei relictæ non potest capi possessio propria auctoritate rubr. 101. lib. 3. pag. 37. col. 3. vbi quod hoc non intelligitur in hærede vniuersali instituto hærede in aliquo testamento, vel in succedente ab intestato vniuersaliter, & institutis directo, & vide Ban-
A nim. Gener. num. 83. A

Præparatorijs an possideat cogitur quis respondere rubr. 10. §. & ad obuiandum. lib. 2. pag. 5. col. 2. & dixi supra proximè ver. Positiones. in princ.

Ostendens publicum instrumentum, in quo contineatur pactum reseruationis dominij, vel possessionis, vel quod possit sua auctoritate ingredi, intrare, vel apprehendere tenutam, & possessionem alicuius rei propria auctoritate, vel reseruauerit sibi manuum iniectionem de & super re sua, vel quam possideret tempore appo-

sitionis

fictionis dicti pacti debet per Iudicem poni, & immitti, ac defendi in tenutam, & possessionem dictę rei, ac etiam propria auctoritate potest ingredi, apprehendere, & detinere, non obstante quod dicta res diceretur postea alienata, vel ad alium translata, vel per alium diceretur possideri, nisi opponeretur, & ostenderetur de iure, vel possessione quaesitis ante pactum praedictum rubr. 10. §. huiusmodi edicto. lib. 2. pag. 5. col. 3. in princ. B

Consortis possessio, vel tenuta rei communis non praeiudicat alij Consorti, qui in possessione non esset, seu non fuerit visus, nec isti obstat praescriptio quamuis longissima, quo minus possidens cogatur à Iudice ei tradere partem summariè sine aliqua solemnitate iuris, & strepitu iudiciorum rubr. 58. §. item si aliquis ex Consortibus lib. 2. pag. 30. col. 3.

## Adnotationes.

A Vide † quae dixi supra *ver. Legatum. pag. 171.* & ad declarationem Bannimentorum, quod non procedant, vbi possessio est vacans, quia tunc potest propria auctoritate capi ab eo qui se praetendit haeredem vide *in Perusina Haereditatis de Amicis 6. Iunij 16.6. coram Buratto*, quae est in calce, *decis. 34. num. 10. & seq.*

B Vide † *Non. cons. 78. num. 13.* & quos citaui supra *ver. Executio pag. 128. num. 10.*

# POTESTAS.

## SVMMARIA.

*Potestas, & alij Officiales quomodo eligantur, in princ.*
*De eorum officio, & iuramento praestando per ipsos, & Ministros. ibid.*
*Potestas, & Capitaneus, & eorum Officiales habentur pro Ciuibus durante officio, in fin.*

De electione, & electoribus Potestatis, Maioris Sindici, & Iudicis Iustitiae, & Capitanei Custodiae Palatij Dominorum Priorum vide Stat. rubr. 1. lib. 1. pag. 2. De eorundem officio rubr 2. ibidem pag. 4. & rubr. 4. pag. 5. & rubr. 16. pag. 14. col. 4. De Iuramento praestando per ipsos rubr. 3. d. lib. 1. pag. 3. & de praestando per eorum Ministros rubr. 5. pag. 5. & per Notarios rubr. 6. d. lib. eo. Habentur ipsi, & Officiales ipsorum pro Ciuibus durante officio rubr. 22 §. item quod dictus. lib. 1. pag. 18. col. 2. in princ.

## Adnotationes.

Quia ista officia fuerunt translata in noua officia quatuor Auditorum Rotae, ideo vide ver. Rota.

# PRAECO, seu Tibicen.

## SVMMARIA.

*Praeconum officium, & salarium, in princ.*
*Praeconis Vox paucis innotescit, in Adnot.*

De Praeconibus Communis Perusiae, & eorum officio, & salario vide Stat. rub. 183. lib. 1. pag. 61. col. 4. & in Annalibus 1603. pag. 80.

## Adnotationes.

Praeconis vox paucis innotescit *Auth. qui semel. C. quom. & quan. Iud. & ibi Glos.* dicit, quod audientibus tantum, & quibus hi dixerint, & quod Edictum sic per multos dies posi si omnibus liquet, vide etiam *Glos. in Auth quam pronuncia. C. vbi de crimin. agi oport. ver. praeconia & Bugen cons. 87. num. 10. & seqq. lib. 2. & dicta supra ver Bannimenta. pag. 51.*

# PRAESCRIPTIO.

## SVMMARIA.

*Debitum nisi petatur intra quindecim annos continuos, non potest amplius peti, in princ. vbi limitatur multis modis.*
*Debitum occasione Laboritij, vel Coptumi, Famulatus, & Soccitae, non potest peti post annum, vers. Debitum occasione, sed vide Adnot. num. 8. & seqq.*
*Maleficia intra quantum tempus praescribantur, vers. De maleficijs.*
*Clusa Molendini Dominus non tenetur ad restaurationem praestandam Domino bonorum post decem annos vers. Si Clusa.*
*Aedificium super re alterius non tenetur quis tollere post decem annos, vers. Aedificium, vbi secus in Plateis, & Vijs.*
*Communantia non praescribuntur, vers. Communantia.*
*Consors possidendo rem communem non praescribit, in fine.*
*Forensis an ligetur Statuto de praescriptione, Adnotat. num. 3.*
*Iuratum debitum non comprahenditur Statuto de praescriptionibus, Adnot. num. 4.*
*Mala fides impedit praescriptionem Statutariam, Adnot. num. 5.*
*Et nocet Haeredi etiam, ibidem vbi videas.*
*Interruptio praescriptionis quando inducatur, Adnotat. num. 6.*
*Statutum potest praescriptionem tollere, Adnot. num. 7.*
*Operary perfecto opere praesumuntur satisfacti, Adnot. num. 9.*
*Salarium à Famulis intra quantum tempus peti possit, Adnot. num. 10.*
*Dominus praesumitur habuisse medietatem fructuum à Colono, Adnot. num. 11.*

SI debitum intra quindecim annos continuos, etiam tempore feriato ad honorem Dei, à die quo cum effectu peti potuit, vel à die interruptionis factæ, non fuerit petitum in aliqua Curia, vel pars aliqua ipsius debiti non fuerit soluta, illud debitum inter quascumque personas etiam inter Forensem, & Forensem, postea non potest amplius peti, & omnis obligatio, siue actio est extincta Stat. rubr. 29. §. volumus tamen. pag. 18. col. 2. Hoc tamen non procedit respectu debitoris principalis, qui debitum contraxit, vel respectu eius, qui se absentauit, vel non potuit conueniri in Ciuitate Perusiæ, dicto loco. vers. & hoc non intelligatur. Secundo non habet locum in debitis dotalibus, & instrumentis factis super dotibus, siue earum occasione, ibidem vers. nec etiam. Tertio in debitis ex testamentis, legatis, siue codicillis assignatis, & insinuatis, dict. loco. vers. nec in debitis. Quarto in Minoribus viginti annis, contra quos ipso iure non currit præscriptio, sed ipsi, infra ætatem prædictam tantum, restituuntur illæsi, ibidem vers. nec dictum tempus. Demum vbi esset interrupta præscriptio, ad quam interruptionem faciendam solummodo citatio vnica sufficit, d. loco. vers. declarando. A

A Debitum occasione pensionis laboritij, vel coptumi, & famulatus, necnon soccitæ animalium, non potest peti elapso anno Stat. rubr. 75. quæ est vlt. lib. 2. pag. 37. quod Statutum in omnibus, & per omnia seruari debere, cautetur in Comm. Const. par. 2. rubr. 9. pag. 77. B

B De maleficijs intra quantum tempus cognosci possit rubr. 10. lib. 3. pag. 6. & vide supra ver. Accusatio. pag. 5. num. 7. Super mutatione aquæ à solito, & antiquo cursu non potest criminaliter agi, seu procedi post duos annos rubr. 65. in fin. lib. 2. pag. 34. col. 4. & dixi ver. Aqua. pag. 23.

Si Clusa Molendini per decem annos continuos habuerit sustentationem, siue existentiam in bonis alicuius, intelligitur per præscriptionem ius quæsitum domino Clusæ, itaut non teneatur ad aliquam restaurationem præstandam erga dominum bonorum rubr. 64. §. item statuimus, & ordinamus in fin. lib. 2. pag. 33. col. 4.

Ædificium super re alterius non tenetur quis tollere vbi possedisset per decem annos sine contradictione rubr. 9. lib. 4. in 1. addit. pag. 5. in fin. & dictum fuit supra ver. Ædificium pag. 123. quod tamen non habet locum respectu Plateaꝝ rum, & Viarum rubr. 4. lib. 4. in 1. addit. pag. 4. col. 4.

Communantiæ Communis Perusiæ debent manuteneri, & nulla præscriptio potest obijci, opponi, vel in contrarium allegari rubr. 112. §. & prædictæ personæ. lib. 4. pag. 31. col. 2.

Consors possidendo rem communem non potest opponere de præscriptione contra illum, qui non possedit rubr. 58. §. item si aliquis, lib. 2. pag. 30. col. 3.

## Adnotationes.

1 De Præscriptionibus † plures Doctores ediderunt
tractatus, qui sunt inter tract. sub sign. Aquil. tom. 17.
pag. 48. & seqq & præsertim Ioan. Franc. Balbus.
2 A. De Statutaria Vrbis præscriptione † vide Ioan.
Bapt. Bonium d. tom. 17. pag. 176. & Galganett. ad
Stat. Vrb. lib. 1. cap. 158. vide etiam ad materiam
Gabriel. tit. de præscript concl. 4. Mart. vot. 151. &
3 quod præscriptio Statutaria intret inter † Forenses
quicquid fuerit dictum apud Verall. decis. 207. par. 3.
vide in Suimanen. Pecuniaria 10. Iuny 1624. coram
bo. me. Dunozet, quæ est in fine, decis. 124. Non ha-
4 bet locum Statutũ in debito iurato † Surd decis. 158.
num. 17. Mar. Antonin. var. resolut. lib. 2. resol. 12.
num. 15. Rota in Romana Saluiani 29. Ianuary 1619.
coram Remboldo, quæ est impressa apud D. Cenc. de
Censib. decis 75. num. 3. & 4. sed vide Mart. vot. 133.
& Ciriac controu. forens. tom. 2. contr. 347. num. 27.
5 & seqq. Nec stante mala fide †. Seraph decis. 614. &
decis. 632. Surd. d. decis. 158. num. 6. & seq quæ mala fides nocet etiam hæredi, adeo vt nec possit à se
ipso incipere præscriptionem, ex allegat. per Beltram.
ad Ludouis. decis. 249. num. 6. D. Cenc. in d. tract. de
Censib. par. 3. cap. 1. quæst. 8. art. 1. num. 11. & seqq.
vbi declarat, & vide Ciriac. d. contr. 347. num. 5. &
seqq. vbi in hærede, & fideiussore. Et quo ad inter-
6 ruptionem † præscriptionis vide decis. in Perusina Pe-
cuniaria 10. Iuny 1619. coram Buratto, quæ est in fine, decis. 69. Statutum potest præscriptionem tolle-
7 re † Aim. cons. 201. num. 39. Eugen. cons. 41. num. 50.
lib. 2. sed declara vt per eum num. 78. & seq.
8 Dubitari pluries vidi an huiusmodi Statutum va-
8 leret, † ex quo videbatur nutritiuum peccati, tamquam inducens præscriptionẽ cum mala fide ex proxime adductis, & alias Reuerendissimus D. Io: Bapt.
de Rubeis Almæ Rotæ Romanæ Decanus Perusiæ Gubernator, auditis DD. Causidicis, quo ad salarium
declarauit Statutum esse in viridi obseruantia, quòd
propterea seruari mandauit, vt in actis manu D. Ascanij Cattani Notarij die 3. Septembris 1588. & idem
fuit iudicatum per alios DD. Superiores, qui aliquando etiam responderunt contra Statutum. Sed quo ad
Operarios, † quod perfecto opere ex communi ob-
9 seruantia præsumantur satisfacti, voluerunt Cotta de
Rat. rat. quæst. 128. num. 14. & Paschal. de viribus
pat. potest. par. 4. cap 6. num. 74. & Ludouic. Pastell.
in adnot. ad expedit. Patr. 23. num. 17. Et quo ad Sa-
10 larium † vide Carocc. de locat, par. 5. tit. de stat. n. 5.
& seqq & eundem Cost. d. loco. vers. & in famulorum,
& num seq. Giurb. decis. Sicil. 13. & Carpan ad Stat.
Mediol. cap. 498. par. 2. Menoch. cons. 570. num. 10.
11 lib. 6. Valasch. consult. 125. Et quo ad † Colonum
quod ab ipso dominus præsumatur habuisse medietatem fructuum tempore recollectionis tradũt Carocc.
dict. tract. par. 7. conclus. 43. & Pastell. d. adnot. 23.
num. 16. & quo ad soccitam dicam infra ver. Soccita.

# PRIORES CIVITATIS.

### SVMMARIA.

*Priorum officium quale, in princ. & vide vers. Martinus V.*

*Priores quomodo eligantur, vers. De electione.*

*Priores decem esse debent, & duo de qualibet Porta, vers. Decem, vbi ex quibus Collegijs assumantur.*

*Acceptare tenentur officium, nec possunt renunciare, vers. Officium.*

*Promittere debent cum iuramento, & satisdare de officio bene &c. exercendo, vers. Promittere.*

*Durat officium tribus mensibus, vers. Durat. vbi de refirma.*

*Victus eorum quantus, vers. De victu.*

*Vestes ipsorum quales, vers. De vestibus. vbi de torque aurea deferenda.*

*Salarium quantum sit, vers. De salario.*

*Priores qui esse non possint, vers. Non possunt.*

*Prior extractus, si esset mortuus, absens, vel inhabilis, quomodo fiat substitutio, vers. Si extractus.*

*Permanere debent in Palatio, vers. Permanere.*

*Partità, seu suffragia quomodo obtineantur, vers. Partita.*

*Epistola vbi scribi debent quid seruandum, vers. Epistola.*

*Concordiam inter Officiales, & Collegia Artium, & Artifices curare debent, vers. Studere debent.*

*Præcepta facere possunt, vers. Possunt præcipere.*

*Oratores, & Legatos an mittere possint, vers. Poterant mittere. & Adnot. num. 7.*

*Obseruantiam statutorum, & priuilegiorum curandi auctoritatem habent, vers. Habent auctoritatem.*

*Annonam concernentia regunt, vers. Habent omnimodam.*

*Mercatoribus, & alijs tenentur auxilium præstare, vt consequantur iustitiam, vers. Tenentur auxilium.*

*Armarij, & Catastri super negocijs auctoritatem habent, vers. Super negocijs.*

*Custodia Ciuitatis, & Comitatus ad ipsos spectat, vers. Necnon.*

*Causas introducentes coram alijs, quàm Iudicibus Ordinarijs cogunt renunciare impetratis, vers. Item cogendi.*

*Appellationum, seu recursuum Iudices sunt à quibusdam sententijs, vers. Sunt Iudices.*

*Baiulos eligunt, vers. Eligunt.*

*Portinarij eliguntur à Prioribus, vers. Portinarij.*

*Artifices quosdam forenses ne exerceant in Ciuitate debent curare, vers. Debent.*

*Pontes, & Fornices super vijs faciendi, facultatem dare possunt cum Camerarijs, vers. Pontes.*

*Arma impunè deferre possunt ipsi, Notarius, & Familia, vers. Arma.*

*Accedere debent personaliter semel ad videndum Aquæductum Fontis Plateæ, & sindicare Officialem de omissis, vers. Debent semel.*

*Sedere debent certis temporibus ad audiendas petitiones vers. Sedere publicè.*

*Propria negocia, vel eorum Notarij non possunt proponere, & proponenti consentire, vers. Propria.*

*Consanguineos, & eorum Notarium non possunt eligere ad aliquod officium cum salario, nec legatum admittere, vers. Consanguineum.*

*Causas vertentes, seu pendentes concernentia non possunt proponere, aut super eis reformationem facere, vers. Proponere.*

*Nec concernentia præiudicium iuris, vel Iurisdictionis Communis, vel alterius Vniuersitatis, & personæ, vers. Damnum.*

*Exemptionem, seu immunitatem dare, vel concedere non possunt, vers. Exemptionem.*

*Litem, vel quæstionem mouere, vel incipere non possunt durante officio, nec contra eos moueri potest, vers. Litem, vbi idem in inceptis, & vbi agitur de obligatione Camerali.*

*Associare non possunt Officialem accipientem officium, vers. Accedere.*

*Mortuorum cadauera deferre non possunt, nec associare, vers. Mortuorum.*

*Maleficiorum punitionem respicientia, & condemnationum, vel processuum reuocationem, proponere, vel reformare non possunt, vers. Maleficiorum.*

*Diebus quinque vltimis officij nihil proponere possunt, quod ad particulares personas spectet, vers Vltimis.*

*Secreta reuelantes puniuntur, vers. Secreta.*

*Conducere non possunt res spectantes ad Commune, vers. Conducere.*

*Notarij Dominorum Priorum officium quale sit, vers. Notarij.*

*Copia extracta ex scripturis rogatis per dictum Notarium adhibetur fides, quamuis non interuenerit Iudicis auctoritas, vel citatio, ibid.*

*Testes in scripturis dicti Notarij non sunt necessariò adhibendi, ibid.*

*Consilium à quibus petere debeant, vers. Doctores.*

*Cappellani Dominorum Priorum officium, vers. Cappellanus.*

*Familia qualis, & de illius vestibus, & electione, & remotione, in fin.*

*Priores æquiparantur Decurionibus, & Camerarij Curialibus, Adnot. num. 1.*

*Prior qui est non potest præponi alicui officio sine dignitate, Adnot. num. 2.*

*Acceptare non potest aliquod officium extra Ciuitatem, nec discedere sine licentia Superioris, ibid.*

*Contrahere Priores possunt durante officio, Adnotat. num. 3.*

*Ciuitatem obligare non possunt absque speciali mandato, ibid.*

*Statuere non possunt absque toto Populo, & confirmatione Apostolica, Adnot num 4.*

*Facultates sufficientes debent habere Officiales, Adnot. num. 5. vbi quod non habetur ratio bonorum dotalium.*

PRiorum officium est principale caput regiminis Ciuitatis Perusiæ, & locorum eidem subiectorum Stat. rubr. 72. in princ. lib. 1. pag. 32. & appellantur Priores Populi, & Artium Ciuitatis Perusiæ rubr. 65. §. 1. lib 1. pag. 28. col. 3.

De electione eorundem vide rubr. 65. d. lib. 1. pag. 28. col. 3. vbi quod extrahuntur de Sacculo officiorum, de quo dicam ver. Sacculus officiorum. Et fiunt cedulæ, & inuoluuntur cera, & sorte postea extrahuntur rubr. 73. §. & ad hoc d. lib. 1.

d. lib. 1. pag. 33. col. 1. & rubr. 551. §. in primis. d. lib. 1. pag. 123.

Decem numero esse debent, & duo de qualibet Porta, nempè duo de Collegio Mercantiæ, vnus de Collegio Campsorum, alij verò septem de alijs Artibus d. rubr. 65. in princ. lib. 1. pag. 28.

Officium acceptare tenentur, & non possunt aliquo pacto renunciare, vt in Bulla Innocentij VIII. data Idib. Decembris 1486. in 4. lib. Bullar. Thesaur. Apost. Perus. pag. 154. & in Bulla Iulij II. de qua in 5. regist. Canc. Comm. pag. 32. & vide Stat. rubr. 554. in fin. lib. 1. pag. 124. col. 1.

Promittere debent cum iuramento, & satisdare de officio benè, legaliter, & iuxta formam Statutorum exercendo rubr. 66. §. iurent autem. lib. 1. pag. 30. col. 3.

Durat officium Prioratus duobus mensibus d. rubr. 65. §. 1. lib. 1. pag. 28. col. 3. Sed fuit prorogatum ad tres menses per Innocentium VIII. in dicta eius Bulla, & Iulium II. vbi supra, & habetur rubr. 292. d. lib. 1. in addit. pag. 88. col. fin. Solent tamen ipsi Priores, & Camerarij refirmari per aliud trimestre, vel semestre respectiuè, accedente Summo Pontifice ad Ciuitatem, vt in aduentu Alexandri VI. de quo in 4. regist. Canc. Comm. pag. 115. Iulij II. ibidem pag. 177. & Pauli III. vt in 6. regist. pag. 33. Imo etiam quod non accesserit ad Ciuitatem, sed tantum pertransierit per Comitatum, vt tempore Leonis X. qui accessit ad Castrum Castilionis Lacus, vt in 5. regist. pag. 59. Item quando accedit nouus Legatus de latere, vt in Card. Sfortia legitur in 7. regist. pag. 106. & Card. Pinello ibidem pag. 156. & vidimus modernis temporibus, imo fuit etiam concessa refirma quando aliquis Gubernator fuit assumptus ad Cardinalatus dignitatem.

De victu eorum vide rubr. 66. §. & habeant. lib. 1. pag. 30. col. 2. & Bullam Innocentij VIII. in 4. regist. pag. 81. & seq. & vide etiam in 5. regist. pag. 34. & in 7. regist. pag. 164. & pag. 185.

De vestibus ipsorum vide in 5. regist. pag. 34. & Bullas relatas in rubr. 66. in addit. final. lib. 1. pag 30. col. 3. & vide etiam decretum Gubernatoris de anno 1577. in 7. regist. pag. 99. & quo ad torquem auream per ipsos deferendam vide in 4. regist. pag. 44. & seq.

De salario eisdem soluendo vide rubr. 292. lib. 1. pag. 88. in fin. & in d. 7. regist. pag. 164.

Non possunt habere Prioratus officium, qui ex carceribus amore Dei essent excarcerati rubr. 73. §. nec in Sacculo. lib. 1. pag. 32. col. 4. & rubr. 188. eod. lib. 1. pag. 65. & rubr. 551. §. item nullus, qui fuerit. lib. 1. pag. 123. Baiuli, & Nuncij, & ipsis viuentibus, illorum filij non possunt eligi Priores, vel Camerarij rubr. 202. lib. 1. pag. 68. col. 3. & dixi supra ver. Baiulus. pag. 30. Nec detenti pro aliquo maleficio, quousque de dicto maleficio fuerint condemnati, vel absoluti, aut totaliter liberati d. rubr. 202. in fine. Nec condemnatus pro homicidio, nec positus ad confinia, nec filij rebellis, vel condemnati tamquam proditoris, & non restituti d. rubr. 73. §. nec in Sacculo. pag. 32. col. 4. Nec qui fuissent Nuncij, Domicelli, Famuli, aut Portinarij Palatij Dominorum Priorum, aut Custodes Carcerum, Baiuli Communis, Nuncij alicuius Artis à quindecim annis citra rubr. 551. §. item quod quicumque. lib. 1. pag. 123. col. 2. Debitores Ciuitatis non possunt exercere officium Prioratus, nec aliquod aliud officium, nisi facta prius solutione rub. 343. lib. 1. pag. 94. & dixi supra ver. Debitor Ciuitatis. pag. 111. Non potest esse Prior, qui vel cuius Pater non sit oriundus de Ciuitate, vel Comitatu, & qui libram non habuit per tempus saltem triginta annorum, computato tempore auctorum rubr. 65. §. nullus autem. lib. 1. pag. 28. col. 4. & rubr. 73. §. nec in Sacculo. d. lib. 1. col. 4. Comitatenses quando possint creari Priores vide rubr. 209. §. fin. lib. 1. pag. 70. vbi quod non possunt obtinere officium Prioratus, vel Camerariatus per duodecim annos à die obtentæ Ciuilitatis, & vide rubr. 65. d. lib. 1. §. nullus autem. col. 4. Qui non habet libram ad minus XL. librarum ad grossam per tempus vnius anni ante eius electionem, vel assumptionem, & qui per dictum tempus non habuerit in Ciuitate, aut Comitatu bona valoris ad minus ducentarum librarum denariorum non potest esse Prior d. rubr. 65. §. nul-

A lus autem. lib. 1. pag. 28. col. 4. [A] & vide etiam rubr. 551. §. item quod nullus, qui libram. d. lib. 1. pag. 123. col. 3. vbi quod nullus, qui libram non habuerit in aliqua Porta per tempus sex mensium ante refectionem Sacculi possit insacculari, neque ad officium Prioratus eligi, nec ad aliquod aliud officium, & in §. fin. ampliatur quamuis alias fuerit Prior, & ad hoc officium electus. Minor viginti annis Prior esse non potest, & extractus non posset officium consequi rubr. 65. §. Mi-

B nor. lib. 1. pag. 28. [B] Qui egressi fuerint de vna Arte, & aliam ingressi, non possunt esse Priores pro illa noua Arte infra quinque annos rubr. 86. in princ. lib. 1. pag. 39. Nec minus aliquis, qui non fuisset scriptus in Matricula illius Artis per sex menses antea rubr. 65. §. saluis semper. lib. 1. pag. 29. vbi etiam quod electio facta præter, & contra formam huiusmodi non valeat. Demum nullus Insaccalator, nec etiam Socij Portæ ipsius Insaccalatoris potest eligere, vel insacculare ad aliquod officium Patrem, Filium, Fratrem carnalem, Patruum, vel Nepotem carnalem eiusdem Insaccalatoris de eadem Porta tãtum, nec etiam aliquem stantem cum eodem Insaccalatore ad

vnum

vnum panem, & ad vnum vinum, aut illum, qui cum eo steterit per sex menses ante refectionem Sacculorum rubr. 551. §. item quod nullus Insacculator. lib. 1. pag. 123. col. 2.

Si extractus Prior esset mortuus, vel absens, vel inhabilis ad officium, quomodo fiat subrogatio, seu substitutio alterius vide rubr. 66. §. & si contigerit. lib. 1. pag. 30. col. 3. & rubr. 554. d. lib. 1. pag. 124. col. 1.

Permanere debent ipsi Priores, eorumque Notarius in Palatio Populi eorum solitæ habitationis rubr. 66. in princ. lib. 1. pag. 29. col. 2. vbi quod extra Palatium non possunt aliquid deliberare, & vide infra vers. Martinus V.

Partita, seu suffragia inter Priores, per quot fabas obtineri debeant, vide Bullam Pij II. de anno 1460. in qua confirmantur aliæ ordinationes factæ à Prioribus, vt in 2. regist. pag. 80. cumquè deberent obtineri per nouem fabas albas de decem, fuit data facultas Gubernatoribus dispensandi, quod per septem fabas albas possit partitum obtineri ab Innocentio VIII. die 14. Ianuarij 1488. in 4. regist. pag. 78. & vide dicta supra ver. Consilium.

Epistolæ vbi scribi debent per Priores, quid seruandum sit vide rubr. 205. lib. 1. pag. 69. col. 2. & Bullam Innocentij VIII. de anno 1486. in 4. lib. Breuium Thesaur. Apost. Perus. pag. 156. & supra ver. Cancellarius. pag. 43.

Studere debent bono, tranquillo, & pacifico statui Communis Perusiæ, & eius districtus, & alijs de quibus rubr. 66. §. & studeant. cum seqq. lib. 1. pag. 29. Debent etiam curare, quod Potestas, Capitaneus, & alij Officiales reconcilientur inter ipsos, & ad concordiam reducantur, & pro concordia inter Collegia Artium, & Artifices d. rubr. 66. §. possint insuper. d. pag. 29. col. 4.

Possunt præcipere, & præcepta facere per se, vel Baiulos cuicunque voluerint, & super quocumque facto, vel negocio vsque ad quantitatem viginti solidorum pro quolibet precepto, & qualibet vice exigendam d. rubr. 66. §. possint insuper. d. pag. 29. col. 4. sed huiusmodi iurisdictio ibi in 2. addit. fuit ampliata ad quātitatem quinquaginta librarum, vbi cauetur, quod etiam possint remittere pœnas, obtento tamen inter eos partito.

Possunt dare licentiam vindemiandi ante Festum S. Michaelis Archangeli, dicam ver. Vindemia.

Poterant mittere Oratores, & Legatos ad Summum Pontificem sine alicuius licentia, per Bullam Martini V. datam die 10. Iulij 1425. sub capite 10. quæ est in 1. regist. Canc. Comm. pag.
C 11. cum seq. C

Habent auctoritatem super obseruantia Statutorum, & ordinamentorum dictæ Ciuitatis, necnon Indultorum Apostolicorum, ac Priuilegiorum, sub pœnis de quibus in eis, & alijs eorum arbitrio d. rubr. 66. lib. 1. in addit. pag. 30. col. 3. & vide etiam rubr. 71. d. lib. 1. pag. 31. col. 1.

Habent omnimodam facultatem circa Annonam, & dependentia ab ea rubr. 67. §. item quod dicti Priores. lib. 1. pag. 30. col. 4. & rubr. 223. d. lib. 1. pag. 74. col. 3.

Tenentur auxilium præstare Mercatoribus, & alijs, vt consequantur iustitiam ab Officialibus Communis Perusiæ d. rubr. 67. §. teneantur etiam. lib. 1. pag. 31. col. 1.

Super negocijs Armarij, & Catastri auctoritatem habent rubr. 97. lib. 1. pag. 43.

Necnon super Custodia Ciuitatis, & Comitatus rubr. 67. in princ. lib. 1. pag. 30. col. 4. & rubr. 223. ibidem pag. 74.

Item cogendi introducētes causas coram alijs, quàm Iudicibus Ordinarijs, renunciare impetratis, & remittendi litigantes ad eosdem Iudices Ordinarios, ex Bulla Leonis X. quæ est in 5. reg. pag. 58. & registrata in Stat. rubr. 148. lib. 4. pag. 44. in fin.

Martinus V. in capitulationibus factis cum Ciuitate Perusina sub die 10. Mensis Iulij 1425. in 5. cap. in 1. regist. Bull. Comm. Perus. pag. 11. cum seqq. mandauit Priores stare, & permanere in Palatio, cum solita auctoritate, & salario. Iulius III. per Breue datum 11. Kalen. Maij 1553. reintegrauit Ciuitatem ad Magistratus maximè Priorum, & ad omnia, quæ per rebellionem amiserat, cum solita auctoritate, & d. Breue in 6. regist. pag. 105. & 111. fuit confirmatum per Paulum IV. ibidem pag. 121. & Pium IV. in 7. regist. pag. 2. & Pium V. pag. 45.

Sunt Iudices appellationum, seu recursuum à sententijs latis per Capitaneum, vel alium Iudicem reuocantem sententias Dominorum Consulum, Auditorum, & Camerariorum, tunc enim ab ista sententia reuocatoria datur appellatio ad DD. Priores rubr. 81. §. saluo semper. vers. si verò. lib. 1. pag. 3. col. 1. & rubr. 24. §. & quod causa. lib. 2. pag. 13. col. 1. & rubr. 28. §. fin. eodem lib. 2. pag. 17. col. 3. Item à sententijs, & gestis per Officiales Annonæ rubr. 550. in addit. §. & insuper. lib. 1. pag. 123. col. 1. Item à grauaminibus Officialis Communis, seu Plateæ rub. 594. in fin. lib. 1. pag. 129. col. 3. Item sunt Iudices appellationum nullitatum, & reductionum ad arbitrium boni viri, quę spectarent ad Capitaneum vacante officio istius rubr. 558. lib. 1. pag. 124. col. 2. vbi etiam quod causæ inceptæ coram Capitaneo possunt prosequi, & finiri coram Prioribus dicto officio vacante.

Eligunt

Eligunt Baiulos, vt dictum fuit supra ver. Baiulus. pag. 30.

Portinarij Portarũ Ciuitatis eliguntur à Prioribus rubr. 200. lib. 1. pag. 88. col. 1.

Debent curare ne Artifices forenses, seu exteri, nempè Sartores, Sutores, & Cerdones possint exercere in Ciuitate Perusię, nec Apothecam aperire, ex Bulla Leonis X. in 5. regist. Cancell. Comm. pag. 80.

Turres, & similia possunt concedere, dicam infra ver. Turris.

Pontes, & Fornices super vijs faciendi, facultatem dare possunt vnà tamen cum Camerarijs rubr. 7. in addit. lib. 4. pag. 5. col. 3.

Plateas, Vias, & loca publica possunt concedere, vt dixi supra ver. Platea. pag. 219.

Arma impunè deferre possunt Priores, Notarius, & illorum familia durante officio rub. 114. §. pen. lib. 3. pag. 42. etiam vigore litterarum Cardinalis Ludouisij de ordine Sanctissimi de anno 1621. sub die 17. Nouembris, & Eminentissimi Cardinalis Barberini sub die 29. Iunij 1624.

Debent semel durante officio accedere personaliter ad videndum receptacula, venas, & aquęductum Fontis Plateæ, & sindicare Officialem illius de omissis rubr. 1. lib. 4. in addit. pag. 3. col. 4. & dictum fuit supra ver. Fons. pag. 145.

Sedere publicè qualibet die Lunæ, & Veneris de mane tenentur ad audientiam præstandam; & audiendas petitiones vnlentium ab eis aliquod iuridicum petere rubr. 66. §. teneantur insuper. lib. 1. pag. 30. col. 1.

Propria negocia, vel eorum Notarij non possunt proponere, nec proponenti consentire, durante eorum officio, d. rubr. 66. §. non possint. lib. 1. pag. 29. col. 3.

Consanguineum vsque in tertium gradum inclusiuè, & eorum Notarium non possunt eligere ad aliquod officium, cum salario percipiendo à Communi, nec Legatum mittere, d. rubr. 66. §. nec etiam possint. d. lib. 1. pag. 29. col. 3.

Proponere non possunt aliquid super causis vertentibus, & legem, aut reformationem facere, quæ tangat causas pendentes, d. §. nec etiam possint. vers. nec etiam proponant.

Damnum, præiudicium, vel diminutionem iuris, vel iurisdictionis Communis, vel alterius Vniuersitatis, & personæ Ciuitatis, vel Comitatus Perusiæ concernentia, nec proponere, nec reformare possunt d. rub. 66. §. nec proponantur. lib. 1. pag. 29. col. 4.

Exemptionem, vel immunitatem aliquam Castro, vel Villæ, vel personæ particulari dare, vel concedere non possunt rubr. 67. §. 1. in fin. lib. 1. pag. 30 col. 4. & dicam infra ver. Priuilegium.

Litem, vel quæstionem aliquam DD. Priores, & Notarius mouere, vel incipere non possunt, durante officio, per se, vel alium eorum nomine, nec etiam contra eos, vel aliquem eorum potest lis, vel quæstio moueri, nisi de ipsorum processerit voluntate rubr. 66. §. volumus insuper. lib. 1. pag. 30. col. 2. Quod Statutum fuit declaratum habere locũ etiam in causis inceptis actiuè, & passiuè per D. Maluasiam Gubernatorem, auditis omnibus Causidicis adstantibus Audientiæ, vt in actis D. Petri Alberti Notarij sub die 21. Ianuarij 1600. Et quod Domini Priores pro tempore non possint conuenire aliquem, nec ab aliquo conueniri, etiam in causis vbi agitur de obligatione Camerali, statuit Sacra Consulta ad instantiam Ciuitatis, vt in litteris Emmentissimi Cardinalis Barberini ad D. Gubernatorem sub die 5. Iunij 1624.

Accedere non possunt ad associandum Officialem accipientem officium rubr. 555. lib. 1. pag. 124. col. 1.

Mortuorum cadauera deferre non potest, qui est Prior, nec de domo extrahere, imo nec associare nisi certis casibus rubr. 54. lib. 1. pag. 27. col. 2.

Maleficiorum punitionem respicientia, & condemnationum reuocationes, & processus ciuiles, vel criminales pendentes non possunt proponere, reformare, aut tollere rubr. 69. lib. 1. pag. 31. col. 4.

Vltimis quinque diebus eorum officij nõ possunt aliquid statuere, facere, proponere, vel reformare in spectantibus ad particulares personas, sed in spectantibus ad Commune tantum rubr. 67. §. fin. lib. 1. pag. 31. col. 1. & 2. vbi imponitur pœna Notario, & Cancellario, qui conficerent scripturam.

Secreta reuelantes puniuntur rubr. 144. lib. 3. pag. 50. col. 1.

Conducere non possunt Communantias, & res spectantes ad Commune, ex lege facta per DD. Priores, & Camerarios, & confirmata per D. Gubernatorem sub die 27. Martij 1583. in Pecudino illius temporis pag. 78.

Notarij DD. Priorum officium quale, & quid facere teneatur vide rubr. 78. lib. 1. pag. 34. vbi præsertim de reformationibus scribendis in libro magno, qui debet remanere in Cancellaria Communis, de quo vide etiam rubr. 565. d. lib. 1. pag. 125. col. 3. Contractus, seu Instrumenta tenetur scribere in libro Cancellariæ Communis rubr. 8. lib. 1. pag. 6. col. 4. Notarius prædictus tantum potest scribere quædam acta, impedito Cancellario, rubr. 148. lib. 3. pag. 50. col. 4. Copiæ extrahendę ex scripturis rogatis per dictum Notarium, etiam pro particularibus personis; adhibetur fides, vbi est subscripta manu Cancellarij,

vel

vel Notarij Dominorum Priorum pro tempore, quamuis non fuerit interposita Iudicis auctoritas, vel pars citata, d. rubr. 78. §. teneantur etiam. lib. 1. pag. 34. col. 2. Testes in scripturis non sunt necessario describendi d. rubr. 78. §. fin. vers. & quod ipsæ. lib. 1. pag. 34. col. 3. Durante officio no potest dictus Notarius eligi ad aliud officium, nec illud exercere, nec potest exire de Ciuitate pro seruitio Communis d. §. fin. in fin. Notarius iste quid facere debeat quo ad supellectilem argenteam Ciuitatis vide rubr. 68. d. lib. 1. pag. 31.

De Cancellario Dominorum Priorum dictum fuit supra ver. Cancellaria. vers. Electio Cancellarij. pag. 43.

Doctores, & Sapientes possunt cogi per ipsos Priores ad suscipiendam defensionem Communis rubr. 44. lib. 2. pag. 24. col. 4. De poena dantis malum consilium DD. Prioribus vide rubr. 75. lib. 1. pag. 33. col. 3. Collaterales Potestatis debent tanquam Sindici defendere iura Communis rubr. 1. §. statuta. vers. Collaterales. lib. 1. pag. 3. col. 3. in fin. & de istis vide etiam rub. 278. d. lib. 1. §. super alijs. & §§. seqq. pag. 87. col. 3. vbi etiam puniuntur de malo consilio.

Cappellanus Dominorum Priorum fuit deputatus expenditor Palatij pro victu ipsorum per Innocentium VIII. in dicto Breue dato 25. Maij 1488. in 4. lib. Breuium Cam. Apost. Perus. pag. 174.

De Familia Dominorum Priorum, & illius vestibus vide rubr. 66. lib. 1. pag. 29. & seqq. vbi in addit. in fin. refert se ad Bullas Iulij II. Leonis X. & Clementis VII. vide etiam de electione, & mutatione familiæ Bullas Pij II. in 2. regist. Cancell. Comm. pag. 71. cap. 9. & Innocentij VIII. in 4. registr. pag. 82. & in 5. registr. pag. 34. & seqq. Debet huiusmodi familia quolibet anno scrutinari per DD. Priores, Consules Mercantiæ, & Auditores Cambij, vt in Breue Clementis VII. sub die 20. Aprilis 1524. in d. 5. regist. pag. 106. & vide quoad famulos remotos, quod non possint recipi ad seruitia per sex menses, decretum Dominorum Priorum sub die 27. Iunij 1628. confirmatum a Consilio Dominorum Camerariorum sub die 24. eiusdem in Annalibus. De Præconibus vide rubr. 183. lib. 1. pag. 61. col. 4. & dictum est supra ver. Præco.

## Adnotationes.

1 Priores † huius nostræ Ciuitatis æquiparantur Decurionibus, & Camerarij Curialibus *Bal. in l. fin. C. de capt. & postlim. reuers. Io. Petrut. de Monteesperell. cons. 414. num. 1.* ideo vide *tit. C. de Decurion. lib. 10.* & quæ adnotauit *Carpan. ad Stat. Mediol. par. 2. cap. 3. & seqq.* Qui enim Prioribus Ciuitatis non potest

2 præponi alicui officio sine dignitate, *vt not. Bart. in l. honorem. 10. num. 1. ff. de mun. & hon.* & quod non possit acceptare aliquod officium extra Ciuitatem, nec discedere sine licentia Superioris, tradit idem *Bart. in l. Duum virum. 53. C. de Decurion. lib. 10.*

3 Contrahere Priores † possunt durante officio *Bart. in l. Principalibus. num. 2. ff. si cert. pet.* Non tamen possunt sine speciali mandato Ciuitatem obligare *glos. in l. item magistri. ff. de pact. Crauett. cons. 517. in princ. vers. & in terminis. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 10.*

4 *num. 59.* Et non possunt † absque toto Populo, & confirmatione Apostolica statuta condere, vt dixit *Rota in Perusina Nullitatis cessionis 28. Ianuarij 1619. coram Remboldo*, quæ est in ea lee, *decis. 30. num. 14.* & vide etiam *Dec. cons. 72. num. 1. vers. sed tamen.*

5 A Quoad facultates † Decurionum vide *l. ad subeunda. C. de Decurion. lib. 10.* & quod in hoc casu non habeatur ratio bonorum dotalium, tradit *Bart. in l. Lucius. 21. §. idem respondit constante. in fin. ff. ad municip.*

6 B Vide † *l. ad Remp. 8. ff. de mun. & honor. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 1. num. 37. & 38. par. 2.*

7 C Non posse Priores † huius Ciuitatis Legatum mittere ad Principem sine magno Concilio, scripsit *Bart. in l. fin. num. 2. C. de legation. lib. 10.* & vide dicta supra ver. Legatus, siue Orator. pag. 172.

# PRIVILEGIVM.

### SVMMARIA.

1 *Priuilegia concessa per Antecessores Pontifices confirmauit Innocentius VIII. in princ.*

2 *Priuilegia concessa per Commune sunt rata, & firma. vers. Priuilegia alias.*

*Priores non possunt concedere immunitatem, ibid.*

*Priuilegium alicui datum non censetur ab eo, reuocatum per legem nouam in contrarium, Adnot. num. 1.*

Priuilegia, & indulta quæcumque concessa per Martinum V. Eugenium IV. Nicolaum V. & alios Pontifices, confirmauit, & obseruari mandauit Innocentius VIII. per particulare Breue sub die 24. Decembris 1484. in 4. lib. Breuium Cam. Apost. Perus. pag. 135.

Priuilegia alias concessa per Commune Perusiæ alicui Vniuersitati, vel particulari personæ, sunt rata, & firma Stat. rubr. 129. lib. 4. pag. 38. col. 4. Priores tamen non possunt concedere exemptionem, vel immunitatem aliquam Castro, vel Villæ, vel particulari personæ rubr. 67. §. 1. A in fin. lib. 1. pag. 30. col. 4. A

## Adnotationes.

De Priuilegio est tractatus *Martini Garati inter tract. sub hom. Assuit. tom. 10. pag. 2.*

1 Priuilegium † alicui datum non censetur ab eo reuocatum per legem nouam in contrarium *Eug. cons. 9. num. 27. lib. 1.*

A Vide quæ dixi *ver. Immunitas præsertim in Adnot. num. 4.*

PROBATIO

# PROBATIO.

### SVMMARIA.

*Probari exceptiones debent per publicum instrumentum, vel scripturam vim confessionis iudicialis habentem, ex Statuto in princ.*
*Clericus an ligetur huiusmodi Statuto, Adnot. num. 1.*
*Testes quinque sufficiunt loco instrumenti requisiti à Statuto, Adnot. num. 2.*
*Praesumptio iuris etiam sufficit, Adnot num. 3.*
*Dotis fauore non intrat dictum Statutum, Adnotat. num. 4.*
*Et si pars non opposuisset de Statuto, ibid.*
*Et vbi adesset confessio eiusdem, num. 5.*
*Probationes possunt fieri sine dilationibus, Adnotat. num. 6.*
*Fallit vbi essent assignatae dilationes, vt num. 7.*
*Testes extra terminum examinati non probant, ibid.*

PRobari debent per publicum instrumentum, vel per aliquam scripturam vim confessionis iudicialis habentem, exceptiones oppositae Stat. rubr. 29. §. & opponens. lib. 2. pag. 18. col. 1. & vide dicta supra ver. Exceptio. pag. 125.

## Adnotationes.

1 De Probationibus † egerunt *Federic. Schenck int. tract. sub sign. Aquilon tom. 4. pag. 28. Lanfranc. ab Ariadno ibid. pag. 33. & Ioseph. Mascardus, & Fulgutius Pacianus*. Vltra dicta d. ver. Exceptio in Adnot. num. 2. vide *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 88. & 95.* vbi praesertim an huiusmodi Statutũ liget Clericum.
2 Sufficerent quinque † testes loco instrumenti *Mars. sing. 157. Asin. in Prax. §. 19. cap. 5. vers. 2. limitatur. num. 1. & seqq.* & vide *Mart. vot. 104.* Praesum-
3 ptio † iuris sufficeret *Asin. d. §. 19. cap. 2. Vincent. de Franch. decis. 361. num. 6 & 7. Mart. d. vot. 104. num. 11.* Statutum non intrat † vbi ageretur de fauo-
4 re dotis *Rolan. de lucr. dotis quaest. 105. num. 17.* & si pars non opposuisset de Statuto, & fuissent examinati testes *Bald. in l. certi condictio. §. quoniam. num. 12. ff. si cer. pet. Cremens. sing. 43. Asin. d. §. 19. cap. 5. limit. 12. Rot. in Foroliuien. Census 2. May 1614. coram Buratto* impressa apud *D. Cenc. post tract. de*
5 *Censib. decis. 100. num. 5.* Et vbi probatio † desumeretur ex confessione partis *Paris. cons. 99. num. 15. vol. 3.* sequitur *Asin. in Prax. §. 3. cap. 41. in fin. Rota in d. Foroliuien. Census num. 4.* vbi etiam quando probatio fieret per scripturas, & testes simul. Proba-
6 tiones autem † posse fieri etiam sine dilatione, dixerunt DD. *in l. fin. ff. de ser. vbi Alex. num. 24. Ias. num. 52. Dec. in cap. Ecclesia S. Mariae num. 82. de constit. & in cap. licet causam de probat. num. 425. Papien. in Pract. de form. capit. Act. glos. 1. num. 7. & in form. product. instr. Glos. in termino num. 1. Marant. de ordin. Iudic. par. 6. act. 3. de Dilat. num 13. pag. 386. Vant. de nullit. tit. de null. ex def. process. num. 42. & 44. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 67. num. 62. in addit. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 33. num. 7. Afflict. decis. 33. num. 1. & ibi Vrsill. Chartar decis. 24. per tot. & praesertim num. 1. & 7. Vinc. de Franch. decis. 628.*
7 Quod tamen non procedit † vbi fuit assignata dilatio ad probandum, quia tunc probatio debet fieri durante termino, & testes extra terminum examinati non probant, vt per *Farinacc. de testib. quaest 80. num. 60. & seqq. Seraph. decis. 383. num. 2.* itaut terminus superueniens non validet examen factum *Rota coram Ludouis. decis. 453. num. 2. & seqq.*

# PROCESSVS.

### SVMMARIA.

*Processus accommodatio quomodo fiat, & quot dierum sit, in princ.*
*Negligentia Notarij non nocet, Adnot. num. 2.*
*Amissio Processus si allegetur quia faciendum, Adnot. num. 3.*

DE Processuum accommodatione vide Stat. rubr. 143. lib. 4. pag. 41. col. 4. & rubr. 81. lib. 1. in addit. pag. 36. col. 4. vbi de Extractu, de quo etiam dixi supra ver. Extractus. pag. 129. Duae accommodationes processus, dantur quinque dierum tantum currentium pro qualibet vice, vt in decretis Cardinalis Crispi Legati in fin. 1. versiculi. Alia vide supra ver. Acta. pag. 5.

## Adnotationes.

1 De Processus publicatione, † & quando sit necessaria vide *Carpan ad Stat. Mediol. cap. 22. num. 121.*
2 *& seqq.* Si Notarius fuerit negligens † in dando processum, & per partem non steterit, poterit ista iterum petere *Bartol. de Capua sing. 96.* & vide etiam de Apo-
3 stolis *sing. 97.* Actor si habuit processum, † vel alias scripturas, quas recusat restituere, allegans illas amisisse, numquid sibi credatur cum iuramento, & excusetur, seu qua poena puniendus sit, si non probet amissionem vide *Honded. cons. 19. lib. 1.* Apud quem debeat remanere processus, & de amissione vide etiam *Boer. decis. 13. num. 4.*

# PRODIGVS.

### SVMMARIA.

*Negocia propria malè tractanti, & dilapidanti bona, interdicitur administratio, & datur Curator bonis, & contractus ab illo facti non valent, per tot. vbi alia de his.*
*Contrahens cum Prodigo punitur, ibid.*
*Prodigo manifesto an ipso iure sit interdicta administratio bonorum, Adnot. num. 1.*
*Iuramentum an firmet contractum à Prodigo factum, Adnot num. 2.*
*Prodigus in delictis an excusetur, Adnot. num. 3.*
*Prodigus quis non praesumitur nisi probetur, num. 4. vbi quomodo deponere debeant testes.*

SI quis tractaret eius negocia minus bene, vel bona dilapidaret, denunciato hoc Iudici per aliquem

aliquem maximè consanguineum, vel amicum, qui benè eius negocia tractare diceretur, Iudex ille tenetur banniri facere, quod nemo contrahat cum eo, inquisitione primo facta, & inuenta veritate narratorum, & post dictum bannum contractus ab hac persona factus non valet, interdicitúrque eidem administratio, & datur Curator bonis, ac rebus, & absque eo non potest dictus Prodigus aliquem cōtractum facere, & mutuans eidem punitur, & mutuum non repetit, & idem disponitur in cōtrahente cū isto alijs modis Stat. rubr. 34. lib. 1. pag. 21. col. 2. vbi quid faciendum si denuncians vellet denunciationem esse secretam, & quid si Prodigus inceperit benè tractare eius negocia. Confessio instrumentum, vel alia scriptura, in quo, vel qua esset promissum de confessione facienda facta à Prodigo, vel illo, cuius bonis fuerit interdictum sine licentia, & consensu Curatoris non valet, nec tenet ipso iure rubr. 29. §. item dicimus. lib. 2. pag. 18. col. 3.

## Adnotationes.

Vide *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 424. *& seqq.*
1 An ipso iure † Prodigo manifesto sit interdicta bonorum administratio vide *Cappell. Tolos. quæst.* 362. vbi pro negatiua, quæ est communis, vt per *Alex. in l. is cui bonis 6. ff. de verb. obligat. num.* 5. *& seq. Carpan. d. cap.* 424. *num.* 1. *& seqq.*
2 Iuramentum † firmare contractum Prodigi, cui fuit bonorum administratio prohibita, tenet *Cappell. Tolos. quæst.* 498. sed contrarium tenent alij citati per *Carpan. d. loco num.* 12. *& Vinc. de Franch. decis.* 672. *num.* 16. Quo verò ad
3 delicta † an obligetur Prodigus vide *Alex. in d. l. si cui bonis. n.* 20. *& Farinacc. de pœn. temperan. quæst.* 95.
4 Prodigus non præsumitur quis, † nisi probetur *Mascard. de Probat. lib.* 3. *concl.* 1241. vbi *num.* 12. scribit, quod vt quis probetur Prodigus non sufficiunt testium depositiones generales, sed specialium actuum prodigalitatis requiruntur.

# PRODVCTIO.

### SVMMARIA.

*Productio quomodo adnotetur à Notario, in princ.*
*Restituuntur scripturæ productæ, causis expeditis, pendentibus verò restituūtur instrumenta publica dimissa copia, vers. Scripturæ publicæ.*
*Instrumentum in iudicio obligationis Cameralis non est producendum, vers. Instrumentum.*
*Scripturæ subscriptæ à partibus, & testibus possunt produci etiam lata sententia prout in cedula, vbi non fuit postea aperta, & potest fieri recognitio illarum, vers. Scripturæ priuatæ.*
*Actuarij manu factæ scripturæ habentur pro productis, Adnot. num.* 2.
*Productæ scripturæ in vno iudicio habentur pro productis etiam in alio inter easdem partes, & coram eodem Iudice, Adnot. num.* 3.

PRoductionem tenentur Notarij actuarij adnotare, apponendo diem, & horam productionis scripturarum, & instrumentorum Stat. rubr. 143. §. item teneantur. lib. 4. pag. 42. col. 1. in fin.

Scripturæ publicæ causis expeditis restitui possunt, & debent producentibus, & statur adnotationi Notarij super restitutiōne absque alia solemnitate, arbitrio Priorum Collegij Notariorum d. rubr. 143. §. item causis. d. pag. 42. col. 2. Pendentibus autem causis debent restitui instrumenta publica dimissa copia in processu sumptibus petentis, vt d. loco. §. seq.

Instrumentum in iudicio obligationis Cameralis non est producendum, nisi vbi debitor comparuerit, & copiam instrumenti petierit, dixi ver. Iudicium executiuum. vers. Processus. & Adnot. num. 8.

Scripturæ priuatæ subscriptæ à partibus, & à testibus si producantur, quamuis prius fuerit lata sententia prout in cedula, transacto tamen tempore ad illam aperiendam, admittuntur, & potest fieri illarum recognitio, ita obseruari in hac Curia, attestati fuerunt DD. Causidici in fide Collegialiter facta sub die 26. Martij 1608.

## Adnotationes.

1 De instrumentorum fide, † & productione est tractatus *Lanfranci ab Ariadno int. tract. sub sign. Aquil. tom.* 4. *pag.* 29. & ad materiam vide *Carpan. ad Stat.*
2 *Mediol. cap.* 22. Quando scripturæ † aliquæ sunt factæ manu Actuarij habentur pro productis, & semper, & quandocumque Iudici ostendi possunt secundum stylum, & consuetudinem huius Curiæ, ex attestatione omnium Procuratorum, & Notariorum, ita *Eugen. cons.* 5. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 2. qui *num.* 2. addit, quod
3 scripturæ † productæ in vno iudicio habentur pro productis etiam in alio, vbi sumus inter easdem partes, & coram eodem Iudice, in productione facta manu eiusdem Actuarij generali.

# PROXENETA.

### SVMMARIA.

*Proxeneta in negocijs vsurarijs punitur, in princ. & Adnot. num.* 2. *vbi quid de Iure communi.*
*Proxeneta quis dicatur, Adnot. num.* 1.

PRoxeneta in negocijs vsurarijs punitur Stat. rubr. 215. §. item statuimus quod nullus. lib. 3. pag. 64. in fin.

## Adnotationes.

1 Proxeneta quis dicatur † vide *Gabr. tit. de testib. concl.* 20. *in fin. & Mascard. de Probat. lib.* 2. *concl.* 1039. De iure communi mediator in contractibus

2 vsurarijs † dicitur vsurarius, & tenetur ad restitutionem vsurarum *Caball. resol. crimin. centur. 3. cas. 241. num. 7.* Sed quod restituat tantum id quod ad illum peruenit, quò verò ad id quod peruenit ad principalem, non teneatur, nisi in subsidium, scribit *Menoch. de arbitrar. cas. 411. num 4.* sequitur *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 89. num. 8.*

# PVPILLVS.

## *SVMMARIA.*

*Pupillus si non habet Tutores, quomodo procedatur contra eum, in princ. & Adnot. num. 1.*

*Potest petere retractari processum, & sententiam vsque ad triginta annos, ibidem, vbi quid quoad fructus, & Adnot. num. 2.*

*Tutor, vel Curator potest vendere bona Pupilli, si non habet pecuniam numeratam pro soluendo debito Pupilli, vel Adulti, vers. Si Pupillus, vbi quod post duos menses conceditur executio etiam personalis contra ipsum Tutorem, vel Curatorem.*

*Confessio facta à Pupillo sine Tutoris auctoritate, est nulla ipso iure, vers. Confessio. & Adnot. num. 3.*

*Pupillorum causæ sunt summariæ, in fin.*

QVomodo procedatur contra Minorem quatuordecim annis non habentem Tutorem vide Stat. rubr. 20. lib. 2. pag. 9. col. 3. & seq. vbi de citandis Consanguineis, vel attinentibus, & Sindico Communis, & Procuratore Pau-
A perum. [A] Quid faciendum vbi Consanguinei, & attinentes longè distant à Ciuitate vide Constit. Comit. par. 1. rubr. 11. §. & quia. pag. 19. Pupilli vsque ad trigesimum annum exclusiuè eorum ætatis possunt petere retractari processum, & sententiam d. rubr. 20. vers. ita tamen. d. lib. 2. pag. 10. col. 1. vbi etiam de restitutione fructuum quando debitum non esset verum, vel ius non
B competijsset. [B]

Si Pupillus, vel Adultus esset debitor alicuius, & Tutor, vel Curator iurauerit non habere pecuniam numeratam Pupilli, vel Adulti, datur per Iudicem licentia Tutori, vel Curatori vendendi bona mobilia, vel immobilia Pupilli, vel Adulti infra duos menses, & si Tutor, vel Curator non vendiderit, & non satisfecerit infra dictum tempus creditoris potest contra Tutorem, vel Curatorem concedi executio, & carcerari, qui postea repetet, quod soluerit pro minore rubr. 29. §. statuimus. lib. 2. pag. 19. col. 1. & dicam infra ver. Tutor.

Confessio facta à Pupillo sine Tutoris auctoritate, est ipso iure nulla, d. rubr. 29. §. item di-
C cimus. pag. 18. col. 3. in princ. [C]

Pupillorum causæ sunt summariæ rubr. 3. in princ. lib. 2. pag. 3. col. 3.

## Adnotationes.

1 A Super simili Statuto † vide *Carpan ad Stat. Mediol. cap. 34.* & super hoc eodem Statuto *Hond. cons. 82. num. 14. lib. 1. & D. Genc. de Consib. par. 3. cap. 1. quæst. 3. art. 9. num. 12. & seqq.* vide etiam *Eugen. cons. 80. lib. 1.* vbi an sufficiat citare Pupillum sine Tutore præcipuè in aditione hæreditatis, & confectione inuentarij.

2 B Vide † super hoc Statuto *Non. cons. 9. num. 1. & seqq.*

3 C Ad materiam † vide *Mancin. de confession. cap. 3. art. 5. num. 1. & seqq. & cap. 7. num. 21. & seqq.*

# PVTEVS.

## *SVMMARIA.*

*Puteus, vel Cisterna debet fieri in communi Platea, vel loco, expensis Vicinorum etiam contradicentium, vbi tres ex quatuor partibus sunt in concordia, in princ.*

*Debet fieri in quolibet Castro, & Villa, & debent contribuere etiam Ciues bona ibi possidentes, vers. Debet fieri.*

*Puteum, vel Cisternam de nouo construenti, danda est certa quantitas pecuniarum, vers. Puteum.*

*Immundicias proyciens in Puteos, Fontes, vel Cisternas punitur, vers. Proyciens.*

*Puteo, vel Cisterna si noceant Aquaria, seu Latrina quid faciendum, vers. De Aquarijs.*

*Expensas factas in purgatione Putei communis debet reficere Consors, & interim non potest haurire aquam, vers. Si aliquis.*

IN communi Platea, vel loco, tribus partibus ex quatuor Vicinorum in concordia existentibus potest, & debet fieri Puteus, vel Cisterna, expensis omnium Vicinorum etiam contradicentium; rubr. 55. lib. 2. pag. 29. col. 4.

Debet fieri in quolibet Castro, & Villa Fons, Puteus, vel Cisterna, & debent contribuere etiam Ciues bona ibi possidentes rubr. 83. lib. 4. pag. 24. col. 3.

Puteum, vel Cisternam de nouo construenti danda est certa quantitas pecuniarum rubr. 1. §. item si quis de nouo. lib. 4. pag. 3. col. 3.

Proijciens immundicias in Puteos, Fontes, seù Cisternas, seù illos destruens punitur, rubr. 165. lib. 3. pag. 53. col. 1.

De Aquarijs, & Latrinis nè afferant præiudicium alicui Puteo, vel Cisternæ prouidetur; in rubr. 40. §. præterea teneantur. vers. & saluo. lib. 4. pag. 12. col. 4.

Si aliquis ex Consortibus purgare fecerit Puteum communem, alius non potest aquam haurire, donec non refecerit expensas, rubr. 58. §. item dicimus. il 2. lib. 2. pag. 31. col. 1.

## Adnotationes.

Vide *Cepoll. de seruit. vrb. prædior. cap. 47. Adnot. ad Stat. Parisa rubr. Qualiter Puteus sit concedendus Viciniis. pag. 192. & seq. & Cost. de Rat. quæst. 127. num. 2. & 8.*

# QVIETATIO, seu Refutatio.

*SVMMARIA.*

*Quietatio quomodo sit facienda Tutori, vel Curatori, in princ.*
*Instrumentum quietationis fit expensis communibus, vers. Instrumentum.*
*Quietationem tenetur quis facere etiam per instrumentum, sed non generalem, Adnot. num. 1. & seq.*
*Reseruare an possit sibi ius Creditor in quietatione, Adnot. num. 2.*

QVIETATIO, vt obtineatur per Tutorem, vel Curatorem de administratis vide Stat. rubr. 21. lib. 2. pag. 10. col. 2. & dicam ver. Tutor.

Instrumentum quietationis fit expensis communibus, ita fuit inter quosdam Nobiles Viros declaratum per D. Gubernatorem die 18. Octobris 1595. manu D. Propertij Simonetti Notarij. A.

## Adnotationes.

1 Quietationem, & liberationem cogitur facere Creditor Debitori quando est solutione satisfactus. *l. dissolutæ. C. de condict. ex leg. l. cum affirmes C. de liber. caus. Castr. cons. 342. col. fin. in princ. lib. 1. Granut. theor. 9.* etiam per instrumentum † *Thesaur. decis. 74. num. 2.* vbi videas an teneatur quis facere quietationem generalem. An autem Creditor possit reseruare ius respectu interesse vide *Hier. Laurent. decis. Auenionen.* 88. qui concludit, quod reseruatio sit facienda in separato instrumento, præsente debitore, & quietario deinde simpliciter fiat.

3 A Vide † dicta supra ver. Notarius. pag. 209. n. 12.

# RATIO ADMINIstrationis.

*SVMMARIA.*

*Ratio administrationis quomodo reddatur à Tutoribus, & Curatoribus, in princ.*
*Ratio administrationis inter Attinentes de consuetudine an reddatur, Adnot. num. 2.*
*Ratio administrationis reddita vni ex Pupillis an sufficiat, vt iterum non sit reddenda, Adnot. num. 3.*
*Hæres Tutoris an rectè fuerit condemnatus ad certam summam ex causa redditionis rationis administrationis Tutelæ, Adnot. num. 4.*

DE ratione recipienda à Tutoribus, & Curatoribus vide rubr. 21. lib. 2. pag. 10. col. 2. & vide infra ver. Tutor.

## Adnotationes.

1 De ratiociniis administratorũ † est tractatus *Francisci Munnoz. de Escobar*, & vide quæ scribit *Hect. Felic. in tract. de Societ. cap. 37. & cap. 38.* Inter Attinentes de consuetudine † non redditur ratio *Corn. cons. 24. lib. 1.* quem ad hoc citat *Eugen. cons. 38. num. 34. lib. 1.* sed non videtur Corneus hoc affirmare *num.* 12. vbi aliquid dicit ad propositum, & quatenus dicat, aliter concludit idem *Eugen. vbi suprà num. 35.* dicens istam consuetudinem non probari, imo contrarium tota die seruari in hac Ciuitate, vt

3 notum est. De ratione † non sufficienter reddita vni ex Pupillis per Tutorem, & quod iterum sit reddenda vide *Eugen. cons. 4. & cons. 6. lib. 2.* Pro hærede

4 tutoris condemnato † ad certam summam vide *decis. in Perusina Redditionis administrationis tutelæ 26. Iunij 1613. coram Eminentissimo Card. Verospio*, quæ est in fine, *decis.* 45.

# REBELLIS.

*SVMMARIA.*

*Rebellis quis dicatur, & quid contra Rebelles disponat Statutum.*

REbellis quis dicatur vide rubr. 185. lib. 3. pag. 59. col. 1. De præmio dando interficienti, vel capienti Rebellem vide rubr. 186. & seqq. d. lib. 3. in quibus etiam habetur, quod debeant eligi homines ad persequendum Rebelles, & quod bona ipsorum debeant remanere inculta.

## Adnotationes.

Vide *tit. qui sint Rebell. in vsib. feud. & Farinacc. in tit. de Crim. læsæ Maiest. quæst. 112. & seqq.*

# RECOGNITIO Scripturarum.

*SVMMARIA.*

*Recognitio scripturarum priuatarum quomodo fiat, & quando illæ habeantur pro legitimè recognitis, in princ. & Adnot. num. 1.*
*Comparatio literarum Notariorum mortuorum. & illorum rogituum, & prothocollorum approbatio quomodo fiat, vers. Comparatio. & Adnot. num. 4.*

*Epistola recognoscuntur per testes habentes notam manum eius, qui scripsit, Adnot. num. 2.*
*Recognitio etiam iurata non probat contra Tertium, num. 3.*
*Comparatio literarum ad effectum recognitionis manus quomodo fiat, Adnot. num. 5.*

Recognitio scripturarum priuatarum quomodo fiat, & quando istæ habeantur pro legitime recognitis, vide Statut. rubr. 14. lib. 2.
A pag. 6. col. 2. A
Comparatio literarum Notariorum mortuorum, & illorum rogituum, & prothocollorum approbatio quomodo fiat rubr. 41. lib. 2. pag. 23.
B col. 2. B

## Adnotationes.

1 A De iure communi † quomodo fiat recognitio priuatæ scripturæ vide *Nicol. Genu. de scrip. priu. lib. 1. quæst. 14. pag. 54. Luc. Pet. de iudiciar. form. Capitol. fori lib. 3. cap. 3. num. 4. & seqq. Salust. in prax. lib. 1. cap. 34. Valasc. decis. 170. num. 9. Scain. decis. Bononien. 58. num. 1. & seqq.* Et in recognitione Epi-
2 stolæ † quod sufficiant testes habentes notam manum illius, qui scripsit, dixit *Rota in Perusina Dotis 17. Martij 1630. coram R. P. D. Dunozetto*, quæ est in
3 fine, *decis. 119. num. 4. & 5.* Recognitio etiam † cum iuramento facta non probat in præiudicium tertij, quod fuerit facta scriptura tempore adnotato *Ciriac. contr. forens. tom. 1. contr. 10. num. 17. & seq.*
4 B Vide quæ dixi † supra ver. Notarius. pag. 208. vers. Rogationes, & prothocolla num. 15. & de recognitione instrumẽti vide *in Perusina Bonorum 22. Iunij 1605. coram Mareomontio*, quæ est in calce, *de-*
5 *cis. 103.* Quo verò ad comparationem † literarum vide *Menoch. de arbitr. cas. 114. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 7. Farinacc. in fragm. crimin. litt. C. num. 446. & seqq. Salust. in prax. vbi supra num. 11. Granut. theor. 15. num. 4.*

# RECONVENTIO.

### SVMMARIA.

*Forensis litigare volens tenetur idonee satisdare de stando iuri, & iudicatum soluendo etiam in causa reconuentionis, in princ.*
*Non Artifex agens contra Artificem cogitur satisdare in causa reconuentionis, qua debet proponi per Artificem intra tres dies, vers. Quando.*
*Reconuentio quando possit fieri post litem contestatam, in causa appellationis, & coram Iudice delegato, Adnot. num. 1.*

Forensis litigare volens in hac Curia tenetur idonee satisdare de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, tàm in causa conuentionis, quàm reconuentionis Stat. rubr. 13. lib. 2. pag. 6. & dicam ver. Satisdatio.

Quando non Artifex ageret coram Dominis Consulibus, Auditoribus, vel Camerarijs contra Artificem cogitur ad petitionem rei in causa reconuentionis satisdare de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, aliàs non auditur, & Artifex tenetur intra tres dies à die præstitæ satisdationis dare libellum, seu petitionem in causa reconuentionis rubr. 24. §. statuimus insuper. lib. 2. pag. 12. col. 3. & dicam infra ver. Satisdatio.

## Adnotationes.

1 De reconuentione † vide quæ scribit *Marant. de ord. Iud. par. 4. dist. 6. pag. 117. & Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 44. num. 70. & seqq. Caccer var. resol. par. 2. cap. 13.* & quando fieri possit post litem contestatam, † in causa appellationis, & coram Iudice de-
2 legato *Honded. cons. 21. lib. 1.* vbi quibus in casibus fiat simultaneus processus, & habeat priuilegium prorogatiuum Iurisdictionis, & vide etiam *Peregr. decis. Patauin. 142.*

# RECVRSVS.

### SVMMARIA.

*Recursus datur à sententijs Magistrorum Viarum, in princ.*
*Item à sententijs Dominorum Consulum, Auditorum, & Camerariorum, vers. Necnon.*
*Item à Gabbellariorum grauaminibus, vers. A Gabbellariorum.*
*Et in causis à quinque florenis infra, vers. In causis.*
*Appellatione sublata conceditur supplicatio, & recursus, Adnot. num. 1.*
*Recursus vbi est sublatus, censetur sublatus omnis regressus, qui contra sententiam competere posset, Adnot. num. 2.*

A Sententijs, & grauaminibus Magistrorum Viarum non datur appellatio, sed recursus, vt dicam ver. Viarum Magistri.
Necnon à sententijs Dominorum Consulum, Auditorum, & Camerariorum non datur appellatio, sed recursus ad Capitaneum, & in eius absentia ad D. Potestatem, rubr. 81. §. & quod à sententijs. lib. 1. pag. 36. col. 3. & seq. & rubr. 24. §. statuimus. lib. 2. pag. 12. in quibus locis habetur infra quantum tempus debeat causa expediri, & dicam ver. Rota. vers. Capitaneus.
A Gabbellariorum grauaminibus datur recursus ad Dominos Consules Mercantiæ, aut Auditores Cambij Stat. rubr. 575. lib. 1. pag. 126. & dixi supra ver. Gabbella. in fin.
In causis à quinque florenis infra non potest appellari, sed tantummodo conceditur recursus ad Superiores Prouinciæ, expediendus infra decem dies, Constit. Card. Vrbini cap. 21. in addit. & vide supra ver. Appellatio cap. 1. vers. à quinque florenis. pag. 17. col. 2.

Vide

Vide ad materiam dicta supra ver. Appellatio pag. 15. & seqq.

## Adnotationes.

1 Vide † *Scacc. de Appellat. lib. 3. cap. 2. quæst. 19. nym. 3. pag. 378.* vbi inter alias ponit conclusionem, quod sublata appellatione conceditur supplicatio, seu recursus. Vide etiam ad materiam *Rouit. decis. Neap. 14. Seraph. decis. 495. Menoch. cons. 1048. num. 18. & seqq. & Peregr. decis. 146. num. 5.* Vbi Statu-
2 tum tollit recursum † censetur sublatus omnis regressus, qui contra sententiam competere posset *Honded. cons. 19. num. 17. lib. 2.*

# REPETITIO.

### SVMMARIA.

*Soluti repetitio datur ei, contra quem est facta executio, vbi probet se non fuisse obligatum, in princ.*

*Indebitè solutum in vim sententiæ quomodo repetatur, Adnot. num. 1.*

*Executiua via an detur pro recuperatione indebitè exacti, Adnot. num. 2.*

Repetitio soluti datur ei contra quem est facta executio, probando se ad ea non fuisse obligatum tempore patitę, & commissæ executionis contra ipsum Stat. rubr. 29. §. volumus il 1. lib. 2. pag. 18. col. 2. in princ.

## Adnotationes.

1 Solutum in vim sententiæ † non potest repeti per conditionem indebiti *l. 1. C. de cond. indeb.* sed benè potest repeti per cōditionem sine causa non id, quod solutum est, sed aliud tantumdem & propterea debet agi, quod sibi soluantur, puta, alia centum non illa centum soluta *Valasc. consult. 56. num. 6.* An autem
2 via † executiua consequatur quis solutum indebitè, vbi executiuè fuit contra ipsum actum pro negatiua ex obseruantia Curiæ Romanæ, concludit *Beltram. ad Ludouis. decis. 581. num. 10.* & vide *Seraph. decis. 1412.*

# REPRAESALIAE.

### SVMMARIA.

*Repræsaliæ an, & quando concedantur, & de Officialibus super illis, in princ. & Adnot. num. 1.*

*Repræsaliæ non conceduntur contra Doctores, Scholares, & Officiales, vers. Non conceduntur.*

*Ciues præsertim originarij non possunt capi pro Repræsalijs concessis à Communi, Adnot. num. 2.*

Repræsaliæ an, & quando concedantur, & de Officialibus super illis vide Stat. rubr. 171. lib. 1. pag. 56. col. 3. cum pluribus rubricis sequentibus.

Non conceduntur contra Doctores, Scholares, & Officiales rubr. 176. d. lib. 1. pag. 59.

## Adnotationes.

1 De repræsalijs † scripsit *Bart. vt inter eius tractatus,* necnon *Ioannes Iacobus à Canibus, & Martin. Garatus inter tract. sub sign. Aquilon. tom. 12. pag. 275. & seqq.* vide etiam *Bonacoss. quæst. crimin. ver. Repræsalia. par. 1. pag. 180. Carpan. ad Stat. Mediol. par. 2. cap. 438. & seq. & Mauson. de caus. execut. lib. 1. am-*
2 *pliat. 33.* Ciues † præsertim originarij non possunt capi pro Repræsalijs concessis à Communi *Bal cons. 106. lib. 4.* & vide etiam eundem *cons. 445. d. lib. 4.*

# RESTITVTIO in integrum.

### SVMMARIA.

*Restitutio in integrum non potest peti aduersus laudum latum in vim Compromissi Iudicialis, in princ.*

*Restitutio in integrum regulariter non censetur sublata per Statutum, in Adnot.*

Restitutio in integrum aliqua ratione, vel causa non potest peti aduersus laudum latum in vim Compromissi Iudicialis, vt cauetur in Stat. de Compromissis in reform. quæ sunt registr. supra ver. Compromissum. cap. 22. pag. 91.

## Adnotationes.

Vide quæ dixi supra *d. ver. Compromissum pag. 92. num. 4.* Regulariter restitutio in integrum non censetur sublata per Statutum *Honded. cons. 18. num. 84. & seq. lib. 1. Carol. de Grass.* videndus *de except. ad Stat. exclud. except. 34.*

# REVS.

### SVMMARIA.

*Reus censetur absolutus si causa non sit expedita intra certum terminum, in princ. & Adnot. num. 1.*

*Reus etiam citatus tamquam hæres si sit contumax, potest contra eum relaxari licentia, vers. Reus. & Adnot. num. 2.*

Reus si per Actorem steterit quominus causa expediatur intra terminū Statutarium, factis duabus requisitionibus habetur pro absoluto Stat. rubr. 2. §. volumus insuper. lib. 2. pag. 3. col. 1. Quod maximè procedit in compromissis Iudicialibus, vt supra, ver. Compromissum. cap. A 20. pag. 90. A

Diffamationis Iudicium Reo prohibetur vide supra ver. Diffamatio. pag. 113.

Reus si fuisset contumax, etiam citatus tamquam

quam hæres, & quamuis non constaret illum esse talem, attamen potest contra ipsum relaxari licentia ob talem contumaciam, ita fuit decretum per D. Gubernatorem die 22. Iunij 1600. B manu D. Hieronymi Petrini Notarij. B

Alia vide supra ver. Actor. pag. 6. & ver. Forum. pag. 147.

## Adnotationes.

1 A Vide † quæ dixi ver. Instantia causarum. pag. 164.
B Vide † *Gratian. decis. March. 122. & Rotam coram Ludouis. decis. 264. & ibi Beltram.*

# ROTA

### SVMMARIA.

*Rotæ Auditorum erectio, in princ. & de Capitulis super ea factis, vers. seqq.*
*Bullæ Pontificia circa ipsos Auditores quid disponant, vers. De auctoritate. & vers. seqq.*
*Statutum quæ disponat applicabilia ipsis Rotæ Auditoribus, vers. Ex Statuto autem.*
*Capitaneus est Iudex Damnorum datorum, Appellationum, Nullitatum, & Recursuum, vers. Capitaneus, vbi alia de illo.*
*Auditores Rotæ præsentes referuntur, Adnot. num. 1.*
*Virga quam defert Potestas Rotæ est signum Iurisdictionis, Adnot. num. 2.*
*Ensis, & Biretum, quæ portat Puer incedens ante Potestatem, sunt insignia Magistratus, Adnot. num. 3.*
*Reductio laudi ad arbitrium boni Viri, apud quem petatur de Iure communi, Adnot. num. 4.*
*Iurisdictio an censeatur sublata alijs Iudicibus per Statutum, quod concedit Iurisdictionem alicui super certo genere causarum, Adnot. num. 5.*

OFficia Potestatis, suorumque Collateralium, necnon officium Capitanei Iudicis Appellationum, Bariselli Populi nuncupatum huius Ciuitatis (de quibus dictum etiam est supra ver. Potestas. pag. 225.) cum eorum Iurisdictionibus, salarijs, & emolumentis in noua officia quatuor Auditorum Rotæ nuncupata, fuerunt translata, seu commutata per Clementem VII. in Breui dato 28. Martij 1530. quod est registratum in 6. regist. Cancell. Comm. pag. 2. & impressum in princ. Constitutionum Rotæ, in quo Breui fuit data facultas, & auctoritas DD. Prioribus, & Communitati circa ipsius noui officij institutionem, Capitula quot, & quæ decentia opportuna, ac vtilia videbuntur, cum præsentia tamen D. Vicelegati, formandi, & componendi. Reperiuntur vigore dictæ facultatis facta diuersa capitula, & reformationes, vt in d. 6. regist. pag 47. & pag. 128. quæ etiam fuerunt moderata, vt in 7. regist. pag. 84. 114. 155. & 158. Fueruntque Capitula huiusmodi impressa primo apud Hieronymum Francisci Cartularij d. anno 1530. in qua impressione legitur confirmatio eorundem Capitulorum facta per Hippolytum Cardinalem Medic. Legatum, deinde apud Petrum Iacobum Petrutium de anno 1578. in qua impressione leguntur aliquæ additiones, & fuerunt etiam aliqua Capita omissa, quæ sunt in d. prima editione.

De Electoribus dictorũ quatuor Auditorum, & forma electionis vide dicta Capitula secundo loco impressa cap. 2. vbi de qualitatibus requisitis, vt quis possit eligi ad dictum officium.

De iuramento præstando à Dominis Auditoribus in principio officij de eo prosequendo vsque ad finem, & pœna recedentis, vide cap. 3. dictarum Constit.

De subrogatione facienda in locum recedẽtis, vel deficientis quacumque causa vide cap. 4.

De distincta Iurisdictione Dominorum Auditorum vide cap. 5.

De absentia, vel infirmitate alicuius ex Auditoribus vide cap. 6.

De officio Dominorum Auditorũ circa processus causarum, & modum procedendi in ipsis vide cap. 7.

De appellationibus vide dictarum Constitutionum cap. 8. vbi quod à sententia vnius ex Auditoribus potest appellari ad alios.

De Sindicatu, & Sindicatoribus eorundem Auditorum vide cap. 9. & vltimum.

DE auctoritate, & Iurisdictione Rotæ, & de eius familia, & Sindicatu, ac Executoribus, est etiam Bulla Pauli III. data 8. Kal. Maij 1544. in d. 6. regist. pag. 71.

Iurisdictionem circa Criminalia, quam habebant supradicti Iudices ex Statuto abstulit Iulius III. in Breui sub die 13. Ianuarij 1554. vt in d. 6. regist. pag. 115.

Vnus ex Auditoribus Rotæ debet interuenire in Sindicatu Officialium Curiæ, ex Breui Pij V. dato 12. Nouembris 1567. in 7. reg. pag. 61.

Cum pluries fuerint ad minorem numerum, & quandoque ad duos solummodo redacti, fuit eisdem concessa eademmet Iurisdictio, & auctoritas, quam haberent si essent omnes, & integra Rota, vt in litteris Card. Alexandrini sub die 26. Nouembris 1567. in d. 7. regist. pag. 61.

Capitaneus huius Ciuitatis, eiusque Collaterales subduntur dispositioni Statutorum, & ea seruare tenentur, vt habentur in Constit. Card. Vrbini cap. 24.

EX Statuto autem infrascripta in hac materia eliciuntur.

Tenetur respondere, & satisfacere pro illorum Officialibus, & Familiaribus rubr. 1. §. finito. lib. 1. pag. 3. col. 4.

Defendere

Defendere tenentur iura Communis d. rubr. 1. §. statuta, ordinamenta. pag. 3. col. 3. circa fin. & rubr. 2. in princ. d. lib. 1. pag. 4. col. 2.

Testes examinare in compromissis iudicialibus sine aliquo precio d. rubr. 1. §. statuta, ordinamenta. pag. 3. col. 3. in fin.

Consulere Dominis Prioribus, Conseruatoribus monetæ, Massarijs, & Officialibus Annonæ, & cuilibet eorum, siue aliquo salario, vel mercede d. §. statuta, ordinamenta. & rubr. 278. §. super alijs. d. lib. 1. pag. 87. col. 3.

Concordiam inter partes tractare debent rub. 4. d. lib. 1. pag. 5. col. 1.

Sedere publicè debent ad ius reddendum ad pulsum campanæ rubr. 2. d. lib. 1. pag. 4. vbi de hora sessionis, & de tempore Quadragesimali vide rubr. 61. §. sint etiam. lib. 3. pag. 29. in princ.

Conuersationem, seu familiaritatem habere non debent cum aliquo Perusino, nec mutuum, aut commodatum accipere, aut munus, nec dare d. rubr. 2. lib. 1. pag. 4. col. 3.

Capitaneus est Iudex Damnorum datorum, necnon est Iudex ordinarius Appellationum, nullitatum, & recursuum rubr. 25. lib. 1. in addit. pag. 23. col. 3. A sententijs Dominorum Consulum, Auditorum, & Camerariorum datur recursus ad eundem, & in eius absentiam ad Potestatem rubr. 81. §. & quod à sententijs. lib. 1. pag. 36. col. 3. & seq. & rubr. 24. §. statuimus. lib. 2. pag. 12. in quibus locus habetur infra quantum tempus debeat causa expediri. Est etiam Iudex ordinarius reductionis ad arbitrium boni viri rubr. 558. lib. 1. pag. 124. col. 2. quæ reductio datur à laudo per arbitros extraiudicialiter electos lato, vt dictum fuit supra ver. Compromissum.

A cap. vlt. pag. 94. A Innoc. VIII. in locum Capitanei creauit officium Barisellatus, qui esset Iudex Appellationum, & Damnorum datorum, vt in Breui dato 21. Aprilis 1487. in 4. reg. Cancell. Comm. pag. 66. & alio pag. 67. & propterea in Statuto nuncupatur Capitaneus, seu Barisellus. Et quod iste sit Iudex recursuum appellationum, & damnorum datorum est Bulla Iulij II. in 5. reg. Canc. Comm. pag. 3. & de eius iurisdictione, & auctoritate vide etiam Bullam Pij II. in 6. regist. pag. 71. Olim in Consilio ipse Capitaneus assistebat, & proponebat negocia Communis, & maxime status Popularis, & Consilium fiebat in Palatio residentiæ eiusdem, vbi modo manet Rota, cum Potestas degeret in Palatio, quod modo inhabitat D. Gubernator rubr. 16. lib. 4. in addit. pag. 8. col. 1.

Vide quæ dicta supra fuerunt ver. Forum. pag. 147.

## Adnotationes.

Dum hæc ederentur Rotæ Perusinæ Tribunal im-
1 plebant *Innocentius Parrianus Trebiensis*, *Robertus Probatus Saxoferratensis*, *Aulus Cecina Volaterranus*, *& Belmontes Belmontius Ariminensis* doctrinæ, atque integritatis laude præstantes Viri, in primis verò animorum æquè, ac studiorum mira quadam coniunctione commendandi.

2 Iurisdictionis signum est Virga, † quam defert Potestas Rotæ *Barbat. cons. 34. num. 1. lib. 4.* sequitur *Pacian. de Probat. lib. 2. cap. 29. num. 59. & 61.* En-
3 sis, & Biretum, † quæ portat Puer incedens ante eundem sunt insignia Magistratus *ad l. ego. vbi Glos. ff. de manum. vindict. Barbat. ibid. & Pacian. num. 60.*

4 A De iure communi † reductio laudi ad arbitrium Boni Viri apud quem Iudicem petenda sit, vide *Tusc. Pract. conclus. tom. 6. litt. R. conclus. 67. Thesaur. decis. 14. Scacc. de appellat. quæst. 8. num. 101. & seq.* &
5 an per Statutum censeatur adempta † facultas alijs Iudicibus *Amat. decis. March. 9. num. 17.* vbi concludit pro negatiua, sed vide eundem *num. 60.*

# RVINOSVM.

### SVMMARIA.

*Ruinam si minantur res communes quid faciendum à volente restaurare, & reparare, in princ.*

*Ruinam minantia destruenda sunt, vers. Ruinam minantia.*

*Aedificare volens opus, ex quo timeatur de ruina satisdare debet, vers. Aedificare volens.*

*Ruinam minantia super Platea Communis, vel super Via aliqua reaptanda sunt, in fin.*

DOmum, Turrim, Murum, vel aliam rem ruinam minantem, si quis haberet communem cum alio, quo modo vti debeat pro restauratione, vel reparatione, etiam quoad expensas, vide Stat. rubr. 58. lib. 2. pag. 30.

Ruinam minantia destruenda sunt vide rubr. 59. d. lib. 2. pag. 31. & quod ad instantiam cuiuscumque interesse prætendentis, & petentis debeant destrui minantia ruinam, vide etiam d. rub. 58. §. item quicumque. lib. 2. pag. 30. col. 4.

Ædificare volens opus, ex quo timeretur de ruina satisdare debet rubr. 61. lib. 2. pag. 31. col. 4.

Minantia ruinam super Platea Communis, vel super Via aliqua reaptanda sunt rubr. 8. lib. 4. pag. 5. col. 4.

## Adnotationes.

Ad materiam hanc vide *tit. ff. de damn. infect. & ibi DD. & præsertim Rip. & Alex. in l. qui bona. §. 1. eod. tit. Speculat. in tit. de satisdat. §. 3. num. 4. & seqq. par. 2.*

# SACCVLVS MAGI-stratuum, seu Officiorum.

*S V M M A R I A.*

*Insacculatores quomodo eligantur ad componendos Sacculos officiorum, in princ.*
*Reuelantes secreta puniuntur, in fin.*

De electione illorum, qui debent componere Sacculos Officiorum vide Stat. rubr. 72. lib. 1. pag. 32. De modo, & ordine seruandis ab istis electis, qui Insacculatores dicuntur vide rub. seq. De anno 1415. fuerunt factæ aliquæ correctiones, & additiones, vt rubr. 551. d. lib. 1. pag. 123. vbi leguntur, qui non possint esse Insacculatores. Electionem istorum faciendam per Dominos Priores, & Camerarios, iuxta formam Statutorum, confirmauit Martin. V. in concessionibus factis Ciuitati de anno 1425. die 10. Iunij in 1. regist. Cancell. Comm. pag. 11. & vide etiam Bullam Innoc. VIII. Idib. Decembris 1483. in 4. regist. Bullarum Thesaurariæ Apost Perus. pag. 154 Puniuntur Insacculatores reuelantes, & propalantes secreta rubr. 144. in fin. lib. 3. pag. 50.

## Adnotationes.

Vide supra ver. Officia, & ver. Priores, & quoad Camerarios dixi supra pag. 38.

# SALARIVM.

*S V M M A R I A.*

*Salarium Lectorum in Gymnasio quale, in princ.*
*Famulus intra quantum tempus possit petere salarium, vers. Famulus.*
*Salarium non conuentum an, & quando debeatur, Adnot. num. 1.*
*Salarium absenti cum licentia debetur si redeat tempore Statuto, num. 2.*
*Salarium debetur aliquando pro toto tempore, vt Adnot. num. 3.*
*Seruire impedito an debeat reintegrari aliud tantum tempus, vt consequatur salarium, Adnot. num. 4.*

De salario Lectorum in Gymnasio dictum est supra ver. Gymnasium. pag. 154.

Famulus intra quantum tempus possit petere salarium vide Stat. rubr. 75. lib. 2. & dictum est supra ver. Præscriptio. vers. Debitum occasione. pag. 226.

Vide dicta supra ver. Merces, seu Stipendium. pag. 194.

## Adnotationes.

1 Salarium non conuentum † an, & quando debeatur vide *Granut. T. bonr. 12. Cyriac. contr. forens. par. 2. contr. 67. Rota coram Caualer. decis. 400. & decis.*
2 416. An debeatur salarium † pro tempore quo quis fuit absens cum licentia vide *Amat. decis. March. 52.* vbi concludit pro affirmatiua si redijt intra tempus statutum in licentia, salarium deberi pro toto tem-
3 pore † conuento, etiam si operæ non fuerint præstitæ, dummodo non ex culpa Famuli, resoluit *Rota coram Caualerio decis. 520.* & in Famulo infirmo vide *Marium Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 92.* Et in
4 impedito seruire † an debeat reintegrari aliud tantum tempus, vt possit consequi salarium, vide *Valasc. consult. 155.* Aliquã ad materiam vide apud *Mauson. de caus. execut. lib. 1. ampliat. 32.*

# SAPIENTIAE.

*S V M M A R I A.*

*Collegium Sapientiæ Veteris à quo constructum, in princ.*
*Delicta Scholarium dictæ Sapientiæ cognoscuntur ab Episcopo, ibid.*
*Collegium Sapientiæ Nouæ à quo fuerit erectum, vers. Illud verò.*
*Collegium Bartolinum quando, & à quo fuerit institutum, vers. Bartolinum.*
*Sapientiæ sunt immunes à solutione Gabbellarum, vers. Sapientiæ.*
*Propè huiusmodi Collegia Artifices quidam non possunt eorum artem exercere. vers. Propè.*
*Insultum faciens in domibus Sapientiæ Veteris grauius punitur, vers. Insultum.*
*Sapientias remanere, & conseruari debere in statu, in quo antea erant, mandauit Martin. V. vers. Sapientias.*
*Scholares Sapientiarum debent accipere gradus Doctoratus Perusiæ, vers. Scholares.*
*Rectores à quibus eligantur, vers. Rectores.*
*Bona Sapientiarum non possunt alienari, nisi seruatis seruandis, ibid.*

Collegium Sapientiæ Veteris in Porta Eburnea fuit constructum per D. Nicolaum Capotium Cardinalem, & Episcopum Tusculanum, vt legitur in rubr. 13. lib. 3. pag. 6. in fin & quod iste de anno 1362. dum esset in Ciuitate Aueniònen. illam commendauerit Episcopo, & Prioribus huius Ciuitatis, habetur in 3. regist. pag. 13. Et quod huiusmodi Collegium fuerit confirmatum, & approbatũ ab Vrbano VI. de anno 1391. habetur apud Pellinum in Annal. par. 2. lib. 10. pag. 24. Delicta commissa à Scholaribus dictæ Sapientiæ, quia sunt Clerici, fuit mandatum cognoscenda esse ab Episcopo, ex declaratione Sacræ Consultæ, in litteris directis Episcopo, subscriptis ab Eminentissimo Card. Barberino sub die 24. Ianuarij 1624.

Illud verò Sapientiæ Nouæ fuit erectum à Benedicto de Guidalottis Perusino Episcopo Recinen. qui Martin. V. de anno 1430. concessit Abbatiam S. Archangeli, Ecclesiam Plebis Caniæ, & bona Benedicti de Guidalottis, quam concessionem confirmauit Eugen. IV. vt in 1. reg. pag. 57. Moderationes nonnullæ circa victum, & habitationem famulorum Scholarium dictæ Sapientiæ habentur in 1. regist. pag. 66. A

Bartolinum Collegium institutum fuit à Marco Antonio Bartolino de anno 1571. sub Gubernio Episcopi, Collegij V. I. Doctorum, & Collegij Cambij.

Sapientiæ, seu Collegia Studiosorum, sunt exemptæ à solutione gabbellarum pro bonis etiam futuris; sicut Hospitale Misericordiæ Stat. rubr. 151. in fin. lib. 1. pag. 53. col. 1. & vide etiam infra ver. Scholares.

Propè huiusmodi Collegia Artifices quidam, non possunt eorum artes quoquo modo exercere Stat. rubr. 15. lib. 4. in addit. pag. 8. col. 1. & dictum fuit supra ver. Doctores. in princ. pag. 116.

Insultum faciens in domibus Sapientiæ Veteris grauius punitur rubr. 11. in princ. lib. 3. pag. 6. in fin.

Sapientias remanere, & conseruari in eodem statu, in quo antea erant, mandauit Martinus V. de anno 1425. die 10. Iunij, vt in 38. cap. suarum concessionum, in 1. reg. Canc. Comm. pag. 13.

Scholares Sapientiarum debere gradum Doctoratus Perusiæ accipere, disponitur in Breui Sixti IV. dato 16. Kal. Martij 1470. in 3. regist. pag. 65. Et quod debeant satisdare, est alia Bulla eiusdem Sixti IV. sub die 2. Ianuarij 1482. in 4. reg. pag. 28.

Rectores Sapientiæ Veteris eliguntur per Episcopum, & Abbatem Montis Morcini; Sapientiæ autem Nouæ per D. Priorem Capituli Ecclesiæ Cathedralis, & DD. Consules Collegij Mercantiæ, vt in Bulla Sixti IV. sub die 2. Ianuarij, 1482. in 4. reg. pag. 28. Rector verò Sapientiæ Bartolinæ per Superiores supranominatos.

Bona illarum non possunt vendi, permutari, vel in emphiteusim dari, nisi seruatis seruandis, vt in dicta Bulla Sixti IV.

## Adnotationes.

Dicam aliqua ad materiam, infra ver. Scholares. De Scholari coniugato an possit eijci de Sapientia iuxta formam Constitutionum *Bal. cons. 46. lib. 5.*

A Huius Sapientiæ fuit alumnus Aeneas de Falco, vt ipse testatur *in addit. ad Abb. in cap. Ecclesia vestra. il 2. 57. de elect. in ver. Sit sanior.* vbi amplissimum Collegium appellat.

# SAPIENTIS Consilium.

### *SVMMARIA.*

*Consilium Sapientis concedere tenentur Iudices, vbi petatur, in princ.*

*Doctores de hac materia tractantes referuntur in Adnotat.*

IVdices tenentur Parti petenti, super decisione causarum tantum, Consilium Sapientis dare, & concedere expensis partis petentis sub pena, dum tamen Consilium super decisione causæ reddatur ante quinque dies vltimos temporis instantiæ Stat. rubr. 2. §. si verò tempus. vers. & in causa. lib. 2. pag. 3. col. 2.

## Adnotationes.

De consilijs habendis per Officiales, & Assessores vide *tractatum Alberti de Ramponibus*, cui fecit additionem *Bartolus, vt inter eius tractatus pag. mihi. 187. & inter tract. sub sign. Aquilon. tom. 3. part 1. pag. 330.* De Consilio Sapientis in forensibus causis adhibendo est *tract. Pach. Stala Pataain. int. ad tract. d. loco pag. 331.* & vide *Asin. in Prax. §. 25. per tot. & Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 36. & seqq.*

# SATISDATIO.

### *SVMMARIA.*

*Satisdare tenetur Forensis litigare volens cum Perusino tam in causa conuentionis, quam in causa reconuentionis, in princ.*

*Cessionarius personæ, seu loci Religiosi, vel Forensis tenetur satisdare, vt vers. Habens ius cessum.*

*Non Artifex tenetur satisdare, si agat contra Artificem, vers. Quando.*

*Fideiussorem si quis non inueniat, an sufficiat iuratoria cautio, Adnot. num. 2.*

*Ecclesiastica persona an ligentur huiusmodi Statuto, Adnot. num. 3.*

*Processus est nullus si non sit praestita satisdatio petita, Adnot. num. 4.*

*Statutum intelligitur si satisdatio petatur, Adnot. n. 5.*

SAtisdare idoneè de iudicio sisti, & iudicatum soluendo tenetur Forensis litigare volens cum Perusino tam in causa conuentionis, quam reconuentionis, & tam pro sorte principali quam pro expensis, damnis, & interesse, ac pro pœna statutaria Stat. rubr. 12. lib. 2. pag. 6. col. 1.

Habens ius cessum à persona, seu loco Religioso, vel Forense, qui non posset conueniri in Curia Seculari Perusina, non auditur in Curia Perusina nisi satisdet ei, contra quem ius habere, quod cedens stabit, & respondebit de iure in dicta

Curia ei, contra quem ius cessum haberet, in causa reconuentionis, & pro expensis, & ille Cessionarius, & fideiussor promittere debent condemnationem, & iudicatum soluere Stat. rubr. 4. lib. 2. pag. 4. col. 1. vbi etiam quod dicta cessio non valeat.

Quando non Artifex ageret coram Dominis Consulibus, Auditoribus, vel Camerarijs contra Artificem, cogitur satisdare ad petitionem Rei in causa reconuentionis de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, aliàs non auditur, & Artifex tenetur intra tres dies à die præstitæ satisdationis dare libellum, seu petitionem in causa reconuentionis rubr. 81. §. statuimus insuper. lib. 1. pag. 36. col. 3. & rubr. 24. §. statuimus insuper. lib. 2. pag. 21. col. 3.

## Adnotationes.

1 Super simili Statuto † vide *Maxill. ad Consuetud. Bar. §. Reus conuentus. pag. 117. & Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 44. & cap. 45. & cap. 71. par. 1. & cap. 154. par. 2.* & dicta supra ver. Cautio pag. 56. Si non
2 inueniat fideiussorem † an sufficiat iuratoria cautio vide *Carol. de Grass. de except. ad Stat. exclud. exemp. 32. num. 160. & seqq.* vbi etiam de pignoribus. An
3 huiusmodi Statutum † liget personas Ecclesiasticas vide *Ciriac. contr. forens. par. 1. contr. 144.* vbi con-
4 cludit pro affirmatiua. In casibus in quibus † ex forma Statuti requiritur satisdatio, si opponatur de ea, & nihilominus Iudex ad vlteriora procedat, processus esset nullus *Parisan. de Probat. lib. 1. cap. 58. num. 59. Chartar. decis. Ianuen. 132. num. 23. & seqq.* secus si
5 non opponeretur, † quia Statutum intelligitur si petatur. *Alex. cons. 96. num. 7. lib. 4. Mynf. obseru. 6. cent. 1. cum alijs per Surd. videm. decis. 57.* vide etiam *Carpan. vbi supra cap. 64. num. 4.*

# SCHOLA
## Scholaris.

### SVMMARIA.

*Delicta commissa in Scholis grauius puniuntur, in princ.*

*Scholares non possunt capi pro Repræsalijs, vers. Scholares.*

*Scholares habentur pro Ciuibus, vers. Pro Ciuibus. & Adnot. num. 4. vbi quoad ipsis vtilia.*

*Scholares sunt immunes à Gabbellis, vers. Sunt immunes.*

*Priuilegia multa fuerunt concessa Scholaribus, vers. Priuilegia.*

*Arma non possunt commodari Scholaribus, vers. Sixtus IV.*

*Priores Ciuitatis debent perquirere Sapientias, & Arma auferre, ibid.*

*Gubernator habet iurisdictionem in Scholares, d. loco.*

*Scholares dicuntur exteri, nisi habitauerint vltra præstitutum tempus, Adnot. num. 2. & seq.*

Scholæ omnium scientiarum, in quibus docentur Litteræ, & Artes Liberales sunt priuilegiatæ, ita vt delicta in eis commissa grauius puniantur Stat. rubr. 12. iuncta addit. fin. lib. 3. pag. 9. in fin. & vide supra ver. Gymnasium, pag. 154.

Scholares non possunt capi pro repræsalijs rubr. 176. lib. 1. pag. 59.

Pro Ciuibus habentur, necnon eorum Famuli quoad offensiones rubr. 120. §. & prædicta. lib. 3. pag. 43. col. 2. & generaliter tam in Ciuilibus, quàm Criminalibus, præterquam quoad officia rubr. 211. §. item statuimus, quod Doctores. lib. 1. A pag. 71. col. 2. A

Sunt immunes à solutione Gabbellarum pro salmis, & animalibus rubr. 55. lib. 4. pag. 16. col. 3. & quod sint immunes à solutione Gabbellarum, & cuiuslibet pedagij rubr. 211. § item statuimus, quod Doctores. lib. 1. pag. 71. col. 2.

Priuilegia multa fuerunt concessa Scholaribus ab Eminentissimo Card. Boncompagno Legato de anno 1623. vt in libello impresso apud hæredes Marci Naccarini, & prius tempore Iulij II. vt in 5. reg. Canc. Comm. pag. 22. & Leonis X. d. 5. reg. pag. 54. necnon ab Episcopo Nazareno tunc Gubernatore sub die 4. Iunij 1580. in 7. reg. pag. 118.

Sixtus IV. per eius Breue datum die 12. Iulij 1475. in 3. reg. Canc. Comm. pag. 86. prohibuit Scholaribus concedi, aut commodari arma cuiuscumque generis etiam sub pœna excommunicationis, & mandauit, quod Priores Ciuitatis deberent quolibet mense perquirere Sapientiam Veterem, & arma auferre: commisitque Gubernatori causas ipsorum Scholarium etiam Sapientiarum Veteris, & Nouæ, cum facultate carcerandi, puniendi, priuandi, & remouendi à dictis Sapientijs, vt latius in dicto Breui.

Cætera vide supra ver. Doctor. pag. 116. ver. Gymnasium. pag. 154. & ver. Sapientiæ. pag. 240.

## Adnotationes.

1 De Priuilegijs Scholarium † est tractatus *Petri Rebuff. int. tract. sub sign. Aquilon. tom. 18. pag. 32. & Horatij Lutij ibidem pag. 87.* vide etiam *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 68. & cap. 352. par. 2.*

2 A Scholares † dicuntur exteri cum in dubio non dicantur cōtraxisse domicilium *Menoch. de præsumpt.*
3 *lib. 5. præs. 29. num. 40. & 41.* nisi habitauerint † vltra præstitutum tempus, quia in dubio tunc præsumitur voluisse domicilium contrahere *idem cons. 692. n. 14.*
4 & intellige Statutum † quoad Scholaribus vtilia *Menoch. d. præs. 29. num. 42.*

# SCRIPTVRA.

### SVMMARIA.

*Scriptura priuata etiam absquè iuris solemnitate habetur pro confessione in iudicio facta ad effectum executionis, in princ.*

*Scripturæ priuatæ fiunt vt plurimum sine obligatione reali, in fin.*

*Statutum dans executionem instrumentis an comprehendat scripturam priuatam, Adnot. num. 2.*

*Statutum disponens adhibendā esse fidem eandem scripturæ priuatæ, quam publicæ, procedit etiam contra tertium, Adnot. num. 3.*

*Statutum huiusmodi non comprehendit non subiectos statuentibus, Adnot. num. 4.*

SCriptura à quacumque Persona, etiam omissa omni iuris solemnitate de quacumque promissione, confessione, vel obligatione ad fauorem alterius facta, habetur pro confessione in Iudicio facta, & tamquam confessio, & instrumentum confessionis debet executioni demandari, dummodo constet dictam scripturam scriptam fuisse manu propria promittentis, confitentis, vel se obligantis Stat. rubr. 14. in princ. lib. 2. pag. 6. col. 2. De alijs scripturis, quibus datur via executiua, dixi supra ver. Iudicium executi-
A tum. pag. 169. A

Scripturæ, & libri Mercatorum quando probent, & de executione earum dixi supra ver. Mercatura. pag. 194.

De recognitione scripturę dixi supra ver. Recognitio. pag. 235.

Scripturæ priuatę, seù Chirographa inter priuatos factæ, & facta fuerunt semper, vt plurimum sine obligatione reali, exceptis tamen Apocis, & Chirographis modernis à Mercatoribus inuentis, vel alijs rarissimè, ita dixerunt Domini Causidici in fide facta sub die 11. Aprilis 1589.

## Adnotationes.

1 De Scriptura priuata † est tractatus *Nicolai Genuæ Patauini*, & vide *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 75. num. 14. & seqq. & cap. 96.* Statutum dans executio-
2 nem † paratam instrumentis an comprehendat scripturam priuatā vide *Carol. de Grasi. de except ad Stat. in prælud num. 98. & seqq.* vbi ponit conclusionem affirmatiuam, & illam limitat. Statutum disponens,
3 adhibendam † esse fidem eandem scripturæ priuatæ, quam publicæ, habet locum etiam contra tertium *Menoch. cons. 787. num. 5. lib. 8.* An autem huius-
4 modi Statutum comprehendat † non subiectos statuentibus pro negatiua post *Cynum, & Baldum in l. recepti. C. de const. pecu. & Alex. cons. 138. num. 6. lib. 1.* tradit *Mascard. de gener. Stat. interpr. concl. 6. num. 199.* & vide *Honded. cons. 29. lib. 2. & Chartar. decis. Genuen. 26.*
5 A Vide † quæ super simili Statuto scribit *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 42.*

# SENEX.

### SVMMARIA.

*Senex septuagenarius pro debito carcerari non potest, in princ. & Adnot. num. 1.*

*Sexagenarius potest, maximè pro debito Fiscali, Adnot. num. 2.*

SEnex septuagenarius pro debito carcerari non potest Constit. Comit. par. 1. rubr. 32. cap. 5. pag. 56.

## Adnotationes.

1 De his, qui non possunt † carcerari ratione ætatis ex Statuto vide *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 243.* vbi quod de Iure sexagenarij possunt capi pro debito Ciuili, licet secus sit in septuagenarijs. & idem scripserunt *Carocc. de iuram. litis decisi. quæst. 5. quæst. 13. princip. num. 47. pag. 61. & Carol. de Grasi. de excep. ad Stat. exclud. in prælud. num. 177. & seq.* vbi quod non potest huiusmodi priuilegio renunciari. Et quod
2 sexagenarius † possit capi maximè pro debito Fiscali, respondit *Menoch. cons. 916. lib. 10.* Et vide ad materiam *Gratian. discept. forens. tom 2. cap. 328. & tom. 3. cap. 506. & Mauson. de caus. execut. lib. 1. limit. 13.*

# SENTENTIA.

### SVMMARIA.

*Sententiæ possunt ferri prout in Cedula, seu notula, & debent aperiri intra quindecim dies, vel mensem, in princ. & vide Adnot. num. 4. & seqq.*

*Actus pro seruato vbi fuit habitus cum testibus, quod intra decem dies consignandum sit decretum Notarijs absque citatione, vers. Quando Iudices.*

*Sententia lata prout in notula non potest fieri aperitio elapso Sabbato ante Dominicam in ramis Palmarum vers. Quadragesimali.*

*Sententiarum notulæ non possunt aperiri à Iudicibus per mensem ante eorum discessum, vers. Potestas. & vide Adnot. num. 7. & seq.*

*Clausula (habitis iuribus publicis pro productis) apposita in prolatione sententiæ, quid operetur, Adnot. num. 2.*

*Sententia, in qua non adest verbum, condemno, valet, vbi aliud æquipollens fuit appositum, num. 3.*

*Sententia nulla sustinetur quando fuit acceptata, Adnot. num. 6.*

SEntentia in Criminalibus nulla ferri potest, prout in Cedula, sed legi debet ad solitum ius dicendi locum absoluendo, seu condemnando partes, prout res exegerit Constit. Card. Vrbini cap. 8. In Ciuilibus autem Iudices sententias ferre non debent, prout in Cedula, sed si ita ex aliqua honesta causa pronunciari contigerit, non possunt sportulas accipere, antequam sententia

aperta, lecta, & publicata verè fuerit, d. Const. d. loco. vbi in addit. statuitur, quod neque in Ciuilibus possint sententiæ, prout in Cedula ferri, nisi de expresso partium consensu. Verum tempore Pontificatus san.mem. Pij V. superuenerunt litteræ ad D. Montem de Valentibus, sequentis tenoris, videlicet. Al Molto Reuerendo come Fratello Monsig. Il Gouernatore di Perugia, Perugia. Intus verò. Molto Reuerendo Signore come Fratello. Nostro Signore, con il quale hò conferito quanto V. S. mi scriue in materia delle pronuncie, ch'erano solite farsi in Cedula dalli Giudici Ciuili, e di quel che si è osseruato dal tempo di Monsig. Finetto in quà, Sua Santità si contenta, che per l'auuenire si possa seruare il medesimo stile, che si è osseruato per il passato di pronunciare nelle cause Ciuili in Cedula con la limitatione, che V. S. propone d'assegnare in tempo della vacanza vn mese ad aprire, e nel tempo, che si tien ragione quindeci giorni: ma bene Sua Santità haurebbe caro sapere, che cosa moſſe Monsig. Finetto à leuar quest' vsanza, che sarà quanto hò da dirli per risposta in questa materia, e si conserui sana. Di Roma il dì 29. di Maggio 1574. Di V.S.M.R. come Fratello Il Card. S. Sisto. Et sub die 6. Decembris 1577. Domini Causidici collegialiter congregati attestati fuerunt, quod Constitutiones, siue Decreta Card. Vrbini quoad prohibitionem, quod sententię non possint ferri, prout in notula in Curia D. Gubernatoris, & eius Auditorum, & in Curia Episcopali Perusina non sunt in obseruātia, nam passim in dictis Curijs feruntur sententiæ, prout in Notula, & sine consensu partium, quæ tamen debent à Iudice aperiri intra mensem, quando feruntur vltima die iuridica ante ferias messium, siue vindemiarum, quando autem feruntur alijs temporibus, debent aperiri intra quindecim dies, & quando non aperiuntur intra dicta tempora, remanent causæ in eisdem terminis, in quibus erant ante prolationem sententiarum coram eisdem Iudicibus, perinde ac si non fuissent latæ, & hoc vigore supracitatarum litterarum. De anno verò 1580. die 28. Aprilis ijdē Domini Causidici fidem fecerunt, Dominos Gubernatores pro tempore existentes fuisse solitos aperire notulas sententiarum per eos, prout in Notula latarum, & infra quindecim dies, vel mensem, & etiam illis lapsis eorum arbitrio, durante tamen ipsorum Gubernio. Ego tamen semper ad cautelam curaui aperitionem intra quindecim dies, vel mensem. Anno verò 1604. die 24. Iulij dixerūt, quod post præsentatas dictas litteras semper, & continuò fuit, prout ad præsens est in hac Ciuitate, in Curia Legati, seu Gubernatoris pro tempore, & etiam in Curia Episcopatus corā quocumque Iudice dictarum Curiarum tam Ordinario, quàm Commissario per Breue Apostolicum, inueteratus stylus, quod sententiæ, quæ proferūtur, prout in Notula, aperiantur intra quindecim dies à die latæ sententiæ, prout in Notula, & intra mensem, si latæ essent vltima iuris ante ferias messiū, & vindemiarum. Die verò decima Iunij 1605. attestati fuerunt, quod post dictas litteras Cardinalis S. Sixti fuit semper obseruatum, quod Iudex in Causis Ciuilibus solet pronunciare, prout in Cedula, vel prout in Notula, & quando sic pronunciat in tempore vacantiarum Notulas, vel Cedulas tenetur aperire infra mensem à die prolationis, prout in Cedula, & tempore quo redditur ius infra quindecim dies, & Notarius Actuarius quando Iudex pronunciat, prout in Cedula, adnotat in eius vacchetta, quando Iudex pronunciauit, prout in Cedula, vel prout in Notula, præsentibus tali, & tali testibus, & quando Iudex dat Notulam, & Cedulam in manibus Notarij, idem Notarius adnotat diem aperturæ, & traditionis dictæ Notulæ in eius manibus sine testibus. Et die 1. Augusti 1608. in alia fide dixerunt, quod post latam sententiam, prout in Cedula, seu Notula non fit aliqua alia citatio ad videndum aperiri notulam. Demum die 27. Maij 1623. fidem fecerunt, quod in Tribunalibus Curiæ D. Legati, & Gubernatorum pro tempore, Curiæ Episcopalis, & Curiæ Rotæ Ciuitatis Perusiæ ab annis triginta, & vltra, vbi contigerit ferri sententias, prout in Cedula, non consueuit, vt plurimum, eadem die, sed si in vltima die iuridica ante ferias messium intra mensem, si alio tempore intra quindecim dies per Dominos Iudices Cedulas subscriptas consignari Notario, nec attenditur dies talis consignationis, sed dies prolationis, ad quam semper dictæ sententiæ retrotrahuntur. Quod Iudices quicumque teneantur aperire notulas sententiarum intra quindecim dies à die latæ sententiæ, prout in Cedula, & intra mensem earum, quæ latæ essent vltima die iuris ante ferias messium, & vindemiarum, prout hactenus obseruatum fuit, cauetur etiam Comit.
A Constit. par. 1. rubt. 18. pag. 30. A

Quando Iudices habent actum in aliqua causa pro seruato præsētibus testibus infra decem dies tunc proximos absque alia partis citatione ad videndum aperiri dictum terminum, consignant notulam, seu cedulam sententiæ, vel decreti ab ipsis subscripti Notarijs, qui notant in eorum vacchettis, vel alijs libris actorum, quod in tali causa Dominus habuit actum pro seruato, præsentibus tali, & tali testibus, & sententiæ, vel decreta ita lata in dicto Tribunali reputantur valida. Ita à decem annis, & citra fuisse semper, & perpetuo obseruatum in hac Curia, & obseruari

dixerunt

dixerunt Domini Causidici in fide data die 18. Iunij 1627.

Quadragesimali tempore sententiarum, prout in Notula, apertio non potest fieri elapso Sabbato ante Dominicam in ramis Palmarum, ita semper obseruari vidi à tẽpore Legationis Card. Riarij citra, & cauetur in Comit. Const. d. par. 1. rubr. 18. vers. quæ autem latæ. pag. 30.

Potestas, Capitaneus, vel alius Officialis non poterant in vltimo mense regiminis; Maior autem Sindicus, & Iudex Iustitiæ quindecim vltimis diebus, ferre sententiam definitiuam in causis maleficiorum, & aliàs, vt rubr. 1. saluo quod Potestas. lib. 3. pag. 2. col. 1. Generaliter etiam prohibitum est per quoscumque Iudices posse aperiri notulas sententiarum per mensem ante eorum discessum ab officio, si de eo notitiam habuerint, ex decreto D. de Rubeis Gubernatoris de ordine Sanctissimi, vt in Comit. Const. par. 1. rubr. 18. pag. 30. vbi quod ita seruari debeat etiam in tota Prouincia Vmbriæ, & declarantur
B nullæ sententiæ dicto tempore latæ. B

## Adnotationes.

1 De Sententijs † sunt tractatus *Federici Schenk, & Francisci de Aceeptantibus int. tract. sub sign. Aquilon. tom. 5. pag. 2. & seqq.* & nouissimè *Sigism. Scaccia*.
2 De clausula habitis iuribus † pro productis, quæ solet apponi in prolatione sententiæ vide *Caroec. decis. 49.*
3 Sententia vbi non adsit † verbum condemno, valet si aliud æquipollens fuerit appositum *Chartar. decis. Genuen. 119. num. 6. & 11.*
4 A Circumscripto stylo † aperiendi postea cedulas, seu notulas sententiarum, non sustineretur sententia non publicata eadem die, qua fuit lata, vt dixit *Rota in Perusina redditionis administrationis tutelæ 26. Iunij 1613. coram Eminentissimo Card. Verospio*, quæ est in fine, *decis. 45. num. 2. & seqq.* Stylum autem
5 huius Ciuitatis † pronunciandi prout in cedula, & aperiendi postea ex attestationibus Procuratorum Collegij, probauit *Rota in Perusina bonorum 8. Martij 1627. coram Reuerendissimo Coccino Decano*, quæ est in fine, *decis. 57. num. 4. & seqq. & in Perusina hæreditatis de Cincijs 15. Decemb. eiusdem anni coram bo. me. Card. Virili*, quæ est pariter in fine, *decis. 82.*
6 *num. 20.* Sustineretur † sententia nulla, vbi esset acceptara, vt in casu decisionis *in Perusina terrarum 16. Iunij 1608. coram Eminentissimo Card. Pamphilio*, quæ est in calce, *decis. 54.* & vide *Beltramin. ad Ludouis. decis. 546. num. 16.*
7 B Quod stante Statuto prohibente † vltimo mense officij Iudicem absoluere Reum, possit Iudex pronunciare quem esse absoluendum, vide *Bonacos. in quæst. crimin. par. 1. ver. Absoluere. pag. 6.* Pro nullitate sen-
8 tentiæ † latæ contra formam supradictarum litterarum vide *Gratian. decis. Marcb. 144. n. 18. & seqq.*

# SEQVESTRVM.

*SVMMARIA.*

*Sequestrum in casu decoctionis fieri debet, in princ.*
*Sequestri possunt fieri etiam diebus feriatis, vbi creditum est liquidum, vers. Possunt.*
*Liquidatio crediti quando non requiratur, vt possit fieri sequestrum, ibid.*
*Sequestra sunt permissa, vbi est relaxatum mandatum contra debitorem, vers. Sequestratio, vbi de modo seruando.*
*Sequestrum fit à creditore post tenutam captam, vers. De Sequestro.*
*Stipendia militum non possunt sequestrari, vers. Non sequestr intur.*
*Mortuorum corpora, nec Cera, aut alia res funerales non possunt sequestrari, vers. Nec mortuorum.*
*Fructus bonorum non possunt sequestrari apud Colonos, nisi præcedente mandato, vers. Fructus.*
*Sequestratarius tenetur de proprio, si det res sequestratas sine licentia Curiæ, vers. Sequestratarius.*
*Quid si res fuerint eidem per vim ablata, ibid.*
*De Sequestris, qui tractent, Adnot. num. 1.*
*Sequestro contradicere quando possit Sequestratarius, Adnot. num. 2.*
*Sequestratarius non curans per multos dies reuocationem Sequestri censetur consentire, ibid.*
*Sequestrum quando præsumatur mendicatum, Adnot. num. 3.*

De Sequestro in casu decoctionis vide Stat. rubr. 74. lib. 2. pag. 36. & dixi supra ver. Decoctor. pag. 112.

Possunt sequestrationes fieri etiam diebus feriatis dummodo debitum sit liquidum, præterquàm occasione suspicionis, vel alijs de causis à Iure communi permissis, vel secundum formam Statutorum rubr. 81. §. in omnibus verò. lib. 1. pag. 37. col. 4. & rubr. 24. la 2. §. possunt quoque. lib. 2. pag. 14. col. 1.

Sequestratio est permissa ad instantiam creditoris, vbi est relaxata licentia, seu mandatum rub. 48. lib. 2. pag. 26. col. 3. & 4. vbi quod postea citatur is, cui est factum sequestrum, ad consignandum infra quinque dies, & postea assignantur alij decem, alias relaxatur cotra ipsum mandatum, & quod soluens in vim sequestri non potest molestari à principali debitore.

De Sequestro faciendo post tenutam bonorum stabilium captam vide rubr. 29. §. si verò. lib. 2. pag. 19. col. 2.

Non conceduntur Sequestra super stipendijs militum rubr. 173. §. fin. lib. 1. pag. 58. col. 3.

Nec Mortuorum corpora, nec Cera, aut aliæ res funerales possunt sequestrari, vt dixi supra ver. Mortuus. pag. 202.

Fructus bonorum nõ possunt sequestrari apud Colonos, nisi præcedente licentia, seu mandato rubr. 160. lib. 3. in addit. pag. 52. col. 4.

Sequestratarius

Sequestratarius si det res sequestratas sine licentia Curiæ tenetur de proprio rubr. 99. §. item si bladum. lib. 3. pag. 36. col. 4. & in §. seq. disponitur, quod si per vim fuerint res ab eo per aliquem ablatæ, debet infra tertiam diem Iudici denunciare illum, qui accepit, aliàs de suo tenetur, & ille, qui per vim cœperit punitur, & ad restitutionem cogitur sine aliquo processu.

## Adnotationes.

1 De Sequestris † vide *tractatus aliquorum inter tract. sub sign. Aquilon. tom. 3. par. 2. pag. 142. & seqq. & Guidonis Foiani, necnon Vincentij Carocci.* Vide etiam *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 111. & Cyriac. contr. forens. tom. 1. contr. 116.* vbi de practica faciendi Sequestra, & iuramento Sequestratarij se nihil habere in
2 manibus. Sequestro contradicere † quando possit Sequestratarius vide *Carpan. ad cap. 201. num. 5. par. 2.* & quod Sequestratarius non curans per multos dies reuocationem Sequestri censeatur cõsensisse *Carocc. d. tract. de Sequest. par. 3. quæst. 13. pag. 234.* & quan-
3 do præsumatur † mendicatum Sequestrum vide *Carocc. decis. 96. num. 4. Tusc. Pract. conclus. tom. 7. lit. S. conclus.* 208.

# SIMVLATIO.

### SVMMARIA.

*Simulata præsumuntur donatio, & venditio, si donans, & vendens remãserit in possessione, & quando secus.*

SI donans, vendens, vel alio modo alienans bona, vel iura reperiatur aliquo tempore rem ipsam possidere, vel fructus ex ea percipere, donatio, venditio, aut alienatio censentur simulatæ, quamuis fauore donatarij, emptoris, vel alio modo recipientis fuisset appositum constitutum Stat. rubr. 62. §. 1. lib. 2. pag. 32. col. 1. Limita vbi de venditione appareret publicum instrumentum, & probaretur solutio, & constaret de conductione, aut adesset reseruatio fructuum d. rubr. 62. §. præterea volumus. Secundo limita procedere fauore Communis Perusiæ, & creditorum tantum, ibidem in fin.

## Adnotationes.

De hac materia vide *Farinacc. in tit. de falsit. quæst. 162. & seqq. Carol. de Grass. de except. ad Stat. exclud. except.* 12.

# SOCIETAS Soccita.

### SVMMARIA.

*Socio non præiudicat possessio Consortis, in princ.*

*Soccitæ causa debitum non potest peti transacto anno, vers. Soccitæ. & vide Adnot. num. 2.*

*De Collatica Bouum vide vers. De Collatica. & Adnot. num. 3.*

*Societates ad caput saluum sunt prohibitæ, in fin. & Adnot. num. 4.*

SOcio non præiudicat possessio Consortis, Stat. rubr. 58. §. item si aliquis. lib. 2. pag. 30. col. 3.

Soccitę causa debitum non potest peti transa-
A cto anno rubr. 75. lib. 2. pag. 37. A

De Collatica Bouum vide Comit. Const. par. 2. rubr. 8. pag. 77. & Decretum Synodale in Decr. Eminentissimi D. Cardinali de Torres Episcopi
B pag. 237. B

De Societatibus ad caput saluum prohibitis vide Bullam Sixti V. in Bullar. nou. tom. 2. const.
C 45. pag. 553. C

## Adnotationes.

1 De Societate † nouissimum edidit tractatum *Hector Felicius*, cui nonnulla addidit *Angelus filius*, qui fuit huius Rotæ Auditor.

A Dixi aliqua supra *ver. Præscriptio. pag. 226.* &
2 quod finita † Soccita Dominus præsumatur satisfactus tradit *Paitell. in adnot. ad expedit. Patris 23. num. 15. & seq.* & vide de Soccita *Crau. conf. 145. num. 13. & seqq. Ciriac. contr. forens. tom. 1. contr. 123. & tom. 2. contr. 259. num. 2. & seq. & contr. 357.*
3 B Vide † *Crau. d. cons. 145. num. 3. & seqq. Petr. de Vbald. de duob. fratr. quæst. 3. 4. quæst. prime. col. 9. in princ.*
4 C Vide super hac Bulla † *Farinacc. cons. 54. lib. 1. & decisiones in Anagrina vsurarum 14. Martij 1607. & 23. Maij 1608. coram Manzanedo, quæ sunt impresse post cons. eiusdem Farinacc. lib. 2. decis. 235. & decis. 255.*

# SODOMIA.

### SVMMARIA.

*Sodomiæ crimen qua pœna puniatur ex Statuto, & alijs Constitutionibus, in princ.*

*Quid de Iure communi, Adnot. num. 1.*

*Confiscationis pœna non imponitur in hoc crimine, Adnot. num. 2.*

*Sodomita gaudet immunitate Ecclesiæ si ad illam confugiat, Adnot. num. 3.*

*Sodomiæ crimen quomodo probetur, Adnot. num. 4.*

SOdomiæ crimen qua pœna puniatur vide Stat. rubr. 18. §. statuimus. cum seqq. lib. 3. pag. 17. col. 2. & 3. & rubr. 214. d. lib. 3. pag. 63. col. 4. & vide Bullas Leon. X. in Bullar. nou. tom. 1. constit. 7. pag. 477. & Pij V. tom. 2. constit. 5. pag. 179. & const. 72. pag. 269. & Const. March. lib. 4. cap. 65. in fin. & cap. 69.

Adnotationes

## Adnotationes.

1 De Iure communi † vide *l. cum vir nubit. C. ad l. Iul. de adult. Damn. reg.* 113. & vltra ea, quæ de hoc crimine scripsit *Farinacc. de delict. carn. quæst.* 148. vide *Mastrill. decis. Sicil.* 295. *Galganett. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 49. & Pascal. de Virib. patr. potest. par. 1. cap. 5. num. 58. & seqq. Genuens. in Prax. Archiep. Neapol. cap. 67. Sanctarell. de Hæresi tract. 2. de Apost. cap. 4. dub. 2. num. 8. & seqq. pag.* 523. *Giurb.*
2 *conf. crim.* 32. Confiscationis pœnam † imponi pro hoc crimine, dixerunt *Lopez ad Diaz in prax. cap.* 88. *vers. quæ sanè. & alij DD. relati per Farinacc. d. quæst.* 148. *num.* 14. Contrarium tamen respondit *Non. conf.* 104. & alij per eundem *Farinacc. d. loco num.* 15. vbi dicit, quod hæc opinio seruatur, pro qua stat *Guazzin. de confisc. bonor. concl. 13. lim.* 45. & vide *Thesaur. Iun. quæst. forens. lib. 3. quæst.* 17. Et quod Sodo-
3 mita † gaudeat immunitate si ad Ecclesiam confugiat, stante præsertim Bulla Gregorij XIV. *Giurb. conf. crimin. 30. num.* 7. vbi plures ad hoc citat. Quomodo
4 autem probetur † hoc delictum, & an Sodomitato credatur, vide *Neuiz. conf. 85. num. 1. Honded. conf. 98. & conf. 100. lib. 1. Thesaur. Iun. quæst. forens. lib. 3. quæst. 35. & Farinacc. d. quæst. 148. num. 66. & seqq. & conf. 216. lib. 3. Mastrill. d. decis.* 295.

# SOLVTIO.

### SVMMARIA.

*Soluere quando Debitor possit Creditori sui Creditoris, in princ. & Adnot. num.* 2.

*Dilatio ad soluendum quanta assignanda sit Debitori, vers. Ad soluendum. & in Adnot. num. 3. & seqq.*

*Dilationes, Saluiconductus, Non grauetur, & similia concedi non possunt Debitoribus vltra terminum à iure assignatum ad soluendum, vers. Dilationes.*

*Solutiones pro qua parte possint fieri in quatrenis, vers. Solutiones.*

*Debita contracta in quatrenis soluuntur ad rationem nouem iuliorum pro scuto, Adnot. num.* 6.

SOluere non potest Debitor Creditori sui Creditoris, nisi concurrentibus aliquibus, & facta intimatione Stat. rubr. 29. §. contra con-
A fessiones. in fin. lib. 2. pag. 18. col. 1. A

Ad soluendum assignantur debitori decem dies, rubr. 3. §. si verò iurauerit. lib. 2. pag. 3.
B col. 4. B

Dilationes, Moratorias, Saluosconductus, Non grauetur, & similia, non posse concedi debitoribus vltra terminum à iure assignatum ad soluendum, sunt litteræ Sacræ Consultæ subscriptæ à Card. Montalto sub die 28. Februarij 1592. registratæ in Canc. Crim. pag. 279.

Solutiones vsque ad summam decem scutorum pro medietate possunt fieri in tot quatrenis, à decem verò scutis vsque ad vigintiquinque tertia pars potest fieri in quatrenis, à vigintiquinque verò vsque ad quinquaginta, quarta pars, à quinquaginta autem supra ad rationem decem scutorum pro centenario in quatrenis similiter fieri potest, ex edicto Gubernatoris sub die 6. Maij 1570. vt in libris Bannimentorum
C Canc. Comm. C

## Adnotationes.

1 De Solutionibus † *est tract. Pyrrhi Mauri Aretini post tract. eiusdem de Fideiuss.* De exceptione Solutionis vide *Carol. de Grass. de except. ad Stat. exclud. exc.* 25.

2 A Vide † *Carol. de Grass. d. except. 25. num. 34. & seqq. & decisionem in Bononien. Pecuniaria 5. Iulij 1591. coram bo. me. Comitulo.*

3 B De Iure communi etiam † assignatur debitori ad soluendum modica dilatio *l. si debitori 21. ff. de Iudicijs. vbi gl.* sentit de decem diebus *Rota in Romana Vinea, & Saluiani de Rusconibus 17. Februarij 1612. coram Sacrato, quæ est impressa apud Zacchi. ad Gallesf. de oblig. Camer. decis. 3. num. 3. & apud D. Cenc. de Censib. decis. 268. num.* 2. In debitis in vim obligatio-
4 nis Cameralis † assignantur de stylo sex dies, & quandoque maior dilatio datur arbitrio Iudicis, & vide *Menoch. de Arbitrar. cas.* 52. Denegatur tamen di-
5 latio † ad soluendum illi, qui fatetur separatum soluere *Roman. sing. 459. aliàs 465. in fin.* sequitur *Menoch. d. tract. cas. 8. num.* 3.

6 C Super decreto Camerali † circa solutiones debitorum contractorum in quatrenis, quod debeant solui iulij nouem pro scuto, vide *decis. 648. in fin. par. 1. recent.* & vide ad materiam dicta supra *ver. Moneta pag.* 201.

# SOROR.

### SVMMARIA.

*Soror dotata à Fratribus, vel aliquo ipsorum, non succedit durante linea masculina, & quando succedat cum Patre, & alijs, in princ.*

*Sororis appellatione venit tam vtrinquè coniuncta, quàm Consanguinea, vel Vterina tantum, Adnot. num.* 1.

*Frater non venit appellatione Sororis, Adnot. num.* 2. *vbi an Soror veniat appellatione Fratris.*

*Soror quando excludatur à Patruelibus, Adnot. n.* 3.

SOror dotata à Fratribus, vel aliquo ipsorum eisdem non succedit, quousque aliquis ipso-
rum, vel eorum descendentes per lineam masculinam superuixerint, Stat. rubr. 45. §. 1. verf. & si mulier. lib. 2. in reformat. impressis supra ver. Foemina. pag. 132. vbi alia videas de successione Sororis cum Patre, vel alijs Ascendentibus, & cum
A Matre, & Patruo, & eius descendentibus. A

## Adnotationes.

1 Sororis appellatione † venit tam vtrinque coniuncta, quàm Consanguinea, vel Vterina tãtum *Menoch. conf.*

2 *conf.* 428. *num.* 10. *lib.* 5. Non tamen † venit Frater *idem conf.* 187. *num.* 47. *& seq. lib.* 2. vbi declarat, & an Soror veniat appellatione Fratris vide *Menoch. cons.* 990 *num.* 2. *& seqq. lib.* 10. *& cons.* 1146. *lib.* 12.
3 A Vide † quæ dixi supra *d. ver. Fœmina* præsertim *num.* 28. & dicam infra *ver. Successio ab intestato*, & vide etiam supra *ver. Frater. pag.* 150. & an Soror excludatur ab hæreditate Fratris à Fratribus Patruelibus vide *Menoch. cons.* 684. *lib.* 7. *& Ludouis. decis.* 464. *num.* 9.

# SPONSALIA.

## *SVMMARIA.*

*Sponsalia non possunt contrahi cum Muliere minore duodecim annis sine consensu Ascendentium, vel Tutoris, in princ.*
*Ascendentes quando non teneantur dotare Fœminam, quæ nupsit absque eorum consensu, ibid.*
*Tutor non potest contrahere Sponsalia cum Pupilla sine consensu aliquorum, vers. Tutor.*
*Nec potest Pupillam alicui nuptui tradere sine dicto consensu, ibid.*
*Tenetur restituere accepta occasione matrimonij cum Pupilla, d. loco.*
*Munera quædam non possunt dari Sponsis, vers. De probibitione.*
*Sponsi quibus ex causis excusentur à contrahendo matrimonium, Adnot. num.* 1.
*Statutum probibens ne filij sine consensu Parentum nubant an valeat, Adnot. num.* 2.
*Statutum probibens matrimonium cum Forense an valeat, Adnot. num.* 3.
*Maritare Puellam ad quem spectet, Tutorem, Matrem, aut Propinquos, Adnot. num.* 4.
*Promissio facta Tutori ob causam matrimonij cum Pupilla non valet, Adnot. num.* 5.

SPonsalia non possunt contrahi cum Muliere minore duodecim annis sine cõsensu Ascendentium, vel Tutoris, sub poena, Stat. rubr. 85. §. 1. & seq. lib. 3. pag. 33. col. 4. & in §. vbi verò disponitur quod si filia maior duodecim annis matrimonium contraxerit sine consensu Ascendentium, illi non teneantur eam dotare, nisi excessisset vigesimum quintum annum, & in addit. cauetur, quod tenetur accipiens eam dotare, de quo dictum fuit supra ver. Dos. vers. Pater, pag.
A 100. A

Tutor non potest contrahere Sponsalia cum Pupilla sine cõsensu duorum proximiorum consanguineorum dictæ Pupillæ, vel Matris, quæ non transiuerit ad secunda vota, nec potest Pupillam alij nuptui tradere d. rubr. 85. §. item non liceat. lib. 3. pag. 34. col. 1. vbi etiam quod tenetur restituere quicquid receperit occasione A
B matrimonij, & vide etiam §§. sequent. B

De prohibitione dādi quædam munera Sponsis vide Stat. rubr. 29. lib. 1. pag. 24. col. 3. & vide etiam rubr. sequent. & præsertim rubr. 37. pag. 25. & rubr. 581. d. lib. 1. pag. 126. col. 3. & dicam ver. Vestes.

## Adnotationes.

1 Vide † *Sanchez de Matrim. & Guttierez in simili tract.* & nouissimè de causis ex quibus excusentur Sponsi à contrahendo matrimonium vide apud *Ritt. in Prax. rer. quotid. fori Eccles. par.* 4. *resolut.* 405. *cum pluribus seqq.*
2 A Statutum prohibens † filijs nè sine consensu Parentum nubant an valeat vide *Fontanell. de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 2. *& tom.* 2. *claus.* 6. *glos.* 3. *par.* 5. *Caualer. decis.* 427. 468. *&* 526. Super Statuto † prohibente matrimonium cum Forense vide *Eugen. cons.* 18. *lib.* 1. *Morot. cons.* 97. *num.* 9. *Molin. de rit. nupt. lib.* 2. *different.* 7. *num.* 22. *& seqq.*
3
4 B Maritare † Puellam ad quem spectet, Tutorem, Matrem, aut Propinquos attento iure communi vide *Paitell. in adnot. ad expedit. Patr.* 8. *num.* 9. *& seqq.*
5 & de promissione facta Tutori † ob causam matrimonij cum Pupilla, quòd non valeat; vide *Pascal. de virib. patr. potest. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 7. *&* 8. *& Fontanell. de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 5. *glos.* 7. *num.* 1. *& seqq.* vbi de obligatione Tutoris circa allocationem, & dotationem Pupillæ.

# SPORTVLAE.

## *SVMMARIA.*

*Sportulæ tam in Ciuilibus, quàm in Criminalibus quibus, in princ.*
*Sportulas qui teneatur deponere, & soluere, vers. litigantes. & Adnot. num.* 3.
*Iudex non potest accipere Sportulas antequam sententia fuerit aperta, lecta, & publicata, in fin.*
*De Sportulis qui tractent, Adnot. num.* 1.
*Sportulæ dantur Iudicibus pro salario, seu mercede, aut honorario, ibid.*
*Sportulas non consequitur, qui habet salarium de publico, Adnot. num.* 2.

DE anno 1472. fuerunt moderatæ Sportulæ, & aliæ solutiones actorum Ciuilium per Baldum Nouellum, Petrum de Vbaldis, & Petrum Philippum Corneum insignes Iure Consultos, cum interuentu duorum Causidicorum, & duorum Notariorum, vt in 3. reg. Canc. Comm. pag. 69. & 74. Taxam Sportularum habes in Stat. rubr. vlt. lib. 4. pag. 47. Sed seruatur modo in Ciuilibus taxa facta per Cardinalem Vrbinatem inter eius Constit. cap. 17. & seqq. registrat. cum addit. int. Comit. Constit. par. 2. rubr. 14 cap. 2. pag. 85. In Criminalibus verò vide dict. Constit. Card. Vrbini cap. 14. & decretum Card. Aldobrandini sub die 3. Ianuarij 1595. impressum latino sermone in Comitib. pag. 58. & vulgari sermone in fine huius Operis post dictas Constit. Cardinalis Vrbini pag. 24. & dict. Const. Comit. rubr.

rubr. 14. cap. 1. pag. 83. & aliam Taxam factam de anno 1620. quę pariter est impressa infra post Const. Card. Vrbini in fin. pag. 24. & seqq.

Litigantes, qui instant pro expeditione causæ, & asportatione processus ad effectum aperiendi notulam sententiæ, siue Actores, siue Rei sint, ad requisitionem Notarij Actuarij causæ deponunt, & soluunt in manibus Notarij quantitatem pecuniarum debitam DD. Iudicibus, & per Notarium petitam, iuxta taxam in dicta Curia seruari solitam, habito respectu ad valorem bonorum, seu quantitatem pecuniarum in petitione compræhensorum, & compræhensarum, & idem Notarius causæ in receptione notularum sententiarum dat, & consignat D. Iudici causæ quantitatem pecuniarum a parte vt supra, in eius manibus depositatam, absque eo, quod Notarius notificet D. Iudici à quo ex Collitigantibus Propinæ fuerint depositatæ, ita obseruatum fuisse, & obseruari in hac Curia, testati fuerunt Domini Causidici in fide Collegialiter facta sub die 10. Februarij 1614. A

Sportulas depositas, seu deponendas non potest accipere Iudex antequam sententia aperta, lecta, & publicata verè fuerit Const. Card. Vrb. cap. 8.

## Adnotationes.

1 Sportulæ † dantur Iudicibus pro Salario, seu Mercede, aut Honorario, de quibus vide *Galganett. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 44. & Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 9. par. 2. Roman. sing. 183. Menoch. cons. 406. num. 21. & 22. lib. 5. Caroc. de locat. & conduct. par. 1. tit. de Sportulis Iudicum. Ciriac. contr. forens. lib. 1. contr. 67. Mastrill. de Magistrat. lib. 1. cap. 22.* Ha-
2 bens salarium† de publico non consequitur Sportulas *Honded. cons. 84. num. 64. lib. 2.*

3 A Hodiernis temporibus † seruatur, quod non solum is, qui instetit pro sententia, deponat Sportulas, sed etiam alia Pars, quæ fauorabilem illam sperat, & Iudex recipit à Notario illas, quas deposuit ille, in cuius fauorem sententia lata est.

# STATVTVM.

### SVMMARIA.

*Statuta Perusina quo tempore fuerint condita, in princ. & vers. & seqq. ubi de quolibet libro Statutorum.*

*Confirmationes Statutorum à quibus fuerint obtentæ, vers. Confirmauit. & Adnot. num. 15.*

*Statuta si essent contraria debent vltima seruari, & quæ dicantur vltima, vers. Si essent. & Adnot. num. 18.*

*Statuta, & alia ordinamenta, quæ non essent scripta in corpore Statutorum non afficiunt, vers. Statuta, & alia. & vide Adnot. num. 19.*

*Vniuersitates, Castrorum, & Villarum non possunt condere Statuta in præiudicium Ciuium, vers. Vniuersitates.*

*Statuta vetera debent attendi in causis pendentibus tempore editionis nouorum Statutorum, vers. Statuta vetera. & Adnot. num. 20.*

*Statuta debent seruari in modo procedendi tam in causis Ciuilibus, quàm Criminalibus, & mixtis, vers. fin.*

*Sed post Bannimenta, & Constitutiones Card. Vrbini, ibid. Et post Constitutiones Pontificias, Adnot. num. 21.*

*Statutum est tantæ potentiæ in Ciuitate, quanta lex Communis in Vniuerso, Adnot. num. 1.*

*Statutum dicitur Ius commune in Patria, Adnotat. num. 2.*

*Et appellatione iuris communis propriè venit, n. 3.*

*Statuta Perusina fiunt à Populo Perusino, non à Gubernatore, Adnot. num 4.*

*Debentque fieri à toto Populo, nec sufficiunt facta fuisse à Prioribus, num. 5.*

*Statutum vt valeat, quæ requirantur, Adnot. n. 6.*

*Publicationem nō requirit quando fuit factum à Consilio Ciuitatis, ibid.*

*Publicatio non tollit, quin prius Statutum locum habuerit, ibid.*

*Publicatio præsumitur vbi Statutum reperitur in volumine Statutorum, Adnot. num. 7.*

*Produci an debeat Statutum, Adnot. num. 8.*

*Statutum præsumitur vsu receptum, Adnot. num. 9.*

*Præsertim si sit confirmatum, num. 10. & vide num. seqq.*

*Confirmatio Statutorum est necessaria in Terris Ecclesiæ, Adnot. num. 14.*

*Qualis debeat esse confirmatio, ibid. num. 16. & seq.* A

*Statuta non requirunt ad sui essentiam scripturam, Adnot. num. 19.*

Statuta quædam antiqua absque tamen correctionibus, & Additionibus fuerant edita de anno 1389. vt colligitur ex Stat. rubr. 456. & 459. lib. 1. pag. 107. col. 4. & 108. col. 2. Quædam autem die vltima Maij 1400. vt in rub. 461. pag. 108. lib. 1. In rubr. 11. §. strenuo. lib. 1. pag. 9. col. 2. præsupponitur illam formam electionis Capitanei fuisse factam tempore Clementis VII. Aliqua Statuta fuerunt condita tempore Papæ Bonifacij IX. vt in rubr. 290. pag. 88. lib. 1. In rubr. 355. lib. 1. pag. 98. dicitur de præsenti anno 1389. & Mense Aprilis. In rubr. 334. pag. 93. lib. 1. ordinauerunt statuentes, quod primum librum illorum Statutorum haberet principium, & sumeret vires à Kalend. Mensis Aprilis 1400. Circa Abundantiam fuerunt edita de anno 1389. rubr. 478. §. 1. in fin. lib. 1. pag. 112. & nonnulla de anno 1400. vt in rubr. 549. pag. 122. Et sic Statuta in vnum collecta, necnon in quatuor libros compilata, fuerunt recollecta ex Statutis diuersis temporibus factis, & de anno 1416. erant in quatuor libris, vt habetur in 1. regist. Canc. Comm. pag. 6. & in confirmatione Martini V. ibid. pag. 12.

Liber primus Statutorum editus, & publicatus

post secundum librum colligitur in princ. proœmij eiusdem lib. 1. & rubr. 590. in princ. in rubr. 171. §. si quis tamen. pag. 57. & in rubr. 596. in princ. eod. lib. 1. & etiam post tertium, vt colligitur in addit. rubr. 197. eod. lib. 1. pag. 67. & completus cum additionibus 8. Id. Augusti 1526. vt colligitur in fine eiusdem 1. lib. pag. 131. Et additiones, & correctiones eiusdem 1. lib. fuerunt publicatæ publicè per Bannimenta die vltima Mensis Febr. 1528. vt in 2. lib. Banniment. Communis pag. 60. & continet ordinationes Abundantiæ, illorumque Officialium, & similium, vt colligitur in princ. rubr. 598. quæ est final. eiusdem 1. lib.

Secundus autem liber Statutorum continet, quomodo ciuiles causæ pertractari debeant, vt habetur in proœmio lib. 4. pag. 1. & die 3. Aprilis 1525. fuit totaliter impressus, vt habetur in fin. eiusdem lib. & antequam esset completus, & publicatus primus liber, vt supra. Colligitur autem ex rubr. 3. d. lib. 2. §. quod à sententijs. pag. 3. col. 4. in fin. dum dicit de executione instrumentorum, vt supra, quod in compilatione rubricarum fuerunt aliquæ postpositę, & alio modo ordinatæ, cum vtique prius esset rubr. de executione instrumentorum, quæ nunc est rubr. 29. eod. lib. 2. pag. 17. quam d. rubr. 3. quæ est de sum-
A maria cognitione. A

Tertius liber continet quomodo delicta puniantur, vt colligitur ex rubr. 1. eiusdem lib. & in proemio lib. 4. & alias de anno 1425. fuit approbatus, & confirmatus per Consilium Dominorum Camerariorum, vt patet in fin. rubr. 219. quæ est final. eiusdem lib. pag. 66. & cum correctionibus, & additionibus fuit perfectus de anno 1523. die 23. Iulij, vt ibidem in fin. & fuit correctus, & ei additum de ordine alias facto de anno 1510. vt in illius præfatione. Fuerunt etiam alias de anno 1415. factæ, & publicatæ nonnullæ additiones, & correctiones, vt patet in rubr. 199. eiusdem lib. 3. pag. 61.

Quartus autem liber continet res concernentes ornatum Ciuitatis, & Lacum, vt in proemio d. lib. 4. & fuit editus post primum, vt colligitur ex rubr. 133. in fin. eiusdem lib. 4. pag. 39. De additionibus d. lib. 4. fit mentio in additionibus ad rubr. 136. lib. 1. pag. 40. Fuit compilatus post tertium, vt colligitur in additione rubr. 7. eiusdem lib. pag. 5. col. 3. & rubr. 45. in princ. pag. 14. col. 1.

Confirmauit Martinus V. Statuta nostra in quatuor libris digesta, in eius Capitulationibus num. 17. vt in 1. regist. Cancell. Comm. pag. 12. Eugen. IV. confirmauit omnes concessiones factas per Martinum in eius Capitulationibus factis sub die 21. Iunij 1431. in 1. registr. pag. 56. Pius II. confirmauit omnes concessiones factas per Martinum V. Eugen. IV. & Nicolaum V. & Statuta, quæ erant in quatuor libris, vt in 1. & 6. cap. in 2. regist. pag. 71. & 72. vbi constat de alio Breui. Paulus II. pariter confirmauit omnia Statuta 17. Kal. Octob. 1464. in 3. regist. pag. 5. Sixtus IV. 16. Kal. Martij 1470. idem fecit in 3. regist. pag. 64. & circa modum procedendi in causis ciuilibus, & criminalibus, ac mixtis eadem Statuta sunt confirmata ab eodem Sixto IV. vt in Bulla impressa in Stat. rubr. 145. lib. 4. pag. 42. Iulius II. sub die 14. Decembris 1503. confirmauit omnia priuilegia, gratias, concessiones, & indulta eidem Ciuitati per Pontifices, vel Legatos facta, & confirmauit pariter Statuta, vt in 4. reg. pag. 154. Leo X. pariter confirmauit dummodo non essent contraria libertati Ecclesiæ in 5. regist. pag. 43. Paulus III. idem in 6. regist. pag. 70. Iulius III. in princ. eius Breuis in d. 6. reg. pag. 100. Paulus IV. in d. 6. regist. pag. 121. Pius IV. in 7. regist. pag. 3. Pius V. ibidem pag. 45. Gregorius XIII. in eodem 7. regist. pag. 72. qui etiam confirmauit decreta Cardinalis Vrbini, cum quibusdam declarationibus sub die 20. Iunij 1573. vt in d. 7. regist. pag. 74. & habes in fine Operis. Sixtus V. pariter confirmauit omnia Statuta, ordinationes, priuilegia, & concessiones Ciuitati Perusiæ per quemcumque Pontificem concessa, dummodo non essent contraria libertati Ecclesię, & essent in vsu, vt in eius Breuis dato die 9. Iunij 1585. in d. 7. regist. pag. 128. De confirmatione specifica Statuti de duabus conformibus dictum fuit supra ver. Appellatio. pag. 15. in princ. Et de Statuto de Compromissis dictum fuit supra
B ver. Compromissum. pag. 79. B

Si essent huiusmodi Statuta in aliquo contraria, debent seruari vltima, seu sequentia, & priora, posterioribus derogant, & vltima intelliguntur, quæ retro in volumine scripta sunt secundum ordinem scripturæ rubr. 70. lib. 1. pag. 32.
C in princ. C

Statuta, & alia ordinamenta, quæ non essent scripta in corpore Statutorum non afficiunt
D rubr. 128. lib. 4. pag. 38. D

Vniuersitates, Castrorum, & Villarum non possunt condere Statuta in præiudicium Ciuium rubr. 13. §. & quia sæpe. lib. 3. pag. 10. col. 1. & dixi supra ver. Castrum. pag. 47.

Statuta vetera tunc vigentia debent attendi in causis super quibus pendebant processus tempore editionis nouorum Statutorum, & pariter additionum, & emendationum deinde factarum
E rubr. 137. lib. 4. pag. 40. E

Debent seruari Statuta in modo procedendi tam in causis ciuilibus, quam criminalibus, & mixtis, ex Breue Sixti IV. registrato in rubr. 145.

§. item

§.item ſtatuta. lib.4. pag.42.in fin. Sed poſt pro-
clamata, & Bannimenta,& Conſtitutiones Card.
F Vrbini, vt in eius Conſtit. cap. 2. F

## Adnotationes.

1 Statutum eſt tantæ † potentiæ in Ciuitate, quantæ
lex communis in Vniuerſo l. omnes populi. ff. de iuſt.
& iur. Eugen. conſ 85. num. 18. lib. 1. & dicitur Ius
2 commune † in Patria Peregr. de Iur. Fiſc. lib 5. tit. 1.
num. 135. Amat. deciſ. March. 2. num. 10. & deciſ.
98. num. 23. Rota in Bononien. Fideicommiſſi de Ron-
cho 10. May 1585. coram bo. me. Comituto, qua deci-
ſio eſt impreſſa apud Giouagn. poſt conſ. 99. lib. 1. n. 55.
3 & quod Iuris communis † appellatione propriè veniat
Statutum tradunt Bal. in l. unic num. 22. ad fin. verſ.
quinimo dico. C. de confeſſ. Iaſ in l. omnes popul. n. 5.
ff. de iuſt. & iur. Socc. Sen. conſ. 81. ſub num. 3. ad fin.
verſ. ad prædicta. lib. 1. Curt. Sen. conſ. 46. num. 15.
poſt med. Surd. conſ. 343. num. 7. Merlin. de legit.
lib. 3. tit. 1. quæſt. 18. num. 72. & 76. Rota in Roma-
na Legitimæ 21. Iunij 1611. coram Card. Sacrato, &
hos citans in Romana Lucri dotalis 16. Decemb. 1633.
coram R. P. D. Merlino, in verſ. Aliquibus etiam. &
quod veniat appellatione Iuris quoad contrahentes
Mart. vot. 154 num. 4. Sed pro declaratione vide
deciſ. in Bononien. Succeſſionis 24. Maij 1628. coram
R. P. D. Durano, quæ eſt in fine, deciſ. 102. num. 5.
4 & ſeqq. Statuta Peruſina † fiunt à Populo Peruſino,
non à Gubernatore Corn. conſ. 147. num. 2. lib. 2.
vbi propterea infert, quod licet Gubernator habeat
Iuriſdictionem in Caſtro Bictonij, & alijs locis; non
tamen habet Populus Peruſinus. Debet fieri Statu-
5 tum † à toto Populo, nec ſufficit factum à Prioribus,
Rota in Peruſina Nullitatis ceſſionis 28. Ianuar. 1619.
coram Remboldo, quæ eſt in fine, deciſ. 30. num. 14.
6 Ad validitatem Statuti. † quæ requirantur vide Hon-
ded. conſ. 4. num. 9. & ſeqq. & num. 89. cum ſeqq. lib. 1.
An Statutum requirat publicationem, vt liget, pro
negatiua quando fuit factum à Conſilio Ciuitatis re-
ſpondit Menoch conſ. 548. num. 2. lib. 6. & num. 3.
dicit, quod publicatio non tollit, quin prius etiam
Statutum vires habuerit. & vide Rot deciſ. 380 par. 1.
diuerſ. & Corn. conſ. 175. num 15. lib. 3. vbi, an ſint
ſeruanda Statuta, quæ non fuerint bannita, ſed ſunt
7 in Archiuio publico, & quod præſumatur † publica-
tum Statutum, quod reperitur in volumine ſtatuto-
rum, tradunt Gloſ. & DD. in cap. Paſtoralis. de fid.
inſtr. Bero. conſ. 173. num. 54. lib. 1. & Rol. conſ. 99.
8 num. 36. lib. 2. Productio Statuti † an, & quando de-
beat fieri à fundante ſe in illo vide Bart. in l omnes po-
puli. num. 67. & ſeqq. ff. de iuſt. & iur. Aym. conſ. 137.
num. 5. Turrett. conſ. 38. num. 17. & ſeqq. lib. 1. Aſin.
in prax. §. 22. cap. 17 lim. 2. Oſaſch. deciſ. 141. n. 13.
Quod ſit producendum extra locum Statuti ſentit
Rota in Aſſiſien. Hæreditatis 31. Maij 1606. coram
Marcomontio, quæ eſt in fine, deciſ. 84. num. 9. Sed
non eſt producendum illud Ciuitatis, in qua viget Iu-
dicium, licet ſecus ſit in reformatione, quæ non eſt
incluſa in Statutis, quia iſta debet produci, vt tradit
Facian. de probat. lib. 1. cap. 66. num. 55. & ſeqq. Sta-
9 tutum præſumitur vſu † receptum Dec. conſ. 534. ſub
num. 9. & conſ. 649. pariter poſt num. 9. Bero. conſ.
137. num. 54. & ſeq. lib. 1. Gozad. conſ. 16. num. 16.
Natt. conſ. 340. num. 11. Curt. Iun conſ. 129 num.
12. Rol. conſ. 90. num. 54. lib. 1. & conſ 99 num 39.
lib. 2. Cephal. conſ. 515. num. 23. lib. 4. Menoch conſ.
75. num. 14. lib. 1. Gabr. conſ 84. num. 60. lib. 2. Hon-
ded. conſ. 4. num. 91. lib. 1. Surd. conſ. 460. num 29.
& ſeqq. lib. 4. Carol. Anton. Put in conſ. vn. poſt conſ.
Odd. num. 17. & 92. cum ſeqq. Ioſeph Ludouic. concl.
64. verſ in dubio autem vbi de magis comm. (quamuis
videatur contrarium ſentire deciſ. Peruſ. 98) Ma-
ſcard. de probat. concl. 1313. num. 3. Rota Bononien.
per Beninten. deciſ. 13. num. 9. Rota Marchiæ apud
Gratian. deciſ. 81 num. 4. Rota Romana apud Creſcent.
deciſ. 79. num. 2. quæ eſt 4. de priuil. Verall deciſ 158.
& 220. lib. 1. Mohed. deciſ. 90. num. 4. quæ eſt 2. de
probat deciſ. 97. num. 2. deciſ. 301. num. 2. & deciſ.
775. num. 2. par. 1. diuerſ. Seraph. deciſ. 153. num. 2.
& deciſ. 1447. num. 1. & in Fulginaten. Pecuniaria
30. Maij 1619. coram Manzanedo, quæ eſt in fine,
10 deciſ. 89. num. 8. Præſertim ſit ſit † confirmatum
Alderan. Maſcard. de general. Stat. interpr. concl. 6.
num. 94. & ſeqq. Rota apud Verall. deciſ. 204. par. 3.
& apud Seraph. deciſ. 113. & in Ciuitatis Caſtelli Bo-
norum 11. Decembris 1598. coram Gipſio, quæ eſt in
calce huius Operis, deciſ. 44. num. 3. & ſeqq. vbi quod
debet probari contrarius vſus obtentus in contradi-
11 ctorio Iudicio, de quo † non vſu, ſeu contrario vſu,
vide deciſ. in Peruſina Bonorum de Vbaldis 18. Mar-
tij 1583. coram Aldobrandino, quæ eſt in fine, deciſ. 37.
Seraph. d. deciſ. 113. & deciſ. 163. & coram Ludouiſ.
12 deciſ. 269 Super obſeruantia † ſtatuti detulit litte-
ris Priorum Ciuitatis Rota in Peruſina prætenſi com-
promiſſi 26. Aprilis 1602. coram Litta, quæ eſt in fine,
deciſ. 19. num. 5. & fidei plurium Aduocatorum in
Peruſina reintegrationis 29. Maij 1626. coram Buratto,
quam habes in fine, deciſ. 66. num. 17.

13 A Hoc idem † nempe, quod Statutum de execu-
tione inſtrumentorum præcederet aliud de ſummaria
cognitione, colligitur ex Corneo conſ. 141. num. 9. &
19. lib. 3.

14 B Eſt autem neceſſaria confirmatio † Statutorum,
ſaltem de generali conſuetudine in terris Eccleſiæ,
maximè quando Statuta non reſpiciunt bona ipſius
Vniuerſitatis Bart. in l. omnes popul. 1. q. ff. de iuſt.
& iur. Bal. ibid. num. 14. & Caccialup. num 10. verſ.
dicitur etiam. idem Bal conſ. 143. num. 1. lib 1. Corn.
conſ. 171. num. 4. lib. 4. Rot. deciſ. 538. num. 1. & 780.
par. 1. diuerſ. Seraph. deciſ. 1004. num. 8. deciſ. 339.
num. 2. & ſeqq. par. 2. recent. Et ſuper Statuto Aba-
ſtiæ in Aſſiſien. Hæreditatis 17. Aprilis 1606. coram
Ortimbergo, & in alia 14. Decembris 1607. coram eo-
dem, quæ eſt in fine, deciſ. 88. vbi præſertim in ſtatu-
to contrario Iuri communi, quod non poſſit confir-
mari à Baronibus, maximè ſtante Egidiana (vt lib. 2.
cap. 36. de qua Corn. conſ 248. num. 9. lib. 3. & Rot.
deciſ. 261. num. 1. par. 4. diuerſ.) adeo vt non ſuffra-
getur obſeruantia, & tollerantia Officialium Sedis
Apoſtolicæ, vt firmatur ibidem. Et ſuper Statuto Aſ-
ſiſij vide in Aſſiſien. Hæreditatis 31. Maij 1606. coram
Marcomontio, quæ eſt in fine, deciſ. 84. num. 10. &
ſeqq. Et in Statuto Peruſino in d. Peruſina Nullitatis
ceſſionis 28. Ianuarij 1619. coram Remboldo, quæ eſt
in fine, deciſ. 30. num. 14. & vide etiam ad materiam
Eugen. conſ. 96. lib. 2. & Carol. Ant. Put. in d. conſ.

*on. post cons. Odd. num.* 18. *& num.* 99. *cum seqq.* Sta-
15 tuta Perusina † fuisse confirmata à Sixto IV. scribit *Ios. Ludouic. decis. Perus.* 38. *num.* 1. *in fin.* & quod sint confirmata à Pontificibus, præsupponit *Odd. cons.* 1. *num.* 4. *vers.* 2. *quia.* & dixit etiam *Rota in Perusina Hæreditatis* 20. *Nouemb.* 1602. *coram Card. Pamphilio Seniore*, quæ est in fine, *decis.* 3. *num.* 8. & in confirmatoria *sub die* 12. *Decembris* 1603. *coram eodem*, quæ est ibidem, *decis.* 4. *num.* 4. Qualis autem
16 debeat † esse confirmatio vide *Rol. cons.* 29. *num.* 30. *& seqq. lib.* 1. *Beltram. ad Ludouis. decis.* 267. *num.* 14. *vers. & requiritur: & Rotam in Bononien. Successionis* 9. *Decembris* 1622. *coram bo. me. Vbaldo, & in Perusina Releuationis testamenti* 7. *Maij* 1632. *coram R. P. D. Pirouano*, quam ponam infra ver. *Testamen-*
17 *tum*. Super clausula, quatenus † sint in vsu, apposita in confirmatione, vide *Seraph. decis.* 1004. *num.* 9. *& in Perusina de Oddis* 28. *Iunij* 1604. *coram Card. Mellino*, quæ est in fine, *decis* 83. vbi etiam de clausula, quatenus sint iusta, & honesta, licet non loquatur de Statuto Perusiæ, sed Roechæ Contratæ.

18 C Idem de iure † communi tradit *Bart. in l. omnes populi. num.* 35. *ff. de iust. & iur. Corn. cons.* 141. *num.* 10. *lib.* 3. *& Fulu. Pacian. de Probat. lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 62. vide tamen *Dec. cons.* 3. *per tot. & Seraph. decis.* 326. *num.* 5. *& Mascard. de gener. Stat. interprat. conclus.* 8.

19 D Statutum non requirit † ad sui essentiam scripturam, sicut nec Lex Canonica, vel Ciuilis *Rota in Montis Falisci Fideicommissi de Bisentijs* 15. *Aprilis* 1616. *coram Reuerendissimo D. Coccino Decano*, quæ est impressa, *decis.* 243. *par.* 2. *recentiss. seu par.* 4. *recent.* vbi alij Doctores citantur, quibus accedit *Menoch. cons.* 791. *num.* 4. *lib.* 8.

20 E Vide † *Mascard. de gener. Stat. interprat. concl.* 13. *Rot. in Perusina Reintegrationis* 5. *Maij* 1597. *coram Penia*, quæ est in fine, *decis.* 15. *& Honded. cons.* 26. *lib.* 1. cuius dicta quoad reintegrationem descendentium controuerti possunt ex citatis per *Rot. in alia Perusina Reintegrationis* 31. *Maij* 1624. *coram Buratto*, quæ est pariter in fine, *decis.* 63. *num* 6.

21 F Quod Statuta nostra † sint seruanda etiam ad decisionem causarum Criminalium post Constitutiones Pontificias respondit *Hond. cons.* 100. *num.* 45. *lib.* 2.

# SVBHASTATIO.

## *SVMMARIA.*

*Subhastatio bonorum in tenutam per Debitorem captorum quomodo fiat, ex Stat. in princ. & ex stylo vers. Postea verò.*

*Debitor potest cogi ad consentiendum, & ratam habendum venditionem, & adiudicationem, seu in solutum dationem, vers. Debitor potest.*

*Promittens, seù offerens in Bannimentis faciendis debet esse Ciuis, vel Comitatensis Perusinus, vers. Promittens.*

*Debetque intra secundam diem à die requisitionis facta comparere ad faciendum contractum, seu instrumentum, & soluendum precium, aliàs incurrit pœnam, & cadit à iure suo, ibid. & in Adnot. num.* 8.

*Debitor ad redimendum bona in tenutam capta, & subhastata habet tempus sex mensium; etiam quod consensum præstiterit, vers. Ad redimendum. & Adn. num.* 9.

*Emptio in subhastationibus ex stylo fit cum promissione Emptoris, vel precium oblatum soluendi, vel iura, & instrumentum remittendi, vers. Quod in hac Ciuitate. & vide Adnot. num.* 10.

*Instrumento venditionis facto à Iudice, & Creditore, absque alio Iudicis decreto, vel licentia de immittendo Emptor capit possessionem bonorum, vers. De anno.*

*Citatio ad videndum committi Bannimenta fit loco citationis ad videndum subhastari, vers. Postea verò. cir. med. & vide de Iure communi, Adnot. num.* 11. *& seq.*

*Statuti forma est seruanda in subhastatione, Adnotat. num.* 1.

*Nulla existente subhastatione quando possit ad nouam deueniri, Adnot. num.* 2. *vbi ad quid teneantur Creditores erga emptorem.*

*Adiudicatio an fiat pro iusto precio, Adnot. num.* 3.

*Hæres cum beneficio inuentarij an possit dare bona in solutum, Adnot. num.* 4.

*Subhastatio præsumitur facta spacio longi temporis, Adnot. num.* 5.

*Creditor intra quantum tempus debeat ad subhastationem deuenire, Adnot. num.* 6.

*Deposito residui non facto est nulla subhastatio, Adnot. num.* 7.

*Oblator in subhastatione quando possit cogi ad emptionem, & precij solutionem, Adnot. num.* 8.

*Subhastatio de Iure communi non valet, habita fide de precio, Adnot. num.* 9. *vbi limitatur.*

*Decretum Iudicis de subhastando, seu deliberando requiritur, vt valeat subhastatio, Adnot. num.* 10. *& vide num. seq.*

CApta Tenuta bonorum stabilium Creditoris nomine (de qua dicam infra ver. Tenuta) si deueniendum sit ad subhastationem, qui modus sit seruandus, vide Stat. rubr. 29. §. si verò placuerit. lib. 2. pag. 19. col. 2. vbi de quinque ad minus Bannimentis faciendis, & quod ex precio satisfit Creditori, & residuum restituitur Debitori, & si nolit recipere fit Depositum. A

A Debitor potest cogi ad consentiendum, & ratam habendum venditionem, & adiudicationem, seù in solutum dationem rei in tenutam captæ d. rubr. 29. §. & insuper. pag. 19. col. 4.

Promittens, seù offerens in Bannimentis faciendis debet esse Ciuis, vel Comitatensis Perusinus allibratus, & accatastratus in Armario, & debet intra secundam diem à die requisitionis de eo factæ comparere coram Iudice ad contractum, seù instrumentum emptionis celebrandum, & precium soluendum, aliàs incidit in pœnam centum libr. denar. & cadit à iure sibi quæsito, & tunc proceditur ad adiudicationem, seù venditionem rei de qua agitur, ac si aliqua promissio facta non esset d. rubr. 29. §. & ad tollendum. lib. 2. pag. 3
B 19. col. 4. B

Ad

Ad redimendum bona per Creditorem in tenutam capta, & subhastata Debitori quamuis consenserit venditioni, datur terminus sex mensium à die factæ emptionis, & celebrati contractus, restitutis emptori precio expensis factis, & melioramentis, & vltra dictos sex menses nihil contra dictam venditionem potest dici, obijci, vel opponi d. rubr. 29. §. fin. lib. 2. pag. 20. col. 1. vbi etiam habetur, quod si huiusmodi bona transcenderent verum, & communem valorem tempore venditionis factæ quantitatis crediti, & tertiæ partis pluris dicti crediti, liceat redimere intra alium mensem post finitos dictos sex menses.

Quod in hac Ciuitate de stylo, & consuetudine inueterata in subhastationibus factis super bonis stabilibus in tenutam captis, à publicis Notarijs fiant instrumenta iudiciario nomine emptionum, in quibus instrumentis emptor promittit, vel precium oblatum soluere, vel iura, & instrumentum remittere, est fides Collegij DD. Causi-
C dicorum sub die 28. Maij 1604. C

De anno 1609. die 22. Iunij ijdem DD. Causidici attestati fuerunt, quod in hac Ciuitate semper obseruatum fuit, & obseruatur, quod capta tenuta bonorum stabilium à Creditoribus tam vigore mandatorum relaxatorum in hac Curia, quàm etiam relaxatorum in Vrbe, postquam fuerunt seruatæ solemnitates requisitæ à Statuto huius Ciuitatis in subhastandis bonis stabilibus, post instrumentum venditionis à Iudice Iudiciario, & à Creditore creditorio nomine factum, & celebratum absque alio Iudicis decreto, vel licentia de immittendo, emptor capiat possessionem dictorum bonorum, & ita illam quietè, & sine aliquo vitio spolij retineat, vt li emisset à Debitore, vel Domino bonorum venditorum, & quod in hoc Tribunali post instrumentum Iudiciario nomine non requiritur aliud decretum, aut licentia Iudicis de immittendo in possessionem.

Postea verò scilicet de anno 1623. die 3. Augusti fecerunt aliam fidem in hæc verba, quod ab immemorabili tempore citra in Ciuitate Perusina ex Stat. dictæ Ciuitatis sub rubr. 29. pag. 19. vol. 2. inoleuit stylus faciendi subhastationes, & deliberationes pignorum in executione captorum modo infrascripto, videlicet. Quòd in primis mittitur, & ponitur Creditor in tenutam, ex primo decreto bonorum in executione captorum, deinde elapsis quindecim diebus, si bona sint mobilia, si verò stabilia, triginta diebus, citatur Debitor ad reluendum pignus infra terminum à dicto Statuto assignatum, quo termino elapso, qui est trium dierum, iuxta formam dicti Statuti, & pignore non recollecto, deuenitur ad subhastationem, in qua loco citationis ad videndum subhastari fit citatio ad videndum commit-
D ti bannimenta. D Quibus commissis, & factis ad minus per quinque vices per publicos Tibicinas, citatur postea debitor ad videndum mandari deliberari pignora vltimo, & plus offerenti, & Iudex mandat deliberari vltimo, & plus offerenti, & tunc venduntur pignora per ipsum Iudicem, & per Creditorem, & fit instrumentum Iudiciario, & creditorio nomine, quo facto, intelligitur perfecta, & consummata deliberatio, & emptori intelligitur quæsitū dominium, & possessio.
E Aliqua vide supra ver. Adiudicatio. pag. 6. E

## Adnotationes.

1 De subhastatione † est tractatus *Iodoci Domboude-*
*rij int. tract. sub sign. Aquilon. tom. 6. par. 1. pag. 77.*
Statuti formam esse seruandam in subhastatione, vt
non sit nulla, dixit *Rota coram Seraph. decis. 995. n. 2.*
*& in Perusina Dotis 1. Iulij* 1598. *coram Penia*, quæ
est in fine, *decis. 5. num. 2.* Et quod forma Statuti sit
ad vnguem seruanda, dixit *in eadem causa sub die 10.*
*Nouembris* 1600. *coram eodem*, quæ pariter est in fine,
*decis. 6. num. 3.* Sed secus esse vbi sit executio in vim
mandati A. C. deciditur *in Romana Domus 19. No-*
*uembris 1632. coram R. P. D. Verospio.* Nulla exi-
2 stente † subhastatione quando possit deueniri ad no-
uam subhastationem vide *decis. 370. & decis. 431. in*
*princ. & in fin. par. 1. recent.* & ad quid teneantur Cre-
ditores erga emptorem *Seraph. decis. 1435.* Dum di-
3 ctum fuit supra ver. *Adiudicatio. pag. 6.* quod illa † fit
pro quarto pluri ex Statuto, & in Adnotat. num. 10.
quod in hoc corrigitur Ius commune, quo iure fit
adiudicatio pro iusto precio, aduertè, quod postea
vidi contrarium dicētem (nempe quod etiam de Iure
communi fiat augumentum vltra creditum) *D. Lau-*
*rentium Vrsellium Foroliuiensem in Exam. Apum,*
*seu Conclus. legal. tom. 1. conclus. 52. ver. Adiudicatio.*
*num. 45.* allegantem *Rotæ decisionem coram Buratto*
*decis. 96. num. 16.* quam non potui videre, cum adhuc
non sint publicatæ istæ decisiones. Quo verò ad di-
4 cta *ibi num. 11.* de hærede † cum beneficio legis, &
inuentarij an possit dare in solutum bona, pro negati-
ua vide *Rot. decis. 203. num. 9. par. 1. recent. & la-*
*tius Rouit. cons. 18. num. 13. & seqq. & cons. 78.* vbi
quod bona subhastantur, & vide *Gizzarell. decis. 7. &*
*ibi Adden. & Rotam in Sancti Seuerini dotis 17. Mar-*
*tij 1621. coram bo. me. Vbaldo, quæ est impressa post*
*tract. D. Cenc. de Censib. decis. 99. num. 7. & seqq. &*
*in Foroliuien. dotis 9. Iuny 1625. coram R. P. D. Du-*
*rano vers. Quarto fiebat maior vis.* Subhastatio præ-
5 sumitur † facta spacio viginti, imo decem annorum ad
effectum vt Creditor immissus ex primo decreto fa-
ciat fructus suos *Rota in Perusina bonorum de Ventu-*
*rinis 19. Ianuarij 1609. coram Ortimbergo.* Sed vide
*Seraph. decis. 242. num. 9. & decis. 984 num. 4.* Cre-
6 ditor licet steterit † in Tenuta per duos annos ante-
quam fuerit ad deliberationem deuentum, non tamen
videtur voluisse verè possidere, quia à Iure, vel Statu-
to nullus reperitur præfixus ipsi terminus ad execu-
tionem totaliter perficiendam in actione personali,
sed Debitor debet instare vt Iudex præfigat, qui potest
differre

differre vltra annum, imo vltra biennium, ita *Rota in Arminen. Spolij 9. Febr. 1629. coram R. P. D. Merlino vers. Neque obstat.*

7 A Pro nullitate† ob non factum depositum residui respondit *Rota in dictis decisionibus Perusina Dotis*, quæ sunt in fine, *decis. 5. num. 1. & seqq. & decis. 6.*

8 B Vide quoad requisitionem oblatoris, † & coactionem de Iure communi *Rot. in Romana Nullitatis subhastationis Vineæ 6. Februarij 1604. coram Litta, quæ decisio est impressa apud Marchesan. de Commiss. par. 1. pag. 1245. & in Romana Domus 19. Decembris 1631. coram R. P. D. Verospio.*

9 C Vide de simili Statuto † super tempore ad redimendum *M. Ant. Thomat. decis. Mareb. 19. num. 16. 19. 23. & seq. & num. 29. cum seqq.*

10 D De Iure communi subhastatio † non valet habita fide de precio, vt dixit *Rota in d. Perusina Dotis 1. Iulij 1598. coram Penia*, quæ est in fine, *decis. 5. num. 3. & 4.* vbi limitat hoc non procedere Creditore consentiente venditioni, & subhastationi, de quo etiam vide *Ludouis. decis. 23. & ibi Beltram. in addit. & decis. 28.* Sustinetur tamen ex consuetudine in contrarium, dummodo dicta consuetudo probetur in specie, vt post *Gratian. discept. 7. num. 5. & 6.* tradit *Beltram. ad d. decis. 23. num. 7.* Quod autem Perusiæ seruetur, quod habeatur fides de precio, & Oblator promittat Creditori alternatiuè, vel precium oblatum soluere, vel bona retrouendere, testatur etiam *Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 133. num. 1.* & videtur firmare *Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 39. num. 3.*

11 E Necessaria de iure† est citatio ad videndum subhastari, & deliberari *Rota coram Ludouis. decis. 416.* necnon Iudicis Decretum *Rota decis. 476. sub num. 4. par. 2. recent.* & super intimatione huiusmodi Decreti de subhastando vide *decis. in Perusina Spolij 5. Maij 1603. coram Card. Mellino*, quæ est in fine, *decis. 109.*

12 Verum quod in Decreto, † in quo Iudex mandauit fieri Bannimenta in forma &c. comprehēdatur etiam Decretum de deliberādo ex stylo probato per testes, & fidem Notariorum, dixit *Rota in Spoletana Prædij 30. Maij 1615. coram Eminentiss. nunc Card. Pamphilio vers. Quod autem dicebatur.*

## SVBSIDIVM.

### SVMMARIA.

*Soluentes subsidium, & alias impositiones pro sua rata non possunt pro alijs molestari, in princ.*

*Subsidium triennale quando impositum, & quid soluat Ciuitas Perusia, & Prouincia Vmbriæ, vers. Super subsidio.*

*Clerici etiam contribuunt ad subsidium triennale, Adnot. num. 2.*

*Subsidium mille scutorum pro taxa equorum mortuorum, & augumento Gymnasij imposuit Pius IV. in fin.*

*Subsidium est, quod vrgente necessitate exigitur, & tunc solum præstatur, Adnot. num. 1.*

Subsidium, vel alias impositiones Communi Perusiæ pro rata sua soluentes, non possunt pro alijs molestari Stat. rubr. 73. lib. 2. pag. 36. col. 4.

Super subsidio triennali imposito per Paulum III. de anno 1543. vt in Bullar. nou. tom. 1. constir. 39. pag. 678. vide in 6. reg. Cancell. Comm. pag. 68. & pag. 71. vbi apparet confirmatio compositionis in scutis 7000. pro hac Ciuitate, quam confirmauit Iulius III. sub die 1. Apr. 1550. d. loco pag. 100. vbi quod facta solutione dictorum scutorū 7000. Ciuitas non teneatur ad aliud

A onus. De taxa Vmbriæ vide d. 6. reg. pag. 85. A De anno 1573. tempore Gregorij XIII. fuit aucta taxa causa Carnis Suinæ salatæ, vt in 7. reg. pag. 78.

Subsidium mille scutorum pro taxa equorum mortuorum, & pro augumento Gymnasij imposuit Pius IV. sub die 20. Maij 1562. in 7. reg. pag. 12.

## Adnotationes.

1 Subsidium est, † quod vrgente necessitate exigitur, & tunc solum præstandum est *Menoch. consil. 156. num. 26. & cons. 193. num. 6. lib. 2.*

2 A Vide † *Flau. Cherubin. in Compend. ad d. Const. Pauli III. tom. 1. pag. 129.* vbi quod ad hoc subsidium contribuunt etiam Clerici, ex verbis Constitutionis, & meminit resolutionis factæ fauore Ciuitatis nostræ in Congregatione super Bono Regimine die 28. Septembris 1613. in qua declarata fuerunt verba illa, *pro aliqua honesta portione*, respectu fructuum, & bonorum mobilium Ecclesiasticorum, & vide etiam *eundem Cherubin. ad Paul. IV. constit. 20. dicto tom. 1. pag. 143.*

## SVCCESSIO ab intestato.

### SVMMARIA.

*De successionibus ab intestato, ex Stat. in princ.*

*Fratres Patrueles præferuntur Vterinis, vers. In Comitinis.*

*Sorores Vterinæ excluduntur à Patruis, ibid.*

*Filia Fratris præmortui succedit cum Sororibus Fratris morientis, d. loco.*

*Filij Patruorum, vel Patrui succedunt cum Matre, non existentibus Patruis, vel Patruo, ibid.*

*Fœmina dotata à Patre de bonis Paternis, & Maternis non excluditur à bonis Matris, quando dotatio fuit facta post mortem eiusdem Matris, ex Rota, Adnot. num. 1. & seqq. vbi videas etiam pro contraria opinione.*

*Sententia non reuocans primam est nulla, Adnot. n. 3. vbi limitatur si prima fit iniusta ex eisdem, & stante clausula Quam, & Quas.*

*Clausulæ Quam, & Quas, effectus, Adnot. num. 4.*

*Filia ab intestato succedit cum Fratre in bonis Maternis, & ei est danda commissio, Adnot. num. 5.*

*Nisi repugnet Statutum, vt num. seqq.*

*Statutum exclusiuum fœminarum an requirat dotationem ante delatam, & aditam hæreditatem, Adnot. num. 6. & seqq.*

Statutum

DE Succeſſionibus ab inteſtato vide Stat. rub. 45. lib. 2. pag. 25. quod fuit reformatum, & reformationes ſunt impreſſæ ſupra ver. Fœmina. pag. 132. & ſeqq.

In Comitinis Conſtitutionibus par. 2. rubr. 16. pag. 101. diſponitur, quod Fratres Patrueles præferantur Vterinis. Sorores Vterinæ excludantur à Patruis. Filiæ Fratris præmortui ſuccedant cum Sororibus Fratris præmortui, non exiſtentibus alijs Fratribus, vel eorum deſcendentibus Maſculis. Filij Patruorum, vel Patrui ſuccedant cum Matre non exiſtentibus Patruis, vel Patruo.

## Adnotationes.

Dixi ſupra d. ver. Fœmina aliqua ad intelligentiam
1 Statuti. Addo nunc quod ſuper articulo † de quo ibi in *Adnot. num. 13. & ſeqq.* & in ver. Mater. *num.* 3. *pag.*

pag. 192. an ſcilicet Fœmina dotata à Patre de bonis Paternis, & Maternis excludatur à bonis Matris, quando dotatio fuit facta poſt mortem Matris, Rota pro negatiua reſpondit, vt in ſequentibus deciſionibus.

## *R. P. D. Dunozet*
## *Peruſina Succeſſionis de Alphanis*
## *Merc. 1. Februarij 1634.*

1 OBijt ab inteſtato † Dianora Lamberta de Alphanis, ſuperſtitibus Seuero, Martia, & Hortentia eius filijs, ac Capitaneo Raphaele eius viro, qui quidem Raphael retinendo dotem dictæ ſuæ vxoris longè poſt decénium nuptui tradidit Capitaneo Balthaſſarri de Alexandris Martiam eius filiam cum dote ſcutorum 2000. poſtmodum ipſe deceſſit inſtituto hærede vniuerſali Seuero filio.

Verum cum dicta Martia portionem ſibi tangentem ex hæreditate Dianoræ matris prætenderet, Immiſſionis Iudicium contra Seuerum fratrem eiuſdem hæreditatis poſſeſſorem intentauit coram Locumtenente Gubernatoris Peruſiæ, à quo lata fuit ſententia abſolutoria, ſed commiſſa cauſa appellationis in Rota Peruſina, fuit non facta mentione prioris ſententiæ pronunciatum, prout in prima eidem Martiæ dandam eſſe Immiſſionem, A qua quidem ſententia appellauit Seuerus, & obtinuit à Signatura cauſam mihi committi, cum clauſula *(Conſtito quod ſit locus Aegidianæ)*. Vnde dato dubio An eſſet locus Aegidianæ, Cum pro parte Seueri deduceretur etiam nullitas ex eo, quod
2 non fuit † reuocata prima ſententia. *l. 1. C. quand. prouoc. non eſt neceſſe. cum alijs allegat.* Domini 10. *Maij* 1632. mandarunt informari ſtrictè ſuper Iuſtitia, quia ſi debetur ſucceſſio, & conſequenter eſt ex eiſdem iniuſta prima ſententia, valida eſt ſecunda illa non reuocata, & intrat Aegidiana, vt in terminis tenet *Rota coram Put. deciſ. 4. de Aegid. & in Rauennaten. coram bo. me. Iuſto poſt Pacif. de Salu. deciſ. 144. num. 4.*
3 *& 5.* præſertim ſtante clauſula, *quam, & quas*, † in Commiſſione appellationis adiecta. *Rota deciſ. 201. num. 1. & 2. lib. 2. par. 3. diuerſ. coram Card. Cauallerio deciſ. 42. num. 3. & 5. & deciſ. 69. num. 1. & 2. & in Spoletana Bonorum 20. Martij 1623. coram Eminentiſſimo Card. Virili*, & hodie firmando etiam Iuſtitiam *locum eſſe Aegidianæ* reſponderunt.

Iuſtitia enim dictæ ſententiæ fundatur in diſpoſitio-
4 ne Iuris communis, † quia attenta non poterat eidem Martiæ vti hæredi ab inteſtato ſuæ matris Immiſſio denegari, cum ea æqualiter cum fratribus eſſet admittenda ad *text. in l. maximum vitium. C. de liber. præter cum concord.*

Tota difficultas reducebatur ad intelligentiam Sta-
5 tuti Peruſini † excluſiui fœminarum ſub *rubr. 45. de dotat. mulier.* An ſcilicet illud pro excluſione filiæ à ſucceſſione matris requirat dotationē ante delatam, & aditam hæreditatem, vel ſufficiat dotatio ſuperueniens, quia ſi requiratur dotatio ante delatam, & aditam hæreditatem, non potuit Martia per dotationem factam à Patre poſt delatam, & aditam hæreditatem maternam, eadem hæreditate priuari, ſecus verò ſi dotatio ſuperueniens ſufficiat.

Circa quam inſpectionem DD. ponderatis verbis
6 eiuſdem Statuti † in principio ibi *(ſi qua mulier fuerit, vel erit dotata &c.)* & inferius *(ipſa mulier dotata)* & poſtea *(excluſa muliere dotata &c.) habita dicta dote &c.* cenſuerunt Statutum non excludere niſi dotatas propter dotem, vt in terminis Statuti Peruſini tenent *Corn. conſ. 300. num. 7. lib. 4. Eugen. conſ. 4. num. 55. & ſeqq. lib. 2. Rota coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 565. num. 4. in Peruſina Bonorum 27. Iunij 1597. coram Gipſio, & in Peruſina Fideicommiſſi de Gratianis 28. Iunij 1630. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.*
7 Quo caſu ad hoc, vt ſit locus Statuto † requiritur dotatio ante delatam hæreditatem, vt in terminis Statuti Peruſini tenent *Bart. conſ. 31. num. fin. lib. 1. Corn. conſ. 74. num. 7. & 8. verſ. quod etiam alia ratione, lib. 1. conſ. 94. num. 12. lib. 2. & conſ. 300. num. 2. lib. 4.* & generaliter *Cephal. conſ. 5. num. 69. Becc. conſ. 102. num. 20. Roland. conſ. 96. num. 10. & ſeq. lib. 4. Surd. conſ. 95. num. 33. in fin. 40. & 41. Sebaſt. Medic. deciſ. Marchia 42. §. præterea, alijque cumulati.*
8 Multo magis dicendum eſt fuiſſe neceſſariam, † antequam adita eſſet hæreditas materna, vt firmāt *Curt. Sen. conſ. 44. num. 21. Corn. conſ. 188. num. 16. lib. 2. Becc. d. conſ. 112. num. 2. verſ. quod ſine dubio. Theſaur. deciſ. 101. num. 2. & 6. Sebaſt. Medic. d. deciſ. 42. in fin.* & in terminis dicti Statuti Peruſini tenet *Corn. d. conſ. 300. num. 2. poſt med. verſ. & dato quod non ſufficiat. & num. 3. cum ſeqq. lib. 4.* ea ratione, quia
9 poſt aditam † hæreditatem non eſſet excluſio à ſucceſſione, de qua ſolum loquitur Statutum, ſed eſſet vera priuatio hæreditatis iam acquiſitæ, vt explicat *Iaſ. in l. 1. §. veteres. num. 31. & 33. ff. de acq. poſſeſ. Rota in Bononien. de Armis poſt Merlin. de legit. deciſ. 47. num. 6.*
10 Quod autem ante dotationem adita fuiſſet † hæreditas materna pro Martia viſum fuit iuſtificari ex eo, quod de tempore obitus Matris, erat in Infantili ætate conſtituta, quapropter Pater retinendo bona materna cenſetur nomine Infantis hæreditatem Matris eiuſdem adiuiſſe ad *text. in l. ſi Infanti. C. de iur. delib. Surd. deciſ. 140. num. 10. Medic. d. deciſ. 42. verſ. nam reſpondetur. Morot. reſp. 11. num. 1. Greg. XV.*
11 *deciſ. 421. num. 7.* cum præcipuè retentio fuerit † per longè vltra decem annos ante nuptias Martiæ, ex quo tempore præſumitur etiam conſenſus ipſius Martiæ *Bart. conſ. 129. num. 2. lib. 1. Corn. d. conſ. 94. num. 12. & 15. lib. 2. Morot. d. reſp. 11. num. 11. cum alijs allegatis per Informantes.* Maximè attentis de-
12 clarationibus factis ab ipſo Patre † dum in duobus Inſtrumentis vocauit Martiam, & alios filios hæredes Matris, & vti legitimus adminiſtrator illorum tamquam hæredum contraxit, quæ licet tunc temporis inducere non poſſent aditionem pro Martia tunc non infante, demonſtrant tamen ad ſenſum Patrem retinendo bona materna vſque à principio habuiſſe animum adeundi hæreditatem nomine filiorum *Rota coram Greg. XV. deciſ. 247. num. 18. & in recent. deciſ. 448. num. 4. par. 3.* & in propria materia aditionis in *Romana hæredit. & paragij dotis 20. Nouembris 1617.*
13 *coram bo. me. Buratto.* Et quod ſtetur † aſſertioni poſſidentis, quo Iure, vel nomine ipſe poſſideat, tenent *Alex. conſ. 126. num. 4. ad fin. lib. 7. Greg. XV. deciſ. 460. num. 12.* & firmatur in *Auximana Spolij 10. Februarij 1620. coram bo. me. Buratto.*

Nec releuat, quod Pater ſtante Statuto excluſiuo

fœminarum

14 fœminarum, † cui censetur se conformare, censeatur adiuisse pro masculo, non autem pro fœmina à dicto Statuto exclusa. Quia hoc procederet, si Statutum simpliciter vsquè à principio Filias excluderet, secus quando (prout hic) illas non excludit nisi dotatas, & post dotationem, tunc enim cum cesset qualitas exclusionis, & hæreditas de Iure tam fœminæ, quàm masculo deferatur, præsumitur Patrem tam pro masculo, quàm pro fœmina hæreditatem adiuisse, vt in terminis similis Statuti Patrem censeri etiam pro fœmina adiuisse firmant *Corn. cons. 94. num. 14. lib. 2. Natt. cons. 74. num. 10. Morot. d. resp. 11. num. 12. Medic. loco supra citato.* Et destruitur prorsus obiectum attentis declarationibus Patris, vt supra factis.

Non obstat, quod Statutum in §. *item si quis etiam*
15 *Pater* disponat, † quod mulier dotata de bonis paternis, & maternis exclusa remaneat ab hæreditate vtriusque. Quia ibi Statutum loquitur tantum de dotata à Patre de bonis paternis, & maternis viuente, non autem (prout hic) mortua Matre, vt patet ex verbis subsequentibus, ibi (*declarantes, quod Mater per talem dotationem non possit cogi ipsa viuente &c.*) quæ verba per viam declarationis emanata clarè ostendunt, statuentes disposuisse in eisdem terminis dotationis factæ Matre viuente, non autem ea mortua *Calder. cons. 16. in princ. de præb. Castr. cons. 338. num. 5. vers. quinto quæro. lib. 1. Decian. resp. 8. num. 211. lib. 1.*

Minus obstat, quod Statutum in §. *item si aliquis*
16 *Pater* mandet, † quod fœminæ etiam inuitæ possint à Fratribus dotari, & sic videatur comprehendere dotationem non solum post delatam, sed etiam post aditam hæreditatem ponderatis præsertim verbis subsequentibus, ibi (*excludatur à successione &c. ac etiam à facultate petendi fructus pro rata sua hæreditatis pro tempore tunc præterito*) quæ verba videntur comprahendere etiam casum aditionis; cùm fructus non nisi post aditam hæreditatem debeantur.

Nam placuit responsio, quod Statutum ibi loqui-
17 tur † particulariter de successione in bonis Patris, vel Aui, & ideo non potest trahi ad successionem in bonis Matris, cum in his Statutis exclusiuis non debeat fieri extensio *Soc. cons. 9. num. 7. & seqq. lib. 3. Hond. ded. cons. 1. num. 13. & seqq. & 37. lib. 1. Rota decis. 461. num. 4. vers. & mouebantur par. 2. recent.* vbi quod non sufficit identitas, sed requiritur maioritas rationis, & in *Narnien. Successionis 26. Nouembris 1629. coram R. P. D. meo Merlino*, & in simili Statuto *Medic. d. decis. 48. vers. vbi patet.* sed exceptio à
18 supra firmata regula † non excludi nisi dotatas, & sic de tempore delatæ hæreditatis facta in casibus ibi expressis firmat regulam prædictam in casibus non exceptis, & ex permissione dotationis post delatam pro excludendo in dictis expressis censetur prohibere in alijs *Hondod. cons. 9. num. 4. lib. 3. Gabr. cons. 108. num. 33. lib. 2.*

19 Nec releuant verba subsequentia, † ibi *& habita dicta dote ex tunc excludatur à successione prædictorum Patris, Aui, & aliarum personarum, de quibus, & prout supra dictum est.* Quia verba prædicta ibi (& aliarum personarum) debent intelligi in casu dotationis, ibi à Statuto expressæ, & de personis descendentibus à Patre, vel Auo, de quorum bonis mulier dotata fuit, à quorum descendentium successione Statutum in principio limitatè, prout ibi dicit, excludit, non autem vbi sumus extra casum dictæ dotationis, ibi expressæ, & de Matre, vt in terminis Statutum in hoc §. declarat *Corn. cons. 74. num. 8. in fin. lib. 1. cons. 156. num. 1. vers. & materia videtur differens. lib. 2. & d. cons. 300. sub num. 4. & per tot. lib. 4.*

Ideo non videbatur opus insistere in alia responsio-
20 ne, quæ † placebat nonnullis ex Dominis, Statutum neque in casu mortis Patris, vel Aui in quo loquitur, in hoc §. concedere facultatem dotandi post aditam hæreditatem, cum non exprimat; & longè minor sit ratio excludendi post aditionem per quam bona fuerunt effecta filiæ, vt in puncto per plura firmat *Corn. d. cons. 300. num. 2. vers. & datò, & seq. lib. 4.* Non
21 obstante dicta exclusione † à facultate petendi fructus, quia cum fructus à die mortis veniant in petitione hæreditatis *l. item veniunt. §. fructus ff. de petit. hæred.* statuentes ad maiorem cautelam specificarunt exclusionem ab illis, quæ specificatio etiã quod tacitè inesset, non dicitur superflua *Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 12. num. 30.*

22 Neque facit §. *& si casus euenerit.* Quoniam † dum loquitur quocumque masculo, vel fœmina decedente, dicendo *obseruetur prout in præsenti Statuto*, intelligitur iuxta diuersitatem casuum supra expressorum singula singulis congruè referendo, vt dixit in specie *Eugen. d. cons. 4. num. 56. & 58. lib. 2.* adeo vt quoad successionem maternam excludatur si dotata fuerit iuxta principium Statuti; Et quo subsistere non
23 potest † dicta verba (*prout in præsenti Statuto &c.*) intelligi de præcedenti §. *item si aliquis Pater*, cum in §. præcedenti contineantur casus speciales mortis Patris, vel Aui, & iste §. loquatur decedente quocumque masculo, vel fœmina, vt dictum est; Præsertim, quia statuentes vbi voluerunt se referre ad certum §. id exprimebant, vt patet ex §. *item declaratur in fin. & ex §. si autem aliquis*, & alibi.

24 Nec demum obstare visa fuit prætensa † contraria obseruantia. Quia non probatur ex testibus, cùm non specificent casus, vt opus est *Alex. cons. 45. num. 1. lib. 1. Paris. cons. 27. num. 37. lib. 1. Rota in Cæsaraugustana Fructuum 10. Iunij 1600. coram Corduba*, & loquatur si acceptata à muliere sit dotatio de bonis paternis, & maternis, vel si dotatio non acceptata excedat portionem dotatæ tangentem, cùm ta-
25 men obseruantia, vt releuet † in hac materia, debeat esse certa, clara, vniformis, in casu, de quo agitur, & in contradictorio obtenta, iuxta plenè firmata in dicta *Narnien. Successionis 22. Maij 1628. coram R. P. D. meo Merlino*; & sufficiat, obseruantiam dici posse difformem, nè suffragetur, vt in facto, & in iure deducebatur per Informantes, per quos alias exceptiones contra immissionem tolli visum fuit Dominis. Et ita &c. vtraque &c.

## *Eodem D. Dunozet*
## *In eadem Perusina Successionis de Alphanis*
## *Lunæ 29. Maij 1634.*

NOn esse dandam remissoriam dixerunt Domini,
26 moti Primò, † quia causa diu pependit in partibus, vbi Pars sic dum potuit examinare, quod sæpè

pro denegatione remiſſoriæ ponderauit *Rot. deciſ. 712. num. 6. par. 2. & deciſ. 491. num. 2. par. 2. recent.* Sed
27 actualiter examinauit plures, & etiam † ſuper eadem materia prætenſæ conſuetudinis interpretatiuæ Statuti, quam probare non potuit, ſicque cum præſumatur induxiſſe meliores teſtes, quàm haberet, denegatur remiſſoria tamquam calumnioſa, & ſuſpecta *Rota coram fel. rec. Greg. XV. deciſ. 434. num. 1. In Pampilonen. Iuris viſitandi 13. Martij 1624. coram R. P. D. meo Merlino, & in Bononien. Fideicommiſſi de Manzolis 16. Aprilis 1632. coram Reuerendiſs. D. meo Decano, & coram eodem in Vicen. Collegij 13. Febr. præſentis anni,* vbi quod nec in cauſa appellationis te-
28 ſtes † ſuper eiſdem ſunt recipiendi, cùm in ea quoque timenda ſit ſubornatio *Clem. fin. in 2. par. de teſtib. Felin. in cap. fraternitatis. num. 3. & ſeq. vbi Mſing. num. 6. verſ. ſed contra, de teſtib. Afflict. deciſ. 216. in princ. cum pluribus in ea relatis,* eoque magis ſi teſtes
29 ſuper eadem † obſeruantia in partibus inducti fuiſſent publicati vel dicieita teſtificata, vel in poteſtate Partium remanſiſſent teſtium depoſitiones, *d. clem. fin. in 1. par. Surd. conſ. 8. num. 10. & ſeq. Gregor. deciſ. 583. num. 2. & ſeqq.* Non obſtat, quod etiam ſuper
30 iiſdem articulis detur remiſſoria, † quando continent materias magis explicitè ſpecificatas, & diſtinctas. Tùm quia ſolum mutatus, & ampliatus videtur cortex verborum, ſed in ſubſtantia, & virtute noui comprehenduntur ſub primis, quod ſufficit pro denegatione *Abb. in c. fraternitatis. num. 8. verſ. ſed breuiter concludo, de teſtibus. Gregor. deciſ. 497. num. 3. & in præcitatis Pampilonen. Iuris viſitandi, & Vicen. Col-*
31 *legij.* Tùm quia cum in deciſione facta † teſtes examinati fuerint præcipuè excluſi, quia non ſpecificabant caſus, neque in nouis fuit ſpecificatus vllus caſus cum relatione ad teſtes in oppoſitum, ſed ſolum dictum, quod ſpecificabuntur à teſtibus, vnde materia viſa fuit imaginaria potiùs, quàm quod verè caſus adfuerint ad euitandam deciſionem, & expeditionem cauſæ *Rota coram ſan. me. Greg. XV. deciſ. 211. n. 5. vbi Adden. & in alijs relatis, & approbatis in dicta Vicen. Collegij.*
32 Secundò, quia petebatur poſt commiſſam † cauſam à ſententia Immiſſionis cum clauſula *(quatenus ſit locus Aegidianæ)* & poſt deciſionem *(eſſe illi locum)* Vnde non debebat dari remiſſoria pro nouis probationibus cum ad impediendam Aegidianam iniuſtitia debeat eſſe notoria ex eiſdem actis *Corn. conſ. 10. ſub num. 2. verſ. acta autem. lib. 4. Seraph. deciſ. 872. n. 2. & in Romana Saluiani 30. Maij 1622. coram bo. me. Buratto,* vt in ſimili denegauit *Rota coram Card. Caualerio deciſ. 216. num. 2. & 3.*

Tertiò, viſi etiam fuerunt articuli irreleuantes,
33 Tùm ex eo, quod articulata non petitio filiarum dotatarum de bonis Paternis, & Maternis potuit eſſe voluntaria, & prouenire, vel ex eo, quod dotatio excederet partem obuenientem ex maternis, vt in vno ex duobus caſibus loquuntur Teſtes in partibus examinati, qui præſumuntur meliores *ex ſupra allegatis.* Vel
34 quia acquieſcerent voluntariè † non petendo, non autem quia agnoſcerent ſe excluſas, cum non articuletur illas in iudicio, vel extra petijſſe, & reiectas acquieuiſſe, & proinde non poteſt prætendi inducta obſeruantia interpretatiua *Anchar. conſ. 339. num. 8. Menoch. conſ. 187. num. 37. verſ. requiritur tertiò. & verſ. requiritur quintò. Mantic. deciſ. 357. num. 3. verſ. præterea. Adden. ad Gregor. deciſ. 162. ſub num. 13.*
35 Tùm quia non exprimunt etiam, quod Pater † retinuiſſet dotem, & bona materna expreſsè etiam pro filia tamquam hærede vnà cum maſculo, qui eſt caſus in hac cauſa controuerſus; Nàm eſſe poteſt, quod retentio fuerit pro ſolis maſculis, & hoc declaratum remaneret ex ſubſecuta dotatione fœminarum pro omni eo, quod prætendere poſſent etiam de bonis maternis, cum debeat afferri etiam conſuetudo interpretatiua in caſu, de quo agitur *Greg. XV. deciſ. 162. num. 2. cum allegatis per Informantes,* maximè cum
36 detur ſumus † excluſiuus conſuetudinis ex admiſſione quarundam filiarum ad portionem bonorum maternorum eis tangentem *Rota deciſ. 19. num. 6. par. 2. diuerſ. & deciſ. 455. in fin. par. 4. recent.* Videbatur
37 etiam aliquibus ex Dominis prætenſa † conſuetudo interpretatiua eſſe contra clara verba Statuti limitati iuxta deducta in deciſione facta.

Et ita vtraque &c.

## *Eodem D. Dunozet*
## *In eadem Peruſina Succeſſionis de Alphanis*
## *Lunæ 19. Iunij 1634.*

Repropoſita cauſa an eſſet locus Aegidianæ, Do-
38 mini perſtiterunt in deciſis † pro affirmatiua, cum ſententia Rotæ Peruſinæ immiſſiua 12. Martiæ in poſſeſſionem tertiæ partis bonorum maternorum eſſet valida, & iuſta ex deductis in deciſione.
39 Viſa namque fuit Dominis plana intelligentia † Statuti Peruſini in ea firmata, nec ex §§. iterum ponderatis Martiam excludi à ſucceſſione matris.
40 Nec obſtare quod in *§. item ſi quis etiam Pater,* † loqui de dotata à Patre de bonis paternis, & maternis viuente Matre firmatum fuit, habeat verba *vſque ad portionem ipſi mulieri de iure tangentem,* quaſi cum portio non tangat in vita, intelligi debeat de dotata poſt mortem. Quia participium, tangentem, exponendum eſt, quæ tangere debet, vt demonſtrat tam ſubiecta declaratio in deciſione ponderata, oſtendens Statutum loqui in dotatione facta Matre viuente, *ex allegatis in ea,* quàm quia Statutum clarè loquitur ibi etiam in bonis Patris viuentis, & dotantis, vnde conuincitur dictum participium ita eſſe neceſſario intelligendum.
41 Minus obſtare repetitam ponderationem † *§. item ſi aliquis Pater.* in verbis *& aliarum perſonarum, de quibus, & prout ſupra dictum eſt;* Quia intelliguntur retento eodem themate d. §. quando mortuo Patre, vel Auo fuit dotata ab aliquo fratre, vel deſcendente ex fratre, tunc enim excludi vult etiam ab hæreditate aliarum perſonarum, de quibus, & prout ſupra dictum eſt, ſcilicet deſcendentium à Patre, vel Auo, vt in principio Statuti dictum fuerat, nec poſſunt intelligi in themate, & caſu longè diuerſo diuerſæ dotationis *Grat. conſ. 208. num. 5. & 6. & in Romana de Margantis 9. Decembris 1616. coram bo. me. Buratto,* atque ita in terminis huius *§. ſæpius. firmauit Corn. vt in deciſione,* de cuius etiam tẽpore continebat dicta verba, de quibus *Corn.* expreſſam mentionem facit *conſ. 200. num.*

num. 1. circa fin. vers. & videtur dicendum. lib. 4.

Non obstat, quod Statuta exclusiua fœminarum
42 dicantur emanasse † pro conseruatione agnationis, ideo fieri debeat extensio ex identitate rationis; Quia non est tāta ratio excludendi filias ab hæreditate Matris, quanta ab hæreditate Patris, & Aui *Hond. cons. num. 18. & 32. in fin. lib. 1. Surd. decis. 9. num. 9. & in Bononien. Successionis 13. Maij 1633. coram R.P. D. meo Merlino*, vel certè non maior ratio, & non fit extensio in Statutis exclusiuis ex identitate, sed requiritur maioritas rationis, *vt in decisione, & latè firmat Rota decis. 461. num. 4. vers. & mouebantur. par. 2. recent. & cumulant alios Aldou. cons. 97. num. 16. Gratian discept. 653. num. 43.* Eoque minus in hoc Perusino, quod ex allegatis in decisione non excludit, nisi dotatas, & propter dotem, & frustra occupasset membranas cum longa distinctione casuum, & §§. si solam rationem conseruandæ agnationis attendere voluisset.

Nec firmata in decisione circa §. *& si casus euene-*
43 *rit.* læduntur † in aliquo prætextu quod verba, *prout in præsenti Statuto continetur*, non debeant referri ad principium, ex quo ibi non aperitur, an dotatio post delatam hæreditatem sufficiat, sed ad §. præcedentem vbi declaratur sufficere. Quia decisio non dicit
44 verba prædicta † referri ad principium, sed illa referri ad contenta in toto Statuto, iuxta casus in eo expressos ob eorum diuersitatem singula singulis congruè referendo, vt in terminis dixit etiam *Eugen. cons. 4. num. 56. & 58. lib. 2.* Idque confirmari ab vsu statuentium, qui vbi volebant se referre ad certum § semper id exprimebant *arg. l. hæredes palam. §. sed & si notam. ff. de test.* & in terminis Statuti *Rota Bononien. diuers. decis. 2. num. 29.* Quamuis etiam nec subsistat
45 in † principio non aperiri dotationem post delatam hæreditatem non sufficere, cum excludendo sub conditione, & qualitate dotationis, & non nisi dotatas, & propter dotem, satis aperiat dotationem requiri ante delatam hæreditatem *ex plenè etiam in terminis Statuti Perusini allegatis in decisione*, Et exceptio, & limitata permissio dotationis in casibus, *§. item si aliquis*, confirmet regulam, & prohibitionem in non exceptis *ex allegatis in eadem, vers. nam placuit*.

46 Neque aditio hæreditatis maternæ † etiā pro Martia (ex qua rem esse clariorem dictum fuerat) controuerti potest ex eo, quod dos censeatur retenta pro filijs masculis; Quia loquuntur ad hoc allegati in terminis Statuti simpliciter excludentis fœminas, sed vbi non excludit nisi dotatas (vt istud Perusinum) hæreditas delata est etiam indotatæ, quæ vbi etiam dotari posset, tamen interim intrat aditio tollens futuram dotationem, *Corn. cons. 95. num. 13. in fin. & 14. lib. 2. Natt. cons. 74. num. 9. & 10. Meate. & Morot relati in decis.* ex quo actus sequens re non integra non admittitur in præiudicium tertij, seu iuris illi quęsiti *Seraph. decis. 20. num. 5. Rimin. Iun. cons. 813.*
47 *num. 25.* Cessatque disputatio † ex Instrumentis à Patre factis expressè nomine etiam Martiæ vti hæredis, cum etiam vbi deseruire non possent pro aditione, benè declarent animum retentionis dotis, & sic aditionis ab initio, etiam pro illa, *vt iust in decisione de-*
48 *ductum*. Accatastratio verò præcedens † quorūdam bonorum maternorum nomine Seneri nihil facit tamquam ad initiātam cuiusdam asserti Factoris Raphaelis, de cuius mandato non constat, licet etiam noua probatio, vel productio non admittatur ad impediendum effectum Aegidianæ *ex alleg. in decis. 29. Maij præteriti*.

49 Obseruantia demum prætensa † non resultat ex prætensis actibus voluntarijs non petitæ successionis per aliquas filias, nec illi sunt in casu certæ aditionis etiam pro eis, *iuxta firmata in vtraque decisione*.

Nec obstare visa fuit exceptio retentionis pro me-
50 lioramentis, & ære alieno † Dianoræ à Capitaneo Raphaele persoluto; Quo enim ad æs alienum primo cēsetur per eum tamquam administratorem solutum de pecunijs exactis, & administratis *l. Nesennius vbi Bart. ff. de neg. gest. Crau cons. 129. num. 3. Mascard. conclus. 33. num. 1. Gratian. discept. 204 num. 1.* sed
51 saltem non potest firmari † creditor ante redditam per eum rationem hæreditatis q. Gnidi habitæ pro Dianora vxore, & hæreditatis vxoris plenè *Rota decis. 612. num. 2. & 3. par. 1. & melius decis. 2. o. sub num. 2. par. 3. recent.* præsertim tum stantibus exactionibus creditorum in facto deductis tum quod bona hæredi-
52 taria Dianoræ continuauit † sine Inuentario possidere, sicque ex quo hæreditas præsumitur locuples censeatur soluisse de pecunijs, & mobilibus hæreditarijs, *Bald. in l. filium quem habentem num. 37. C fam. hercisc. Sura. decis 15 num. 15. Gratian. discept. 204 num. 14. cum seq. & in Romana Fideicommissi de Victorijs 2. Iuny 1627. coram R. P. D meo Merlino.* Secun-
53 do cum neque de illo, neque de solutione illius † fuerit doctum in partibus, imò nec oppositum, sententia immissionis fuit iusta, nec ex nouis probationibus impediri potest illius executio vigore Aegidianæ, vt dictum est.

Quo verò ad melioramenta, Primo testes non pro-
54 bant † fuisse necessaria, vel taliter vtil a, vt fuerint aucti fructus, aut status præcedens terrarum, super quibus facta dicuntur iuxta dedncta in *decis. 650. sub num. 1. & 4. par. 2 recent. & per Informantes*, stante præsertim fumo deteriorationis ex attestatione data.
55 Relationes verò Peritorum † vbi essent legitimè electi, non faciunt, non constito de citatione ad videndum æstimari, *Bart in l. Theopompus num. 9. vers. quandoque statuo. ff. de dot. præleg. Cresc decis. 2. de arbitr. Rot decis. 554. num. 1. par. 2. recent.* Secundò
56 fructus à die motæ litis tamquam annorum † decem, excederent prætensa meliotamenta, cum quibus proinde erunt compensanda in liquidatione fructuum, *l. sumptus. ff. de rei vend. Rot. à decis 650. num. 6. par. 2. recent. & in Romana Vinea 9. Nouembris. 624. coram bo. me. Buratto, & in Ferrarien. de Tassonis 17. Iuny 1630. coram R. P. D. meo Pirouano*.

Et ita vtraque &c.

VErum *Antinorus de Baptistis* olim in Curia Romana, nunc verò in hac Patria Præstantissimus
57 Causarum Patronus, hæc in contrarium † quoad merita causæ, & Statutum nostrum eruditè quidem obijciebat.

Decisio facta coram R. P. D. Dunozet in causa Perusina Successionis de Alphanis 1. Februarij 1634. cre-
58 ditur non posse subsistere. Quia ex Statuto † Perusino *lib. 2. rubr. 45. in reformat.* cessat dispositio Iuris communis *ex l maximum vitium. C. de lib. præter. ad Corn. alleg. cons. 188. num. 8. lib 2.*

Pro cuius Statuti intelligentia eſt aduertendum, 
59 quod ſicut ſunt duæ † ſpecies Statutorum huiuſmodi; vna ſcilicet, qua excluduntur fœminæ dotatæ, & propter dotem ſimpliciter, altera ex qua excluditur extantibus maſculis fœmina, quam Statutum dotari mandat, *Caſtr. conſ. 7. num. 1. circa fin. lib. 2. Hond. conſ. 16. num. 55. lib. 1. & admittit Medic. alleg. decis. 42. num. 3. verſ. nam reſpondetur*. Ita ex his paret nos verſari 
60 † in ſecunda ſpecie, in qua Statutum noſtrum, quod pariter duas habet partes, primam videlicet *de Dotibus, & dotatis mulieribus*, alteram *de Succeſſionibus ab inteſtato*, quæ incipit *Et ſi caſus euenerit*, in quo diſponit, quod ſi aliquis, vel aliqua deceſſerit cum deſcendentibus tantum, maſculi per lineam maſculinam deſcendentes legitimi, & naturales, tali defuncto ſuccedant Iuris ordine inter eos ſeruando, excluſis fœminis, in quibus obſeruetur prout in præſenti Statuto continetur, In cuius terminis ſufficit tempore ſucceſ-
61 ſionis † maſculos extare, & dotem quandocumque ſuperuenire, ita diſponit idem Stat. *in §. item ſi quis etiam Pater*, vbi præbetur facultas Patri dotandi Filiam, ſeu Filias de bonis paternis, & maternis, vel aliorum aſcendentium vtriuſque ſexus, habito reſpectu ad portionem legitimæ ipſi mulieri de iure tangentem, de bonis alterius aſcendentis, quæ intelligatur eum dotata fuerit, de dictis bonis excluſa à ſucceſſione ab inteſtato bonorum, & hæreditatis dictorum aſcendentium, donec & quouſque ſuperuixerit maſculus deſcendens.

Rurſus ex eodem Stat. *in §. item ſi aliquis Pater*, 
62 in quo † datur facultas Fratri dotandi Sororem etiam inuitam, & in quacumque ætate conſtitutam de bonis Patris, vel Aui prædefunctorum, & in fine expreſsè dicitur, quod habita dicta dote, vel promiſſione facta Mulieri, vel Marito, vel alteri pro eis vel eorum alteri recipienti, ex tunc excludatur à ſucceſſione Patris, & Aui, & aliarum perſonarum, de quibus & prout ſupra dictum eſt, & etiam à facultate petendi fructus pro rata ſua dictæ hæreditatis, vel ſucceſſionis pro tempore tunc præterito, ſi ab aliquo ex prædictis fuerit alimentata.

63 Quæ excluſio legitur, † & habetur prius poſt *d. §. item ſi quis etiam Pater*, ibi, *& ſecundum quod dicitur in ipſo ſeq. §. ipſæ mulieres excludantur à ſucceſſione, & facultate petendi fructus*, ex quo clarè colligitur, Dotationem factam à Patre de bonis maternis excludere Fœminã à ſucceſſione prædefunctæ Matris etiam adita hæreditate, nedum poſt eam delatam; Quoniam quoad eam delatam, ſi Pater poteſt dotare de bonis non ſolum Matris, ſed etiam aliorum aſcendentium maternorum, ibi, *vel aliorum aſcendentium vtriuſque ſexus*, vtique conuincitur, quod Mater ſit mortua, tum quia alias ipſa præteriretur, tum quia appellatione Aſcendentium veniunt omnes, ita vt impoſſibile ſit, quod Mater omnibus illis ſuperuiueret, *l. non facile. vbi not. ff. de gradib.* vt patet.

64 Idem etiam ſuadetur ex eo, quod Dos, † quæ à Patre data dicitur de bonis Matris, reſpectum habet ad legitimam, ibi, *iuxta ratam, & portionem dotata de iure tangentem in dictis bonis*, & iterum ibi, *(intelligatur conſtituta dos vſque ad portionem ipſi Mulieri de iure tangentem de bonis alterius aſcendentis) ad l. omnimodo cum ll. ſeqq. C. de inoff. teſt. cum concord.* confert *Rota decis. 75. num. 7. verſ. verba etiam. par. 2. recent.*

65 Pariter idem percipitur ex eodẽ Statuto † vbi cum dotata fuerit de dictis bonis Mulier, intelligitur excluſa à ſucceſſione bonorum, & hæreditatis dictorum aſcendentium; Nam hæreditas non datur regulariter viuentis *l. 1. ff. de hæred. vel act. vend. cum vulg.*

Tum etiam, quia adeſt eadem ratio conſeruandi 
66 bona in agnatione, † quæ contemplatur à Statuto, & à Principe illud confirmante in fine, etiam contra ipſam cauſam ibi in *§. item ſtatuimus, & ordinamus*, *ex Cephal. alleg. conſ. 5. num. 69.* quæ attendenda eſt ſaltem durantibus maſculis *Surd. decis. 66. num. 22.* & conſiderauit *Non conſ. 42. num. 27.* & faciunt conſiderata *in decis. 388. par. 2 recentiſs.*

Huic aſſumpto iſtis rationibus roborato non reſi-
67 ſtit reſponſio, † quæ in deciſione affertur ex eodem §. Statuti verſ. *Declarantes*, quaſi ex inde reſultet reſtrictio diſpoſitionis, vt procedat viuente Matre, quoniam debet quidem declaratio eſſe de regula, & prin-
68 cipali diſpoſitione, † ſed non ſequitur, quod diſpoſitio, ſeu regula reſtringatur ad ſolos terminos declarationis, cum alias exceptio, ſeu declaratio firmet regulam, & diſpoſitionem generalem in non declaratis, ſeu exceptis, *Dec. in l. 1. num. 22. 25. & ſeqq. ff. de reg. iur.* nec contrarium dicunt *Calder. conſ. 16. de præbend. Caſtr. conſ. 338 ſeu conſ. 339 lib. 1. Decian. reſponſ. 8. num. 21. vol. 1.* qui tantum dicunt, quod lex declarans intelligitur ſecundum legem declaratam, & illius terminos, & non quod lex declarata reſtringatur ad declarationem tantum, vt videre eſt, & nos 
69 non negamus, Patrem † poſſe dotare, ſeu aſſerere dotem eſſe etiam de bonis maternis viua Matre, ſed per hoc non reſtringitur facultas, vt ſolum viuente Matre, non autem ea mortua huiuſmodi dotatio fieri poſſit, & non probat hoc eſſe &c. *l. neque natales. C. de probat. cum ſimil.* & iſte intellectus ſuadetur etiam ex eo, quia ſi adſint plures Filiæ, & aliquæ eſſent dotatæ viua, & aliquæ mortua Matre, daretur inæqualitas inter eas, quod non debet admitti *l. fin. vbi DD. C. comm. vtriuſque Iudic.*

70 Reſpectu autem hæreditatis aditæ † Statutum noſtrum in *§. item ſi aliquis Pater*, eſt etiam clarum, vt dotatio à Patre facta de bonis Matris ipſam fœminam excludat, *vt ex Bartolin. Peruſ. in gloſ. ad hoc Statutum gloſ. 23. 34. & 37.* vti fuit deductum, & idem colligitur ponderando in primis, quod idem Statutum dicit in *d. §. quod habita dicta dote mulier excluditur, ſi fuerit in vita etiam dotata*, & ſic contra eius voluntatem, & animum, quo ſolo hæreditas aditur *ad not. in l. ſi extraneus. & l. pro hærede. ff. de acq. hær.* vnde ex neceſſe habetur Statutum huiuſmodi præbere facultatem dotandi ad effectum excluſionis etiam adita hæreditate nè ſit in poteſtate mulieris eludere Statutum, vt conſiderat in terminis noſtri Statuti *Corn. conſ. 75. num. 13. in fin. lib. 1.*

Iterum ex alio fundamento clarè deducitur hanc 
71 dotationem † excludere fœminam ab hæreditate adita, ex quo ea excluditur à facultate petendi fructus, qui non niſi poſt aditam hæreditatem debentur, vt etiam admittit deciſio *in verſ. minus obſtat*, & licet veniant in hæreditate, nihilominus poſt aditam ſunt adeuntis, & conſiderantur ſeparatim ab ipſa hæreditate *l. in fideicommiſſariam. l. mulier. §. ſi hæres. ff. ad Trebell. & vtrobique DD.* & præſertim quoniam dicta excluſio à facultate petendi fructus non fit ſimpli-

citer

citer, ſed conditionaliter, ſi mulier fuerit alimentata, vnde non eſt excluſio, quæ ſola dotatione inſſet *arg. l. ſi pecuniam. ff. ſi cert. pet.* vt ceſſet *Mantic. de tacit. lib. 1. tit. 12. num. 30.* qui potius aliàs retorquetur *ex deductis per eum ibid. num. 13. & alibi.*

Nec dicatur dicta verba *Et habita dicta dote*, cum
72 ſeqq. intelligi † reſpectu dotationis tantum factæ à Fratre de bonis Patris, & Aui, & à perſonis deſcendentibus à Patre, vel Auo. Contrarium enim expreſsè colligitur in primis ex §. præcedenti *item declaratur* vers. *& ſecundum quod dicitur*, vbi ex neceſſe relatio habetur ad dotationem factam à Patre de bonis Matris, vt tunc mulier excludatur à ſucceſſione, & facultate petendi fructus etiam poſt aditam hæreditatem ex præmiſſis, necnon ex natura relatiuorum *l. 1. ff. de receptat. Surd. deciſ. 122. num. 14.* deinde ex indefinita locutione *& aliarum perſonarum*, quæ indefinita æquipollet vniuerſali *Rota deciſ. 29 num. 4. par. 2. recent.* & eſt notiſſimum, ruſus ex reg. quod determinans plura determinabilia pariformiter determinat *l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. cum ſimil.*

73 Cui argumento non benè † reſpondet *Corn. conſ. 300. num. 4. verſ. reſpondetur. lib. 4.* ibi enim ſi comprehenditur caſus Fratris mortui, multo magis intelligitur de Fratre viuente, vt patet, & ſic *Corn.* ibi ſe inuoluit, & contrarium tenet *in conſ. 75. num. 4. verſ. & ex quo. lib. 1.* In *conſ. autem 74. d. lib. 1.* non loquitur ex extantibus maſculis, *vt num. 7. & ſeqq.* ſeu potius de ſucceſſione, vel reintegratione maſculis deficientibus, prout in *conſ. 156. lib. 2.* non loquitur de dotatione facta à Patre de bonis Matris, nam huiuſmodi Statutum in *d. §. item ſi quis etiam Pater*, eius tempore non aderat, vt ipſe innuit in *d. conſ. 74. num. 6. in fin. lib. 1.* & clarè percipitur ex Statuto antiquo, in quo diſpoſitio huiuſmodi de Patre dotante etiam de bonis maternis non legitur, ſed tantum illud additur in reformationibus editis de anno 1563. & ipſe *Corn.*
74 ſcripſit ante centum annos, & vltra, ita vt nihil † mirum ſi in *d. conſ. 74. lib. 1. conſ. 156. lib. 2. & conſ. 300. lib. 4.* alia & diuerſa in propoſito dicere videatur, quoniam eſt extra terminos noſtri Statuti in *d. §. item ſi quis etiam Pater.* Imo tempore quo ſcripſit *Corn.* non aderat facultas dotandi mulierem etiam inuitam, & in quacumque ætate conſtitutam, vt videre eſt in Statuto antiquo, quæ facultas legitur in Statuto de dicto
75 anno 1563. reformato, & ſic † ipſe *Corn.* non potuit *ex hoc* percipere Statutum huiuſmodi loqui de hæreditate adita, licet etiam malè percipiat ſenſum dicti Statuti, quod excludebat etiam tempore ſuo mulierem ab hæreditate delata, quia loquitur poſt mortem eius, de cuius hæreditate quærebatur ibi *ex tunc excludatur a ſucceſſione prædictorum Patris, & Aui, & aliarum perſonarum, de quibus & prout ſupra dictum eſt*, & ſic in claris poſt delatam hæreditatem, quæ dicitur à die mortis auctoris *l. 1. C. de iur. delib. cum*
76 *ſimil.* Et quoad hæreditatem aditam † non benè percepit argumentum excluſionis mulieris à facultate petendi fructus, ſi fuerit alimentata, vt patet ex ſupradictis. Vnde auctoritas *Corn.* in præſenti ceſſat, & cum non applicetur allegari non poteſt *ex vulg.*

Qua doctrina *Corn. dd. conſ. 74. lib. 1. 156. lib. 2.*
77 *& 300. lib. 4.* deficiente, † ſicut etiam deficeret, quia aliàs idem *Corn.* contrarium reſponderit *conſ. 32. n. 3.* vt refert *Hondœd. d. conſ. 16. num. 34. & conſ. 123. d. vol. 2.* vt aduertit etiam *Medic. d. deciſ. 42. num. 6.* cœteræ auctoritates pro contraria opinione allegatæ non afficiunt, etenim *Bart. conſ. 81. lib. 1.* non loquitur in terminis Statuti Peruſini, vt ibi patet ex rubr. *de Mulieribus nuptis ex hæreditate*, & ex alijs verbis eiuſdem Statuti penitus, & in omnibus differentibus à Statuto noſtro, de quo quæritur, ſicut idem *Corn. conſ. 94. d. lib. 2.* loquitur de Statuto Terræ Goneſſæ, ſeu Reatin. vt ibi per tot. *Medic. d. deciſ. 42.* loquitur in terminis Statuti clarè diſponentis, quod dos debeat conſtitui ante mortem eius de cuius ſucceſſione agitur, aliàs non excluditur, vt ipſe explicitè refert *ibi circa fin. num. 7.* & cæteri etiam in deciſione allegati non ſunt in terminis Statuti Peruſini, ſeu noſtris, & ſic non applicantur.

Cæteri quoque in eadem deciſione verſ. multo ma-
78 gis allegati † in propoſito hæreditatis aditæ, & idem *Corn. d. conſ. 188. lib. 2.* ſunt in diuerſis Statutis, & terminis, & propterea non congruunt Statuto Peruſino, & habent diuerſas diſpoſitiones *vulg. l. Papinianus exuli de minor.* Namquè *Curt. Sen. conſ. 44. n. 11.* loquitur in Statuto Alexandrino, & fundatur in eo, quod hæreditas adita non dicatur amplius hæreditas, quod negatur *ex Bald. conſ. 112 per tot. vol. 3. conſ. 393. lib. 5. Socc. Iun. conſ. 113 num. 15. lib. 1. & Rota deciſ 771. verſ. ſimiliter nec debere attendi. num. 9. par. 1. recentiſ. Becc.* autem *conſ. 112.* loquitur in diuerſo Statuto, ac diſpoſitione, imo ſupponit filiam inuitam dotari non poſſe *ibi num. 4.* nec minus opinionem pro fœmina firmat, *vt eo loco num. 5. verſ. cæterum.* & ſub *num. 19 & 20.* loquitur quo ad ſucceſſionem maternæ dotis, & proſus in diuerſis terminis
79 ex quo Statutum noſtrum † non ſolum excludit à ſucceſſione hæreditatis, ſed etiam bonorum, vt ibi legitur, De *Corn. d. conſ. 300. num. 4.* iam dictum eſt, non eſſe in terminis Statuti de quo agitur, & in aliquo etiam erraſſe, ac ſibi contrarium eſſe, vt ſupra, & ſic allegati in deciſione *d. verſ. multo magis* non nocent,
80 Sicuti non nocet, † quod hæreditate iam acquiſita dicatur priuatio, quia cum Statutum excludat fœminam iam hæreditate adita, differentia remanet verbalis, quæ non afficit, cum idem Statutum accipiat excluſionis terminum etiam pro priuatione hæreditatis aditæ, vt patet *ex §. item ſi aliquis Pater*, vbi diſponitur iam hæreditate adita, & vtitur verbo excluſionis ibi *ex tunc excludatur.*
81 Cumque habeamus Statutum clarum † nō egemus argumento ab identitate, ſeu maioritate rationis, licet a *§. item ſi aliquis Pater.* ad *§. item ſi quis etiam Pater*, intraret etiam maior ratio, quia ſi Frater poteſt dotare etiam hæreditate adita, cum etiam inuitam dotet, multo magis poterit Pater *ex Surd. conſ. 45. num. 39.* & non dicitur caſus omiſſus vbi eadem ratio applicari poteſt *Non. conſ. 42. num. 27.*

Quibus ſic ſe habentibus non eſſet opus quærere,
82 an Pater retinēdo bona materna, † vel per alios actus adiuiſſe declarauerit etiam pro Fœminis. Nihilominus ex abundanti dicitur Patrem poſſidere ſolum pro maſculo, pro quo vti hærede Matris inſolidum, aliàs Cataſtrum fuit factum de anno 1611. & idem etiam de anno 1618. 22. Septembris conſtituit procuratorem pro negocijs bonorum maternorum *l. gerit. ff. de acquir. hæred.* iuncta *l. ſi infanti. C. de iur. delib. cum*
83 *concordant.* qua hæreditate adita pro maſculo † præſumitur

ſumitur pro eo poſſediſſe, & retorquentur omnia in deciſione adducta in *verſ. quod autem. & verſ. maximè attentis*, & ab eodem filio non potuit auocari hæreditas *iuribus vulgatis*, & maximè per actus nullos, D. Martia tunc non infante, vt in deciſione *d. verſ. maximè attentis*, conceditur, & quod nullum eſt nullas habet partes, ſeu effectus, *Seraph. deciſ. 697. num. 5. & 8. & deciſ. 776. num. 2. cum ſimil.* & ſaltem declaratio pro fœminis non retrahitur hoc caſu *Surd. conſ. 192. num. 30. in fin. & ſeqq.*

84 Et quod etiam in dubio poſſeſſio præſumatur † pro maſculo ſtante Statuto excluſiuo fœminarum patet ex *Curt. Iun. conſ. 10. num. 9. in fin. & num. ſeq. Coſta de port. & rat. quæſt. 205. num. 2.* qui loquuntur de ſimili noſtro Statuto, vt eſt videre, & alias eſſet ſuperflua diſputatio, & Doctorum auctoritas, nam ſi Statutum ſimpliciter vſque à principio filias excluderet, inanis eſſet poſſeſſio, & quæſtio huiuſmodi, *& DD. in eadem deciſione allegati* ſunt in terminis Statuti excluſiui ſolum fœminarum dotatarum, & propter dotem; ac poſt dotationem, quod quidem non congruit Sta-

85 tuto † noſtro Perusino, quod per exiſtentiam maſculorum, & propter agnationem principaliter fœminas excludit, & eas dotari mandat, *ad Bart. Caſtr. & alios in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cond. & demonſt.* quos cum alijs in terminis noſtri Statuti ſequitur *Honded. conſ. 16. num. 54. lib. 1.* in quibus ſufficit fœminam eſſe dotatam ante illius petitionem, vt tradit *Curt. Iun. d. conſ. 10. num. 9. & ſequuntur alij relati per Theſaur. deciſ. 101. num. 5.*

Quibus ſtantibus non videntur reſiſtere verba Sta-

86 tuti in prima parte, † quæ negatiuè concipitur etiam mulieres dotatas à Patre, vel à Matre, vel alio quocumque Aſcendente de bonis proprijs dotantis non poſſe, nec debere admitti, vel reuerti ad hæreditatem, vel ſucceſſionem ab inteſtato alicuius perſonæ dotantis eam, & vel alicuius ex deſcendentibus ab eadem perſona dotante, in bonis, & rebus ad ipſum deſcendentem à dotante prouenitis. Nam exinde non con-

87 cluditur, quod mulieres aliter dotari, & excludi nequeant, vt in *§. item ſi quis etiam Pater.* & in *§. item ſi aliquis Pater*, vt ſupra etiam inductis in quibus terminis nos verſamur, ita vt ponderatio dicti Statuti in princ. & illius diſpoſitio non reſiſtat caſui noſtro, cui aſſiſtit idem Statutum *in §§. ſeqq.* vt viſum eſt, & ſic quod dotatio ſufficiat quandocumque ſuperueniens ad effectum excluſionis ab hæreditate delata, ſeu adita, vt ceſſent ponderationes in deciſione *verſ. circa quam.* diſpoſitio enim negatiua non includit affirmatiuam *Surd. conſ. 487. num. 37. & ſeq.*

88 Rurſus quod Statutum non excludat niſi † dotatas propter dotem, ad *Eugen. conſ. 4. num. 55. & ſeq. lib. 2. cum alijs*, concedimus dotationem requiri, & ex dotatione fœminas excludi, ſed negamus propter ipſam dotem nō eſſe, ſeu principaliter propter dotationem, quæ conſideratur tantum vti medium, ſeu cauſa inſtrumentalis, & dicimus ipſam exiſtentiam maſculorum conſiderari in præſentiarum vti cauſam finalem propter quam principaliter, & propter agnationem cauſari exclusionem, vt habetur ex ſecunda parte Statuti *de ſucceſſione ab inteſtato*, quæ incipit affirmatiuè in *§. & ſi caſus euenerit, quod aliquis, vel aliqua deceſſerit cum deſcendentibus tantum, maſculi per lineam maſculinam deſcendentes legitimi, & naturales tali defuncto ſuccedant excluſis fœminis, in quibus obſeruetur prout in præſenti Statuto continetur*, & ita non valet argumentari à prima parte Statuti negatiua ad hanc ſecundam affirmatiuam, fœminæ ſcilicet dotatæ non ſuccedant, ergo maſculi non ſuccedant, dictis fœminis excluſis etiam quandocumque dotatis *l. non hoc.*

89 *C. vnd. legit.* cum concord. Nec † *Eugen. d. conſ. 4. num. 55. & ſeqq. lib. 2.* negat ex dotatione quandocumque ſuperueniente fœminas excludi, licet eius opinio, quod ante dotationem mulieres non excludantur valde ſit dubitabilis, *per ea, quæ in puncto tradit poſt Bart. Caſtr. & alios, vt ſupra. Honded d. conſ. 16. num. 54. lib. 1.* & aliter videtur *Eugen.* reſpondiſſe *conſ. 2. num. 43. d. lib. 2.* vbi quod Statutum noſtrum excludit fœminas ob maſculos, mandans tamen eas congruè dotari, & in eiſdem terminis eſt deciſio *Ludouiſ. 365. num. 4.* vbi Adnot. benè in propoſito *num. 1.* cum alijs allegat.

Sicque non bene infertur, quod ad hoc vt ſit locus

90 Statuto † requiratur dotatio ante delatam, & multo magis ante aditam hæreditatem, *nec DD. in deciſione allegati* id in terminis noſtri Statuti aliter ad fauorem fœminæ contra maſculum firmarunt, & *Cephal. conſ. 5.* non ſolum non applicatur, ſed *ſub num. 69.* retorquetur propter fauorem maſculorum, & agnationis, vt in præſenti, *Rolan. conſ. 56. num. 10. & ſeq. lib. 4.* eſt in terminis alterius Statuti, & diuerſi excludentis filiam dotatam ſimpliciter propter dotem, non autem in Statuto excludente fœminas propter maſculos, & agnationem, quas mandat dotari, quo caſu habemus communem opinionem pro maſculo quandocumque ſuperueniat dotatio, & ſentit ſuper noſtro Statuto *Iaſ.*

91 *conſ. 105. num. 7. lib. 4.* vt nec etiam dici † poſſit fœminis delata hæreditas *ex Honded. poſt alios d. conſ. 16. num. 54. & ex alijs ſupra.* Ad *Surd. conſ. 45. num. 39. 40. & 41.* reſpondetur loqui in Statuto, ſeu decreto de dotata, & maritata à Patre, vel à Matre, vt non ſufficiat dotatio facta ab alio, quod non ſolum diſtat, ſed etiam aduerſatur terminis noſtris, vt patet, imò ad propoſitum noſtrum *ſub num. 39. & 40.* dicit in dotatione facta à Patre præſumi ipſum bonum capere conſilium pro filia, & quia nullus amor vincit paternum, & quod in Statuto filiam excludente, & dotari mandante ſufficeret dotem offerri poſt *Bald. in l. fin. C. de pact.*

92 Vltimo loco non obſtat, † quod in deciſione dicitur non conſtare de obſeruantia Statuti pro maſculo, cum Teſtes non ſpecificent caſus, & loquantur ſi acceptata ſit à muliere dotatio de bonis Paternis, & Maternis, vel ſi dotatio non acceptata excedat portionem dotatæ tangentem, & quia illa non ſit in contradictorio obtenta. Etenim aduertendum eſt Teſtes dicere numquam mulieres dotatas de bonis Paternis, ſeu Maternis ſucceſſiſſe in eiſdem bonis à quocumque dotatio prouenit, & ſic acceptatio præſumitur. Nequè atteſtationes pro parte aduerſa concludunt contrarium ex deductis in facto, & cum Statutum huiuſ-

92 modi † ſit conditum vltra 70. annos, nec adſit exemplum mulieris alicuius contradicentis, ſaltem videtur reſultare præſumptio, ob quam onus probandi contrarium incumberet parti aduerſæ *iuribus vulgatis*. Nec videtur requiri, quod obſeruantia ſit obtenta in con-

93 tradictorio, † quia hoc eſſet quando ageretur de conſuetudine contra ius, in quibus terminis loquitur

deciſio

deciſio in *Narnien. Succeſſionis* 22. *Maij* 1628. *coram*
*R. P. D. Merlino*, quæ eſt in fine Compendij, *deciſ.*
*99. num.* 43. *& ſeqq.* Sed hic ſumus in obſeruantia in-
terpretatiua Statuti, cuius verba ſaltem non ſunt ita
clara, vt non poſſint recipere interpretationem ab
obſeruantia, vt *per Beltram. ad Ludouiſ. deciſ.* 184.
*num.* 8. quod autem communis Practica, & obſeruan-
94 tia † limitet, & declaret Statutum, tradit poſt alios
*Carol. de Graſs. de except. ad Stat. exclud. except.* 3.
*num.* 17. *& latius Maſcard. de gener. Stat. interprat.*
*concl.* 2. *num.* 139. *& ſeqq.* & per hanc interpretatio-
nem fit reductio ad primæuum ius antiquum XII. ta-
bularum, quo Filia à Matris ſucceſſione erat excluſa,
*vt in princ. inſt. de S. C. Tertull. Honded. conſ.* 10.
*num.* 43. *in fin. lib.* 1.

95 Ad id quod dicitur in deciſione 29. Maij 1634. † de-
negando remiſſoriam inter alia ex irreleuantia articu-
lorum *verſ. tertio quia etiam fuerunt articuli irreleuan-
tes*, ex quo mulieres potuerint acquieſcere ſpõtè, non
autem coactè in contradictorio iudicio. Reſpónde-
tur, quod ſufficit dare de Statuto, & obſeruantia in-
terpretatiua, licet in contradictorio iudicio non ob-
tenta, & contra veriorem intellectum, & proprieta-
tem verborum, *vt in deciſ.* 574. *num.* 3. *par.* 1. *diuerſ.*
*& alijs allegatis per Beltram. ad d. deciſ. Ludouiſ.* 184.
96 *num.* 8. Nec contrarium † probatur per *Anchar conſ.*
339. *num.* 8. quia ibi non ſupponitur alia obſeruantia,
ſeu conſuetudo in extraiudicialibus, vt in præſenti,
*Menoch. conſ.* 187. *num.* 5. *& 7. cum ſeq.* expreſsè re-
ſpondet non requiri obtentionem in contradictorio
iudicio, vbi fit reductio ad ius antiquum commune; &
in extraiudicialibus, quicquid ſit in iudicialibus, in
quibus loquitur *Mantic. deciſ.* 359. *num.* 3. *& Add. ad*
*Greg. deciſ.* 162. *ſub num.* 15. vbi dicitur, quod in fa-
cultatiuis debet præcedere prohibitio; ſeu contradi-
ctio cum ſubſecuta acquieſcentia, videlicet de facto;
& extraiudicialiter *ad deciſ. Seraph.* 1086. *num.* 1. *&*
*deciſ.* 530. *num.* 2. *& 3. par.* 1. *recent. cum concord.*

97 Neque afficit, quod dicitur † in *eadem ſecunda de-
ciſione verſ. Tum quia non exprimunt*, Quod Pater re-
tinuerit bona pro Maſculo, & Fœminis, quia contra-
rium quod tantum pro Maſculo primo fuerit adita
hæreditas à quo auocari nequierit ſupra demonſtra-
tum eſt; ita vt conſuetudo interpretatiua aliter aſſer-
ri non debeat *ex deciſ. Ludouiſ.* 162. *num.* 2. cum ſa-
98 tis ſit, quod † à die conditi, ſeu reformati Statuti
nunquàm pro Fœminis contraria obſeruantia dedu-
catur, ſeu allegari potuit ex prætenſa fide de admiſſio-
ne quarundam filiarum ad portionem bonorum ma-
ternorum eis tangentem; fides enim non facit fidem
*Ludouiſ. deciſ.* 260. *num.* 5. *& alibi*, ac patet, & ſic
non applicantur *deciſ.* 19. *num.* 2. *par.* 2. *diuerſ. & de-
ciſ.* 455. *in fin. par.* 4. *recent.* Et quod verba Statuti ſint
clara ad fauorem fœminarum contra dictam obſer-
uantiam, aut non applicatur, aut retorqueri poteſt ex
ſuperius deductis.

99 Quibus ſupra firmatis non videtur reſiſtere † alia
deciſio in hac cauſa facta 19. Iulij 1634. *verſ. Nec ob-
ſtare, quod in §. item ſi quis etiam Pater*, vbi quod
portio de iure tangens exponatur, quæ tangere de-
beat, ex quo Statutum loquitur in bonis Patris viuen-
tis, & dotantis; Nam iſta reſponſio tollitur ex diuer-
ſitate rationis, portio enim in bonis Patris viuentis
eſt ipſa dos, cum ad Patrem hoc onus ſpectare dicat
*text. in l. fin. C. de dot. promiſſ.* Reſpectu autem Ma-
tris, quæ hoc caſu ad dotandum non tenetur, non po-
teſt eſſe niſi legitima debita poſt mortem, & data di-
uerſitate non infertur. Imo ſingula ſingulis congruè
referuntur *iuribus vulgatis*. Sicut reſpectu portionis
100 tangentis † in eodem §. *verſ. quod ſi bona*, conuin-
citur potius de mortua, quàm de viua Matre, cum
ea viuente percipi nequeat, quæ nam portio debeat
eſſe de bonis Matris, præſertim ad ſupplementum
promiſſæ dotis per Patrem, caſu quo eius bona ad di-
midiam non aſcenderent, vt patet, aut daretur dota-
tio ſine effectu; quod non eſt dicendum.

101 Nec etiam videntur afficere deducta *in verſ. minus
obſtare*. Quia clauſula, *& habita dicta dote*, ibi, *&
aliarum perſonarum de quibus, & prout ſupra dictum
eſt*, in fine poſita refertur ad omnia, & ſi in hac deci-
ſione conceditur referri ad principium, & finem Sta-
tuti, non videtur quare ad ea, quæ ſunt in medio non
ſit referenda, maximè cum maior vigeat ratio ex do-
tatione facta à Patre de bonis Matris, vt in puncto,
quàm in dotatione facta à Fratre ad effectum exclu-
ſionis ab hæreditate Patris, vel Aui, & aliorum de-
ſcendentium ex eis, cum potius præſumatur pro Pa-
tre, quàm pro alijs dotantibus, vt ſuperius demon-
ſtratum fuit; & contrarium non probatur *ex allegatis
in hac deciſione*, vt videre eſt, atque ex *Corn. conſ.* 308.
*lib.* 4. & alibi non firmari, nec firmari poſſe, cum eius
tempore Statutum huiuſmodi reformatum non adeſ-
ſet, vt ſupra pariter fuit deductum.

102 Minus obſtare creditur † quod dicitur in hac de-
ciſione *verſ. Non obſtat &c.* de ratione agnationis,
ex qua non debeat fieri in præſenti extenſio; Nam re-
ſpondetur non probari aſſumptum, quod non ſit tan-
ta ratio excludendi filias ab hæreditate Matris, quan-
ta ab hæreditate Patris, & Aui, ex quo *Hond. conſ.* 1.
*lib.* 1. *& alij allegati*, id non firmant. Imò maior ra-
tio vigere dignoſcitur in præsẽti propter dotationem,
103 & conſilium Patris *ex deductis*, Et negatur † Statu-
tum huiuſmodi non excludere niſi dotatas, & propter
dotem, & contrarium, vt propter exiſtentiam maſcu-
lorum fœminas Statutum excludat, licet eas dotari
mandet, ſatis ſuperius declaratum fuit etiam *ex Bug.
conſ.* 1. *num.* 43. *lib.* 2. & alijs.

104 Propterea deducta † in verſ. *Nec firmata &c.* tol-
luntur *ex allegatis*, & reg. ſingula ſingulis congruè re-
ferenda *cum alijs in eodem verſ.* non applicantur con-
tra intellectum pro excluſione fœminæ allatum, vt eſt
videre ex contextu totius Statuti, de quo quæritur.
Sicuti poſſeſſionem, & retentionem bonorum Ma-
105 ternorum per Patrem † in præſentiarum cenſeri pro
maſculo clarè dignoſcitur *ex ſupra ponderatis*, & quã-
documque dotatio ſuperueniat eam ſufficere ad ex-
cluſionem mulieris latè demonſtratum fuit, Nec affi-
cere DD. in hoc allegatos pro contraria ſententia in
vtraque deciſione vti penitus in diuerſis terminis lo-
106 quentes, Et ſic ceſſat regula † *Actum ſequentem re
non integra non admitti in præiudicium tertij, ſeu iu-
ris illi quæſiti*. Quia imò ſola excluſio mulieris à fa-
cultate petendi fructus pro rata, & tempore præteri-
tis ex dotatione demonſtrat clarè intẽtionem exclu-
dendi etiam in terminis Statuti noſtri in §. *item ſi ali-
quis Pater*, cum aliàs ſola excluſio ab hæreditate ex-
cludat etiam à fructibus, qui illam augent, & pars ip-
ſius ſunt, vnde dicta excluſio ſuper addita declarat
excluſionem

excluſionem fœminæ ab hæreditate adita, vt ſupra in diſcurſu ſatis viſum fuit, & ſic corruunt deducta in hac deciſione *verſ. Neque aditio*. Denique aſſump-
107 tum eorum, † quæ ab eodem Patre geſta ſunt pro aditione, ſtat primo loco pro maſculo, à quo poſtea per alios actus forſan contrarios auocari hæreditas non poteſt ex dicta regula. *Actum ſequentem re non integra non admitti in præiudicium tertij, ſeu iuris illi quæſiti*. Quare &c.

*Tu cogita ſuper prædictis, cum in terminis noſtri Statuti opinio Rotæ in hæreditate adita, & multo magis in delata tantum, non tranſeat ſine maxima difficultate.*

Dubitatum etiam fuit an virtute promiſſionis do-
108 tis factæ à Patre † de bonis Paternis, & Maternis poſſet relaxari mandatum contra bona Matris defunctæ, in quo articulo Rotæ noſtræ Auditores, quos commemoraui ſupra ver. Rota *in Adnot. num. 1. pag. 2.9.* hoc anno 1634. pro negatiua reſponderunt ex ſequentibus fundamentis.

INITIVM A DOMINO. Fuit reſolutum vtraque
109 parte pluries informante ſuper intelligẽtia † Statuti Peruſini rubr. 45. in reformat. nullam facultatem, nullumque ius competere Viro in dotatione filiarum obligandi bona Vxoris, & ob id placuit Dominis reuocare mandatum, quod D. Locumtenens relaxauerat contra bona hæreditaria olim Dominæ C. virtute promiſſionis dotis factæ per F. ipſius Virum, ad fauorem T. & D. V. eius Vxoris, ac filiæ prædicti F.

110 Quia licet Statutum prædictum † in *§. item ſi quis etiam Pater*, permittat Parenti dotare filias de bonis paternis, & maternis, non per hoc tribuit facultatem, vt bona Matris veniant in obligatione, vt ibi (*Declarantes tamen, quod per hoc non intelligatur, quod Mater, vel Auia cogantur in eorum vita aliquid dare ob dictam promiſſionem dictæ filiæ, vel eius Viro, ſi ſibi non placuerit, nec etiam prohibeantur de ſuis bonis teſtari*) Ex quibus verbis dum colligitur, requiri placitum Vxoris, ſequitur per neceſſe, quod per dotationem factam à Viro nulla in bonis eiuſdem Vxoris reſultat obligatio, quandoquidem ſi induceretur, poſſet ad ſoluendum adſtringi, cum ea ſit obligationis natura *Inſt. de obl. in princ.* & ille verè eſt debitor, qui de neceſſitate debet ſoluere *l. debitor. 108. ff. de verb. ſign.*

111 Quærenti autem qualis ſit effectus † iſtius Statutariæ permiſſionis, ſi ex tali dotatione de bonis maternis nulla in eis reſultat obligatio. Reſpondetur, quod extantibus maſculis filia ſic dotata excluditur à ſucceſſione, vt ibi, *Sed bene intelligatur, cum dotata fuerit de dictis bonis, vt ſupra, excluſa à ſucceſſione ab inteſtato, donec, & quouſque ſuperuixerit maſculus deſcendens, vt ſupra.*

112 Neque obſtat obiectum, † quod in principio Statuti filia dotata extantibus maſculis excluditur à ſucceſſione, & quod iſte §. ſi nihil aliud contineret eſſet ſuperfluus. Nam vltra quàm quod argumentum à ſuperfluitate eſt admodum fragile *Magon. deciſ. Florent. 146. num. 16.*

113 Reſpondetur, quod §. iſte habet † ſuum effectum operatiuum; nam cum à principio Statutum excludat filiam dotatam à ſucceſſione illius perſonæ, quæ eam dotauit, vt ibi, *dotata à Patre, vel à Matre, vel alia quocumque aſcendente de bonis, vel rebus proprijs dotantis*, & ibi, *nec admitti ad ſucceſſionem alicuius perſonæ dotantis eam*, tunc filia intelligeretur excluſa à ſucceſſione materna, quando à Matre dotaretur ponderando illa verba, *de rebus, & bonis proprijs dotantis*, & conſequenter Pater dotando de bonis paternis, & maternis tantummodo excluſiſſet filiam à propria, non à materna ſucceſſione, Ergo dum virtute prædicti §. eadem excluſio reſultat à ſucceſſione materna, etiam eo in caſu, in quo non à Matre de proprijs bonis, *vt in princ. Statuti*, ſed à Patre de paternis, & maternis fit dotatio, ſatis hunc nouum caſum comprehendendo, habet ſuum effectum operatiuum.

114 Et cum ex iam dictis Mater nec in vita, † nec in morte cogatur adimplere promiſſa per Virum, imo poſſit ad libitum de ſuis bonis teſtari, prout de iure ſibi permittitur, vt in verſ. *Declarantes tamen*, & nihilominus, quamuis filia in bonis maternis dotem ſibi à Patre promiſſam non conſequatur, intelligitur excluſa, vt ibi, *ſed bene intelligatur*, ſequitur neceſſariò euidens intellectus, quod talis dotatio eſt accipienda qualificatiuè ad excluſionem à ſucceſſione materna extantibus maſculis, non effectiuè ad obligationem inducendam, & promiſſa conſequendum in bonis Matris, vt de ſe patet.

115 Nec officit ponderatio, quæ fiebat † in illis verbis, *ſi ſibi non placuerit*, quaſi quod requiratur expreſſus diſſenſus Matris, ad hoc vt ipſius bona non remaneant obligata, de quo diſſenſu in caſu iſto non patet, & tamen certum eſt ſaltem iuris præſumptione, quod ea habuit notitiam talis promiſſionis *arg. l. octaui. ff. vnde cognati. Surd. deciſ. 111. num. 14.* Nam ſatis di-
116 citur diſſentiſſe † dum non conſenſit, quandoquidem quicquid ſit in iudicialibus *Surd. deciſ. 47. n. 9. Menoch. præſumpt. 46. num. 2. lib. 2.* in extraiudicialibus ex taciturnitate, maximè in odioſis non inducitur conſenſus *l. ſicut. §. non videtur. in princ. ff. quib. mod. pig. vel hyp. ſolu. Surd. d. deciſ. 47. num. 3. teſtans de communi, & deciſ. 102. num. 3. & 13. Gratian. diſcept. forenſ. 230. num. 40. & diſcept. 795. n. 5. Menoch. præſumpt. 42. num. 10. & 24. lib. 3.* & præſertim, quia non fuit præſens contractui, quibus in terminis forſan in aliquo caſu induceretur conſenſus.
117 Præterquàm quod loquitur extantibus † maſculis, vt ibi, *Donec & quouſque ſuperuixerit maſculus deſcendens vt ſupra*, ſtante præſertim illa dictione, *vt ſupra*, quæ eſt relatiua ad præcedentia, *Rota deciſ. 461. n. 9. par. 2. recent.* & omnium qualitatum repetitiua *Surd. deciſ. 291. num. 31. & deciſ. 319. num. 8.* adeo vt ſi ſuperius ſemper præſupponitur maſculorum exiſtentia, ita & pariter *in d. §. item ſi quis* etiam debet præ-
118 ſupponi. Et cum Statutum ſit ſtrictè † intelligendum *l. quicquid aſtringendæ. ff. de verb. obl. Magon. deciſ. Flor. 55. num. 14.* maximè in correctorijs iuris *Rota deciſ. 324. par. 1. recent.* cum ibi cumulatis, ſe-
119 quitur, quod iſte caſus † propter maſculinitatis defectum non ſit ſub Statuto comprehenſus, & tamquam omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis *l. commodiſſimè. ff. de lib. & poſth.* quo iure cum officium paternum non maternum ſit filias dotare *l. qui liberos. ff. de rit. nupt.* tantum abeſt, vt ex dotatione facta à dicto F. Patre bona ſuæ vxoris remanſerint obligata, vt nec quidem potuerit de dictis bonis maternis ſuæ filiæ dotem promittere, cum deficiat illa ratio excluſionis à ſucceſſione, cuius intuitu à Sta-

tuto

tuto permittitur dicta qualificata dotatio *l. adigere. §. quamuis. de iur. patron.*

120 Ad id quod vltimo loco dicebatur ex † precibus DD. L. & T. ſororum, & aduerſariarum dictæ D. V. conſtare de decoctione dicti F. communis Parentis *l. cum precum. C. de liber cauſ.* & conſequenter quod ipſius dotatio de bonis maternis, ſi non iure ſtatutario, ſaltem communi ſuſtinetur *per tex. in l. fin. poſt med. C. de dot. promiſſ.* imo ſi in caſu dictæ legis talis obligatio in bonis maternis eſt efficax, quia iam filiæ eſt ius quæſitum, eo magis debet ſuſtineri in caſu iſto, in quo tempore promiſſionis tractabatur de iure quæ-
121 rendo, † quod facilius amittitur *l. qui autem. in princ. ff. quæ in frau. cred. l. fin. circa fin. C. de acq. poſſeſſ. Iaſ. in l. filiusfam. §. diui. in 1 lect. num. 80. ff. de leg. 1. Borg. deciſ. 28. num. 14.*

122 Clara eſt reſponſio † nam ſi volumus attendere tempus promiſſionis, quando agebatur de iure quærendo nō tractabatur de ſolo præiudicio D. V. ſecundum terminos *d. l. fin.* ſed de damno D. C. ſuæ matris, & ſucceſſiuè cum eius hæreditas peruenerit non tam ad D. V quàm ad alias duas ſuas ſorores, ſi ſuſtineretur obligatio præiudicium eſſet hæreditarium, & non in ſolo peculio D. V. prout ſupponitur *in d. l.* Imo ſecundum dictam legem concluditur, quod aut Pater eſt ſoluendo, & dos ab eo, licet de bonis paternis, & maternis promiſſa, in paternis tantum verificatur, aut eſt decoctus, & intelligitur data de rebus proprijs ad filiam pertinentibus, vt ibi, *ſi quidem penitus inopia tentus eſt, in illis videri rebus dotem datam, quæ ad fi-*
123 *lias pertinent.* Vnde cum ad D. V. ſolum † ſpectet tertia pars hæreditatis ad eam tantummodo portionem T. ſuo Viro competebat actio de dote, nec potuit vna cum vxore Iudicium contra hæreditatem, & cohæredes non obligatos intentare, quandoquidem dicta D. V præſuppoſita decoctione Patris tamquam debitrix in ſua portione non poterat agere, & pati.

Et ita fuit reſolutum pro reuocatione mandati.

# SVSPECTVS.

## SVMMARIA.

*Suſpectus quod nolit reſpondere, & ſtare in iudicio, cogitur ad inſtantiam intereſſe habentis præſtare cautionem idoneam, aliàs non auditur, in princ. vbi quid facere debeat petens dictam cautionem.*

*Idem diſponitur in Ceſſionario perſonæ ſuſpectæ, ibid.*

*Non habet locum in cauſis executionis inſtrumentorum, d. loco.*

*Forenſis debitor, ſi ſit ſuſpectus de fuga, receſſu, aut abſentatione, docto ſummariè de debito etiam non liquido, ſi non poſſideat bona ſtabilia æquiualentia, debito, & præſtito iuramento de ſuſpicione, carcerari poteſt, nec relaxatur, niſi ſatisfacto, vel data ſatiſdatione, verſ. Forenſis.*

*Sed in Forenſe habitante familiariter, & qui manſionem, vel fundicum haberet, requiritur etiam fides deriorationis poſt contractum debitum, ibid.*

*Mandata ſuſpicionis fugæ quomodo relaxari debeant ex Comitiuis, verſ. In Comitiuis. Sed vide de conſuetudine Adnot. num. 6.*

*Executio poteſt fieri etiam diebus feriatis in honorem Dei, ex cauſis ſuſpicionis iurata, verſ. Executio. & Adnot num. 7.*

*Sequeſtra contra ſuſpectos de fuga poſſunt fieri, in fin.*

*De ſuſpectis, & fugitiuis Debitoribus Doctores tractantes referuntur, Adnot. num. 1.*

*Suſpectus de fuga non poteſt iurari is, qui præſtitit fideiuſſorem idoneum, Adnot. num. 2.*

*Ceſſionarius Creditoris quid facere debeat contra Debitorem ſuſpectum, ibid.*

*Debitor fugitiuus poteſt carcerari à Creditore propria auctoritate, Adnot. num. 3.*

*Sed debet præſentare illum Iudici intra viginti dies, ibid.*

*Deterioratio debet probari poſt capturam, vide Adnot. num 4. & ſeqq.*

SVſpectus, quod nolit reſpondere de iure, & ſtare in iudicio, cogitur præſtare idoneam cautionem ad petitionem intereſſe habentis, & vbi non poſſideat bona æquiualentia quantitati, vel rei petitæ, & nolit ſufficienter, & idoneè cauere, non auditur à Iudice, & denegatur ei iuris beneficium, dummodo Petens prius declaret, videlicet Actor, quid, & quantum velit petere, & Reus Actorem reconuenire, & intra tres dies à die datæ cautionis producat petitionem conuentionis, ſeu reconuentionis coram eodem Iudice, & eam proſequatur ſecundum formam Statutorum, quia alias incidit in pœnam, & fideiuſſor eſt penitus liberatus Stat. rubr. 8. in princ. lib. 2. pag. 4. col. 3. & 4. Quod habet locum tam in Forenſibus, quàm in Ciuibus, & alijs omnibus in diſtrictu habitantibus, ibidem. Necnon in Ceſſionario perſonæ ſuſpectæ d. loco verſ. & ſi talis ſuſpectus. Non tamen in cauſis executionis inſtrumentorum ibidem verſ. & prædicta.

Forenſis debitor ſi ſit ſuſpectus de fuga, vel receſſu, vel abſentatione à Ciuitate, vel Comitatu ad inſtantiam Ciuis, vel Comitatenſis, & familiariter habitantis in Ciuitate, vel Comitatu, docto ſummariè de debito, etiam non liquido, per ſcripturam publicam, vel aliam, quæ habeat vim confeſſionis in Iudicio, vel alio modo, ſi ille non poſſideat bona immobilia in Ciuitate, vel Comitatu æquiualentia debito, & præſtito iuramento, de huiuſmodi ſuſpicione poterit carcerari, nec debet relaxari niſi ſatisfecerit de debito, facta prius per Creditorem de debito non liquido legitima liquidatione, vel niſi prius ſatiſdederit de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo per fideiuſſorem, qui ſit Ciuis Peruſinus in Ciuitate habitans, & ſoluendo d. rubr. 8. §. volumus. lib. 2. pag. 4. col. 4. In Forenſe autem, qui familiariter habitaret in Ciuitate, vel manſionem, & fundicum haberet requiritur etiam, quod fides Iudici fiat de deterioratione poſt contractum debitum, in qua fide Iudici facienda, non requiritur citatio ipſius Forenſis rubr. 6. in fin. d lib. 2. pag. 4. col. 2.

In Comitiuis par. 1. rubr. 32. cap 13. pag. 78

diſponitur, quod mandata ſuſpicionis fugæ nullo modo decerni, & relaxari debeant, niſi legitimè prius, ſummariè tamen, docto de credito, & de deterioratione poſt cōtractum debitum,& quod vere collegerit ſarcinulas, vt fugam arripiat, & ſecus relaxatum mandatum, & facta executio, ſit ipſo iure nulla, & captus gratis relaxetur ſtatim.

Executio poteſt fieri etiam diebus feriatis in honorem Dei ex cauſa ſuſpicionis iuratæ rub.81. A §. & in diebus. lib. 1. pag. 37. col. 3. A

Sequeſtra contra ſuſpectos de fuga poſſe fieri etiam debito non liquido, dixi ſupra ver. Sequeſtrum. pag. 245.

## Adnotationes.

1 De debitore ſuſpecto, & fugitiuo † eſt tractatus *Io: Baptiſta Caccialupi inter tract. ſub ſign. Aquilon. tom. 3. par. 2. pag. 148. & vide etiam tractatum de Arreſtatione, ſiue iure ſiſtendi, & manuum iniectione Petri Pecky ibid. pag. 155.* vide etiam *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 229. & Galganett ad Stat. Vrbis lib. 1. cap. 98. Seraph. de priuileg. iuram. priuil. 7. Menoch. de arbitr. caſ. 87. Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 823. Carol. de Graſſ. de except ad Stat. exclud. in prælud. num. 131. & ſeqq. & exc. 4 num. 48. & ſeqq. Manſon. de cauſis execut. lib. 1. prælud. 2 & ampl. 22. num. 4. & ſeq.* vide etiam *Chartar. deciſ. Genuen. 40. & de-*

2 *ciſ. 96.* Et quod † non poſſit incarcerari ſuſpectus, qui fideiuſſorem idoneum præſtiterat, tradit *idem Chartar. deciſ. 117.* Et quoad Ceſſionarium Creditoris vide *eundem deciſ. 63. num. 12. & 13.* Debitorem fugiti-

3 uum † poteſt Creditor propria auctoritate carcerare *Manſon. d. tract. quæſt. 1. num. 5.* ſed debet illum præſentare Iudici intra 20. horas, vt euitet pœnam priuati carceris *Camill. Borell. conſ. 10. num. 1.* Quo

4 ad probationem deteriorationis, † quod ſit neceſſaria ſaltem poſt capturam, reſponderunt *Alex. conſ. 19. num. 1. & 2. lib. 3. Pariſ. conſ. 101. lib. 3. Saluſt. in prax. lib. 2. cap. 23. num. 1. & 2. Maſcard. d. concl. 823. num. 6. Mart. vot. 120. num. 2. Rot. coram Caualer. deciſ. 329. num. 2.* Sed tu conſidera, quod Sta-

5 tutum † noſtrum requirit fidem deteriorationis reſpectu Foreſis habitantis in Ciuitate tantum, *vt dictum fuit ſupra ex rubr. 6 in fin. lib. 2.* ergo poſſet dici, quod non requirat in Forenſe non habitante, & vide *deciſ. in Mediolanen. aſſictus 29. Marty 1596. coram Orano, quæ eſt impreſſa apud Zacch. ad Galleſ. deciſ. 118.*

6 Necnon † *Ioſeph. Ludouic. deciſ Peruſ 41. & Turrett. conſ. 45. lib. 1.* qui tradunt quid ſeruandum ſit de Iure communi, & quid ſeruetur de conſuetudine, & in practica circa huiuſmodi mandata ſuſpicionis fugæ in hac Curia,

7 A Idem de Iure communi, † quod debitor ſuſpectus de fuga poſſit capi etiam in die Dominico, reſpondit *Turrett. d. conſ. 45. num. 1. lib. 1. & tradit Maſcard. d. concl. 823. num. 23. Surd. de Alim. tit. 8. priu. 2. num. 12. Caualcan. deciſ. 1. num. 41. Mynſ. obſer. 69. num. 4. cent. 4.*

# SYNDICATVS.

### *SVMMARIA.*

*De Syndicatu Officialium, ex Statuto in princ. Ex Conſtit. Pontific. verſ. Officiales omnes.*

*Auditorum Rota de Syndicatu, verſ. De Syndicatu.*

*Executionum cauſa poſſunt quandocumquè Officiales ſyndicari, verſ. Super executionibus.*

*Laboritia Communis qui acceperunt, & qui habuerunt pecunias ſyndicantur, verſ. Qui acceperunt.*

*Pignorum Gabbellary debent ſyndicari quolibet ſemeſtri, verſ. Gabbellarij.*

*Peruſini qui exercuerunt Magiſtratum in alio loco, coguntur ſtare ſyndicatui, verſ. Peruſini.*

*Procurator cum ſpeciali mandato admittitur in ſyndicatu, verſ. Procurator.*

*Syndicatores non poſſunt ſe ingerere ſuper contentis in Conſtit. Aldobr verſ Syndicatoribus.*

*Iudices non ſyndicantur, ex quo protulerunt ſententias contrarias, verſ. Cum quidam.*

*Mutuantes pecunias Officialibus non audiuntur in ſyndicatu, verſ. Mutuantes.*

*Salarium Syndicatorum, & Notarij quantum, verſ. De ſalario.*

*Appellatio non datur à ſententijs Syndicatorum, verſ. Appellatio. & Adnot. num 8.*

*Syndicatores Magiſtratuum poſſunt cogere teſtes ad ſe examinandum, Adnot num. 2.*

*Officialis aufugiens an habeatur pro confeſſo, Adnotat. num. 3. vbi quod poteſt contra eum iurari in litem.*

*Syndicatores debent pronunciare iuxta votum Conſultoris, Adnot num. 4.*

*Inſtantia Cauſæ Syndicatus qualis, Adnot. num. 5.*

*Princeps an poſſit, & intelligatur remiſiſſe Syndicatum, ibid.*

*Iudices de conſuetudine non ſyndicantur niſi dolo, & barattaria, Adnot. num. 6.*

*Et de malè ablatis, ſeu extorſionibus, ibid.*

*Pro debito ex contractu non ſyndicantur Iudices, Adnot. num. 7.*

DE Syndicatu Poteſtatis, & Capitanei, & aliorum Officialium vide Stat. rubr. 14. lib. 1. pag. 12. De quibus, & quomodo Syndicentur Poteſtas, & Capitaneus, & Maior Syndicus, & eorum Officiales rubr. 15. d. lib. 1, pag. 13. De Officialibus non abſoluendis ante finem eorum officij, & non reſirmandis niſi certa forma vide rubr. 204. d. lib. 1. pag. 69. Quod Officiales forenſes non ſyndicentur infra tempus ſui officij, & de vltima paga non ſoluenda rubr. 276. d. lib. 1. pag. 87. col. 1. De Officialibus Syndicandis per Maiorem Syndicum, & Iudicem Iuſtitiæ vide rubr. 20. d. lib. 1. pag. 15. col. 4.

Officiales omnes debēt ſyndicari finito eorum officio, ex Bulla Sixti IV. in 3. reg. Canc. Comm. pag. 65. & quod ſyndicari debeant omnes, & ſinguli Auditores, Bariſelli, & alij Officiales, & Executores, eſt Bulla Adreani VI. data 13. Aprilis 1523. in 5. regiſt. pag. 101. Emanauit poſtea generalis

neralis Bulla Clementis VII. quam auream appellant, & est in Bullar. nou. constit. 25. tom. 1. pag. 593. in qua latè habentur omnia ad officium syndicatus pertinentia, & est Breue Pauli III. sub die 4. Nouembris 1538. in 6. regist. pag. 49. in quo etiam mandat seruari dictam Bullam auream, & Pij IV. data 16. Iunij 1560. in 7. regist. pag. 5.

De Syndicatu, & Syndicatoribus Auditorum Rotæ vide Const. Rotæ impressas de anno 1578. in cap. fin. Et quod vnus ex Auditoribus Rotæ debeat interuenire in Syndicatu Officialium Curiæ, est Breue Pij V. dato 12. Nouembris 1567. in 7. regist. pag. 61.

Super executionibus possunt quandocumque Officiales syndicari rubr. 13. in addit. in fin. lib. 1. pag. 12. col. 2.

Qui acceperunt laboritia Communis ad coptumum, & illi ad quorum manus peruenisset pecunia, vel aliud, Communis Perusiæ, vel alterius Vniuersitatis, syndicantur, rubr. 21. lib. 1. pag. 16.

Gabbellarij pignorum debent syndicari quolibet semestri, ex decreto D. Gubernatoris sub die 4. Iunij 1580. in 6. regist. pag. 103. vbi etiam habetur eiusdem decreti confirmatio per litteras Card. S. Sixti de ordine Sanctissimi.

Perusini, qui habuissent officium in aliqua alia Ciuitate, vel Terra, seu Magistratum exercuissent, coguntur redire ad standum syndicatui rub. 201. §. præterea si dictus. lib. 1. pag. 68. col. 3.

Procurator admittitur ad accusãdum in syndicatu cum speciali mandato, d. rubr. 15. §. & quia solet. lib. 1. pag. 13. col. 4. An autem admittatur pro Officiali, qui syndicatur, vide d. rubr. 21. lib. 1. §. fin. pag. 17. col. 2.

Syndicatoribus aufertur facultas pronunciandi super contentis in Constit. Aldobrandina registrata in Comit. Constit. par. 1. rubr. 32. cap. 8. §. & vt optatæ. pag. 61.

Cum quidam Locumtenens in Ciuilibus molestaretur in syndicatu ab aliquibus, sub prætextu sententiarum contrariarum aduersus iuris dispositionem, mandauit Sacra Consulta, quod huiusmodi Iudex non molestaretur, nisi constaret ipsum commisisse dolum, aut barattariam, vt in litteris Card. Burghesij sub die 18. Decemb. 1610. A registrat. in Canc. Crim. pag. 125. A

Mutuantes pecunias Potestati, vel Capitaneo non debẽt audiri à Syndicatoribus tempore syndicatus super repetitione rubr. 2. in fin. lib. 1. pag. B 4. col. 3. B

De salario Syndicatorum, & Notarij vide rubr. 439. lib. 1. pag. 105. col. 4.

Appellatio, seu recursus quando detur à sententijs Syndicatorum, dixi supra ver. Appellatio cap. 1. vers. A sententijs Syndicatorum. pag. 16. C col. 2. C

Vide ad materiam in Constit. Marchiæ lib. 2. cap. 40.

## Adnotationes.

1 De Syndicatu subeundo † per Magistratus finito of-
ficio vide *l. 1. C. vt omn. Iudic.* & de hoc sunt plurium
tractatus *int. tract. sub sign. Aquilon tom. 7. pag. 224.*
*& seqq.* Vide etiam *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 30.*
*& seqq. par. 2. Galganett. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 15.*
*Farinacc. de var. & diuers. quæst. quæst. 111. per tot.*
*& Mastrill. de Magistrat. par. 2. lib. 6. Cancer. var.*
*resolut. par. 3. cap. 12.* & ad defensam vide *Turrett.*
2 *cons. 15. lib. 1.* An Syndicatores † Magistratuum pos-
sint cogere Testes ad sese examinandum vide *Camill.*
*Borell. cons. 85.* vbi pro affirmatiua concludit. Habe-
3 tur pro confesso † Officialis aufugiens ante Syndica-
tum *ad l. Consiliarios. & ibi Bart. C. de Assessor.* vide
tamen *Caballin. ad d. Constit. March. lib. 2. cap. 40.*
*vers. Fugientes. & Farinacc. de indit. & tortur. quæst.*
48. *num. 81. & seqq.* & quod possit iurari contra eum
in litem tradit *Carpan. vbi sup. ad cap. 40. num. 11.* &
vide *Farinacc. d. quæst. 48. num. 78.* Syndicatores de-
4 bent † de iure pronunciare iuxta votum Consultoris
*Mart. vot. 93. num. 32. & seqq.* & vide *Pac. Scal. in*
*tract. de Consil. Sapien. cap. 27. lib. 1.* Ad materiam
5 Instantiæ † causæ Syndicatus vide *Clar. in Prax. § fin.*
*quæst. 51. num. 6. & Giurb. cons. crim. 53.* & de neces-
sitate Syndicatus, & quando Princeps non possit illum
remittere, vide *eundem cons. 72. num. 1. & 3.*
6 A Non syndicantur de consuetudine † Iudices, nisi
de dolo, & barattaria *Farinacc. d. quæst. 111. num.*
*425. & 572. Giurb. d. cons. crim. 72. viden. per tot.*
Syndicantur tamen de extorsionibus, & malè ablatis
*Baiard. ad Clar. in Prax. §. fin. quæst. 73. num. 36.*
*Eugen. cons. 60. in fin. lib. 1. Farinacc. d. quæst. 111.*
*num. 572.*
7 B Pro debito ex contractu † non syndicantur Iudi-
ces *Alberic. in l. & ita. §. 1. num. 3. ff. Naut. Caupon.*
*Stabul.* sequuntur *Carpan. d. cap. 31. num. 2. par. 2.*
*& Galganett. ad Stat. Vrb. d. lib. 1. cap. 13. circa fin.*
& vide *Giurb. d. cons. 72. num. 6. & Cancer. d. cap. 12.*
*num. 120. & seqq.*
8 C Vide † vltra citatos supra ver. *Appellatio, in Ad-*
*not. num. 21. pag. 18. Scacc. de appellat. lib. 3. cap. 2.*
*quæst. 19. rem. 4. Farinacc. de var. & diuers. quæst.*
*quæst. 101. num. 89. & seqq.* & quod non detur appel-
latio à sententia absolutoria Iudicis, respondit *Tur-*
*rett. cons. 4. num. 4. & seqq. lib. 1.*

# SYNDICVS Ciuitatis.

*SVMMARIA.*

*Syndicus Ciuitatis à quibus eligatur, in princ. & Adnot. num. 2.*

*Salarium quantum sit constitutum Syndico, vers. De salario. & Adnot. num. 7.*

*Syndicus Ciuitatis debet citari ad defensionem Pupillorum*

*pillorum non habentium Tutores, vel Attinentes, vers. Syndicus iste.*
*Pacem facere potest pro Forense Syndicus, vers. Pacem facere.*
*Copia libelli cõtra Ciuitatem debet dari Dominis Prioribus, aliàs Syndicus non potest se ingerere, vers. Non potest. & Adnot. n. 8. vbi quod sententia est nulla.*
*Bartholomaeus Gilianus Auctor Operis fuit Syndicus Ciuitatis, quod officium per multos annos honorificè exercuit, & magna cum laude, in fin. & Adnotat. num. 9.*
*Syndicus est defensor Ciuitatis, Adnot. num. 1.*
*Accusare an possit Syndicus, Adnot. num. 2.*
*Ciuitati quando non praeiudicet, num. 3.*
*Et quid singularibus personis, ibid.*
*Syndicus Vniuersitatis habet mandatum cum libera, Adnot. n. 4.*
*Secus in Syndico Vniuersitatis non habentis Territorium, ibid.*
*Processus factus cum Syndico est validus, Adnot. n. 5.*
*Exactor Debitorum Ciuitatis si fuerit effectus Syndicus tenetur de proprio si non adhibuit diligentiam in exigendo, Adnot. n. 6.*

De electione Syndici Ciuitatis, vide Stat. rub. 74. in princ. lib. 1. pag. 33. col. 2.

De salario eiusdem, rubr. 449. d. lib. 1. pag.
A 106. col. 3. A

Syndicus iste debet citari ad defensionem Pupillorum non habentium Tutores, vel Attinentes Stat. rubr. 20. §. dummodo. lib. 2. pag. 9. col. 4.

Pacem facere pro Forense potest Syndicus Communis, rubr. 60. in fin. lib. 3. pag. 28. col. 3.

Non potest se intromittere in aliqua causa contra Ciuitatem, nisi prius fuerit data copia petitionis DD. Prioribus, aliàs non dicitur habere auctoritatem, nec mandatum, & Syndicus contrafaciens punitur, rubr. 44. lib. 2. pag. 24.
B col. 4. B

De anno 1584. die 20. Augusti manu D. Gasparis Iordani Notarij fuit Bartholomaeus Gilianus huius Operis Auctor electus Syndicus Ciuitatis, & illud munus honorificè, & magna cum
C eius laude exercuit vsque ad mortem. C

## Adnotationes.

1 Syndicus est defensor Ciuitatis, † vt dictum fuit supra *ver. Camerarius in Adnot. num. 20. & seq. pag. 42.* & vide de eo *tex. in l. 1. §. quibus. vbi glos. ver. Syndicum. ff. quod cuiusque Vniuers. nom. & tit. ext. de Syndico. Specul. tit. de Syndico. & in tit. de Actor. ab Vniuers. & tit. de restit. in integr. §. quis autem. n. 2. Aret. in §. fin. instit. de Curat. num. 9. & seq. Caballin. ad Constit. Marcb. lib. 1. cap. 13. ver. Syndicos. & lib. 2. cap. 41. pariter ver. Syndicos. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 124. & cap. 219. & Galganett. ad Stat.*
2 *Vrbis lib. 1. cap. 13. num. 30.* Et quod debeat † eligi per Consilium generale, non autem per solos Priores, nisi aliter disponatur per Statutum, tradit *Gratian. decis. Marcb. 93. num. 8.* An possit iste accusare, vide *Caballin. d. cap. 41. lib. 2. ver. Syndicos in fin. & Farinace tit. de accusat. quaest. 12. num. 51. & seqq.*
3 An possit † praeiudicare Ciuitati, vide *Dec. cons. 221. num. 1.* Et quod Tutori aequiparetur, vt non possit remittere ius sententiae ad suae Ciuitatis detrimétum, dixit *Menoch. cons. 31. num. 39. lib. 1.* Et quod absque speciali mandato non possit renunciare appellationi reductioni, & nullitati, idem *Menoch. cons. 495. num. 28. lib. 5.* & quod non praeiudicet singularibus personis *Menoch. cons. 80. num. 67. lib. 1.* vide *Gratian. d. decis. 93. num. 9. & seqq.* vbi quod licet Syn-
4 dici Ciuitatum † habeant mandatum cum libera à lege; vnde possunt expedire, etiam quae requirunt speciale mandatum, tamen secus est in Syndico electo ab Vniuersitate non habente Territorium, & vide etiam
5 *Paitell. expedit. 53. num. 15. & seq.* Processum † factum cum Syndico Ciuitatis valere, tradit *Bero. cons. 19. num. 40. lib. 2.* sed vide *Carpan. d. cap. 219. n. 5. & Paitell. d. exped. 53. & ibi Annot.* vbi de restitutione in integrum eidem concedenda. Syndicum Ci-
6 uitatis effectum † exactorem debitorum teneri ex proprio, si non adhibuit diligentiam in exigendo, respondit *Menoch. cons. 518. num. 1. & seqq.* vbi firmat non constare de diligentia necessaria, & vide *Munoz. de Escobar. de Ratioc. Admin. cap. 19. num. 21. & seqq.*
7 A Vide de Salario † non constituto huiusmodi personis, an possint illud petere *Menoch. cons. 228. lib. 3.* & relatos supra ver. Salarium. pag. 240.
8 B Pro nullitate sententiae † ex hoc Statuto ob non datam copiam libelli Prioribus, fuit decisum *in Perusina Ciuilitatis 26. Ianuarij 1615. coram Manzanedo, quae est in fine, decis. 24. num. 2.*
9 C Meminit *Giliani* Auctoris † huius Operis tamquam Syndici Ciuitatis *Rota in dicta Perusina Ciuilitatis num. 3.*

# SYNDICVS PAGI, seu Castri.

### SVMMARIA.

*Syndici Castrorum tenentur denunciare maleficia, in princ. & Adnot. num. 3. & seqq.*
*Syndicum tenentur eligere Comitatenses, vers. Syndicum. & Adnot. num. 6.*
*Praecones, & Baiuli non possunt esse Syndici Vniuersitatis, vers. Praecones.*
*Vniuersitas quae tenetur conseruare alios, quomodo eligat Syndicum, in fin.*
*Syndici Castrorum debent esse maiores vigintiquinque annis, Adnot. num. 1.*
*Separata Syndici electio indicat Locum esse separatum, Adnot. num. 2.*
*Bannitos transeuntes non denuncians quando excusetur, Adnot. num. 4.*
*Syndicus praeuentus in denuncia excusatur, ibid.*
*Syndicus non tenetur denunciare modicas scissuras, si teneatur denunciare percussiones sanguinolentas, Adnot. num. 5.*

Syndici Castrorum, vel Villarum Comitatus tenentur denunciare maleficia commissa in Castris, & Villis, & eorum Territorijs; seu iurisdictione

risdictione, Stat. rubr. 3. lib. 3. pag. 3. col. 3. & vide etiam rubr. 513. lib. 1. pag. 118. col. 3. Et quod teneantur denunciare capientes Columbas vide d. rubr. 3. lib. 3. post princ. pag. 3. col. 4. & rubr. 172. §. item statuimus. d. lib. 3. pag. 54. & Turdos, & Qualeas quibusdam temporibus, rubr. 173. lib. 3. pag. 56. col. 1. Fraudantes libras Cacastri tenentur etiam denunciare Syndici, rubr. 563. lib. 1. pag. 125. col. 2. Quo ad damna data vide Comit. Constit. par. 1. rubr. 31. cap. 5. pag. 47. & dicta supra ver. Damnum datum, præsertim cap. 7. & cap. 13. Vide etiam Const. March.
A lib. 4. cap. 5. & Bannim. Gener. num. 80. A

Syndicum tenentur eligere de sex Mensibus in sex Menses Comitatenses habitantes in loco, vbi ad minus sint decem Focularia, sub poena, d. rubr. 3. §. fin. lib. 3. pag. 4. col. 2. & vide Const. March.
B d. lib. 4. cap. 5. B

Præcones, & Baiuli non possunt creari Syndici, & Procuratores alicuius Vniuersitatis, rubr. 183. §. nullus. lib. 1. pag. 62. col. 3.

De Syndico Vniuersitatum Comitatus obligatarum ad satisfaciendum, & conseruandum alios, & eius creatione, vide rubr. 17. lib. 2. pag. 7.
C col. 4. C

## Adnotationes.

1 Syndici Castrorum debent † esse maiores viginti-
quinque annis *Bald. in l. exigendi. num. 5. C. de pro-
curat. & in l. 1. num. 2. C. in quib. caus. in integr. rest.
non est necess. Carocc. decis.* 24. vbi quod si maleficia
non denunciant, excusantur, nec puniri possunt, quia
2 electio est nulla. Syndici separata † electio arguit lo-
ca esse separata *Menoch. cons. 1087. num. 8. lib. 11.*
3 A Aliqua de his, qui tenentur † denunciare, dixi
supra ver. Damnum datum pag. 109. in Adnot. num.
13. & 14. addo nunc *Mascard. de probat. lib. 1. concl.
506. & Farinacc. in tit. de Accusat. quæst. 16. num. 16.*
4 *& seq.* Et quod excusetur is, † qui non denunciauit
Bannitos transeuntes, qui non permanserunt in loco,
vide *Caball. resol. crim. cent. 3. cas.* 287. Prout etiam
excusatur ille, qui fuit præuentus ab alio, puta, ab eo,
qui damnum passus est *Bart. in l. 1. §. eleganter. n. 2.
ff. de lib. agnosc.* & alij per *Surd. decis. 327. n. 6. lib. 2.*
5 Et quod non teneantur denunciare leues, † & modi-
cas scissuras illi, qui tenentur denunciare percussio-
nes sanguinolentas *Mars. in Prax. §. & quia. num. 4.
pag. mihi 146. Nouar. quæst. forens. lib. 1. quæst. 55.
num.* 2. vbi infert ad Medicos, & Barbitonsores, se-
quitur *Ritt. in Prax. par. 4. resolut. 22. num. 3.*
6 B Quod vigore † d. Const. March. Vniuersitates
teneantur ad deputandum Syndicum, qui debeat re-
ferre maleficia Curiæ, tradit *Ioseph. Ludouic. decis.
Perus. 3. num. 22.*

C Vide *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 219.

# TABERNARIVS.

## SVMMARIA.

*Tabernarij non possunt vendere certis horis vinum, in princ.*

*Mensuras sigillatas debent retinere, ibid.*

*Non dantes iustum pondus, vel mensuram puniuntur, d. loco.*

*Taxillorum ludum permittere non debent in eorum Taberna, vers. Non debent.*

*Denunciare debent delicta commissa in Taberna, vers. Debent denunciare.*

*Natiuitatis Domini Redemptoris nostri nocte non possunt, nisi post lucem vendere, aut aliquem recipere ad bibendum, seu ludendum, vers. In nocte.*

*Quæ, & quando non possint emere, in fin.*

*Caupona, & Taberna differunt, Adnot. num. 2.*

*Taberna, seu Hospitia in quibus locis non possint fieri, Adnot. num. 3.*

*Tabernarius reputatur vilis, & infamis, & ad testimonium non admittitur, Adnot. num. 4.*

*Mensura vbi sunt deputatæ ad vinum vendendum, si cum alijs vendatur committitur fraus, Adnot. n. 5.*

TABERNARII non possunt certis horis vendere Vinum Stat. rubr. 44. lib. 4. pag. 13. col. 3. vbi etiam de mensuris sigillatis retinendis, de quibus etiam vide rubr. 124. §. item statuimus. d. lib. 4. pag. 37. col. 3. Et contra non dantes iustum pondus, seu mensu-
A ram rerum vide Bannim. gener. num. 19. A

Non debent permittere ludum taxillorum in eorum Tabernis rubr. 45. d. lib. 4. pag. 14. col. 1.

Debent denunciare delicta commissa in Taberna d. rubr. 45. §. item quod vendentes. lib. 4. pag.
B 14. col. 2. B

In nocte Natiuitatis Domini Redemptoris nostri non possunt nisi post lucem aliquid vendere, aut recipere aliquem ad bibendum, seu ludendum rubr. 86. lib. 4. in addit. pag. 25. col. 4.

Quæ, & quando non possint emere vide supra ver. Officialis Plateæ. pag. 213.

## Adnotationes.

1 De istis † vide *tit. ff. Nautæ, Caupones, & Stabula-
rij*, quod Tabernarius idem sit, quod Hospes *Carpan.
ad Stat. Mediol. cap. 197. in princ. par.* 2. Pro diffe-
2 rentia inter Cauponam, † & Tabernam respondit *Me-
noch. cons. 798. num. 32. & seqq. lib.* 8. ex quo in Ta-
berna comestibilia venduntur, & comedentes recipi-
untur non ad cubandum, neque ad equos stabulandos,
in Caupona autem, & aduenæ ad cubandum, & etiam
equi recipiuntur; sed vide quæ in contrarium scribit
*Gratian. discept. forens. tom. 5. cap. 898. num. 2. & seq.*
3 In quibus locis † non possint fieri tabernæ, seu hospi-
tia vide *Menoch. cons. 666. lib. 7.* repetitum aliquibus
additis *cons. 798. lib. 8.* Tabernarium reputari vilem,
& infamem

& infamem, † & ad testimonium non admitti, respondit *Honded. cons. 93. num. 49. lib. 2. Almont. Ciarz. discept crim. 175.*

5 A Vbi deputatæ sunt certæ † mensuræ ad vinum vendendum, si cum alijs vendatur dicitur committi fraus *Bald. cons. 197. num. 3. lib. 2.* vide *Bonacosſ. in quæſt. crim. ver. Vinum. pag. 308. & Farinace de falſit. quæſt. 150. num. 76. & ſeqq.* & dixi ſupra ver. *Menſura. pag. 193.*

6 B De his, qui tenentur † denunciare maleficia vide ſupra ver. *Syndicus Pagi. pag. 268.*

# TEGVLARIVS.

## *SVMMARIA.*

*Tegula, Imbrices, & Lateres debent confici iuxta menſuram præſcriptam, in princ.*
*Tegulæ domus quamdiu illi ſunt applicitæ inter immobilia ſunt, in Adnot.*

TEgularum, ſeu Imbricum, & Laterum, ac ſimilium Artifices tenentur dictas res conficere iuxta menſuram præſcriptam ſub pœna, & Camerarius dictæ Artis poteſt inquirere, & condemnare Stat. rubr. 78. lib. 4. pag. 22. col. 4. vbi etiam alia ad hos Artifices pertinentia.

## Adnotationes.

Vide aliqua dicta *ſupra ver. Menſura. pag. 193.* Tegulæ domus quamdiu illi ſunt applicitæ ad vſum tecti deſtinatæ inter immobilia ſunt *l. eum qui ædes ff. de vſucap. Eugen. conſ. 22. num. 19. lib. 2.*

# TENVTA.

## *SVMMARIA.*

*Creditor quando mittatur in Tenutam bonorum Debitoris, in princ.*
*Confirmari ſolet de conſuetudine in Tenuta, ibidem.*
*Tenuta non poteſt accipi de Oſtijs domorum, verſ. Non poteſt,*
*Fructus ſequeſtrantur capta Tenuta, verſ. Capta.*
*Tenutam ſi non recollegerit, vel luerit Debitor, ſubhaſtantur res, ſeu adiudicantur, verſ. Si intra.*
*Licentia requiritur, vt poſſit capi Tenuta, ſeu Poſſeſſio, in fine.*
*Tenuta nulliter data confirmari poteſt, & quando, Adnot. num. 1.*
*Satisfactionem non operatur Poſſeſſio tradita ex primo decreto, Adnot. num. 2.*
*Recuperare qui vult tenutam ex primo decreto, debet ſoluere expenſas, Adnot. num. 3.*
*Miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, non efficitur poſſeſſor, Adnot. num. 4.*
*Fructus non facit ſuos immiſſus ex primo decreto abſque ſubhaſtatione, deliberatione, ſeu adiudicatione, Adnot num. 5.*
*Et imputantur in ſortem, ibidem, vbi declaratur, & num. 6.*
*Fructus præſumuntur percepti ab ipſo debitore, Adnot. num. 6.*

DE Creditore, vel Creditoris Creditore mittendo, & ponendo in tenutam, ex primo decreto, bonorum tàm mobilium, quàm immobilium Debitoris vide Stat. rubr. 29. § ſi verò placuerit. lib. 2. pag. 19. col. 2. De conſuetudine ſolet in hac Curia Creditor poſt acceptam tenutam bonorum ſtabilium per Iudicem confirmari in tenuta.

Non poteſt haberi tenuta de Oſtijs domorum Debitoris d. §. ſi verò placuerit, & dictum fuit ſupra ver. Executio pag. 127. verſ. Nec poſſunt.

Capta Tenuta ſequeſtrantur per Iudicem fructus d. §. ſi verò placuerit.

Si intra quindecim dies Tenutam bonorum mobilium, & intra triginta dies immobilium, Debitor non recollegerit, vel luerit, aſſignato termino peremptorio aliorum trium dierum, res in Tenutam datæ ſubhaſtantur, ſeu adiudicantur d. §. ſi verò. verſ. quam tenutam, & vide ſupra ver. Adiudicatio pag. 6. & ver. Subhaſtatio pag. 252.

Tenuta, ſeu poſſeſſio non poteſt capi ſine licentia, dictum fuit ſupra ver. Poſſeſſio pag. 224.

## Adnotationes.

Vide tractatus *de primo, & ſecundo decreto plurium*
*inter tract. ſub ſign. Aquil. tom. 3. par. 2. pag. 126. &*
1 *ſeqq.* Tenuta † nulliter data confirmari poteſt *Ioſeph.*
*Ludouic. deciſ. Peruſ. 40. num. 4.* quando tamen Iu-
dici conſtat quod danda foret *Honded. conſ. 21. num.*
*38. lib. 2.* ſed vide *Rot. deciſ. 102. num. 8. & ſeqq.*
2 *apud Zacch. ad Galleſ.* Qui vult recuperare † tenutam
ex primo decreto debet ſoluere debitum, & reficere
expenſas *Hond. conſ. 82. num. 11. lib. 1.* ſed vide eun-
dem *num. ſeqq. & num. 64. & Aſin. in Prax. §. 32.*
3 *cap. 2. ampliat. 33.* Poſſeſſio tradita † ex primo de-
creto non operatur ſatisfactionem, nec priuat poſſeſ-
ſorem niſi ſequatur ſecũdum decretum, vel bona den-
tur in ſolutum *Seraph. deciſ. 1107. num. 2.* Imo miſſus
4 in poſſeſſionem ex primo † decreto non efficitur poſ-
ſeſſor *Ambroſin. deciſ. Peruſ. 2. num. 24. & ſeqq. vbi*
*num. 29.* quod non procedit vbi eſt lapſus terminus
aſſignatus Debitori vigore ſtatuti ad reluendum, licet
aliud poſtea *num. ſeqq* concludat reſpectu aliorum
Creditorum non citatorum, & vbi non eſt ſecuta
5 adiudicatio. Non facit fructus † ſuos Tenutarius
abſque ſubhaſtatione, deliberatione, ſeu adiudica-
tione *l. 1. & 2. C. de pignor. act.* & imputat in ſortem
illos *Menoch. de retinen. poſſeſſ. rem. 3. num. 168 cum*
*ſeqq.* ſed vide *Rot. in Peruſina bonorum de Venturinis*
*19. Ianuar. 1609. coram Ortimbergo,* vbi quod præſu-
muntur ſolemnitates ſpacio viginti, imò decem an-
norum, & quod hęc exceptio reijcitur ad petitorium,
6 Debet etiam probari † quod immiſſus perceperit fru-
ctus, quia aliàs præſumuntur percepti ab ipſo Debi-
tore *Rot. coram Seraph. d. deciſ. 1107. num. 3. & in*
*Peruſina*

*Perusina Pecuniaria 28. Maij 1618. coram Card. Sacrato circa fin.*

# TERMINI.

## SVMMARIA.

*Terminos diuisorios remouens punitur, in princ. vbi quæ probatio sufficiat; & quod quilibet esse Accusator.*
*Fodere non licet, neque Fossam facere ad duos pedes penes Grippam, nè Termini cadant, vers. Termini.*
*Termini si ex causa labis cecidissent debent reponi, vers. si ex causa.*
*Molendinorum de Terminis vide in fine.*

Terminos diuisorios remouens punitur, Stat. rubr. 102. in princ. lib. 3. pag. 37. col. 4. vbi quod sufficit probatio contra delinquentem, per duos testes de fama cum iuramento Accusatoris, & quod quilibet de prædictis possit esse Accusator.

Termini nè cadant, nō licet fodi, vel fossa fieri à duos pedes penes marginem, vulgo grippam, d. rub. 102. §. & quia termini. & dictum est etiam supra ver. Grippa pag. 152.

Si ex causa labis, vulgo lama, termini cecidissent, debent reponi per Partes in locis condecentibus ad petitionem cuiuscumquè petentis sub pœna rub. 161. in fin. lib. 3. pag. 53. col. 1.

De Clusarum Molendinorum terminatione vide rub. 64. §. & vt quæstiones. lib. 2. pag. 32. col. 3. vbi puniuntur remouentes, vel tangentes dictos terminos.

## Adnotationes.

Vide *tit. ff de termin. mot. & cap. quia indicante. vbi DD. præsertim Felyn de præscrip. Ang. in l. inficiando 69. §. infans. ff. de furt.* & ad materiam finium, & terminorum, vide *tract. de finibus regend. Hieronym. de Monte inter tract. sub sign. Aquilon. tom. 3. par. 2. pag. 333. & Scayn. decis. Bononien. 30.*

# TESTAMENTVM.

## SVMMARIA.

*Testamenta, & Vltimæ voluntates debet assignari, & insinuari, in princ.*
*Testamenta habent vim confessionis in iudicio legitimè factæ, vbi sunt insinuata, & mandantur executioni, vt confessiones iudiciales, vers. Habent.*
*Damnatus ad mortem testari potest, vt vers. Damnatus ad mortem, & Adnot. num. 3. vbi de damnatio ad mortem Ciuilem.*
*Blasphemiæ causa cōdemnatus efficitur intestabilis actiuè, & passiuè, vers. Condemnatus.*
*Vsurarius testari non potest, vers. Vsurarius.*
*Testes in Testamentis, & Codicillis quot requirantur tam in Ciuitate, quam in Comitatu, vers. In Testamentis, & Adnot. num. 5. & seqq.*
*Mulieres duæ in Testamentis sufficiunt loco vnius Viri, d. vers. In Testamentis, ibi & vbi Viri, & vide Adnot. num. 4.*
*Rogitus Notarij, & Testium præsumitur in Testamentis, d. vers. In testamentis, ibi & si Notarius, & vide Adnot. num. 46. & 47.*
*Muti, & Surdi Testamentum quando valeat, Adnot. num. 2.*
*Testamentum Subditi ditionis Ecclesiasticæ valet de Iure Canonico coram Parocho, & duobus testibus, Adnot. num. 10.*
*Etiam fauore causæ prophanæ, ibidem.*
*Et potest, & debet in formam authenticam redigi ad instantiam interesse habentium, num. 11. & seqq.*
*Quid stante Statuto Perusino, num. 16. & seqq.*
*Iudex releuationis Testamentorum coram Parocho, & duobus Testibus factorū an possit esse Ecclesiasticus, num. 13 & seqq.*
*Legatorum Piorum causa potest adiri Iudex Ecclesiasticus, etiam contra hæredem Laicum, Adnot. num. 14.*
*Et pro alijs Legatis intrat priuilegij communicatio, num. 15.*
*Statutum non tollit leges antiquas, nisi concurrant voluntas, & potestas, Adnot. num. 17. & seqq.*
*Confirmatio specifica requiritur, nec sufficit generalis, vt Statutum tollat ius Canonicum, Adnot. num. 19. & 38.*
*Testes septem Puberes, Masculi, & rogati cum eorundem subscriptione requiruntur in Testamento de Iure Ciuili, Adnot. num. 21.*
*De Iure Canonico aliud disponitur num. 23. & de subscriptione num. 43.*
*Statutum Perusinum quoad testes in Testamento corrigit Ius Ciuile, non autem Canonicum, Adnot. num. 20. & seqq.*
*Et non est prohibitiuum, sed permissiuum, num. 29. & seqq.*
*Voluntas demetienda est à potestate, Adnot. num. 24.*
*Statuto induci potest, quod Testamentum valeat cum minori numero Testium, etiam si Statutum sit conditum à Ciuitate Superiorem recognoscente, Adnot. num. 25. & vide num. 26.*
*Iuri Canonico non potest derogari per Statutum absque Sedis Apostolicæ abrogatione, Adnot. num. 26.*
*Statutum non censetur derogare Iuri Canonico cessantibus verbis, & repugnantia, Adnot. num. 27. & 34.*
*Derogationes non sunt multiplicandæ, quando in vno casu possunt habere effectum, Adnot. num. 28.*
*Confirmatio Statutorum addit robur quoad ius, nō autem auget factum comprehendendo maiora expressis Adnot. num. 30.*
*Et idem continet vbi non legitur plus concessum, quam petitum, num. 40.*
*Statutum an dicatur permissiuum, vel prohibitiuum, aut abrogatiuum, & annullatiuum, Adnot. num. 29. & seqq.*
*Constitutiones Cardinalis Vrbini quomodo debeat intelligi circa iura seruanda, Adnot. num. 39.*
*Testamentum dicitur imperfectum, vbi Testator aliqua reseruauit adhibenda, Adnot. num. 41. sed vide num. seqq.*
*Impedimentum præstantibus Testamento, denegantur actiones*

*actiones, Adnot. num. 44.*
*Notarij Rogitus præſumitur ex rogitu Teſtium, Adnot. num. 47.*
*Et præſumitur rogatus ab eo, de cuius commodo agitur num. 48.*

TEſtamenta, & vltimæ voluntates debent aſſignari, & inſinuari Stat. rubr. 42. lib. 2. pag. 23. col. 3. & dictum fuit ſupra ver. Inſinuatio. pag. 162.

Habent vim confeſſionis in iudicio legitimè factæ, vbi ſunt inſinuata, & mandantur executioni vt confeſſiones iudiciales rubr. 29. in princ. verſ. Item Teſtamenta. lib. 2. pag. 17. col. 4. in fin. & d. rub. 42. §. præterea volumus. d. lib. 2. pag. 24. col. 1. & dictum fuit ſupra ver. Iudicium executiuum. pag. 169.

Damnatus ad mortem teſtari poteſt vſquè ad ſummam ſcutorum decem ad fauorem Confraternitatis S. Andreæ, ex Breue Pauli III. ſub die 17. Septembris 1535. in 7. reg. Cancell. Comm.
A pag. 73. [A]

Condemnatus pro Blaſphemia efficitur inteſtabilis actiuè, & paſſiuè rub. 18. in addit. lib. 3. pag. 17. col. 3. & dictum fuit ſupra ver. Blaſphemia. pag. 38.

Vſurarius teſtari non poteſt rub. 215. §. adijcientes. lib. 3. pag. 65. col. 2. & dicam ver. Vſura.

In Teſtamentis, & Codicillis, & omni alia vltima voluntate valoris centum librarum, vel infra, ſufficiant tres idonei teſtes, & liberi homines, à centum libris verò ſupra ſufficiant quinque teſtes, Et vbi Viri, tempore quo fieret teſtamẽtum, vel vltima voluntas, non eſſent, ſufficiant loco
B vnius Viri, duæ bonæ, & idoneæ Mulieres. [B] Et hoc locum habeat in Comitatu, In Ciuitate verò, & Burgis Peruſiæ non habeat locum, ſed neceſſariò requirantur quinque: In Teſtamento autem facto inter liberos ſufficiãt duo teſtes etiam
C non rogati. [C] Et hoc de illis intelligatur, qui poſſunt condere Teſtamentum. Et ſi Notarius omitteret in Teſtamento, & vltimis voluntatibus ſcribere ſe rogatum, vel teſtes fuiſſe rogatos, nihilominus præſumantur eſſe rogati, & Teſta-
D mentum, & vltima voluntas valeat, & teneat. [D] In his verbis eſt conceptum Stat. in rub. 35. lib. 2. pag. 21. col. 3. Quod fuit, & eſt vſu receptum, & in viridi obſeruantia, & practicatur, vt eſt fides Collegij Dominorum Cauſidicorum ſub die 16. Martij 1632.

## Adnotationes.

1 Vide † vltra tractatus diuerſorum *int. tract. ſub ſign. Aquilon. tom. 8. par. 1. pag. 31. & ſeqq. Clar. in §. Teſtamentum. Craſ. de Succeſſ. §. Teſtamentum. Cancer. var. reſolut. par. 1. cap. 4.* & ſuper Statuto Medolani *Carpan. ad cap. 319. & ſeqq.* Pro validitate Teſtamen-
2 ti † facti à Muto, & Surdo à natiuitate vide deciſionem *in Peruſina hæreditatis de Cencijs* 15. *Decembris* 1627. *coram bo. me. Card. Verilis*, quæ eſt in fine, *deciſ.* 82.
3 A Citaui † ſupra *ver. Condemnatus. pag. 95. num. 2.* Doctores ad materiam, & vide etiam *Bugen. conſ. 64. lib. 2. Gamm. in quæſt. 6. poſt eius deciſiones*, & de damnato ad mortem Ciuilem *Farinacc quæſt.* 102. *num.* 135. *& ſeqq. & Maſtrill. deciſ.* 167.
4 B Quid de Iure communi † *Honded. conſ. 77. num. 28. & ſeqq. lib. 1. Caualer. deciſ. 381. num. 8. & Rot. in Peruſina Bonorum 8. Nouembris 1582. coram Gypſio*, quæ eſt in calce, *deciſ. 2. num. 4.* vbi quod de Iure Canonico Mulier poteſt eſſe Teſtis, & vide etiam in *deciſione proximè regiſtranda num. 22. & ſeq.*
5 C De numero Teſtium in Teſtamentis † requiſito eſt tractatus *Magdaleni Capiferrei*, & ſuper hoc noſtro Statuto vide *deciſionem in dicta Peruſina Bonorum 8. Nouembris 1582. coram Gypſio*, impreſſa in fine, *deciſ. 2.* in qua defenditur à nullitate Teſtamentum factum coram Parocho, & duobus Teſtibus, iuxta diſpoſitionem *cap. cum eſſes de Teſtam.* non obſtante noſtro Statuto, diſponente in omni vltima voluntate ſufficere quinque Teſtes, enim non propterea inferatur, quod Iure Canonico inſpecto ſuſtineri non
6 valeat. Et quamuis reſpectu Teſtamenti † conditi in Ciuitate, ex quo Statutum diſponit, quod neceſſario requirantur quinque Teſtes, pro nullitate declarando ſupradictam deciſionem procedere in Teſtamento facto in Comitatu, reſpondent *Rota in Peruſina Hæreditatis* 20. *Nouembris* 1602. *coram bo. me. Cardinali Pamphilio*, quæ deciſio fuit confirmata 12. *Decemb.* 1603. *coram eodem*, & ſunt impreſſæ in calce, *deciſ.* 3.
7 *&* 4. Tamen contrarium † etiam in Teſtamento condito in Ciuitate fuit nouiter reſolutum in eadem Rota, vt in ſequenti deciſione, in cuius cauſa patrocinium præſtitit *Pandulphus Hondedeus* in Aduocationis munere erudītiſſimus, & non minus quàm *Ioannes Vincentius Pater* Inſignis.

### *R. P. D. Pirouano*
### *Peruſina Releuationis Teſtamenti Veneris 7. Maij 1632.*

8 OCtauius viuens diſpoſuit † de bonis, & hæreditate ſua coram Parocho, & duobus Teſtibus, eo poſtmodum defuncto. Legatarij inſteterũt coram Vicario Epiſcopi Peruſini leuari teſtamentum in publicam formam, qui citatis intereſſe habentibus produciauit ſcripturam teſtamẽti dicti Octauij eſſe per publicum Tabellionem leuandam, & in formam publicam, & authenticam redigendam; Cauſa exinde per appellationem ad Rotam deuoluta; dubitatum fuit an eadem ſcriptura, ſeù diſpoſitio *Octauij de Ferrettis* ſit releuanda in publicam, & authenticam formam, & affirmatiuè fuit reſolutum.
9 Quia de voluntate Octauij, quæ † tranſierit in diſpoſitionem conſtat ex tenore ſcripturæ ad monitionem dicti Vicarij productæ per *D. Ignatium* Rectorem Parochialis S. Seueri, in qua ad præſentiam dicti *D. Seueri* Rectoris, & *D. Damaſceni* Flaurenſis Ab-
batis

batis S. Seueri, & *Dominici Grossi*, idem *Octauius* hæredem instituit, & quamplura legata fecit rogando eum, vt de prædictis rogatus esse vellet, prout se rogatum dixit de prædicto testamento in fine eiusdem
10 scripturæ, quæ dispositio, † cum versemur in subdito ditionis Ecclesiasticæ; vbi Ius Canonicum seruatur, valida censeri debet per *cap. cum esses de testam. Specul. de instrum. edit. & fide. §. compendiosè. vers. item per Ius Canonicum. num. 11.* & nè dum sustinetur vbi agitur de pia causa; sed etiam fauore causæ prophanæ, *secundum veriorem, de qua per Clar. in §. Testamentum. quæst. 57. vers. & in primis quidem. Ioseph. Ludou. concl. 68. post princ. Magon. decis. Lucen. 32. nu. 5. Rota decis. 497. num. 1. coram bon. mem. Card. Caualerio. Cauall. inter suas communes q. 319. Durant. de testam. ordin. cautel. 2. num. 2.*
11 Et hæc ipsa Octauij dispositio, potuit, & debuit † in formam authenticam redigi ad instantiam nè dum hæredum; sed & legatariorum, & aliorum quorumcumque habentium interesse; Potuit inquã ad perpetuam memoriam per *l. publicati. C. de testam. vbi Bald. num. 1. Bart. in l. finali. num. 17. C. de edict. Diui Adr. tollen. Specul. de instrum. edit. §. compendiosè. num. 39. Castr. cons. 307. num. 1. Neuiz. cons. 26. num. 4. Crass. in §. testamentum. q. 61. num. 1. Simon. de Prat. de Interpret. vltim. vol. lib. 2. interpret. prima. dub. 2. solut. 3. num. 3.*
12 Et similiter Iudex debuit † Notario mandare; quia præcessit legatariorum habentium interesse petitio coram Vicario Episcopi Iudice competente, Citatio hæredum in scriptura testamenti descriptorum, Depositio Parochi, & testium, qui interuenerunt dispositioni *Octauij* formiter examinatorum, qui de voluntate eiusdem in eum modum, quo scripta reperitur deposuerunt, ex quibus Iudex conuincitur ad concedendum petenti, vt scriptura in publicam redigatur. *Bart. in l. testamenta, C. de testam. Couar. pract. quæst. cap. 8. num. 1. Crass. in §. testamentum. dicta quæst. 61. num. 2. Honded. cons. 77. num. 18. lib. 1. & cons. 26. num. 9. lib. 2.*
13 Nec controuerti potest iurisdictio Vicarij, † quod scilicet processus examinis Parochi, & testium fieri debuerit coram Iudice sæculari; non autem Ecclesiastico per *l. consulta diualia. C. de testam. Couarr. pract. quæst. cap. 8. num. 1. Carol. de Grass. de effect. Cleric. effect. 1. num. 961. Crass. d. quæst. 61. num. 2. Honded. cons. 26. num. 11. lib. 2.*
14 Quia in scriptura de qua agitur † multa continentur legata pia, pro quibus potuit adiri Iudex Ecclesiasticus etiam contra hæredem Laicum *c. relatum de testam. l. prima. C. de Episcopal. audien. Tiraquell. de pia causa priuil. 149. Guttierez pract. quæst. cap. 44.*
15 *num. 2. lib. 1.* & pro alijs legatarijs intrat † priuilegij communicatio propter communem causam, & defensionem *l. si communem. ff. quemadmodum seruit. amittat. Felin. in cap. 1. num. 6. de præscript. Natt. cons. 590. num. 16. lib 2. Thesaur. decis. 177. num. 5.*
16 Non obstat, quod dispositioni *c. cum esses*, † derogatum reperiatur ex *Statuto* eiusdem Ciuitatis *Perusij lib. 2. rubr. 35.* in quo cautum reperitur, quod in testamentis in Ciuitate condendis adhibeantur quinque Testes, quo subsistente prædictæ dispositioni *c. cum esses.* non esse locum dicebatur ex *Baldo cons. 404. num. 3. volum. 4. Dec. cons. 214. num. 4. Alex. cons. 177. num. 2. lib. 2. Magdalen. de numero Testium. cap. 8. num. 24.* & de supradicto Statuto idem videatur determinatum in *Perusina Hæredit. 20. Nouembris 1602. & 12. Decembris 1603. coram bon. me. Card. Hieronymo Pamphilio.*
17 Quia vbi agitur de Statuto Laicorum † abrogatorio iuris Canonici primo constare debet de voluntate statuentium derogandi verbis expressa, vel incompatibiliter repugnante dispositioni *c. cum esses*, secundo quod Statutum auctoritate Sedis Apostolicæ fuerit confirmatum; altero verò, vel vtroque cessante, dispositio antiqua iuris Canonici semper in suo robore,
18 & virtute permanebit; nam sine voluntate † leges antiquæ, nec mutantur, nec corriguntur, *l. præcipimus in fine. C. de appellat. l. vt liberis. C. de collat. c. cum expediat de elect. in 6. Grauett. cons. 307. num. 4. Menoch. præsumpt. 38. num. 1. & 31. lib. 6.* & sine
19 iurisdictione † tolli pariter nequeant *Alex. cons. 59. num. 9. lib. 1. Paris. consil. 19. num. 14. lib. 1. Crass. de except. in prima except num. 7. & 8. Rota decis. 103. num. 27. parte 2. diuers. & idem fuit firmatum in Bononien. successionis 9. Decembris 1622. coram bon. me. Francisco Vbaldo*, cum semper requiratur specifica Papæ confirmatio, nec sufficit generalis in forma communi.
20 Ex tenore autem Statuti, quod datur, † neque verba, neque dispositiones contrariæ *c. cum esses*, colliguntur; legitur enim, in Testamentis, & Codicillis, & omni alia voluntate valoris librarum 100. sufficiant tres idonei Testes, à centum verò libris supra sufficiant quinque Testes, & vbi Viri tempore quo fieret Testamentum non essent, sufficiant loco vnius Viri, duæ mulieres, & hoc locum habeat in Comitatu, in ciuitate verò, & Burgis Perusiæ non habeat locum, sed necessario requirantur quinque; ex quibus verbis duo inferuntur.
21 Primo, statuentium dispositionem non versari † circa derogationem *c. cum esses*; sed respicere moderationem rigoris iuris Ciuilis, quod cum requirat septem Testes puberes masculos, & rogatos cum eorumdem subscriptione per *l. hac consultissima. C. de Testam. Paris. consil. 19. num. 3. vol. 3. Crass. in d. §. Testamentum. q. 54. num. 1.* & Statutum contente-
22 tur † vt sint quinque, & in Comitatu possint etiam Mulieres adhiberi, & valeat Testamentum, etiam si Notarius non scripserit testes fuisse rogatos, iam patet, quod prædictæ solemnitates, tàm respectu certi numeri, quàm masculinitatis, & interpellationis testium ad legem ciuilem pertinent, non autem ad Ca-
23 nonicam, † in qua minor numerus nempè duorum desideratur, & non tantum Masculi; sed etiam fœminæ possunt esse Testes; nec debent esse rogati; sed sufficit, quod fuerint præsentes, prout hæc omnia colliguntur ex textu eiusdem *c. cum esses* & declarant *Abbas ibidem in fine, & cæteri Canonistæ*; itaut dicen-
24 dum sit non plus voluisse † derogare statuentes, quàm intenderint facere moderando ius Ciuile, & addi potest, & quod potuerint facere demetiendo volunta-
25 tem à potestate, ex quo per Statutum induci † potest, quod testamentum valeat cum minori numero Testium *Bart. in l. cunctos Populos. num. 36. C. de summa Trinit.* id affirmans etiam si tale Statutum sit conditum à Ciuitate superiorem recognoscente, & illum sequuntur *Ias. Vasqui. & alij*, quos recenset *Crass. d.*

*§. Testamentum. quæst.* 55. *num.* 25. de veriori affir-
26 mans, quod idem † dici non potest vbi agitur de de-
rogatione Iuris Canonici, ad quod Laici manum ap-
ponere non possunt absque Sedis Apostolicæ appro-
batione *c. per venerabilem, qui filij sint legitimi*, & no-
tant omnes in *l. omnes Populi ff. de iust. & iur.* in
*c. cum omnes de Constit. Paris. consil.* 41. *num.* 23. *lib.* 3.
27 propterea cum Statutum † possit suos effectus diri-
gere ad ius Ciuile, nec repugnet dispositioni Iuris Ca-
nonici, semper cessat voluntas derogandi cessantibus
verbis, & repugnantia ad inuicem disponendi *Bart.
in l. sciendum. num.* 2. *ff. qui satisd. cogantur. Roman.
cons.* 322. *num.* 2. *Tiraq. de retract. consang.* §. 10.
*glos.* 2. *in fine. Menoch. præsumpt.* 38. *num.* 20. *lib.* 6.
28 & est regulare; et derogationes † non multiplicentur,
quando in vno casu possunt habere effectum *Roman.
cons.* 199. *num.* 6. *Cephal. cons.* 104. *num.* 17. *lib.* 1.
*Ofasch decis.* 59. *num.* 12. *Rota decis.* 432. *num.* 10.
*par.* 1. *diuers. & 563. num.* 1. *par.* 1. *recent.*
29 Secundo, ex eisdem verbis infertur Statutum † præ-
dictum esse permissiuum; non autem prohibitiuum,
aut abrogatiuum, & annullatiuum actus aliter gesti;
permittit enim, quod certus numerus Testium suffi-
ciat in testamentis, & Codicillis, & omni alia vltima
voluntate, & verba illa, *sed necessario requirantur
quinque Testes*, non sunt apposita ad personas testan-
tium; sed ad distinctionem Comitatus, & Ciuitatis
30 vbi testamenta conduntur; Et similiter † confirma-
tiones Cardinalis Legati, & san. me. Gregorij XIII. non
contradicunt, quamuis dicatur affirmatiuis, & confir-
mamus, & illis inuiolabilis firmitatis robur adijcimus
quia addunt robur quoad ius in eorum executione; nõ
autem augent factum cõprehendendo maiora expres-
sis, vt dicit *Bald. in l.* 3. *in fin. C. si aduers. rem. iud.
& Soccin. Sen. cons.* 159. *num.* 30. *lib.* 2. *Rota decis.*
301. *num.* 1. *part.* 1. *recent. &* 511. *num.* 1. *coram*
31 *Papa Gregorio XV.* quod si permissiuum est, † inde
non arctantur volentes condere testamenta; vt te-
stentur coram quinque Testibus; sed eo modo testan-
tibus, Statutum mandat voluntates seruari, nec ali-
ter emanatas vlterius procedit annullando, vel irri-
tando, quod propriè pertineret ad modum prohibi-
tium, & formam induceret alterius modi testandi ex-
clusiuam *secundum glos. in Clem.* 1. *in verbo inibentes,
vbi Cardinalis, & Anchar. de Iurepatron. Natta cons.*
287. *num.* 6. *Abb. cons.* 91. *num.* 6. *par.* 1. *Rota decis.*
34. *num.* 2. *parte prima recent.* & cessante prohibitio-
32 ne, † Testamentum, quod legitimè factum reperitur
iuxtà formam *cap. cum esset*, vt supra probatum fuit,
semper sustinetur.
33 Nec contradicunt † *Bald. cons.* 404. *num.* 4. *lib.* 2.
*& alij* dum affirmant, quod de iure Canonico suffi-
ciant Parochus, & duo testes, nisi per Statutum, vel
consuetudines loci aliter esset sancitum: Quia *Bald.*
præsupponit; at hic est quæstio super facto præsuppo-
sito; idem respondetur ad *Dec. consil.* 315. *num.* 4.
34 *versic. non obstat*, & decisio † *Romana de Stoecbis* 17.
*Maij* 1588. *coram bon. mem. Cardinali Hieronymo
Pamphilio* loquitur in *Statuto Vrbis lib.* 1. *cap.* 42.
expresse subordinante formas testandi; nempè quod
inter Ciues, & incolas, & districtuales seruentur Sta-
tuta, & vbi Statuta non disponunt, seruetur ius Ci-
uile, & in subsidium recurratur ad ius Canonicum,
vt propterea cum ius Canonicum non sit seruandum
in concursu Statuti, vel iuris Ciuilis, per implicitam
negatiuam, & prohibitionem, intrat derogatio, vel
per repugnantiam cum non possint seruari Statuta, &
ius Canonicum, vt plenè declarat *Menoch. præsump.*
38. *num.* 28. *& sequen. lib.* 6.
35 Ex quibus omnibus † patet non sustineri, quæ inci-
denter dicta fuerunt in terminis huius Statuti Perusini
in decisionibus *Perusina Hæreditatis* 20. *Nouembris*
1602. *&* 12. *Decembris* 1603. *coram supradicto Car-
dinali Pamphilio*, quod scilicet dum dictum Statutum
fuerit à Sede Apostolica confirmatum non sit agen-
dum *de cap. cum esset*.
36 Nam firmantur † per rationes *Baldi in d. cons.* 404.
*& Decij* 315. qui loquuntur præsupposito Statuto
iuri Communi contrario, & repugnante, prout &
dictæ decisiones præsupponunt; & tamen contrarium
ex supradictis clarum apparet.
37 Et vlterius cessat etiam † suppositum cõfirmationis
Apostolicæ, quod est secundum requisitũ responsionis
supradictæ. Nam omisso, quod de confirmatione non
est agendũ vbi de voluntate statuentium expressa de-
rogandi iuri Canonico non constat; Adhuc confirma-
38 tiones † Pij II. Leonis X. Clementis VII. quæ dantur,
cum legantur in forma Communi, nec contineant te-
norem Statutorum, aut de mandato Papæ fuerint
condita, non sufficiunt ad sustinendam derogationem
iuris Canonici *glos. in c. Pastoralis.* § *præterea, in ver-
bo ex certa scientia de offic. deleg. Dec. in c. porrecta*
*num.* 15. *de confirmat. vtil. vel inutil. Gabr. cons.* 183.
*num.* 14. *lib.* 2. *Rota in recen. decis.* 192. *nu.* 3. *part.* 1.
39 Decreta autem Cardinalis † Vrbini Legati confirmata
per sanct. mem. Gregorium XIII. ad Cardinalium re-
lationem non releuant, cum nihil disponant circa ius
Ciuile; aut Statuta seruanda in testamentis ordinan-
dis contra ius Canonicum, Sed tantummodo sint or-
dinatoria iudiciorum, dum mandant, quod post Ban-
nimenta seruentur Statuta confirmata per Sedem
Apostolicam, & post præmissa, Constitutiones Mar-
chiæ, & in casibus non prouisis ius Canonicum, vel
Ciuile, quod in loco, vel contingentia facti præuale-
ret; vnde cum Bannimenta contineant materias iudi-
ciorum tam Ciuiles, quàm Criminales; de Statutis
contrarium disponentibus erit sensus, vt non præua-
leant Bannimentis; non autem vt seruentur derogan-
40 do iuri Canonico in non expressis, Et † Confirmatio
Apostolica idem continebit, nec plus concessum le-
gitur, quàm petitum fuerit, *Dec. in l. more maiorum.
num.* 31. *ff. de iurisd. omn. iud. Seraph. decis.* 615.
*num.* 8. *& decis.* 971. *num.* 7. *Rot. decis.* 535. *num.* 2.
*par.* 2. *recent.*
41 Demum non obstat, † quod si seruandum sit ius
Canonicum adhuc de voluntate perfecta; quæ trans-
fierit in dispositionem non constat; dum idem Testa-
tor reseruauit testamentum subscribere, & adhibere
alios testes, qui testamentum subscriberent ad præ-
sentiam Fratrum suorum, vt testes, qui in Testamen-
to interfuerunt in eorum examine deponunt, quæ
subscriptiones cum sequutæ non fuerint, dicebatur
testamentum imperfectum remansisse.
42 Quia ijdem Testes dicunt, quod † de subscriptione
non fuit actum cum Testatore, nisi post rogitum Te-
stamenti ad interrogationem Rectoris, si intendebat
quod testamentum subscriberetur; ad quæ respon-
dens, *non occurrere*; Sed quidem desiderare, vt eodem

tempore

tempore quo adessent eius Fratres: quia intendebat illis satisfacere, vt essent præsentes subscriptioni per ipsum faciendæ, & per alios etiam testes, quatenus reperiri potuissent; verum casu quo per suos Fratres, vel ex alio quouis accidenti impeditus fuisset subscribere, intendebat Testamentum iam stipulatum, omni meliori modo effectum sortiri; atque ita cum Testa-
43 mentum † absque subscriptione post rogitum esset in statu validitatis secundum terminos *c. cum esses.* reijcientis solemnitates secundum leges humanas præscriptas; subscriptiones desideratæ, tamquam quod non sint de substantia testamenti, si cessant, non inualidant dispositionem iam per rogitum perfectam. Et
44 nihilominus constat de impedimento † per eosdem Fratres præstito, de quo deponunt Rector, & illi duo testes testamentarij; scilicet nè rediret idem Rector cum testamento vt subscriberetur; & alij testes nõ accederent; quare primum Testamentum in suo robore permansit ex voluntate Octauij Testatoris, & impedimentum præstantibus denegandę sunt omnes actiones, siuè sint legitimi hæredes, siuè in alio testamento scripti per *l. 2. ff. si quis aliquem testari probib. Salic. in l. 1. num. 7. C. eod. tit. Menoch. de Arbit. casu 395. num. 37. Castill. controuers. iur. lib. 3. cap. 1. n. 109.* Et ita vtraque &c.

45 Quæ decisio † fuit confirmata *sub die 30. Maij 1633. & 1. Iunij eiusdem anni coram Benedicto de Vbaldis Perusino* tunc Rotæ Romanæ Auditore, nunc Cardinale Meritissimo, Antistite Nostro, & Bononiensis Ciuitatis pro Sanctissimo Domino Nostro *Vrbano VIII.* fœliciter regnante, Legato de Latere Vigilantissimo.

46 Super rogitu Testium † in Testamento vide *in d. Perusina bonorum coram Gypsio*, quæ est in fine, *decis. 2. num. 21. & seqq. Non. cons. 23. num. 28. & seqq. Honded. cons. 77. num. 48. & seqq lib. 1. Farinacc. de testib. q. 62. num. 134. & seqq. & in supra proximè registrata decis. num. 22. & 23.* Et quoad ro-
47 gitum Notarij † vide *Menoch. de præsumpt. lib. 2. præs. 81. & Honded. cons. 66. num. 32. & 33. lib. 1.* & quod Notarij rogitus præsumatur ex rogitum Testium, dixit pluribus citatis *Rota in Nepesina Tutelæ 29. Ianuarij 1618. coram nunc Eminentiss. Card. Ve-*
48 *rospio vers. Non obstat exceptio*, & vbi † ipse Notarius dixit se rogatum scribere, vel scripsisse, licet omiserit à quo, intelligi rogatum ab eo de cuius commodo agitur, tradit *Eugen. cons. 75. num. 18. lib. 2.*

# TESTES.

## *SVMMARIA.*

*Testes in Testamentis, Codicillis, & alia vltima voluntate quot requirantur, in princ.*

*Nomina Patris, & Aui Testium, & Cognomina per Notarium scribi debent in Instrumentis, vers. Nomina.*

*Mulieres non coguntur ire ad Palatium causa Testimonij perbibendi, vers. Mulieres.*

*Homicidæ etiam non condemnati, imò absoluti, seu gratiati non possunt ferre testamentum, vers. Homicidæ. & Adnot. num. 6.*

*Vassalli, vel Fideles non admittuntur in Testes in Curia Perusina, vel alibi contra Perusinum, vers. Vassallos. & Adnot. num. 7.*

*Famuli non possunt à Dominis in Testes præsentari, d. vers. Vassallos. & Adnot. num. 7.*

*Vtilitas vbi potest resultare Testi, non admittitur ad Testimonium, vers. Testificari. & Adnot. num. 8.*

*Vniuersitas non potest inducere Homines illius Vniuersitates in Testes, vers. Vniuersitas. & Adnotat. num. 9.*

*Coguntur Testes accedere ad testificandum, vers. Coguntur. & Adnot. num. 10.*

*Expensis Inducentis debent venire Testes de Comitatu d. vers. Coguntur. & Adnot. num. 11.*

*Notarius transmittitur ad recipiendum Iuramentum, & Testimonium Infirmi, & illorum, qui propter eorum conditionem non est honestum quod in Iudicium compareant, vers. Notarius. & Adnot. num. 12.*

*Notario an credatur de commissione d. loco, & Adnot. num. 12.*

*Iurare debent Testes ad Banchum Notarij, vers. Notarius, ibi, quod Testes, vbi etiam quod iurant in manibus Notarij, & vide Adnot. num. 12.*

*Testes vltra decem super aliquo maleficio non possunt induci, vers. Super aliquo. & Adnot. num. 13.*

*Falsum Testes deponentes, & Falsos Testes Inducentes puniuntur, vers. Falsum. & Adnot. num. 14.*

*Testes vbi sunt sub alia Iurisdictione dantur literæ ad Rectorem, & Officialem illius loci, & quomodo, vers. Iurisdictionis alterius, & Adnot. num. 15.*

*Iuramentum quomodo deferatur istis Testibus ibi, Quando essent.*

*Examinãtur etiam diebus feriatis in honorem Dei isti Testes, d. loco.*

*Remissoria debet executioni demandari impensis eius, qui petijt, Adnot. num. 16.*

*Processus in vim Remissorialium à Iudicibus Romanæ Curiæ quod extrãhatur integraliter, & transmictatur, vers. Quando. & Adnot. num. 25.*

*Processus huiusmodi si fuerit clausus pendente termino ad reprobandum, non est nullus, sed præfigendus est nouus terminus, Adnot. num. 26.*

*Remissorialis Iudex non debet procedere ad actus iudiciarios in alijs diebus quam præscriptis in Remissoria, Adnot. num. 27. vbi quod non procedit in decreto sigillationis processus.*

*Sigillum non est de substantia actus, sed ad vberiorem probationem, Adnot. num. 27.*

*Nomina Testium non specificantur in hac Curia, quãuis fuerit facta instantia, vers. Nominatio, & vide Adnot. num. 17. & 18.*

*Citatio ad videndum induci, & iurare Testes non solet fieri in hac Curia, vers. Citatio.*

*Sed vide contra Adnot. num. 19. & seqq.*

*Sustinetur examen quando huiusmodi citatio continetur in concessione Termini ad probandum, n. 22.*

*Datur Sanatoria in Signatura Sanctissimi, ibid.*

*Citatio requiritur ad vidẽdum committi Notario examen Testium, Adnot. num. 23. vbi videas.*

*Testes recipiuntur etiam post dilationes, & publicato processu vbi non fuerunt didicita testificata, vers. Si sint lapsæ, & Adnot. num. 24.*

*Examinãtur Testes per Iudicem causæ, vel de eius mandato per Examinatorem, vers. Examinantur, & Adnot. num. 29.*

*Interprates an debeant adhiberi, d. verſ. Examinantur. in fine.*

*Procurator in Criminalibus abſque ſpeciali mandato admittitur ad habendum Teſtes pro Informatione Curiæ examinatos pro reis, & rectè examinatis, ſaluis &c. verſ. Procuratores, & Adnot. num. 30.*

*Merces Examinatorum in Criminalibus, & Ciuilibus Cauſis qualis, verſ. De Mercede.*

*Interrogari prius Teſtes debent ſuper Interrogatorijs, in fine.*

*De Teſtibus qui Doctores tractent, Adnot. num. 1.*

*Teſtes examinati ad probandam Conſanguinitatem probant inter alios tanquam in cauſa ſtatus, Adnot. num. 2.*

*Inimicus etiam Capitalis examinatur, ſaluis exceptionibus, Adnot. num. 3.*

*Qualitas requiſita per Statutum in Teſtibus debet articulari, & probari, Adnot. num. 4.*

*Teſtes ab vna parte inducti debẽt examinari ad inſtantiam Aduerſarij, etiam inuito inducente, Adnot. num. 5.*

TEſtes in Teſtamento, Codicillis, & alia vltima voluntate quot requirantur vide Stat. rubr. 35. lib. 2. pag. 21. col. 3. & dixi in præcedente ver. Teſtamentum verſ. in Teſtamentis.

Nomina Patris, & Aui Teſtium, & cognomina per Notarium ſcribi debent in inſtrumento, rubr. 36. in princ. lib. 2. pag. 21. col. 4. & dixi ver. Notarius. pag. 207. verſ. Nomina Patris.

Mulieres non coguntur ire ad Palatium cauſa teſtimonij perhibendi rubr. 46. §. & quia non videtur, & §. ſeq. lib. 3. pag. 24. col. 4. & dixi ſupra ver. Mulier. pag. 203. verſ. Non poſſunt cogi.

Homicidæ etiam non condemnati, imo abſoluti, ſeu gratiati non poſſunt ferre teſtamentum, ex Bulla Pij II. de anno 1461. quæ eſt in Stat. poſt rubr. 14. lib. 3. pag. 13. col. 2. §. item quod omnes. & in Bullar. Nou. tom. 1. conſtit. 8. pag. 320. & idem ſanciuit Sixtus IV. de anno 1480. vt
A poſt d. rubr. 14. lib. 3. pag. 13. col. 3. [A]

Vaſſallos, vel Fideles quis in teſtes in aliqua cauſa contra aliquem in Curia Peruſina, vel alibi contra Peruſinum inducere non poteſt ſub pœna, & teſtimonium illorum non valet rubr. 46.
B in princ. lib. 3. pag. 24. col. 3. [B] Idemque diſponitur in Famulis, qui nec poſſunt a Dominis in
C Teſtes præſentari, ibidem. [C]

Teſtificari quis non poteſt ſuper eo, ex quo ſibi aliqua vtilitas poteſt reſultare d. rubr. 46. §.
D & nemo. lib. 3. pag. 24. col. 3. [D]

Vniuerſitas Caſtri, vel Villæ non poteſt, nec debet inducere in Teſtes Homines illius Vniuerſitatis, ſi habet litem cum Commune Peruſiæ, vel cum aliqua ſpeciali Perſona d. rubr. 46. §. præterea volumus. lib. 3. pag. 24. col. 3. in fin. & quod Teſtes de aliqua Vniuerſitate non probent in materia Cataſtri vide rubr. 109. lib. 1. pag. 45.
E col. 2. [E]

Coguntur Teſtes accedere ad teſtificandum
F rubr. 47. lib. 3. pag. 25. col. 1. [F] Teſtes autem de Comitatu debent venire expenſis Inducentis, inſpecta à Iudice qualitate perſonarum, tam in Ciuilibus, quàm in Criminalibus quæſtionibus
G rubr. 45. §. fin. lib. 3. pag. 24. col. 3. [G] Sed

Notarius tam in Ciuilibus, quàm in Criminalibus Cauſis tranſmittitur ad recipiendum Iuramentum, & Teſtimonium Perſonarum valetudine impeditarum, & illarum, quæ propter earum conditionem non eſt honeſtum, quod in Iudicio compareant rubr. 45. §. Ad perſonas quoque. lib. 3. pag. 24. col. 3. vbi quod circa conditionem ſtatur diſcritioni Iudicis, necnon quod ſi Perſona examinanda ſit in Comitatu mittitur Notarius expenſis Petentis. Vide etiam de Teſte Infirmo rubr. 46. §. fin. d. lib. 3. pag. 24. in fine. & quoad Mulieres ibidem in §. ſed quando. d. pag. 24. col. 4. vbi quod ſtatur Notario ſuper mandato, & commiſſione Iudicis. Quod Teſtes debeant iurare ad Banchum Notarij, eſt Decretum D. Gubernatoris ſub die 5. Martij 1607. manu D. Sebaſtiani Fuſtini. & quod iurent in manibus Notarij eſt ſides Collegij Dominorum Cauſidicorum
H relata ſupra ver. Articuli. pag. 27. [H]

Super aliquo Maleficio Teſtes vltra decem non poſſunt induci rubr. 45. §. 1. & 2 lib. 3. pag. 24. col. 2. vbi etiam ad defenſam, & quod Accu-
I ſator cogatur dare teſtes ſuper accuſatione. [I]

Falſum Teſtes deponentes, & Falſos Teſtes inducentes puniuntur rubr. 43. lib. 3. pag. 24. col. 1. Intra quantum tempus poſſint Teſtes de falſo redargui rubr. 48. lib. 3. pag. 21. col. 1. De pœna falſum deponentis vide Bannimenta General.
K num. 14. [K]

Iuriſdictionis alterius Teſtes ſi ſint examinandi, productis Articulis, & intimatione facta Aduerſario, eique aſſignato termino ad dandum Interrogatoria, & monito ad accedendum ad locum examinis, dantur literæ à Iudice Cauſæ ad Rectorem, & Officialem loci, vt cogat Teſtes, & examine facto dignetur dicta ſigillata remittere, quibus Teſtibus, & eorum dictis datur fides, ac ſi per Iudicem cauſæ inducti, & examinati eſſent rubr. 25. lib. 2. pag. 14. col. 2. Quando eſſent in Maiori Curia Peruſina decretæ litteræ in partibus extra dictam Curiam pro Teſtibus examinandis, Teſtes fuerunt ſemper habiti, & habentur pro iuratis, dummodo deferatur illis iuramentum per Examinatorem tempore examinis, & huiuſmodi examina, & depoſitiones teſtium ſemper fuerunt valida, quamuis teſtes fuerint iurati, & examinati die feriato etiam in honorem Dei, & quamuis ad dicta iuramenta, & examina

& examina pars non fuerit citata, ita obseruari in hac Curia, dixerunt DD. Causidici in fide facta sub die 5. Iunij 1587.

L Nominatio testium examinandorum in hac Ciuitate in causis pendentibus in Curijs dictæ Ciuitatis etiam parte petente non fit., ex stylo inueterato, ac inuiolabili, de quo testati fuerunt DD. Causidici in fide Collegialiter facta sub die 14. Decembris 1593. & in alia sub die 26. Ianuarij 1609. in qua dixerunt, quod in cunctis causis in Perusinis Curijs vertentibus examinantur Testes, non aliter facta specificatione illorum nominum, nec instatum fuisse specificari nomina testium, in Causis Perusinis, & inter Perusinos, & licet quandoquè fuerit instatum ab aliqua parte nomina testium specificari, tamen fuit per Iusdicentes mandatum examinari testes, non aliter facta dicta specificatione testium, obseruatumquè fuit, & obseruatur tam in Curia D. Gubernatoris, quàm D. Episcopi, & aliorum Tribunalium huius Ciuitatis Perusię ab immemorabili tempo-

M re citra.

Citatio ad videndum induci, & iurare testes non solet fieri in hac Curia, vt in fide DD. Causidicorum Collegialiter facta sub die 26. Martij 1587. quæ fuit renouata sub die 10. Aprilis eiusdem anni, in hæc verba, Quod in Ciuitate Perusiæ in quibuscumque Curijs, & Tribunalibus à quadraginta annis citra, & vltra obseruatum fuit, & obseruatur de præsenti; quod in Causis Ciuilibus ad petitionem alterius ex partibus assignantur certæ dilationes ad probandum incumbentia cum monitione alterius partis pro singulis diebus, & horis &c. & assignatis dilationibus in præsentia alterius partis, aut eius Procuratoris, vel si fuerit absens, facta illarum intimatione, inducuntur testes, illique ad iuramenta recipiuntur durantibus dictis dilationibus, absque eo, quod altera pars citetur ad videndum eos induci, seù iurare, testesque durantibus dictis dilationibus inducti, & iurati, ac etiam post dilationes examinati, semper fuerunt habiti pro ritè, & rectè iuratis, receptis, & examinatis, eorumque depositiones in Iudicijs habitæ fuerunt pro validis, & pro talibus obseruatæ, licet pars ad videndum induci, seu iurare testes citata non fuerit. Et ita communiter de stylo, & inueterata consuetudine huius Ciuitatis obseruatum fuit, & obseruatur de præsenti, vt latius in dicta fide: Idemque dixerunt in alia fide sub die 19. Augusti

N 1613.

Si sint lapsæ dilationes, & publicatus processus, & altera pars non didicerit testificata, & habeat testes, quos velit examinare, si illos inducat coram Iudice, parte aduersa, vel eius Procuratore præsente, & petat illos recipi; & eis iuramentum deferri, & examinari, semper fuerunt recepti, & eis iuramentum delatum, & fuerunt examinati in illa die, vel altera, aut alijs diebus Iudici benè visis, est fides DD. Causidicorum

O sub die 26. Augusti 1588.

Quando emanarunt literæ remissoriales à Dominis Iudicibus Romanæ Curiæ, facto, & completo examine, dum instatur pro remissione dicti examinis ad Iudicem causæ, solet per Notarios rogatos de examine, & processu facto super dicto examine, & executione litterarum prædictarum, extrahi huiusmodi processus, & examen integraliter ex proprio originali, & facta collatione per dictum Notarium cum dicto originali, processus sic extractus, collationatus, clausus, & sigillatus, soluta prius competenti mercede dicto Notario, cum litteris Iudicis examinatoris solet transmitti in forma ad Iudicem causæ, est fides Collegij Dominorum Causidicorum sub die

P 11. Maij 1612.

Examinantur testes coram Iudice causæ, vel de eius mandato inducti, & iurati per alterum ex ordinarijs Examinatoribus, quem is, qui inducit testes eligit, nullo præuio decreto Iudicis causæ, nisi Pars contra quam examinantur protestata fuisset non deueniri ad examen, nisi concordato de Examinatore, quia vbi præcedit huiusmodi protestatio testes examinantur per Examinatorem, in quem partes concordant, vel per alium à Iudice causæ ex officio deputatum, vt in fide Collegij Dominorum Causidicorum sub die

Q 24. Iulij 1626. Interpræstes an debeant adhiberi dixi supra ver. Interpræstes. pag. 166.

Procuratores in Curia Criminali huius Ciuitatis absque speciali mandato semper fuerunt admissi, & effectualiter admittuntur pro celeriori carceratorum expeditione ad habendum testes pro informatione Curiæ examinatos, pro ritè, & rectè examinatis, saluis tamen exceptionibus contra dicta, & personas testium, & præterquàm quò ad absentes, & mortuos, si qui essent, & saluo iure repetendi super Interrogatorijs. Ita obseruari dixerunt DD. Causidici sub

R die 11. Aprilis 1608.

De mercede Examinatorum in causis Criminalibus vide Const. Card. Vrbini cap. 16. quæ est in Comit. par. 2. rubr. 14. cap. 3. pag. 88. De mercede Examinatorum in Causis Ciuililibus vide Comit. d. loco cap. 4. Et cum esset alterata merces à solito, D. Maluasia Gubernator sub die 9. Decembris 1599. manu D. Constantij Boldrini Notarij, mandauit obseruari solitum, & sub die 21. Ianuarij declarauit hoc non habere locum in causis Commissarijs rogato D. Balthassare Ceccarello. De solito autem vide in Constit. Card. Crispi Legati in vers. Item pro examine,

ne,

ne, & in Constit. Card. Vrbini cap. 30. vers. Pro
examine.
Super Interrogatorijs debent primo examinari
testes dixi supra ver. Interrogatoria pag. 166.

## Adnotationes.

1 De Testibus † vltra tractatus plurium Doctorum
int. tract. sub sign. Aquilan. tom. 4. pag. 57. & seqq.
& Farinacc. int. eius quæst. crim. tract. de Testib. tom.
3. q. 53. & seqq. vide Carpan. ad Stat. Mediol. cap.
85. & seqq. Cancer. var. resolut. par. 1. cap. 20. &
D. Pott. in tract. de Mand. de Manut. obseruat. 84.
2 & seqq. Testes examinati ad probandam † consanguinitatem
probant inter alios tamquàm examinati super
statu, qui probant in quocumque iudicio ad omnem
effectum etiam successionis, ita Rota in Perusina
reintegrationis 14. Ianuarij 1630. coram R. P. D. Pirouano,
quæ est in fine, decis. 111. num. 4. Inimicus
3 etiam capitalis † in practica examinatur, saluis exceptionibus;
Ios. Ludou. decis. Perus. 73. num. 8. & seqq.
sed vide Farinacc. q. 62. num. 157. & ad materiam
d. q. 53. num. 3. & seqq. Statutum si requirat ad ali-
4 quid probandum † Testes cum aliqua qualitate dicta
qualitas articulari. & probari debet Thob. Non. cons.
21. num. 6. Rol. cons. 3. num. 56. lib. 1. Honded. cons.
33. num. 100. lib. 2. sed vide eundem cons. 77. num. 5.
& infra lib. 1. Pacian. de Probat. lib. 1. cap. 53. num.
61. & seqq. & latius Farinacc. d. tract. de Testib. q.
5 62. num. 1. & seqq. Testes ab vna parte producti † debeant
examinari ad instantiam Aduersarij etiam inuito
producente Farinacc. d. q. 62. num. 234. vbi alios
citat, quibus addo Capyc. decis. 39. qui declarat dictum
Innoc. in c. præsentium. col. 3. de Testib. & vide
latius Carocc. decis. 116.

6 A Vide † ad d. Constit. Pij II. Cherubin. Iun. in
Compend. Bullar. par. 1. pag. 66. & Farinacc. d. tract.
de testib. q. 56. num. 126. & seqq.

7 B Quoad Vassallum, & Subditum † vide Farinacc.
d. tract. q. 58. num. 151. & seqq.

C Et quoad Famulos, & Famulas ibidem num. 135.
& seqq.

8 D Vide † Farinacc. d. tract. de Testib. q. 60. n. 1.
& seqq.

9 E Vide † Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 87. par. 1.
& cap. 218. num. 20. par. 2. vbi quod Testes de Vniuersitate
non sunt idonei, vbi agitur an quis debeat
soluere nec nè, & vide latius Farinacc. d. q. 60. num.
450. & seqq. Rot. coram D. Coccin. decis. 140. decis.
160. & decis. 324. coram Ludouis. decis. 340. & coram
Caualer. decis. 143 decis. 174. & decis. 631. num. 9.

10 F Quod Testes possint cogi † ad se examinandum
vide de iure Communi Carpan. ad Stat. Mediol. cap.
86. num. 28. & Farinacc. d. tract. de Testib. q. 78.
num. 1. & seqq.

11 G De expensis subministrandis Testibus † vide l.
quoniam liberi. C. de Testib. l. eos. C. de appellat. c. si
Testes. §. venturis 4. q. 3. cap. statutum. §. penult. de
rescript. in 6. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 86. num.
53. & seqq. Surd. de alim. tit. 1. q. 62.

12 H Ad Testem, qui † ad examen non potest venire
quod mittatur Examinator Rot. decis. 140. num.
par. 4. diuers. Quando Notario possit committi examen
Testium, & an ei credatur de commissione vide
Farinacc. d. tract. q. 77. num. 175. & seqq. Carpan.
ad Stat. Mediol. cap. 66. Rot. coram Ludouis. decis.
308. num. 3. & 4. & Beltram. ibi num. 9. & in Perusina
de Bigazzinis 19. Aprilis 1613. coram R. P. D.
Pirouano, quæ est in calce, decis. 41. num. 3. & seqq.
& quod requiratur Citatio dico infra num. 23.

13 I De effrenato † numero Testium refrenãdo etiam
de Iure communi vide Menoch. de Arbitrar. cas. 249.
& Farinacc. q. 80. num. 114. & seqq.

14 K Vide ad materiam Testis Falsi † vltra Farinacc.
d. tract. de Testib. q. 67. num. 1. & seqq. & alibi. Ambrosin.
decis. Perus. 25.

15 L De Remissoria † pro Examine Testium extra locum
Iudicij vide tract. Virgilij Boccatij, & Herculis
Seuerolì de litteris Remissorialibus, Carpan. ad Stat.
Mediol. cap. 66. Farinacc. d. tract. de Testib. q. 77.
16 num. 1. & seqq. & infra num. 23. Debet † executioni
demandari Remissoria impensis eius, qui petijt Rota
coram Caualer. decis. 254 num. 3.

17 M Quod Nomina † Testium de Iure communi regulariter
non sint edenda, & idem in criminalibus vide
Honded. cons. 101. num. 40. & seqq. lib. 1. quem
sequitur Farinacc. cons. 73. num. 10. & seqq. lib. 1. &
Guazzin. in tract. ad defens. defens. 24. cap. 25. num. 9.
18 Sed quod edi debeat † ad effectum conficiendi Interrogatoria
contra Personas, præsupponitur in Perusina
de Alphanis 24. Ianuarij 1624. coram Reuerendiss.
D. Coccino Decano, & ita seruatur in Praxi.

19 N Examen est nullum † attento iure Communi,
vbi non præcessit citatio ad videndum iurare Testes.
Farinacc. de testib. quæst. 72. num. 1. & seqq. Rota coram
Mantic. decis. 155. Ludouis. decis. 268. num. 2.
& seqq. & ibi Beltram. in Adnot. num. 12. & decis.
528. num. 1. In Perusina Ciuilitatis 26. Ianuar. 1615.
coram Manzanedo, quæ est in fine, decis. 29. num. 4.
& in Perusina Pecuniaria, seu Societatis 30. Aprilis
1627. coram bo. me. Card. Virili, quæ est etiam in fine,
decis. 1. num. 1. Verum stante stylo, seu consue-
20 tudine † in contrarium, vt hic ex attestationibus relatis,
valet examen, cum hoc casu non tollatur citatio,
in qua consistit defensio Honded. cons. 101. num.
19. & seq. lib. 1. & admisit Rota coram D. Coccino in
Aretina Spolij decis. 141. Sed recessit Rota in eadem
21 causa postea, ex quo † non erat probatus stylus concludenter,
& aliter, quàm per extraiudicialem informationem,
ex fide Aduocatorum, cum hic stylus sit
contra ius, & respiciat decisoria, & non ordinatoria
Iudicij, vt apud eundem decis. 182. quæ est etiam impressa
post cons. Farinacc. decis. 215. lib. 2. & illam
refert, & sequitur Beltram. ad Ludouis. decis. 484. n. 8.
& vide etiam Farinacc. d. quæst. 72. num. 72. & seq.
22 Nisi dicamus, quod sustinetur examen, † ex quo huiusmodi
citatio continetur in concessione termini ad
probandum dati Rota decis. 411. num. 1. & seqq. &
decis. 686. num. 4. par. 1. recent. Conceditur etiam
sanatoria in Signatura Sanctissimi, vt apud Caualer.
23 decis. 275. Requiritur etiam de Iure † citatio ad videndum
per Iudicem committi Notario examen Testium,
vt valeat examen; Rota in Assisien. Bonorum
26. Iunij 1626. coram Remboldo, vers. Non constat
etiam. sed quod fuerit sufficiens præsentia Procuratoris
in commissione examinis ob mandatum de recipiendo
iuramenta, dixit postea Rota in eadem causa

(quæ

(quæ fuit in prima instantia in hac Curia agitata) recedendo à decisio. coram *Rembolda*, *sub die 2. Iunij 1637. coram bo. me. Card. Virili, in vers. Quantum fundamentum*.

24 Q. An, & quando publicatis † attestationibus liceat alios Testes examinare vide *Farinace d tract. de Testib. quæst. 75. num. 68. & seqq. Rota coram Ludouis. decis. 48. num. 2. decis. 83. num. 4. decis. 497. & ibi Beltram. in Adnot. & decis. 583. in Perusina de Bigazzinis 19. Aprilis 1613. coram R. P. D. Pirouano*, quæ est in calce, *decis. 41. num. 1. & 2. & nouissimè in Vicentina Collegij 13. Februarij 1634. coram Reuerendissimo D. Coccino Decano*.

P. Vltra citatos supra num. 15. de processu remis-
25 soriali † facto in hac Ciuitate vide *Seraph. decis. 800. & decisiones in Perusina de Bigazzinis 28. Iunij 1604. coram Litta*, quæ est in fine, *decis. 39. & in Perusina Liquidationis fructuum 27. Februarij 1612. coram Penia*, pariter in fine, *decis. 40. & in Perusina de Bigazzinis 19. Aprilis 1613. coram R. P. D. Pirouano*, quæ etiam est in calce, *decis. 41. & in Perusina Fideicommissi de Mennconijs 6. Iunij 1631. coram R. P. D. Durano*, in qua fuit dictum, quod Processus remissoria-
26 lis † clausus pendente adhuc termino Vnius Mensis ad Testes reprobandos, non est nullus, sed quod est præfigendus nouus terminus ad reprobandum, *ut in vers. Prima enim*. Fuit etiam ibi dictum Nullitatem, quod
27 Iudex processerit † ad actus Iudiciarios in alijs diebus quàm Lunæ, Mercurij, & Veneris præscriptis in Remissoria, non probari, nisi in decreto sigillationis processus, quod fuit interpositum die Sabbati, vnde cum sigillum regulariter non sit de substantia actus, sed ad vberiorem probationem dumtaxat conferat, solum inde inferri posse, quod dictum decretum fuit nullum, non autem processus Remissorialis, *ut in vers. Demum*
28 *quarta*. Super necessitate citationis † ad videndum auscultari, & collationari processum cum originali, *Rot. decis. 22. par. 2. recent. & coram Ludouis. decis. 71. num. 4.* sed vide *Seraph. decis. 1028. num. 7. & in dicta Perusina Fideicommissi de Menicouijs*, vbi habetur, quod quicquid sit an talis citatio requiratur in processu remissoriali, tollebatur obiectum, ex facto dum Procuratore præsente fuit facta per illos, qui obtinuerunt Remissoriam, instantia processum collationari, & Iudex decretum interposuit, ex quo Præsentia suppleat defectum citationis, quinimo pro citatione habeatur, *vt ibi vers. secunda quod deficiat*.

29 Q. Facultas Examinatoris † probatur, cum sit Notarius Actuarius ordinarius Examinator deputatus in Ciuitate, & Notario Actuario circa hoc creditur *Verall. decis. 245. par. 2. Rot. in recent. decis. 699. num. 3. par. 1. & decis. 301. num. 2. par. 2.* ita super processu facto Perusiæ *coram Eminentissimo nunc Card. Verospio*, respondit *Rota in dicta Assisien. Bonorum 2. Iunij 1627. coram bo. me. Card. Virili, vers. Quintum fundamentum*.

30 R. De huiusmodi declaratione † & repetitione testium pro Curiæ informatione Examinatorum, vide *Menoch. cons. 101. lib. 1. Ambrosin. in Process. Informat. lib. 3. cap. 2. & Farinacc. quæst. 72. num. 149. & seqq.*

# TORTVRA.

*SVMMARIA.*

*Tortura quando inferri possit, & quando non, ex Stat, in princ.*

*Iudex punitur si procedat ad torturam in casibus prohibitis, vel omittat illam in casibus permissis, ibid.*

*Tortura non infertur vbi militant coniecturæ, & præsumptiones pro Reo etiam debiliores illis contra eum vrgentibus, Adnot. num. 1.*

*Pœna pecuniaria vbi imponenda est, vel alia minor relegatione, non infertur Tortura, Adnot. num. 2.*

TOrtura quibus Malefactoribus inferatur, rubr. 50. lib. 3. pag. 25. col. 2. vbi quod sufficiunt Vnicus Testis de visu, vel publica vox, & fama, vel indicia, vt possit deueniri ad tormenta pro habenda veritate, nisi sit facta defensio legitima, vel nisi Testes sint reprobati. Puniturque Iudex procedens ad tormenta in alijs casibus, vel omittens in casibus permissis.

## Adnotationes.

1 De indicijs, & Tortura † sunt tractatus plurium *inter tract. sub sign. Aquilon. tom. 11. par. 1. pag. 241. & seqq.* & latissimè scribit *Farinacc. quæst. 36. & seqq. & Almont. Ciazz. discept. crimin. ad Reor. defens. discept. 3.* Tu vide *Eugen cons. 27. & cons. 76. lib. 1. Hond cons. 102. lib. 1. & cons. 98. lib. 2. & Ambrosin. decis. Perus. 22. num. 19. & seqq.* vbi quod non torquetur is, pro quo militant aliquæ coniecturæ, & præsumptiones, etiam leuiores illis contra eum vrgenti-
2 bus. Non potest † inferri Tortura vbi imponitur pœna pecuniaria nè maior sit quæstio, quàm pœna ordinaria delicti *Eugen. cons. 89. num. 46. lib. 2.* Imò quod non inferatur vbi pęna extraordinaria imponenda est, sed vbi pro crimine pœna est supra relegationem, firmat pluribus citatis *Giurb. cons. 91. num. 19.* & vide *eundem cons. 14. num. 4. & seq. & num. 14. cum seqq. Ciazz. d. discept. 3. num. 4. & seqq.*

# TVRBATIVA.

*SVMMARIA.*

*Turbare aliquem in possessione non licet sub pœna, in princ.*

*Intrare in bona alterius sine licentia non licet, nec causa eundi ad Fontem, vers. Intrare, vbi quod creditur iuramento cum vno Teste. Et qui possint accusare, ibid.*

*Turbatiuæ in causa quomodo procedatur in Curia Criminali, vers. Querela.*

*Ciuiliter, & Criminaliter agi potest pro Turbatiua, Adnot. num. 1.*

*Sed vbi quis intentasset remedium Ciuile, non potest ad Criminalem accusationem confugere, nisi iudicio Ciuili perfecto, Adnot. num. 2.*

*Conductor, vel Colonus an possint accusare de vi turbatiua, Adnot. num. 3.*

TVrbare aliquem in possessione non licet sub pœna, Stat. rubr. 99. lib. 3. pag. 36. & in Bannim. gener. num. 83.

Intrare in bona alterius sine licentia Domini, vel possessoris, aut Conductoris, siue Laboratoris non licet sub poena, Stat. rubr. 157. lib. 3. pag. 52. col. 1. Nec causa eundi ad aliquem Fontem, vel alium locum, ibidem. §. & nulla persona, vbi quod creditur iuramento cum vno teste. Qui accusare possint vide ibidem. §. volumus etiam. & A §. seq. A

Quærela porrecta contra aliquam personam super Turbatiua in Curia Criminali, Reus citatus ad respondendum quærelæ examinatur, & admittitur cum cautione de stando iuri, & iudicatum soluendo, & quandoque admittitur cum cautione de non discedendo in forma, & quando vult facere defensiones in actis exhibet articulos, seu capitula, & si petit illis responderi per Accusatorem, ipse cogitur respondere, & si non respondet citatur cum comminatione de grauando in pœna pecuniaria, ad hoc vt respondeat, & facta responsione ad instantiam Rei assignatur dicto Accusatori terminus ad primam ad dandum interrogatoria, aliàs ad videndum mandari examinari sine, & si erit contumax Iudex interloquitur, nisi ad primam dederit, mandat examinari sine, ita obseruatum fuisse ab immemorabili tempore citra, & obseruari in hac Curia, testati fuerunt DD. Causidici in fide data sub die 19. Ianuarij 1609.

## Adnotationes.

1 De Turbatiua † vide *Ioseph. Ludouic. consil. 71. Pract. Papien. in form. libelli in caus. turb. possess. pag. 426. & seqq. Bonacoss. quæst. crim. ver. Turbare. pag. 196. par. 1. & pag. 112. par. 2. & Farinacc. de varijs, & diuers. quæstion. quæst.* 100. *num.* 38. *& seqq.* vbi quod pro Turbatiua potest agi ciuiliter, & criminaliter, & vltra citatos per eum vide etiam ad hoc *Eugen. cons.* 60. *lib.* 1. *& cons.* 89. *lib.* 2. Sed vbi quis intentasset

2 pro turbatiua possessione † remedium ciuile, non potest postea nisi ciuili Iudicio perfecto ad criminalem accusationem confugere, ex quo primum Iudicium est præiudiciale secundo, & sententia in ciuili possessorio lata parit exceptionem rei iudicatæ in criminali, ita *Farinacc.* videndus *d. quæst.* 100. *num.* 134.

3 A Accusare de vi † turbatiua circumscripto nostro Statuto an possit Conductor, vel Colonus de Iure communi, vide *Camill. Borell. cons.* 72.

# TVRRIS.

*SVMMARIA.*

*Turres non possunt destrui sub pœna, in princ.*
*Quid seruandum si minarentur ruinam, & indigerent reparatione, ibidem.*
*Turres, & propugnacula Castrorum non possunt concedi nisi à Magistratu, concurrente voluntate Vniuersitatis Castrorum, in fin.*
*Turres possunt esse tutela, & propugnaculum Familiæ in Adnot.*

TVrres, vulgo Turriones, destrui non possunt, nec ad hunc effectum vendi, aut alio modo alienari, sub pœna pecuniaria, & amissionis, Stat. rubr. 79. lib. 4. pag. 23. col. 1. vbi quid seruandum sit, si minarentur ruinam, & indigerent reparatione. Est etiam de hoc Breue Sixti IV. datum die 18. Maij 1476. in 3. reg. Cancell. Comm. pag. 90. vbi imponitur pœna excommunicationis demolientibus Turres.

Turres, & propugnacula Castrorum non possint concedi nisi à Magistratu concurrente, etiam voluntate Vniuersitatis ipsorum Castrorum, rubr. 197. in addit. fin. lib. 1. pag. 67. col. 4.

## Adnotationes.

In Turri vltra pulchritudinem, & vtilitatem Ciuitatis, & Castrorum, consideratur particularis affectio nè debeat destrui, cum possit esse tutela, & propugnaculum Familiæ. *Ias. in l. filiusfamilias. §. Diui. num.* 11. *in* 2. *lect. ff. de leg.* 1. *& cons.* 96. *in fin. vers. tertio non obstat. lib.* 4. *Rimin. Iun. cons.* 632 *num.* 110. *& seqq. lib.* 6. *Surd. decis.* 125. *in fin. Gratian. discept. forens. tom.* 2. *cap.* 280. *num.* 21.

# TVTOR.

*SVMMARIA.*

*Tutores, & Curatores quomodo dentur, in princ.*
*Tutores, vel Curatores non possunt capi pro debitis Minorum, sed vbi non vendiderint eorum bona intra duos menses, possunt carcerari, & si quid soluerint de proprio repetunt à Minoribus, vers. Cogi Tutores.*
*Ratio Administrationis quomodo reddatur à Tutoribus, & Curatoribus, vers. De ratione. & Adnot. n.* 8.
*Refutatio, vel Pactum super administratione non potest recipi per Tutorem, vel Curatorem à Pupilla, vel Adulta ante contractum matrimonium, & quàm sit ducta ad domum Mariti absque quibusdam solemnitatibus, d. vers. De ratione. & Adnot. num.* 9.
*Libro Tutoris, vel Curatoris quæ fides sit danda, Adnot. num.* 8.
*Tutor nō potest accipere in Vxorem Pupillam sine consensu proximiorum Consanguineorum, in fin.*
*De Tutelis, & Curis Doctores tractantes referuntur, Adnot. num.* 1.
*Vocati ad successionem ex Statuto an præferãtur etiam in Tutela, Adnot. num.* 2.
*Debitor, vel Creditor Minoris non potest esse Tutor, vel Curator, Adnot. num.* 3.
*Fallit in Patre, & Matre, vt num.* 4.
*Obligatio facta per Tutorem absquè causa non afficit Minorem*

*Minorum, Adnot. num. 5.*
*Clerico Pupillo, vel Adulto dandus est Tutor, vel Curator non à Saeculari Iudice, sed ab Ecclesiastico, Adnot. num. 6.*

TVtores, & Curatores quomodo dentur, Stat. rubr. 20. lib. 2. pag. 9. col. 3. & dixi supra ver. Pupillus pag. 254. & ver. Iudex Com-
A munis, vers. Sunt Iudices. pag. 167. A

Cogi Tutores, vel Curatores non possunt stare in Palatio, nec personaliter capi pro debitis Minorum. Sed vbi Pupillus, vel Adultus esset soluendo, data licentia à Iudice Tutori, vel Curatori ad petitionem Creditoris alicuius Minoris de vendendo de bonis mobilibus, vel immobilibus Pupilli, vel Adulti infra duos menses tunc proxime sequentes, debet vendidisse, & satisfecisse Creditori, quam licentiam dictus Iudex dare debet sine aliqua inquisitione, statim cum Tutor, vel Curator iurauerit non habere pecuniam numeratam Pupilli, vel Adulti, & si Tutor, vel Curator non vendiderit, & non satisfecerit intra dictos duos menses prædicto Creditori, potest postmodum contra ipsum Tutorem, vel Curatorem concedi executio, & ipse personaliter capi; in Palatio detineri, & in Carceribus includi, perinde ac si dictus Tutor, vel Curator fuisset verus debitor, qui Tutor, vel Curator sic captus, vel detentus si quid soluerit de suo pro Pupillo, vel Adulto potest, & valet à præfatis Pupillis, vel Adultis rehabere. In hæc verba disponit Stat. rubr. 29. §. statuimus insuper. lib. 2.
B pag. 19. col. 1. B

De ratione administrationis recipienda à Tutoribus, vel Curatoribus vide rubr. 21. lib. 2. pag.
C 10. col. 2. C Non potest accipere Tutor, vel Curator, aut alius Administrator refutationem, vel pactum super administratione à Pupilla, vel Adulta, ante cōtractum per eam Matrimonium, seu sponsalia per verba de præsenti, & antequam sit ducta ad domum Mariti, aliàs contractus est nullus, non obstante quocumque Iuramento, nisi interueniat consensus duorum magis idoneorum consanguineorum ipsius mulieris, vel vnius, si plures non habuerit, & Dominorum Consulum Collegij Mercatorum cum decreto Iudicis, rubr.
D 85. §. item si ille. lib. 3. pag. 34. col. 1. D

Tutori nō licet accipere in Vxorem Pupillam sine consensu proximiorum consanguineorum, d. rubr. 85. §. item non liceat. lib. 3. pag. 34. col. 1. & dixi supra ver. Sponsalia, vers. Tutor non potest. pag. 248.

## Adnotationes.

1 De *Tutelis, & Curis* † vltra *Antonium Piaggium, Borgninum Caualcanum, & Iodocbum Damboude-rium*, quorum tractatus sunt inter *tract. sub sign. Aquilon tom. 8. par. 2. pag. 325. & seqq.* egerunt *Paulus Montanus, Leander Galganettus, Ioannes Guttierez*, Vide etiam *Caneer. var. resol. par. 1 cap. 7.*
2 Ad successionem Vocati † ex Statuto, an præferantur etiam in tutela pro & contra Doctores refert *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 287. num. 5.* vbi concludit pro negatiua, sed vide *Honded. cons. 88. lib. 1. Guttieriz de tut. par. 1. cap. 8. num. 15.* Debitor, vel Cre-
3 ditor Minoris † non potest esse Tutor, seu Curator, *Auth. Minoris. C. qui dare Tut. vel Cur. poss.* & ad materiam vide *Carpan. ad d. Stat. Mediol. cap. 316. Surd. cons. 354. num. 3. & seqq. & num. 18. cum seqq. & cons. 377. lib. 3. Mart. vot. 239. num. 4. & 5. Guttierez d. tract. par. 1. cap. 20. Gratian. discept forens. tom. 5. cap. 830. & 914. num. 15. & seqq. Rot. in Perusina Executionis apud Seraph. decis. 425. num. 2. & sub die 14. Nouembris 1588. coram Platto, & 18. Iunij 1589. coram eodem, quæ est decis. 757. par. 4. diuers. & in Romana de Iacomellis 19. Aprilis 1611. coram bo. me. Card. Sacrato*, quæ est impressa, *decis. 342.*
4 *par. 1. recentiss.* in qua † fuit dictum *d. Auth. Minoris*, non habere locum in Patre, quod etiam tam in Patre, quàm in Matre, & Auia, admisit *Rota in Romana Census 23. Ianuarij 1614 coram bo. me. Dunozet, quæ est post tract. D. Gene de Censib. decis. 36. in addit.*
5 Obligationem factam † per Tutorem non afficere Minorem vbi non adest causa, deciditur in *Assisien. Dotis 22. Iunij 1629. & 29. Aprilis 1630. coram R. P. D. Pirouano*, quæ sunt in calce, *decis. 117. & 118.*
6 A Clerico Pupillo, vel Adulto † dandus Tutor, vel Curator non est à Iudice sæculari, sed ab ecclesiastico *cap. si annum de Iudic. lib. 6. Thomat decis Mareb. 89. num. 16. & Rouit. decis Neapolit. 58.* vbi concludit, quod spectet ad Iudicem Ecclesiasticum, vbi non est facienda prouisio particularis de Curatore ad litem, quia tunc dandus est ab eo Iudice, coram quod lis pendet.
7 B Ad materiam † vide *Manson. de caus. execut. lib. 1. lim. 11.*
8 C De ratione reddenda † per Tutorem, & Curatorem etiam durante Tutela, vel Cura, vide *Carpan. ad Stat. Mediol cap. 318.* & quos citaui supra *ver. Ratio Administrationis. pag. 235.* De fide danda libro Tutoris, seu Curatoris pro expensis vide *eundem Carpan. ad cap. 317. & Rot. coram Ludouis. decis. 475. & decis. 512.*
9 D De hoc Statuto † intelligendus videtur *Eugen. cons. 12. num. 16. & seqq. lib. 1.* dum præsupponit Statutum nostrum præsumere Iuramentum dolo extortum fuisse, sed vide dicta supra *ver. Minor. pag. 197. num. 5.*

---

# VASA.

*SVMMARIA.*

*Vasa, cum quibus venditur Vinum, debent sigillari, quando, & à quo, in princ. vbi quid soluendum sit.*
*Aurificum Ars, seu Collegium habet facultatem sigillandi Vasa ad mensurandum deputata, d. loco, & vers. Huic Arti.*

*Vasa terrea non possunt emi causa reuendendi in die Sabbati ante Nonam, in fin.*

VASA, cum quibus venditur Vinum minutatim, debent sigillari quolibet Semestre per Electum à Camerario, & Hominibus Artis Aurificum,& soluitur pro quolibet sigillo plumbeo denarij sex, Stat. rubr. 10. §. Cui vero. lib. 1. pag. 8. col. 3. vbi quod sufficit sigillum donec durabit, si mensura erit iusta, nec est necesse tale Vas iterum sigillari, vide etiam rubr. 44. §. praeterea volumus. lib. 4. pag. 13. col. 4. & rubr. 124. §. item statuimus. d. lib. 4. pag. 32. col. 3. vbi de poena retinentium Vasa non sigillata.

Huic Arti, siue Collegio Aurificum per Breue Innocentij VIII. datum V. Kal. Nouembris 1488. data fuit facultas sigillandi cum sigillo plumbeo omnia Vasa cum quibus venditur Vinum, necnon alia instrumenta a d mensurandum deputata, & Trutinas, cum solutione sex denariorum pro quolibet sigillo de sex Mensibus in sex Menses, vt in 4. reg. Canc. Comm. pag. 89.

Vasa terrea non possunt emi causa reuendendi in die Sabbati ante Nonam sub poena, rubr. 48. circ. med. lib. 4. pag. 15. col. 1.

## Adnotationes.

Vide quae dixi supra *ver. Mensura. pag. 193. & in ver. Tabernarius. pag. 269. & Guid. Panzirol. in Thesaur. var. lect. lib. 1. cap. 58. & seqq.*

# VECTURA Animalium.

*SUMMARIA.*

*Solui quid debeat pro Vecturis Equorum, aut Mulorum, in princ.*

*Conductor quando teneatur ad Vecturam, si Equus, vel Mulus mortuus sit, vel effectus inutilis, vers. Si Equus.*

*Et quid respectu aestimationis, ibid.*

DE electione, & officio Officialium super Vecturis vide Stat. rubr. 170. lib. 1. pag. 56. col. 1. vbi quid debeat solui pro vecturis Equorum, aut Mulorum, & vide etiam in additione.

Si Equus, vel Mulus datus ad Vecturam, penes Conductorem mortuus sit, vel effectus inutilis,non tenetur Conductor à dicta die ad aliquam Vecturam, sed tantum vsque ad dictam diem, necnon ad aestimationem Equi,vel Muli intra decem dies, à die quo dictus Conductor reuersus est ad Ciuitatem, vt d. rubr. 170. §. & si Equus. lib. 1. pag. 56. col. 3. vbi quod mors debet à Conductore probari per Testes, vel instrumentum. Et idem disponitur respectu Animalis conducti pro negocio Communis, quia damnum emendatur à Communi, vt in §. fin.

## Adnotationes.

Vide *Bonacossam in tract. de Equo, inter tract. sub sign. Aquilon. tom. 6. par. 1. pag. 168. & Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 379. num. 231. & seqq. & cap. 398. num. 233. & seqq. par. 2.*

# VENATIO, Aucupium.

*SUMMARIA.*

*Venatores, & Aucupatores non possunt ingredi super bonis alterius prope Ciuitatem ad duo miliaria, sub poena, & statur iuramento Domini &c. in princ.*

*Et debent denunciari à Dominis &c. ibid.*

*Qualeae non possunt capi certo tempore, vers. Qualeae, vbi videas.*

*Syndici tenentur denunciare huiusmodi Aucupatores, ibid.*

*Pizzicarelli, & similes non possunt Qualeas emere, aut vendere, d. loco.*

*Turdos non est licitum capere certo tempore, vers. Turdos.*

*Ficedulas, seu Beccaficos non licet capere ante Mensem Septembris, in fin.*

*Furtum an, & quando committatur in Animalibus silvestribus, Adnot. num. 2.*

*Barones, & Domini Terrarum an possit prohibere Venationem, & Piscationem, Adnot. num. 3.*

VEnatores, & Aucupatores non possunt vllo tempore, nec debent intrare super bonis alterius prope Ciuitatem ad duo milliaria, sub poena XL. solid. denar. pro qualibet vice, & statur iuramento Domini, vel Possessoris, vel Conductoris, vel Laboratoris, Stat. rubr. 157. lib. 3. pag. 52. col. 1. vbi etiam imponitur poena Domino, & alijs, qui non denunciauerint illum, quem inuenerint in supradictis bonis.

Qualeae non possunt capi à Kal. Aprilis vsque ad medietatem Mensis Iulij sub poena, & creditur iuramento Accusatoris, rubr. 173. lib. 3. pag. 56. col. 1. vbi quod liceat cuilibet impune auferre retia, & canes Aucupatori, & in §. saluo. excipitur a prohibitione Aucupans causa exercendi canem, quia potest impune hoc facere: & an ob dictam causam hoc factum fuerit remittitur arbitrio Iudicis. Syndici tenentur denunciare huiusmodi Aucupatores ibid. §. & Syndici. Pizzicarelli, vel Pizzicarellae, Pullaroli, vel quauis alia

alia persona non potest Qualeas ab aliquo eme-re, vel emi facere, nec vendere, vel vendi face-re, vel retinere causa reuendendi, sub poena; & quilibet potest esse Accusator, crediturque iuramento ipsius, ibid. §. fin. Solent promulgari Edicta a Praesidibus, nè Qualeae capiantur vsquè ad Mensem Iulij, & haec attenduntur.

Turdos non est licitum capere certo tempore d. rubr. 173. §. item nemini. lib. 3. pag. 56. col. 1. & ibi addit. sed non seruatur.

Ficedulas, scilicet Beccaficos non licet capere ante Mensem Septembris, nisi pro aliquo infirmo, sub poena, d. rubr. 173. in addit. pag. 56. col. 1. sed modo haec dispositio non est in obseruantia.

## Adnotationes.

1 Vide † *Cepoll. de seruit. rustic. praed. cap. 21. Sebast. Medic. in tract. de Venatione Piscat. & Aucup. int. tract. sub sign. Aquilon. tom. 17. pag. 396. & Carpan. ad Stat. Mediol. in rubr. ante cap. 442. & d. cap. 442.*
2 *& seqq. par. 2.* Furtum † an, & quando committatur in Animalibus siluestribus vide *Farinacc. in tract. de Furt. quaest. 174. num. 88. & seqq.* Barones, & Do-
3 mini Terrarum numquid possint prohibere † Venationem, & Piscationem vide *DD. citatos per Farinacc. d. quaest. 174. num. 92. vers. & nunquid. Guttierez Canonic. quaest. lib. 1. cap. 28. Caball. resolut. crimin. cent. 3. cas. 253. Menoch. cons. 943. num. 44. lib. 10. & Facchin. contr. iur. lib. 1. cap. 1.*

# VENDITIO.

### SVMMARIA.

*Vendens rem aliquam, vel ius cedens duobus punitur, & secunda venditio, vel cessio non valet ipso iure, in princ. & Adnot. num. 1.*

*Emptor qui prior praefertur secundo, quamuis iste possessionem nactus fuerit, ibid. vbi idem in primo Cessionario, & Adnot. num. 2.*

*Venditor qui, vel Cedens tenetur ad defensionem rei venditae, vel iuris cessi tam quo ad primum, quàm quo ad secundum emptorem, vel Cessionarium, & ad praecium, & interesse, d. loco.*

*Venditor cui non fuit solutum praecium rei venditae remittitur in tenutam, & possessionem rei venditae, & non imputat fructus in praecium, potestque alteri vendere, vers. Si venditor. & vide Adnot. num. 3. & seqq.*

*Merces non licet vendere, nisi exercentibus artem, & illis, quibus illae conueniunt, vers. Vendere non licet.*

*Venditio habetur pro simulata si venditor rem venditam postea possideat, vers. Venditio habetur.*

*Allibratus non potest vendere, & alienare in non allibratum, vers. Prohibetur. & Adnot. num. 6.*

*Pactum de non vendendo nisi Consorti, vbi fuit facta trina requisitio, non impedit quo minus possit fieri alteri venditio, vers. Pactum. & vide Adnot. n. 7.*

*Laborator vendens rem, quam habet ad laboritium punitur, & venditio est nulla, vers. De Laboratore, vbi quomodo probetur laboritium.*

*Causa venditionum frumenti, vini, & similium sunt summariae, vers. Summariae.*

*Termini tres decem dierum si sint assignandi, non sufficit vnius terminus continens triginta dies, Adnotat. num. 8.*

VEndens rem aliquam, vel ius cedens duobus punitur in duplo valoris rei, vel iuris venditi, vel cessi, & secunda venditio, vel cessio non valet ipso iure in praeiudicium primi Emptoris, vel Cessionarij, qui Emptor secundo praefertur, & in rei emptae possessionem mittendus, & manutenendus est, quamuis secundus Emptor possessionem prius consecutus fuerit, & etiam primus Cessionarius omni casu secundo praefertur. Venditor autem, vel Cedens adhuc tenetur ad defensionem rei venditae, vel iuris cessi, tam respectu primi, quàm secundi Emptoris, vel Cessionarij, & ad praecium, & interesse, Stat. rubr.
A 176. lib. 3. pag. 56. col. 2. A

Si Venditor non fuerit satisfactus de praecio rei venditae, debet si petierit, per Iudicem remitti in tenutam, & possessionem rei venditae, & in ea defendi, & tunc percipit fructus in totum, vel pro parte, si in totum, vel pro parte non fuerit ei satisfactum, nec tenetur in praecium imputare rubr. 11. lib. 2. pag. 5. col. 4. vbi in §. declarantes disponitur, quod assignato Emptori termino à Iudice, illo elapso potest etiam Venditor alte-
B ri rem vendere, nisi aliter fuerit conuentum. B

Vendere non licet Merces, nisi exercentibus Artem, & illis quibus illae conueniunt ad euitandas vsuras, rubr. 215. §. & quia vsurario. lib. 3. pag. 64. col. 3. & dicam infra ver. Vsura.

Venditio habetur pro simulata, si Venditor rem venditam postea possideat, rubr. 62. lib. 2. pag. 32. col. 1. & dixi supra ver. Simulatio. pag. 246.

Prohibetur Venditio, vel alienatio ab allibrato in non allibratum ratione collectarum, rubr. 69. lib. 2. pag. 35. col. 3. & vide etiam rubr. 130.
C §. item ad hoc. lib. 1. pag. 48. col. 2. C

Pactum de non vendendo nisi Consorti, facta requisitione per tres terminos decem dierum pro quolibet, & illis elapsis, non nocet, quominus possit alteri fieri venditio, rubr. 58. §. item
D similiter. lib. 2. pag. 30. col. 4. D

De Laboratore vendente rem quam haberet ad laboritium vide rubr. 175. lib. 3. pag. 56. col. 2. vbi quod punitur etiam is, qui aliquem in possessionem mitteret, & quod venditio est nulla ipso iure, & emptor de facto missus in possessionem cogitur exire de illa, & ad probandum laboritium sufficit instrumentum manu Notarij, vel probatio Laboratorem tenuisse rem venditam pro eo, cuius fuerit res vendita.

Summariæ sunt Causæ Venditionum Frumenti, Vini, & similium, rubr. 3. lib. 2. pag. 3. & dixi supra ver. Iudicium ordinarium, & Summarium. pag. 168.

Aliqua vide etiam supra ver. Emptio. pag. 124.

## Adnotationes.

1 A De pœna † vendentes rem duobus vide *Farinacc. de Falsit. quæst.* 130. *num.* 219. *& seqq. & Add. ad decis.* 138. *post cons. eiusdem lib.* 1. Quo verò ad
2 prælationem inter primum, † & secundum emptorem vide *l. quoties. C. de rei vindic. Gabr. de empt. & vendit. conclus.* 2. *Rot. coram Ludouis. decis.* 567. *num.* 8. *& seq. & Beltram. ibi num.* 10. vbi citat *Honded. cons.* 52. *lib.* 1. qui respondit super hoc nostro Statuto *num.* 15. *& seqq.* dicens non habere locum in venditione inualida, in tractatu, seu promissione de vendendo, & vbi præcium non fuit solutum, & vide ad intelligentiam Statutorum *Bonacoss. quæst. crim. ver. Venditor. vers. Statuta disponens. pag.* 198. *& Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 405. *par.* 2.
3 B De Iure communi † non potest Venditor ob præcium non solutum rescindere contractum *l. Venditori. C. de act. empt. l. inciuile. C. de rei vindic.* sed agit ad implementum *Rota coram Ludouis. decis.* 130. Ex
4 Statuto nostro † non videtur posse Venditor rem vindicare, sed condicere ex hoc Statuto, & rem petere, & tenere loco pignoris vsquequo de præcio satisfiat,
5 licet fructus lucretur. An autem possit † agi contra Tertium vide *Caroc. in tract. de Sequest. quæst.* 8. *n.* 8. vbi tenet affirmatiuè.
6 C De Statuto prohibente † alienationem in non subditum vide *Clar. in Prax. crimin. §. fin. quæst.* 82. *stat.* 5. *Peregr. decis. Patau.* 86. *Ios. Ludouic. decis. Perus.* 85. *Menoch. cons.* 1101. *& cons.* 1140. *Alderan. Mascard. de general. Stat. interpret. concl.* 4. *Ciriac. controu. forens. tom.* 2. *contr.* 205. *Odd. de Fideic. ex probibit. alienat. quæst.* 1. *num.* 46. *& seqq. Carpan. ad nou. Stat. Mediol. cap. Collegiis. pag.* 103. *& seqq. Eugen. cons.* 9. *& cons.* 14. *lib.* 1.
7 D Super huiusmodi pacto † de non vendendo alteri vide *Menoch. de arbitr. cas.* 37. *Seraph. decis.* 805. *& in Romana Prælationis Vineæ* 22. *Maij* 1617. *coram bo. me. Vbaldo*, & vide dicta supra ver. Ius Con-
8 grui pag. 170. Quoad terminos assignandos † decem dierum, non sufficeret assignatio triginta dierum vnica vice facta ex auctoritatibus congestis per *Asin. in Prax. §.* 6. *cap.* 14.

# VENENVM.

### SVMMARIA.

*Venenans aliquem, vel attentans, aut auxilium dans, qua pœna puniatur, in princ.*

*Venenum sumens, & alium infamans punitur, vers. Venenum.*

*Vendens, aut conficiens Venenum, & similia an, & qua pœna puniatur, in Adnot.*

VEnenans aliquem qua pœna puniatur, Stat. rubr. 27. lib. 3. pag. 16. col. 2. vbi etiam de attentante, vel procurante, vel opem, aut auxilium dante.

Venenum sumens, & innocentem infamans punitur, d. rubr. 17. in fin. lib. 3. pag. 16. col. 2.

Vide etiam Bannim. general. num. 66. vbi de veneficio destinato ad alium effectum, & de Abortu secuto.

## Adnotationes.

Vide de hoc delicto *Hond. cons.* 88. *num.* 5. 7. *&* 11. *lib.* 2. *Eugen. cons.* 66. *lib.* 2. *Giouagn. cons.* 28. *&* 19. *lib.* 1. *Farinacc. cons.* 184. *lib.* 2. *& in tit. de Homicid. quæst.* 122. vbi etiam de vendente, & conficiente venenum, & de poculum Abortionis, Amatorium, Conceptionis sterilitatis, & Sanitatis præbente, aut recipiente; & vide *Caball. resolut. crim. cent.* 2. *cas.* 180.

# VESTIMENTVM.

### SVMMARIA.

*Vestium, & Arrediorum moderationes vbi reperiantur, in princ.*

*Vestis facta ex alieno panno, vel alteri obligato an stet sub eodem onere, Adnot. num.* 2.

*Appellatione Vestis in Statuto quid non veniat, Adnot. num.* 3.

VEstimentorum, & Arrediorum moderationem vide in Stat. rubr. 27. & seq. lib. 1. pag. 23. col. 4. & pag. seqq. Sunt etiam super hoc plures Constitutiones Pontificum, & præsertim Calisti III. in 2. regist. Cancell. Comm. pag. 64. Pauli II. d. loco pag. 86. Alexandri VI. sub die 30. Maij 1502. in 4. regist. pag. 146. Julij II. sub die 19. Aprilis 1508. in d. 4. regist. pag. 199. & Pij IV. sub die 1. Octobris 1562. in 7. reg. pag. 22. Vide Pragmaticam super immoderato vsu Vestium tam Virorum, quam Mulierum, editam auctoritate Sacræ Consultæ de anno 1617. & quæ fuit tunc impressa apud Marcum Naccarinum. Ad materiam vide aliqua supra ver. Annulus pag. 14. & ver. Arredium. pag. 27.

## Adnotationes.

1 Vide † *Carpan. ad Stat. Mediol. par.* 2. *cap.* 449. *& seqq. Bonacoss. quæst. crimin. ver. Vestis. pag.* 204. De re Vestimentaria est tractatus *Lazari Baysij*, & de executione in Vestibus *Antonij Monachi*, qui latius
2 materiam tractat. Si Vestes † essent factæ ex alieno panno, vel alteri obligato an sint sub eodem onere, vide *Hier. Laur. decis. Auenion.* 96. vbi pro affirmati-
3 ua concludit. Vestis appellatione † venit quicquid tegit Corpus *l. Vestis, §.* 1. *& l. argento, §.* 1. *ff. de aur. & arg. leg.* tamen Statutum loquens de Vestibus

non

non comprehendit Caligas, vel Caputium, considerato communi vsu loquendi *Alderan. Mascard. de gener. Stat. interprat. conclus. 3. num. 12.*

# VIA.

## *SVMMARIA.*

*Viæ, seu Stratæ præcipuæ, & regales Ciuitatis Perusiæ sunt quinque, in princ.*

*Delicta committentes in Vijs regalibus grauius puniuntur, vers. Delicta.*

*Retineri quæ non possint in Vijs regalibus, vers. Res quædam.*

*Ludere non licet quibusdam ludis in Vijs regalibus, vers. Ludere.*

*Immundicias proijcere non licet in Vias, vers. Immundicias.*

*Et Viæ purgari debent ab immundicijs qualibet hebdomada, ibid.*

*Reaptatio, & reparatio Viarum quomodo fiat, & qui contribuant, vers. De reaptatione, vbi etiam de exoccupatione illarum, & Adnot. num. 5. & seqq.*

*Viæ quantum debeant esse amplæ, d. vers. De reaptatione.*

*Publica Via intelligitur illa, per quam publicè itur, vers. Publica Via.*

*Vicinales Viæ possunt claudi de voluntate omnium Vicinorum, aut trium partium, vers. Vicinales. & Adnot. num. 8.*

*Mutari Via quando possit, d. vers. Vicinales, & vers. Via quam.*

*Noua Via, seu Platea non potest fieri sine licentia, vers. Noua Via, vbi an damnificato reficiatur damnum vbi fiat.*

*Aedificij causa Occupans Vias tenetur finito ædificio remouere res intra octo dies, vers. Aedificij causa, vbi quod non acquirit ius aliquod.*

*Aedificare volens penes Vias debet prius curare, vt recognoscatur locus ab Officialibus, & mensuretur, d. loco.*

*Possessione, seu detentione longi, & longissimi temporis non præiudicatur iuri publico quoad Vias, & loca publica, nec intrat præscriptio contra Commune, vers. Possessione.*

*Vias, & Loca publica qui concedere possint, vers. Concedi non possunt. & Adnot. num. 11.*

*Fornices, & Exporrecta super Vijs quomodo possint fieri, & retineri, & quid si minentur ruinam, vers. De Fornicum.*

*Flumen, vel alia Aqua si noceat Viæ publicæ quid faciendum, vers. Flumen.*

*Piscatores Lacus Trasimeni concurrunt ad Viarum refectionem, sicut alij Comitatenses, vers. Piscatores.*

*Formæ, seu Fossæ propè Vias non possunt fieri ad duos pedes, & de illarum manutentione, & purgatione, vers. Formæ.*

*Caua, seu Cuniculus præstans impedimentum Viæ repleri debet, vers. Caua.*

*Arbores, & alia impedimenta Vijs possunt Officiales incidi, & remoueri facere, vers. Arbores.*

*Arbores existentes in confinio Viarum, aut locorum publicorum non possunt incidi sine licentia, d. loco.*

*Scalas, Sedilia, Lapides, aut alia impedimenta extra muros domorum in Vijs non possunt retineri, vers. Scalas, vbi limitatur, & Adnot. num. 12.*

*Transire per Viam, aut bona alterius nemini licet, vers. Transire. & Adnot. num. 13. vbi de præscriptione.*

*Et si quis prætenderet ius eundi per illam Viam, seu bona, non auditur, nisi hoc probet per publicum instrumentum, d. vers. Transire: sed vide Adnot. num. 14. & seqq.*

*Accessus vbi alicui non datur ad eius bona nisi per locum alienum, poterit transire ipse, & familia, d. vers. Transire. & Adnot. num. 19.*

*Et si consueuerit ire per aliquem locum per decem annos poterit continuare, nec impediri poterit, aut locus coli, ibid.*

*Si Via publica esset disrupta licet ire per fundum Vicini, Adnot. num. 18.*

*Viam habens per certum locum non potest ire per alium sub pœna, vers. Habens viam.*

*Strata quæ dicatur, & in quo differat à Via, Adnotat. num. 2. & seqq.*

*Clerici, & Ecclesia concurrunt ad refectionem Viarum, Adnot. num. 6. & seq.*

*Via alia publica, alia priuata, alia Vicinales, Adnot. num. 8.*

*Via publica si sit destructa, & amissa, Vicini tenentur illam præstare, Adnotat. num. 9. vbi quid respectu æstimationis damni.*

*Viam publicam Populus non amittit non vtendo, Adnot. num. 10.*

*Via publica spectat ad Principes, & an Communitates possint illas concedere, Adnot. num. 11.*

*Statutum Iuris communis correctorium debet strictè intelligi etiam verba impropriando, Adnot. n. 15.*

*Dispositio qualibet ita semper interpretari debet, vt nullum verbum etiam minimum stet sine effectu, Adnot. num. 17.*

*Statutum conforme Iuri communi quomodo interpretandum, Adnot. num. 20.*

VIæ, seu potius Stratæ præcipuæ huius Ciuitatis sunt quinque, quæ Regales, seù potius Regiæ nuncupantur, videlicet, Vna pro qualibet Porta, seù Regione, Stat. rubr. 38. §. fiant insuper. lib. 4. pag. 12. col. 1. vbi describitur principium, & finis illarum. A

Delicta committentes in dictis Vijs grauius puniuntur, rubr. 2. §. 1. post princ. lib. 3. pag. 7. col. 1. rubr. 12. §. si autem percusserit, d. lib. 3. pag. 8. col. 3. & rubr. 7. lib. 4. in addit. pag. 5. col. 3.

Res quædã non possunt retineri in dictis Stratis Regijs rubr. 16. lib. 4. pag. 8. col. 1. vbi præsertim de Barbitonsoribus, & vide infra vers. Scalas.

Ludere non licet in dictis Vijs quibusdam ludis sub pœna, rubr. 18. §. fin. lib. 4. pag. 9. col. 4.

Immundicias in illis proijcere non licet, rubr. 14. §. præterea volumus. lib. 4. pag. 7. col. 2. & generaliter rubr. 5. lib. 4. pag. 4. & rubr. 31. d. lib. 4. pag. 11. col. 1. Imo quod Stratæ debeant purgari ab immundicijs qualibet hebdomada pro

latitudine

latitudine domorum, & apothecarum sub poena, cauetur in Bannimẽtis generalibus de ordine Sanctissimi num. 90. & vide etiam alia Bannimenta, quæ solet publicari super facultatibus Magistrorum Viarum vers. Et acciòche.

De reaptatione, & reparatione Viarum etiam Vicinalium vide rubr. 18. lib. 4. pag. 8. col. 2. vbi qui debeant contribuere, & de Officialibus quibus datur facultas cognoscendi super occupatione Viarum tam publicarum, quàm vicinalium. Et in §. Vias autem, & seq. disponitur, quod Viæ debeant esse amplæ, ita vt Via publica sit, & esse debeat ampla ad minus decem pedibus, & vicinalis ad minus octo. Vide etiam super dicta reaptatione rubr. 68. §. item teneatur, & debeat. lib. 4. pag. 60. col. 2. & quo ad occupationem Viarum rubr. 87. §. fin. d. lib. 4. pag. 25. col. 4. & de exoccupatione Viarum, & Formarum, rubr. 21. d. lib. 4. pag. 9. col. 1. & 2. & de Grippa, seu labe, quæ decidit in Viam rubr. 20. lib. 4. pag. 9. col. 1. & in Bannimentis super facultatibus Magistrorum Viarum col. 1. vers. Et acciò le strade. Annis præteritis fuerunt positi termini in Vijs principalibus Comitatus de ordine Superiorum Vrbis, & assignati Vniuersitatibus vicinis, vt ipsæ custodirent, & manutenerent illas, iuxta terminum assignatum, vt in 8. regist. Canc.

B Comm. pag. B

Publica Via intelligitur illa per quam publicè itur, & iri potest per quemcumque, & quæ habet exitum. Illa verò, quæ exitum non habet, intelligitur vicinalis, d. rubr. 18. §. saluo quod in fin. lib. 4. pag. 8. col. 3. &c.

Vicinales Viæ possunt claudi de voluntate omnium Vicinorum rubr. 19. lib. 4. pag. 8. in fin. sed rubr. 55. §. volumus insuper, lib. 2. pag. 29. col. 4. disponitur, quod sufficiat voluntas trium partium Vicinorum, & ibi videas. Et de mutatione Viæ vide etiam rubr. 18. §. si verò ille. vers. & si quis. d. lib. 4. pag. 8. col. 3. & de Via quam quis habet super bonis alterius, quod possit mu-

C tari vide rubr. 23. d. lib. 4. pag. 9. col. 3. C

Noua Via, vel Platea non potest fieri intra Ciuitatem, & Suburbia, nec in Comitatu, nisi de voluntate Dominorum Priorum, & Camerariorum, rubr. 16. §. volumus tamen. lib. 1. pag. 15. col. 1. & rubr. 87. lib. 4. pag. 25. col. 3. De refectione facienda damni, quod occasione nouarum Viarum alicui fieret vide d. rubr. 16. §. volumus tamen quod quando. dict. lib. 1. pag. 15.

D col. 1. D

Ædificij causa occupans Vias, debet infra octo dies post completum ædificium remouere res impedientes Vias sub poena., nec per retentionem rerum acquiritur ei ius aliquod, rubr. 4. lib. 4. pag. 4. col. 3. Et ædificare volens beneś Vias debet prius curare, vt recognoscatur locus ab Officialibus, & mensuretur Via, rubr. 6. lib. 4. pag. 5. col. 2. sed non vidi hoc obseruari.

Possessione, seu detentione longi, vel longissimi temporis non præiudicatur iuri publico quo ad Vias, seu alia loca publica, nec intrat præscriptio contra Commune, rubr. 4. in 1. addit. lib. 4. pag. 4. col. 4. & rubr. 18. §. saluo quod. d. lib. 4. pag. 8. col. 3. & rubr. 21. vers. non obstante. eod. lib. 4. pag. 9. col. 1. vbi etiam stante

E licentia. E

Concedi non possunt Viæ, & loca publica, nisi per Consilium Dominorum Priorum, & Came-

F rariorum, rubr. 4. in addit. fin. pag. 4. col. 4. F

De Fornicum, vulgò Volte, & exporrectorum, vulgò Profielli, super Vijs existentium remotione, & quod non liceat facere Fornices, vel Pontes nisi certo modo, vide rubr. 7. lib. 4. pag. 5. col. 2. & de illis minantibus ruinam vide rubr. seq. col. 4.

Flumen si noceret Viæ publicæ, vel alia aqua: quid faciendum, rubr. 27. in princ. lib. 4. pag. 10. col. 1. & dixi ver. Flumen. pag. 144. Et de Riuis vide rubr. 66. & in addit. lib. 4. pag. 19. col. 3. & generaliter quo ad aquas damnificantes Vias vide supra ver. Aqua. pag. 23. & in Bannimentis de quibus supra vers. E di più si ordina. & vers. seq.

Piscatores Lacus Trasymeni concurrere debent ad Vias reficiendas, sicut alij Comitatenses vide rubr. 100. lib. 4. pag. 28. in fin.

Formæ, seu Fossæ non possunt fieri propè Vias ad duos pedes, rubr. 20. lib. 4. pag. 9. col. 1. vbi de labe, vulgò lama, remouenda. Tenentur Coloni facere, & manutenere scrobes, vulgò formas, iuxta Vias publicas, rubr. 10. §. item statuimus. 4. lib. 1. pag. 8. col. 2. vbi quòd ad hoc possint cogi per Magistros Viarum, & in addit. §. addentes etiam. pag. 9. col. 1. & vide etiam rubr. 67. lib. 4. pag. 19. col. 4. & quod possint cogi etiam Domini, rubr. 85. §. item fiat. d. lib. 4. pag. 25. col. 1. & vide etiam rubr. 22. in princ. d. lib. 4. pag. 9. col. 3. vbi de tempore purgandi formas, & vide etiam Bannimenta supradicta in vers. Et acciò le Strade. vbi assignatur tempus per totum Mensem Maij.

Caua, seu Cuniculus si præstaret impedimentum Viæ debet repleri, rubr. 158. §. si quis autem. lib. 3. pag. 52. col. 2.

Arbores, & alia impedimenta in Vijs possint Officiales incidi, & remoueri facere, rubr. 10. in addit. §. addentes etiam. lib. 1. pag. 9. col. 1. Domini tamen, aut Laboratores bonorum non possunt incidere arbores existentes in confinio Viarum, aut locis publicis sine licentia, ex dictis Bannimentis vers. Comandando inoltre.

Scalas,

Scalas, sedilia, lapides, aut alia impedimenta extra muros domorum in Vijs retinere non licet rubr. 10. §. item quia ad honorem. in fin. lib. 1. pag. 7. col. 4. & in §. seq. incipit volumus tamen, permittitur retentio ante domum scamni, seu banchi ampli duobus pedibus versus Viam, quæ sit ampla octo pedibus, & vide etiam rubr. 16.
G lib. 4. pag. 8. col. 1. G

Transire per Viam, vel bona alterius nemini licet sub pœna, rubr. 158. in princ. lib. 3. pag. 52. col. 2. Et si quis prætenderet ius eundi per illam Viam, seu rem, non auditur nisi hoc probet per publicum instrumentum, d. loco. §. & si aliquis. & vide etiam ad materiam rubr. præced. 157. d.
H pag. 52. col. 1. H Sed si alicui non pateret accessus ad eius bona, nisi per bona alterius, poterit transire ipse, & familia per locum alienum, vbi minus damnum daretur, etiam cum animalibus, & si consueuerit ire per aliquem locum, qui faciem anditus haberet, per tempus decem annorum, poterit liberè continuare, nec impediri poterit, aut locus coli, d. rubr. 158. §. & cum multæ. cum seqq. lib. 3. pag. 52. col. 2. & 3. vbi quod
I impedimenta possint impunè remoueri. I

Via, quam quis habet super bonis alterius, potest per Dominum bonorum mutari arbitrio duorum hominum eligendorum ab vtraque parte, & in casu discordiæ, eligitur per Iudicem Tertius, rubr. 23. lib. 4. pag. 9. col. 3. & vide supra vers. Vicinales. Sed

Habens Viam per certum locum non potest ire per alium sub pœna, d. rubr. 23. in fin. lib. 4. pag. 9. col. 3.

De Officialibus super refectione Viarum vide rubr. 214. & rubr. 217. lib. 1. pag. 62. & dicam in seq. ver. Viarum Magistri.

## Adnotationes.

1 Ad materiam † vide *Ioseph. Ludou. concl. 76.* & ad intelligentiam, & interpretationem Statutorum *Bal. cons. 44. lib. 5. Carpan. ad Stat. Mediol. par. 2. cap. 248. cap. 251. & seqq.*

2 A Strata est † Via matonata lapidibus viuis, vel latcribus copris *l. 1. ff de via publ & ibi hoc not. Bart.* qui dicit, quod in hac Ciuitate appellatur Via regalis, vel Consularis, refert, & sequitur *Cepoll. de seruit. rustic. præd. cap. 5. num. 3.* & quod in Ciuitate dicantur regales, in Comitatu reales *Petr. de Vbald. in tract.*
3 *de Collect. sub num. 61.* & propterea differunt † Via, & Strata *Carpan. ad cap. 251. num. 1. par. 2.* & quod Stratæ appellatione in Statutis non veniat Via, tradit *Bertazol. de Claus. instr. claus. 19. glos. 16.* vbi de differentijs inter eas *Paitell. in adnot ad expedit. 67. num.*
4 *41. & seqq.* Sed Notarij † de consuetudine in instrumentis non attendunt hanc differentiam, vt tradit *Turrett. cons. 93. num. 35. lib. 1.*
5 B Refectio † Viarum intra Ciuitatem spectat ad Vicinos iuxta frontem cuiusquè domus *l. ædiles. ff. de via publ Afflict. in tract. de Iur. Prothom §. 9. num. 6. Petr. de Vbald. in tract. de Collect. sub num. 61. Roman sing. 827.* vbi dicit, quod si tales Vicini non essent soluendo onus, soluendi spectat ad alios Vicinos *Paitell. d. annot. 67. num. 53. & seqq.* & contra Vsufructuarium *Ciriac. controu. forens. tom. 1. contr. 125.*
6 Refectio † autem Viarum Comitatus non solum spectat ad illos, qui habent prædia Vicina, sed etiam ad omnes, qui habent bona in illo territorio *Petr. de Vbald. d. loco.* Et nemo excusatur *Bero cons. 191. num. 7. lib. 3.* ita vt teneantur etiam Clerici, & Ecclesiæ *l. ad instructiones, & ibi DD. C. de sacr. Eccl. Afflict. d. num. 6. Carpan. d. par. 2. cap. 250. num. 2. & seqq. Paitell. d. annot. 67. num. 54. & seqq.* Intellige Sum-
7 mo Pontifice consulto, † & Iudice Ecclesiastico exequente, vt in *Valentina Gabbella 9. Decembris 1598. coram Orano, & in Brundusina Gabbella 13. Februarij 1604. coram Penia*, quæ est impressa in fine Compendij, *decis. 114.* & conferunt dicta supra *ver. Clericus pag 64.* Donec autem est disrupta licitum est ire per fundum Vicini, vt infra num. 18.
8 C Viarum aliæ † Publicæ, aliæ Priuatæ, aliæ Vicinales *Surd decis. 42. num 2. & seqq. Paitell. in adnot. ad expedit. 67. num. 1. & seqq: vbi latè.* De Iure autem communi quando sit licitum claudere Viam Vicinalem *Cepoll. de seruit. Vrb. præd. cap. 75. num. 6. & 7. & Surd. d. decis. 42. num. 15.*
9 D Vbi Via publica in totũ est destructa, † & amissa, tunc Vicini tenentur illam præstare *l. si locus. §. cum Via publica ff. quemad. seruit. amitt.* sed debet de Iure solui æstimatio *Honded. cons. 81. num. 41. & seqq. lib. 1.* sed quid de consuetudine *Carpan. ad cap. 248. num. 21. & seqq. par. 2. & Valasc. consult. 22. num. 4. & seqq.*
10 E Viam publicam Populus † non vtendo amittere non potest *l. viam. ff. de via publ Camill. Borell. cons. 26. num. 55.* & vide *Caualer. decis. 631.*
11 F Ad Principem spectant † Viæ publicæ tamquam Regalia, licet vsus sit publicus, & propriè sit Principis *Peregr. de Iure Fisc. lib. 1. tit. 1. num. 16. & seqq. Camill. Borell. cons. 26. num. 23. & seqq.* An autem possint alicui Priuato per Communitates concedi vide *Afflict. de iure prothom. §. 9. num. 7. & seqq. Bero. cons. 130. num. 11. & seqq lib. 3. Surd. d. decis. 42. num. 5. & seqq. & Paitell. d. adnot. 67. num. 37. & seqq.* & dicta supra ver. *Murus Ciuitatis. pag. 205.*
12 G De obstaculis remouendis, † quæ impediant vsum Stratarum vide *Carpan. d. par. 2. cap. 254. Surd. d. decis. 42. num. 7. & seqq. Paitell. d. adnot. 67. n. 46.*
13 H Transire per agrum alienum nec de † iure communi licet, nisi sit acquisita seruitus *l. per agrum 11. C. de seruit & aqua. Cepoll. de seru. rustic præd. cap. 1. num. 22.* & de seruitutis acquisitione per præscriptionem vide *Camill. Borell. cons 46. Eug. cons. 40. lib. 1. Honded. cons. 79. lib. 1. & Marcell. Cala de mod. ar-*
14 *ticul. num. 692.* Quæ acquisitio † non videtur sublata per Statutum, dum vult probationem debere fieri per publicum instrumentum, quia intelligitur quando quis fundat se in causa, super qua consueuit confici instrumentum, aliàs secus, *ex deductis per Asin. in Prax. iudic. §. 19. cap. 5. lim. 26.* & sic vbi quis allegat ius illud sibi competere ex pacto, seu alia concessione, non autem si prætendit illud acquisiuisse ex vsu, & præ-

& præſcriptione, quæ publico inſtrumento non pro-
15 batur. Nec poteſt dici Statutum † requirens hanc
probationem inſtrumentalem voluiſſe reijcere præ-
ſcriptionem, Quia præterquamquod id non dicit Sta-
tutum, & cum ſit Iuris communis correctorium, de-
bet ſtrictè intelligi, etiam verba impropriando, vt
quanto minus fieri poteſt ex eo ius commune corri-
gatur *c. cum dilectus. vbi Abb. de fide instr. Grat conſ.
16. num. 43. lib. 2. Bero. conſ. 150. num. 26. lib. 1. Rol.*
16 *conſ. 80. num. 21. lib. 4.* Ex ipſo Statuto † elicitur con-
trarium *in §. ſi tamen*, vbi diſponitur, quòd ſi quis
poſſideret rem, quæ non haberet aliquam Viam, vel
ſui Anteceſſores, vel ipſe, & Anteceſſores ſui, vel Au-
ctores ire conſueuerunt per aliquem locum ad rem
prædictam, qui locus faciè anteà habuerit per tem-
pus decem annorum, quod liberè per ipſum locum ire
poſſit ad rem prædictam ſine alicuius contradictione.
Vnde quia Statutum expreſsè permittit, quod quis
probando vſum Viæ per rem alterius, poſſit illam con-
tinuare abſquè contradictione alicuius, & vſus huiuſ-
modi non poſſit probari per inſtrumenta, ſed ſolum
per Teſtes, qui viderint tranſeuntes per rem alterius,
clarè percipitur ſtatuentes noluiſſe reijcere præſcrip-
tionem ex præcedenti *§. & ſi aliquis*, vbi exigunt pro-
bationem per inſtrumentum, ſed potius illam appro-
baſſe, aliàs ſequens diſpoſitio *in d. §. ſi tamen*, eſſet
fruſtratoria, nihilque operaretur, quod non eſt dicen-
17 dum, cum quælibet diſpoſitio † ita ſemper interpræ-
tari debeat, vt nullum verbum etiam minimum ſtet
ſine effectu aliquid operandi *l. ſi quando. ff. de leg. 1.
Pariſ. conſ. 1. num. 45. lib. 3. Soc. Iun. conſ. 89. num.
15. lib. 3.* & ita reſpondit *Ioan. Vincentius Hondedeus*
dum vixit in hac Ciuitate Aduocatus verè Celeberri-
mus, & vide ſupra ver. *Probatio pag.* 232. Fallit etiam
18 concluſio † vbi Via publica eſſet diſrupta, quia tunc
eſt licitum ire per fundum Vicini, etiam cum anima-
libus, ciuiliter tranſeundo, & cum minori damno *Bal.
in d. l. per agrum. Plot. de in lit. iur. §. 50. num. 35.
Surd. d. deciſ. 42. num. 11.*
19 Idem de Iure communi, † quia non habenti Viam
per quam ad fundum ſuum accedere poſſit, debet da-
ri per prædium Vicini, ſoluto tamen precio, *l. ſi quis
ſepulchrum. vbi Caſtr. ff. de relig. & ſumpt. fun. Car-
pan. ad cap. 231. num. 13. par. 2. Afflict. d. §. 9. num.
11. verſ. ſed vtiliter. Honded* qui declarat *d. conſ. 81.
num. 44. & ſeq. lib. 1.* & vide *Mantic. de tacit. & am-
big. conuent. lib. 4. tit. 9. num. 20. & tit. 16. num. 19.
& ſeqq. & Bertazol. de clauſ. inſtr. clauſ. 23. gloſ. 1.*
20 *num. 4. & ſeqq.* Sed cum Statutum nihil † dicat de
precio videtur in hoc corrigere Ius commune; quia
aliàs Statutum nihil operaretur, ſed cogita, quia re-
gulariter Statutum recipit interpretationem à Iure
communi, maximè vbi agitur de præiudicio tertij, &
vide *Antonin. variar. reſolut. lib. 3. reſol. 40. num. 25.
& ſeqq.*

# VIARVM MAGISTRI.

## *SVMMARIA.*

*Magiſtri Viarum ſunt quinque, vnus pro qualibet Porta, in princ. vbi quomodo eligantur.*

*Debent antequàm incipiant adminiſtrare idoneè ſatiſdare, d. loco in fine.*

*Notarius dictorum Officialium quomodo eligatur, & de eius officio, verſ. Notarius.*

*Conſultor dictorum Officialium eligitur vna cum ipſis ex Collegiatis, verſ. Conſultorem.*

*Depoſitarius dictorum Officialium quomodo eligatur, verſ. Depoſitarius, vbi de ſatiſdatione præſtanda.*

*Pecuniæ omnes ad manus Depoſitarij peruenire debent, ibidem, vbi quomodo debeant ab ipſo ſolui.*

*Salarium, & emolumenta prædictorum debent taxari à Legato, verſ. Prouiſio, & de taxatione vide verſ. Solui mandauit.*

*Quæ ſpectent ad eorum officium, verſ. Ad eorum.*

*Iuris Congrui cauſæ cognoſcebantur à Magiſtris Viarum, ſed fuit ſublata Iuriſdictio, & tributa Gubernatori, & reſtrictum Ius Congrui, verſ. Habebant.*

*Poſtea Ius Congrui fuit in totum ſublatum, ibid.*

*Habent Magiſtri Viarum illam met auctoritatem, quam habent Camerarius, & Magiſtri Stratarum, ſeu Camera Apoſtolica in Vrbe, verſ. Habent etiam.*

*Pecuniæ, quæ ſoluuntur per Theſaurarium Apoſtolicum pro reſtauratione, & manutentione Viarum, & aliarum rerum publicarum quomodo ſint diſtributæ, verſ. Solui mandauit.*

*Nec poſſunt conuerti in aliam cauſam, ibid.*

*Non poſſunt Magiſtri Viarum grauare Vniuerſitates, aut particulares perſonas, nec imponere Collectas, aut aliud onus, niſi vt verſ. Non poſſunt.*

*Accedere debent ad inſpiciendum Vias, & alia loca publica Comitatus quolibet bimeſtre, vel ſaltem bis in anno, & quid accipere poſſint, verſ. Debent quolibet.*

*Procedunt ſummariè &c. publicè, & ſecretè, & etiam ex officio, verſ. Procedunt, vbi videas.*

*Pœnas maiores quàm impoſitas in Statutis exigere non poſſunt abſque Superiorum arbitrio, verſ. Non licet.*

*Nec poſſunt applicare ſibi met ipſis, aut Miniſtris, ſed debent ſolui in manibus Depoſitarij, vt erogentur in beneficium publicum, ibid.*

*Plateæ Ciuitatis, & Suburbiorum ſunt ſub regimine, cuſtodia, & cura Magiſtrorum Viarum, verſ. Platea.*

*In Plateis quæ retineri liceat, vel non, & qui Artifices prohibeantur permanere, d. loco.*

*Viarum reaptatio, reparatio, & manutentio ſpectat ad hos Officiales, verſ. De Viarum.*

*Murus priuatus exoccupari debet ab impedimentis, verſ. Quoad Murum.*

*Super Muris publicis non licet proijcere terram, immundicias, aut alia, ibidem, vbi quod nec poſſint amoueri lapides, aut alia abſque licentia.*

*Proijciens extra Muros aliquid in rem alterius punitur, & reficere debet damnum, ibid.*

*Foſſæ iuxta Muros Ciuitatis, & Caſtrorum ſunt relinquendæ amplæ, nec penes illas licet fodere, ibid.*

*Portæ Ciuitatis debent qualibet hebdomada recognoſci, & mundari, & inquiri contra delinquentes, verſ. Porta.*

*Fontium, Puteorum, & Ciſternarum pro conſeruatione quid ſtatutum ſit, vide verſ. Quoad Fontes.*

*De Cloacis, Intercaſellijs, Aquarijs, & Latrinis vide verſ. De Cloacis.*

*Pontes reuideri debent auctoritate Officialium ſuper Vijs, verſ. Pontes.*

*Porci vbi, & quot poſſint retineri, verſ. Quoad Animalia.*

Appellatio

*Appellatio, aut recursus quando detur ab eorum Decretis, vers. Appellatio.*
*De Syndicatu eorundem, & Ministrorum, in fin.*)

OFficiales super Vijs, Fontibus, & Pontibus, & sic Ædiles eliguntur quinque de Populo Perusino, videlicet, vnus pro qualibet Porta, seu Regione, quorum officium durat per Annum, fitque Sacculus, & extractio de anno in annum, ex Stat. rubr. 217. in princ. lib. 1. pag. 72. col. 4. Postea Ascanius Card. Ariminensis Legatus de latere à Paulo III. de anno 1541. creatus, in Constit. quæ habetur impressa, & fuit confirmata per eundem Paulum III. in Breue dato die 18. Aprilis 1544. quod est registratum in 6. reg. Canc. Comm. pag. 69. & est pariter impressum cum d. Constit. mandauit in §. Declarantes insuper, quod duo Ciues Perusini per D. Legatum pro tempore eligerentur, seu insaccularentur, prout magis expediens videbitur, & quod vocarentur Magistri Stratarum, & ita fuit seruatum per multos annos. Verum annis præteritis ex auctoritate Card. Pinelli Legati, vt habetur in Decretis D. Saregi Gubernatoris factis anno 1608. sub die 20. Decemb. registrat. in Registro Officiorum, Numerus horum Officialium fuit auctus ad quinque, vt cauetur in Statutis, & ita seruatur, & eligitur vnus pro qualibet Porta, seu Regione. Debent antequàm incipiant administrare officium, sufficienter, & idoneè satisdare de titè, & rectè administrando, & in fine Syndicatoribus rationem reddendo, vt in Constit. Episcopi Caiacensis Gubernatoris de anno 1558. in d. 6. reg. pag. 134.

Notarius quoquè eligi debet vnà cum dictis Officialibus, & eodem modo, d. rubr. 217. vers. & assignetur. d. lib. 1. pag. 72. col. 4. vbi quid facere debeat, & vide etiam rubr. 586. d. lib. 1. pag. 127. col. 3. & rubr. 67. in fin. lib. 4. pag. 20. col. 1. & quod debeat eligi ex Collegio Notariorum, & eodem modo quo Officiales prædicti, cauetur in d. Constit. Card. Ariminensis.

Consultorem habere debent eodem modo eligendum ex Doctoribus Collegiatis, vt disponitur in d. Constit. Card. Ariminensis.

Depositarium quoquè debere vnà cum ipsis in eadem pallula, seu globo adiungi, & publicari, mandauit D. Atracinus Vicelegatus Card. Vrbini tunc Legati de anno 1563. vt in 7. registr. Canc. Comm. pag. 28. vbi quod debet esse Ciuis Perusinus locuples, & opulentus, & quod teneatur idoneè satisdare de officio fideliter exercendo, de rationem reddendo, & de reliquis statim restituendis. Pecuniæ omnes debent ad eius manus peruenire, & ab eodem Depositario de mandato Superioris persolui in vsus destinatos, vt in d. Decreto. Sed in Reformationibus factis per D. Aquinum Gubernatorem postea Cardinalem mandatum fuit, vt solutio Pecuniarum non fieret absquè Bollectino Magistri Stratarũ subscripto à D. Priore Priorum, & vide infra vers. Solui mandauit.

Prouisio, salarium, & emolumenta prædictorum debebant taxari per Legatum, vt in d. Constit. Card. Ariminensis, & in d. Bulla Pauli III. vbi quod extrahi deberent ex pecunijs soluendis per Thesaurarium pro Vijs &c. & vide infra vers. Solui mandauit.

Ad eorum officium quæ spectent ex forma Statutorum vide rubr. 10. §. item statuimus, & ordinamus. 4. lib. 1. pag. 8. col. 2. & in addit. 2. & seq. pag. 9. col. 1. rubr. 214. d. lib. 1. pag. 72. col. 1. vbi quod versatur eorum officium circa omnia quę spectare noscuntur ad ornatum Ciuitatis, d. rubr. 217. d. lib. 1. pag. 72. col. 4. & rubr. 91. in addit. lib. 4. pag. 26. col. 4. Quæ dicuntur de Maiori Syndico, ac Iudice Iustitiæ, intelliguntur, & locum habent in Officialibus huiusmodi, rubr. 22. lib. 4. in addit. pag. 9. col. 3. Et quod debeant curare obseruantiam Statutorum circa manutentionem Viarum, cauetur in Bulla Innocentij VIII. Idib. Decemb. 1488. registr. in 4. lib. Breu. Cam. Apost. pag. 155. Vide etiam Bannimenta quæ super facultatibus eorundem publicantur quolibet anno, & dicetur singulariter inferius.

Habebant præterea Iurisdictionem, & facultatem super materia, & causis Iuris Congrui, vt in d. Constit. Card. Ariminensis, sed per Bullam Pij IV. datam 3. Maij 1565. in 7. regist. pag. 37. fuit auocata omnimoda Iurisdictio à dictis Magistris Viarum, eorumquè Iudicibus, & tributa Gubernatori soli, ita vt idem Gubernator solus illam penitus, & omnino per se ipsum exercere, & de ea cognoscere, & disceptare, ac super ea Iustitiam omnibus ministrare liberè, & licitè possit, & valeat. Fuitquè etiam Ius Congrui restrictum in eadem Bulla sub his verbis. Sic tamen, quod ipsum Ius Congrui in dicta Ciuitate, & illius Suburbijs tãtum, ac etiam extra ea, etiam in rebus, quæ fuerint Communis Ascendentis, scilicet tam eius, qui vendiderit, quàm redimere volentis, vel quæ inter eos indiuisæ essent, se extendere, locumquè sibi vindicare possit. Postea verò fuit Ius Congrui omnino extinctũ per Bullam Pij V. vt in fide Collegialiter facta per DD. Causidicos sub die 15. Decembris 1612. vbi dixerunt, quod in hac Ciuitate viguit Ius Congrui, siuè Retractus vigore concessionum Apostolicarum, sed tamẽ fuit penitus sublatum in vim Constit. Pij V. reuocatoriæ dicti Iuris, à cuius Constitutionis publicatione facta in Vrbe, non fuit huc vsquè seruatum, nec seruatur dictũ Ius Congrui in hac Ciuitate Perusiæ, sed vnicuiquè licitũ fuit, & est vendere, & emere absquè facultate retrahendi

hendi iure Vicinitatis, & hæc coniungenda sunt cum dictis supra ver. Ius Congrui. pag. 170.

Habent etiam illam met auctoritatem, quam habent Camerarius, & Magistri Stratarum, seu Camera Apostolica in Vrbe, vt in d.Const.Card. Ariminensis cõfirmata per Paulum III.vt dictum fuit in princ. Super iurisdictione autem istorum sunt Bullæ Martini V. de anno 1425. in Bull.Nou. tom. 1. constit. 9. pag. 260. Sixti IV. constit. 20. d. tom. 1. pag. 74. Leonis X. duæ, vt d. tom. 1. constit.19. pag.497. & 498. (quæ etiam sunt impressæ vna cum d. constit. Card. Ariminensis, & Bulla confirmatoria Pauli III.)& vide etiam Bullam Pij IV. in Bullar. Nou. constit. 102. tom. 2. pag.158. & Gregorij XIII. constit. 22. d. tom. 2. pag. 387. & Pauli V. constit. 71. alias 44. reformatoriam Tribunalium Vrbis §. 6. num. 13. in d. Bullar. Nou. tom. 3. pag. 270. & Taxam Notariorum dictorum Officialium in constit. seq. §. 8. pag. 301.

Solui mandauit Paulus III. in eius Bulla data 8. Kal.Maij 1544. regist.in 6.reg. pag.71. per Thesaurarium Perusinum aliquã honestam infra tamen aliàs consuetam pecuniarum quantitatem pro Vijs, Stratis, Mœnibus, & Pontibus ipsius Ciuitatis restaurandis,& manutenendis,iuxta Legati declarationem, & mandatum, Quæ fuit taxata in scutis trecentis, vt supponitur in litteris Card. Bortomei de ordine Sanctissimi sub die 7. Nouembris 1562. in 7. reg. pag.22. & in d. Bulla Pij IV. in 7. reg. pag.38. Ex qua summa fuit per D. Bossium Gubernatorem, & DD. Priores in vim dictę Bullę Pij IV. mandatum de anno 1565. die 30.Iunij, quod soluerētur ipsis Magistris Viarum(cum duo tantum tunc eligerentur) scuta triginta sex inter ambos æqualiter diuidenda, Consultori scuta quinque, Notario quatuor, & Famulis in totum sex, pro integris ipsorum salarijs cuilibet in fine officij persoluenda, vt in d. 7. reg. pag. 39. Verum post auctum numerum istorum Officialium ad quinque, obseruatum fuit, & modo obseruatur, quod Magistri Viarum habeant scuta decem pro quolibet, & sic scuta quinquaginta in totum, Consultor scuta sex, Notarius quinque, Depositarius decem, Famuli quinque, & Mundator Plateæ Maioris scuta sex,& baiocchos vigintiquinque, vt legitur in Reformat. D. Aquini Gubernatoris, qui iussit, quod non soluerentur dicta scuta decem Magistris Viarum nisi in fine officij. Pecunias prædictas non posse conuerti in aliam causam, mandatur in literis Card. de Como de ordine Sanctissimi sub die 5.Decembris 1573. in d.7.reg. pag. 77. & in dictis Decretis D. Saregi.

Non possũt auctoritate propria grauare Vniuersitates,aut particulares personas, sed cum acciderit vt pro reparatione Viarum,Pontium, aut aliorum publicorum operum, deficiente fortasse pecunia publica in eum destinata vsum,sit ad aliquod extraordinarium remedium recurrendum, debent certiorem facere D. Gubernatorem, & DD. Priores, qui si ità duxerint faciendum, poterunt Collectam, seu aliud onus imponere, ex quo ipsi Viarum Magistri, vt à prædictis sibi iniunctum fuerit, occurrentibus necessitatibus prouidebunt,ita cauetur in Constit.dicti D.Atracini de anno 1563. in 7.reg. pag.28. Postea Gregorius XIII. in Bulla sub die 22. Iunij 1584. in d. 7. reg. pag. 122. ita disposuit. Postremo, quia sæpenumero contingit, quod Magistri Viarum potius pro libito, quàm bono publico Vias, & alia loca reficere, ac etiam de nouo facere volũt, cuius rei causa impositiones faciunt, & Superiores inducunt ad interponẽdum in huiusmodi impositionibus auctoritatem suam in multorũ prę iudicium. Nos huiusmodi incommodis obuiare cupientes, harum serie inhibemus ne huiusmodi impositiones à Ciuibus, aut Rusticis Diœcesis,& Comitatus Perusiæ, quauis auctoritate, vel causa fiant,aut exigantur sine licentia Gubernatoris, & interuentu, & approbatione Priorum dictæ Ciuitatis, Necnon ad euitandas fraudes volumus quoque, & statuimus, quod electio Depositarij pecuniarum, seu Pignorum exigendorum ex dictis impositionibus ad eosdem Gubernatores, & Priores spectet, & pertineat. Vide etiam decreta Illustrissimi D. Caffarelli sub die 8. Aprilis 1621. in quibus disponitur, quod in casibus in quibus Communitates tenerentur reaptare Vias Regales, aut illas earum districtus, Pontes, Fontes publicos, & similia non possint fieri præcepta contra particulares, sed contra Communitates ipsas, & in casu contrauentionis non possint grauari aliæ personæ, quàm Syndici,& Massarij Communitatum, aliàs grauamina sint nulla resarcienda à Magistro Viarum.

Debent quolibet bimestre accedere ad inspiciendum Vias Comitatus maximè publicas, Pontes, Fontes, & similia, & prouidere defectibus, d. rubr. 217. lib. 1. pag. 72. col. 4. vbi quod non possint consequi salarium nisi per quinque dies, nec possint ipsi, aut eorum Notarius aliquid accipere à Comitatensibus Perusinis, vel alia persona,sub pœna. Sed non datur amplius salarium, de quo in d. rubr. & in reformationibus per D. Aquinum Gubernatorem fuit statutum,quod accederent saltem bis in Anno ad faciendam Visitationem generalem, & vide etiam dicta Decreta D. Caffarelli in princ. vbi quod debeant accedere de Mense Aprilis, vt præcipiant necessaria, & postea de Mense Septembris, vt videant an eorum ordinationes fuerint executioni demandatę,

& quod

& quod non possint visitare nisi Vias Regales. Et quòd accipere debeant ipsi, Notarius, & Ministri Viaticum ab illo, qui instat pro accessu, cauetur in dictis decretis.

Procedunt dicti Officiales quoad Vias, & Stratas occupatas, seu impeditas, tam publicas, quàm Vicinales, & tam in Ciuitate, & Suburbijs, quàm in Comitatu, & Districtu summariè, sine decimo, libelli porrectione, & sine strepitu, & figura Iudicij, rubr. 18. in princ. vers. & ipsi Officiales. & §. saluo quod. & §. si verò illè, in fine. lib. 4. pag. 8. & quod publicè, & secretè possint inquirere contra occupatores Viarum, rubr. 21. §. & quilibet Potestas. d. lib. 4. pag. 9. col. 2. & quod tam ex officio, quàm ad instantiam partium, rubr. 10. §. item statuimus, & ordinamus. 3. lib. 1. pag. 8. col. 1. & in 2. & 3. addit. pag. 9. col. 1. & rubr. 67. §. & quod de prædictis. lib. 4. pag. 20. col. 1. sufficereque ocularem inspectionem, cauetur rubr. 37. in fin. d. lib. 4. pag. 11. in fine, & legitur in Bannimentis, quæ solent in principio officij publicari, sed vide dicta decreta D. Caffarelli vbi vult, quod non possint procedere per inquisitionem extra casus Visitationum.

Non licet Magistris Viarum, eorumque Famulis, & Ministris aliqua ex causa imponere, vel exigere maiores pœnas, quàm impositas in libris Statutorum, Quod si aliquis casus inciderit, in quo Statutis quoad pœnam omissus, vel qui videatur grauius, quàm in Statutis cautum fuerit puniendus, id totum intelligitur reseruatum arbitrio Superiorum, ita cauetur in dicto decreto D. Atracini in 7. reg. pag. 40. Et pœnas ipsas non possint applicare sibi met ipsis, nec Ministris, & Famulis, sed solui illæ debent in manibus Depositarij, qui debet illas adnotare separatim, vt erogentur in beneficium ædificiorum publicorum, & refectionem Viarum, & alium vsum publicum, & solum quarta pars debebitur Famulis, & Executoribus, vt in decretis D. Saregi de quibus supra.

Plateæ Ciuitatis, & Suburbiorum sunt sub regimine, custodia, & cura ipsorum Magistrorum Viarū, absque præiudicio tamen Officialis Communis, seu Plateæ, de quo dictum fuit supra pag. 213. & vide rubr. 10. §. sit etiam. & §. item quia ad honorem. lib. 1. pag. 7. col. 2. & 3. vbi quod Plateæ debent esse lateratæ, & purgatæ ab immundicijs, & alijs impedimentis. Vide etiam rub. 36. lib. 4. pag. 11. col. 2. & rubr. 14. d. lib. 4. pag. 7. col. 2. vbi de pellibus, & corijs in Platea maiori, & Supramuri non retinendis, & exercitijs quibusdam prohibitis, & Animalibus in illis nō vendendis, nec lana, stramine, & lignis, Sed quò ad Plateam Supramuri quod possint retineri vide rubr. 35. d. lib. 4. pag. 11. col. 2. & rubr. 52. eod. lib. pag. 16. col. 1. vbi etiam quod aliquid solui non debet. Quò ad Mercatores, & Artifices, quod non possint immundicias proijcere in Plateas vide d. rubr. 10. in addit. 1. lib. 1. pag. 9. col. 1. & rubr. 14. in addit. 2. lib. 4. pag. 7. col. 4. & vide supra ver. Immundiciæ. pag. 160. De impedimentis positis occasione ædificij vide rubr. 4. d. lib. 4. pag. 4. col. 3. Artes funium, sellarum, & bastorum non possunt exerceri in Platea maiori, rubr. 13. lib. 4. pag. 7. col. 1. vbi secus in Platea, quæ dicitur della Paglia, & quantum loci possint occupare. Quæ possunt retineri in Platea, & infra quam mensuram vide rubr. 11. lib. 4. pag. 6. col. 2. & Bannimenta super facultatibus dictorum Officialium hoc anno 1635. ab Illustrissimo Grimaldo Præside promulgata in fine. Calceolarij, & alij quidam Artifices possunt in die Sabbati manere in Platea maiori, vt vendant eorum merces rubr. 12. lib. 4. pag. 6. col. 4. Non possunt ex Plateis, & locis publicis fumi, & amoueri lateres, ligna, aut alia sine licentia, rubr. 57. §. item quod nullus. 1. lib. 4. pag. 17. col. 2. & vide supra ver. Platea. pag. 219.

De Viarum reaptatione, reparatione, & manutentione spectante ad hos Officiales vide rubr. 18. lib. 4. pag. 8. col. 2. & dicta supra proximè ver. Via.

Quò ad murum, seù parietem priuatum exoccupandum vide rubr. 10. lib. 4. pag. 6. col. 1. vbi in fine disponitur, quod à præceptis super exoccupatione dicti muri non detur appellatio, nec recursus. Quo verò ad muros publicos, quod supra muros veteres Ciuitatis (qui fuerunt constructi de lapidibus tiburtinis, sine calce, & arena, vt legitur in rubr. 10. in addit. lib. 4. pag. 6. col. 2.) non liceat terram, immundicias, paleam, nec aliquid aliud proijcere, vide rubr. 31. vers. & nemo. lib. 4. pag. 11. col. 1. & generaliter rub. 57. præsertim in §. item quod nullus lædat. d. lib. 4. pag. 17. col. 2. vbi quod non possunt lapides, aut alia amoueri absque licentia. Non licet extra muros proijcere aliquid in rem alterius, rub. 166. lib. 3. pag. 53. col. 3. vbi de probatione per iuramentum, & pœna, ac damni refectione, & quod maior de domo teneatur pro minoribus delinquentibus. Vide Bannimenta supradicta. Fossæ, seu Carbonariæ penes muros nouos Suburbiorum debent relinqui amplæ; nec potest iuxta illas laborari sub pœna, rubr. 57. §. volumus, & ordinamus. lib. 4. pag. 17. col. 4. & vide supra ver. Fossa, seu Forma. pag. 149. Quò ad muros Castrorum vide ver. Castrum. à vers. Castrorum, Turres. pag. 48. & ver. Murus Ciuitatis, & Castrorum. pag. 204. & quò ad Fossas rubr. 197. §. volumus etiam. lib. 1. pag. 67. col. 4. vbi præsertim quod non possint alienari per Vniuersitates.

Portæ Ciuitatis debent qualibet hebdomada reuideri, & mundari, necnon inquiri contra delinquentes, rubr. 10. §. item quia ad honorem. vers. Debeant etiam. lib. 1. pag. 7. col. 3. Non debent impedimenta apponi Portis, ibid. §. & nullus possit. pag. 8. col. 4. & vide etiam rubr. 57. §. item quod terra, lib. 4. pag. 17. col. 4. & supra ver. Ostium, seu Porta. pag. 214.

Quo ad Fontes, Puteos, aut Cisternas vide rubr. 163. & seqq. lib. 3. pag. 53. & rubr. 83. lib. 4. pag. 24. col. 3. & rubr. 18. §. item quod omnis Via. d. lib. 4. pag. 8. col. 4. & rubr. 21. §. & si Viæ. d. lib. 4. pag. 9. col. 2. & rubr. 36. in addit. d. lib. 4. pag. 11. col. 3. vbi de Vijs ad Fontes tendentibus. Si Fonti publico præiudicaretur ex constructione Putei priuati, debent Officiales curare, vt ipse Puteus repleatur, rubr. 10. §. item statuimus, & ordinamus. 2. lib. 1. pag. 18. col. 1. & quod non liceat auertere aquam in præiudicium Fontium vide rubr. 165. lib. 3. pag. 53. & rubr. 26. in addit. lib. 4. pag. 24. Sterquilinium non licet retinere penes Fontes ad cẽtum passus ex parte superiori, nec propè ex alijs lateribus ad viginti passus sub poena, rubr. 10. §. ad hoc. lib. 1. pag. 8. col. 3. Arbores supra, aut penes Fontes ad decem pedes debent incidi, d. rubr. 10. §. & volumus. lib. 1. pag. 8. col. 3. Non licet pannos, vel se ipsum lauare in Fontibus, d. rubr. 10. §. item volumus, & ordinamus. 5. lib. 1. pag. 8. col. 3. De Lauatorijs vide rubr. 25. lib. 4. pag. 9. col. 4. De Fonte Montis de Cornu rubr. 92. lib. 4. pag. 26. col. 4. Et vide Bannimenta de quibus supra.

De Cloacis, & Intercasellijs vide rub. 10. §. item statuimus, & ordinamus. 1. lib. 1. pag. 8. in princ. & rubr. 37. lib. 4. pag. 11. & rubr. 84. post princ. d. lib. 4. pag. 24. col. 4. & rubr. 21. in princ. vbi quod præscriptio non noceat d. lib. 4. pag. 9. col. 1. & rubr. 66. ibid. pag. 19. col. 3. & dixi supra ver. Cloaca. pag. 69. & ver. Intercasellium. pag. 165. Quo ad Aquaria apud nos Versatoria dicta, fuit dictum supra ver. Aquarium. pag. 24. vbi etiam de Latrina, vulgò Necessario, de quibus vide etiam in Bannimentis super facultate Magistrorum Stratarum, vbi quod nõ possint mundari ab ortu Solis vsque ad vigesimã tertiam horam, & quod immundiciæ nõ possint relinqui in Vijs, & locis publicis, sub poena etiam quò ad Operarios.

Pontes reuideri debent, & reaptari auctoritate illorum Officialium, rubr. 60. lib. 4. pag. 18. & vide dicta supra ver. Pontes. pag. 223.

Quò ad Animalia vide Stat. rubr. 22. §. addentes. lib. 1. pag. 21. col. 3. & Bannimenta super facultatibus Magistrorum Viarũ de quibus supra, vbi disponitur, quod nemo possit mittere ad stratum per Ciuitatem, Suburbia, Castra, aut Villas Porcos, nec retinere in Castris, aut Villis, nec ad pascendum in Vijs communibus, sub poena amissionis Animalium, & alijs poenis contentis in Statutis. Mandatur etiam quod nec minus possint illi retineri longe à Ciuitate per quinque millinaria, iuxta formam Statutorum, attamen vltra quod potius debet legi, quod non possint retineri penes Ciuitatem, non autem longe ad quinque milliaria, ego in Statutis hoc numquam vidi, nec legi, sed tantum inueni decretum Gubernatoris de anno 1483. in 4. regist. Canc. Comm. pag. 59. in quo disponitur, quod nõ possint retineri nisi duo capita Porcorum, & Caprarum vnam à qualibet familia intra certos terminos penes Ciuitatem. Et ignis non potest accendi, præsertim occasione Porcorum, in duabus Plateis, aut Vijs iuxta illas, sub poena ex Bannimentis de quibus supra, vers. Di più.

Appellatio, aut recursus non datur à præceptis super exoccupatione muri vide rub. 10. in fin. lib. 4. pag. 6. col. 2. Nec à decretis super purgatione, seu remotione Intercaselliorum, Cloacarum, & simillium, rubr. 40. cum seq. lib. 4. pag. 13. Et generaliter, quod à sententijs Magistrorum Viarum non detur appellatio, sed tantummodo recursus ad Legatum, vel Vicelegatum, cauetur in Constit. Card. Ariminensis de qua supra, quæ refert se ad Bullam Leonis X. sub die 14. Ian. 1519. vbi mãdatur recursum expediri intra quindecim dies, & est impressa vna cum d. Const. Card. Ariminensis, & in Bullar. Nou. tom. 1. constit. 19. pag. 498. & idem habetur in dictis reformationibus D. Aquini.

De Syndicatu eorũdem vide decretum D. Caiacensis in 6. reg. pag. 134. & D. Atracini in 7. reg. pag. 28. in fin. & quod debeant syndicari ad reddendam rationem etiam quò ad exactionem poenarum, cauetur in decreto D. Saregi de quo supra, & in alijs D. Cassarelli legitur, quod debeant syndicari pro contentis in illis, pro se ipsis, & pro eorum Famulis, & Ministris, iuxta solitum.

## Adnotationes.

De officio Magistrorum Viarum, seu Aedilium vide *in Stat. Vrb. lib. 3. cap. 39.* vbi aliqua adnotauit *Galganettus*, & vide etiam *Marc. Ant. Bard. in tract. de Iure congr.* & quæ super Stat. Mediol. tradidit *Carpan. par. 2. cap. 240. cum pluribus seqq. & præsertim cap. 271. & seqq.*

## VICARII COMITATVS.

### SVMMARIA.

*Potestates, & Vicarij Comitatus quomodo eligantur, in princ.*

*Damna data quando cognoscantur à Vicarijs, vers. Vicarij prædicti.*

*Delicta*

De electione, officio, & salario Potestatum Comitatus vide rubr. 196. lib. 1. pag. 67. & de Vicarijs, qui in locum Potestatum successerunt vide Statut. Card. Cottonen. cap.6. De officio,& vacatione Vicariorum Comitatus,& eorum Iurisdictione vide rubr. 104. lib. 3. pag. 38. vbi habes distinctionem Vicariatuum, cum denumeratione singulorum Castrorum, & Villarum, & disponitur, quod eligantur de sex mensibus in sex menses per Vniuersitates, & confirmentur à Dominis Prioribus, qui modò soli illos eligunt. Non potest eligi Natus, seu allibratus, aut Familiariter habitans in loco, d.rubr. 104.§.item quod nullus. 1. pag.38. col. 1.quod Statutum fuit mandatum obseruari per literas Sacræ Consultæ sub die 11. Iulij 1607. & 10. Ianuarij 1609. in 8.reg. Canc.Comm.pag.25.& 42.Nec Forensis ibidem, & in Bulla Pij IV. sub die 6. Iunij 1560. in 6. reg. Canc.Comm. pag.3. lat.2. Non potest quis continuare vltra sex menses in officio, sed debet vacare per alios sex immediatè sequentes, d. rubr. §. item quod quicumque. Nemo potest exercere simul, & semel nisi vnum officium Vicariatus, & per se ipsum,non autem per substitutum, d.loco col.3. Emi non possunt huiusmodi officia,nec aliquid dari, vel promitti pro ipsis obtinendis, sub poena, itaut possit procedi ex officio, & ad petitionem cuiuscumque petentis, & ad probandum sufficiat vnicus testis de veritate cum fama, rubr. 151. d. lib. 3. pag.51. col.2. vbi quod idem intelligitur in dante, & recipiente, & vide in Annal. 1625. sub die 3. & 4. Ianuarij Decretum DD. Priorum confirmatũ in Consilio Camerariorum, in quo disponitur, quod Nominationes fiant à DD. Prioribus iuxta Portas, sed quod non possint aliquid recipere, aut Vicarij dare nisi comestibilia pro mensa communi, sub poena.

Vicarij prędicti possunt cognoscere de damnis datis vsque ad viginti sol. den. inclusiuè, rubr. 13. §. 1, lib. 3. pag. 10. col. 1. Sed vltra tria millia-ria, quia intra cognitio spectat ad Capitaneum, & etiam vltra de consensu partium, rub.25.præsertim in addit. lib. 1. pag. 23. col. 3. Et quoad partem poenarum eis debitã vide rub.22. d.lib.1. in addit. §. addentes etiam quod Capitanei Comitatus. pag.20. col.3. & vide instrumentum factũ de anno 1560. die 28. Augusti manu D. Amici Petri Ioannis registr. in pecud.d.anni pag.249. & confirmatum per Gubernatorem eius temporis pag.253. Vide etiam taxam factam de anno 1620. & renouatam per D. Sacratum Gubernatorem sub die 10. Februarij 1633. quæ habetur impressa apud Annibalem Aloysium.

Cognoscere possunt etiam de Armis,& contra deferentes Arma, De ludo contra ludentes, & ludum tenentes,& contra vendentes Vinum contra formam Statutorum ipsorum, & condemnare,& poenam recipere vsque ad quantitatem solid. viginti, d.rubr.13. §.1. lib.3. pag.10. col.1.

Super Fossis, seu Formis iuxta vias publicas, de quibus in rubr. 67. lib. 4. pag. 19. col. 4. habent ipsi quoque cognitionem, vt ibidem in 2. addit. pag. 20. col. 1.

In Ciuilibus verò causis cognoscere possunt, & diffinire vsque in quantitatem quinque lib.denar. nisi sint Castra, quæ reguntur per Potestatem, quia isti possunt cognoscere, & sententiam ferre vsque ad decem lib.denar. inclusiuè d.rubr. 13. §. 2. lib. 3. pag.10. col.1. Sed ex Stat. Card. Cortonen. possunt Vicarij cognoscere vsque ad summam lib. vigintiquinque, vt in d.Stat.cap.9.

Offendens istos Officiales qua pęna puniatur, vide rubr.127. in fin. lib. 3. pag. 46. col. 2.

Ciues Ruri degentes subiacent Iurisdictioni istorum, dixi supra ver. Ciuis. vers. Ciues Ruri. pag. 61.

Sed videnda sunt dict. Statut. Cardinalium Sabellij, & Cortonensis, quæ isti Officiales seruare tenentur, vt disponitur in Constit. Card. Vrbini cap. 25. & dicta taxa renouata de anno 1633. vbi etiam de Syndicatu eorundem.

Recursus à grauaminibus illatis per Vicarios datur ad Legatum, & Directores expediendus intra decem dies continuos inclusiuè, intra quos dies non licet molestare recurrentes, qui postea non audiuntur, ex Stat. Card. Cortonen. cap.33. vbi etiam quod prorogari non possit tempus. Et de Directoribus vide supra pag. 114.

In Bannimentis generalibus de ordine Sanctissimi num.80.81.& 82. cauetur, quod isti debeant Curiæ Gubernatoris statim denunciare delicta, Quod teneantur residere in officijs. Et quod teneantur in casu rixarum facere præcepta de non offendendo, de se repræsentando, & similia.

Adnotationes

## Adnotationes.

1 De multiplici Vicariorum genere† vide *Sbrozz. de offic. Vicar. Episc. lib. 1. quæst. 3.* vbi de nostris *n.*47. & citat *Bart. in l. iubemus.* 14. *§. si sanè hac. num.*13. *& seqq. C. de Sacr. Eccles.* vbi quod consuetudo in Tuscia obseruat, quod quando Iudex est etiam Notarius, possit ipse scribere acta, inferēs ad Vicarios Comitatus, qui habent iurisdictionem in causis modicis, qui præcipiunt, & scribunt, & dixi aliqua supra *ver. Acta. pag.*5 *.num.*6. quibus addo *Surd. cons.* 261 *.n.*10.
2 *lib.* 2. vbi quod † propter necessitatem est permissum duplex officium exercere, & in eadē Curia Iudicem, & Actuarium agere, quem refert, & sequitur *Mastrill. de Magistrat. lib.* 1. *cap.* 23. *num.*80. Sed si non esset etiam Notarius non probaret huius Iudicis scriptura *Vu. decis.* 48. *num.* 4. *lib.* 1.

A Stante quod non possint cognoscere vltra cer-
3 tam summam, dubitatum † vidi, an possit de consensu partium eorum Iurisdictio prorogari, & pro affirmatiua videbatur respondendum, quia Iurisdictio potest prorogari de quantitate ad quantitatem *l. de qua re.*74. *§. Iudex qui. ff. de iudic. & ibi Bart. Fulgos. &*
4 *Castr. num.* 3. Verum, quia municipalis † Iurisdictio non potest prorogari, seu ampliari, *vt post Cynum tradit Bald. in cap. de causis. num.* 48. *de offic. deleg.* vbi loquitur in Mercatoribus habentibus Iudicem Mercantiæ, Necnon quia vbi taxati sunt Iudices ex Statuto ad certas causas, puta quod Iudex Portæ S. Petri sit Iudex Viduarum, non potest prorogari Iurisdictio, nè confundentur processus, & Iurisdictiones, & vt taxatio Iudicis aliquid operetur, *idem Bald. in cap. P. & G.* 4. *n.* 10. *eod. tit. & Natt. cons.* 82. *n.* 8. Contrarium in istis Iudicibus tradit *Peregr. in tract. var. lib.* 1. *ad rubr. de offic. Iudic. Ordin. n.* 32. *pag.*6.

# VINVM.

### SVMMARIA.

*Vinum non potest vendi minutatim, nisi cum Vasis sigillatis, in princ. vbi alia de modo vendendi.*
*Salma Vini quanta sit, vers. Salma, vbi etiam de Barile.*
*Vindemiare, & Vuas colligere quo tempore liceat, in fin.*
*Vini appellatione quæ veniant, Adnot. num.* 1. *vbi de Aceto.*
*Vinum vetus præualet nouo, & quando istud sit bibendum, Adnot. num.* 2.

Vinum non potest vendi minutatim, nisi cum Vasis sigillatis, Stat. rubr. 44. §. forenses tamen. & infra lib.4. pag. 13. col.4. & dixi supra ver. Vasa pag.281. Et debet vendi iuxta mensuram petitam, videlicet, si petatur foglietta, debet mensurari cum foglietta, ibidem §. & quilibet Tabernarius. pag.14. col.1. Imponiturque pœna non implenti ipsam mensuram, & iustam non danti, d. loco. §. fin. pag.14. col.1. vbi quod credatur iuramento Accusatoris cum vno Teste. Et super facultate vendendi Vinum, & alia ad hanc materiam vide d. rubr.44. per tot. & dicta supra ver. Tabernarius. num. 5.

Salma Vini est trium Cadorum, & Barile iustum, seu Cadus est viginti Pettitorum, seu Boccalium, rubr. 118. in Addit. §. Addentes etiam declaramus. lib. 4. pag. 36. col. 1.

Vindemiare non licet ante Festum S. Michaelis Archangeli de Mense Septēbris sine licentia Dominorum Priorum, vel Maioris Syndici, rubr.22. §. Nulli autem. lib. 1. pag.19. col.1. & vide quoad Vuas §. insuper statuimus. d. loco.

## Adnotationes.

1 Vini appellatione † quid veniat, vide *in l. si quis vinum* 9. *ff. de Trit. Vin. & Ole. leg.* vbi quòd non venit Acetū, de quo etiam *Dec. in l.* 2. *in* 3 *.lect. n.*16. *ff. si cert. pet.* & vide *Bonacosi. in quæst crim. ver. Vini. pag.*208.
2 Vinum vetus † præualet Vino nouo *l. cum quid* 3. *ff. si cert. pet.* Istud autem nō debet bibi ante Mensem Nouembris *ad l. iubemus* 10. *C. de erog. mil. Ann. lib.* 12. *Petr. de Rauenn. sing.* 800. *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.*385. *num.*4. *par.*2.

# VNIVERSITAS.

### SVMMARIA.

*Vniuersitates Castrorum, & Villarum tenentur capere Bannitos habitantes, in princ.*
*Particulares personæ quando possint molestari, & grauari pro debitis Vniuersitatum, vers. Particulares. & Adnot. num.* 1. *& seq.*
*Caualcatas, & Conuenticulas facere prohibentur Vniuersitates, vers. Caualcatas.*
*Victualia ne asportentur ad Ciuitatem, nō possunt Vniuersitates prohibere, vers. Non possunt.*
*Defensorem eligere, vel Protectorem non possunt Vniuersitates Comitatus, nec munera dare, nisi Iudicibus, Aduocatis, Procuratoribus, & Notarijs, vers. Eligere.*
*Vniuersitas an teneatur pro delicto ab Hominibus Vniuersitatum commisso, Adnot. num.* 3.

Vniuersitates Castrorum, & Villarum Comitatus tenentur Bannitos habitantes in Castris, vel Villis publicè capere, & in fortiam Communis ducere, Stat. rubr. 132. §. item volu-
A mus. lib. 3. pag. 48. col. 1. A

Particulares Personæ an, & quando pro debitis Vniuersitatum molestari, vel grauari possint, rubr.17. in princ. & in fin. lib. 2. pag. 7. col.4. & de Repræsalijs contra Particulares pro debitis Communitatis vide rubr.171. §. si quis tamen. lib.
B 1. pag.57. col.1. B

Caualcatas, seu Conuenticulas facere prohibentur Vniuersitates, rubr. 99. §. præterea volumus 1. lib.3. pag.36. col.3. & dixi supra ver. Caualcata. pag. 54.

Non possūt Vniuersitates prohibere ne asportentur Victualia ad Ciuitatem sub pœna, rubr. 149. lib. 3. pag. 50. col. 4.

Eligere

Eligere aliquem in Defensorem, vel Protectorem, seu alio titulo non possunt Vniuersitates Comitatus, nec ei munera dare sub poena, exceptis Iudicibus, Aduocatis, & Procuratoribus causa patrocinij, & Notarijs, rub. 150. lib. 3. pag. 51. col. 1.

Alia vide supra ver. Castra. pag. 47. & ver. Comitatus. pag. 78.

## Adnotationes.

A Vide quæ dixi supra ver. Bannitus. pag. 32.

1 B Super simili Statuto † vide *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 219.* De Iure communi, quia Debitum Vniuersitatis non dicitur debitum singulorum, nec è conuerso, non possunt pro debito Vniuersitatis conueniri particulares, & singuli *Bar. in l sicut 7. ff. quod cuiusque Vniuers. nomin. quem sequuntur ibi Bal. Castr. & alij*, & ideo sententia non potest exequi contra Particulares, & Cancellarium, *ut dixit Rota in Ciuitatis Castellana Iuris pascendi* 10. *Nouembris* 1625. *coram R. P.*
2 *D. Merlino*, & vide † de Collecta in subsidium imponenda *in Anconitana Florum* 10. *Maij* 1630. *coram R. P. D. Pirouano, & in Romana Collecta* 5. *Iulij* 1632. *coram R. P. D. Verospio*, & vide *Mauson. de caus. execut. lib. 1. ampliat. 3. & Salust. in Prax. lib. 1. cap. 36.* An au-
3 tem Vniuersitas † teneatur pro delicto ab Hominibus Vniuersitatis commisso vide *Eug. cons. 86. lib. 1.* & ad materiã *Farinacc. de delict. & pœn q. 24. n. 107 & seqq. & Pascal. de Virib. patr. pot. par. 1. cap. 10. n. 31. & seqq.*

# VSURA.

### SVMMARIA.

*Vsuræ prohibentur, denegatur Audientia pro illis, & Instrumentum Vsurarium potest impugnari non obstante iuramento, in princ.*

*Venditio Mercium non Exercentibus Artem, vel eis quibus non conueniunt dilata solutione prohibetur ad euitandas Vsuras, ibid.*

*Emptio ab alijs, quàm ab Artificibus illius Mercis prohibetur absque licentia, ibid.*

*Cessio pro minori summa de credito, cuius dies non venerit, prohibetur, d. loco.*

*Probari debet Actio, seu exceptio Vsurarum, & simulationis intra decem dies, vers. Probari.*

*Testari non possunt Vsurarij, & Fiscus succedit, & alij, vers. Testari, vbi quomodo probetur quis Vsurarius, & Adnot. num. 3.*

*Testes asserentes se Vsuras persoluisse an probent, Adnot. num. 1.*

*Statutum repellens ab agendo Vsurarium non comprehendit eius haredem, vel Cessionarium, Adnot. n. 2.*

Vsuræ prohibentur, denegaturque pro Vsuris Audientia, & admittitur quis contra Instrumentum Vsurarium tam agendo, quàm excipiendo non obstante iuramento, Stat. rubr. 215. lib. 3. pag. 64. vbi multa decernuntur ad illas euitandas, & præsertim quod nõ fiat venditio Mercium non Exercentibus Artem, vel eis quibus illæ non conueniũt, dilata solutione, §. & quia vsuraria. vbi quod ad hoc probãdum sufficiunt Testes singulares, & in §. insuper etiam, prohibetur quoque emptio ab alijs, quam ab Artificibus illius Mercis absque licentia. Et quod cessio quouis titulo facta non valeat si sit facta pro minori summa de credito, cuius dies solutionis non cessit, §. & fraudibus. pag. 65. col. 1. Sed procedit quando fuit obtenta cessio in fraudem vsurarum, & conuictus de hoc fuerit Cessionarius, vt ibi.

Probari intra decem dies debet Actio, seu exceptio Vsurarum, & Simulationis, vt rubr. 32. lib. 2. pag. 20.

Testari Vsurarij non possunt, & eorum Filij, & alij legitimi successores, tam ex testamento, quàm ab intestato cadunt à successione, & hæreditate, quæ deuoluitur ad Fiscum, Accusatorem, & Officialem exequentem, d. rub. 215. §. adijcientes. lib. 3. pag. 65. col. 2. vbi quod ad probandum quem esse Vsurarium sufficiunt sex Testes etiam singulares de se ipsis deponentes ad minus. A

Vide etiam Const. March. lib. 3. cap. 11. & seqq. & Bannim. General. de ordine Papæ n. 16. & seqq. vbi de Iudice Ecclesiastico adeundo.

## Adnotationes.

1 Vide † *Carol. de Grass. de except. ad Stat. exclud. except. 28.* vbi multa ad materiam scribit, & de probatione per Testes asserẽtes se Vsuras persoluisse, quod non sit sufficiens de iure communi *Farinacc. de testib. q. 60. n. 77. & seqq.* vbi plures citat, quibus accedunt *Hond. cons. 33. n. 92. lib. 2. & Hect. Felic alleg. 129. n. 4. tom. 2.*

2 Statutum repellens † ab agendo Vsurarium non comprehendere eius heredem, & Cessionarium, si non vtitur adminiculo, & persona auctoris, scribit post alios *Cagnol. in l. ex qua persona. n. 5. ff. de reg. iur.*

3 A De Iure communi etiam Vsurarius † manifestus nõ potest testari *cap fin. de Vsur. in 6. Bal. cons. 17. n. 2. lib. 1.* vbi quod debet ista qualitas manifesti probari, & vide ad materiam *Durant. de Art. test. tit. 1. caut. 7. n. 2. Gabr. de Testam. concl. 3. Grass. de success. §. Testamentum q. 23. Rot. decis. 169. n. 1. par. 4. diuers. & coram Seraph. decis. 393. n. 4.*

# VXOR.

### SVMMARIA.

*Vxores Decoctorum coguntur accipere bona ad æstimationem pro earum dotibus, in princ.*

*Marito potest Vxor relinquere vltra tertiam partem dotis, vers. Marito.*

*Bona dotalia Vxoris ponuntur in Catastro Viri, vers. Bona.*

*Vxor, quæ recessit à domo culpa Viri, consequitur bona dotalia, vers. Si Vxor. & vide Adnot. n. 4. & seqq.*

*Vxor efficitur Ciuis in Ciuitate Mariti, & retinet Vidua permanens Ciuilitatem, Adnot. n. 1.*

Quid

*Quid si redierit ad Ciuitatem originis*, *n*. 2.
*Thori separationi an*, *& quando sit locus*, *Adnot. n*.5. *& seq*.
*Dotis restitutio an sit facienda*, *vbi sit separatio Thori*, *Adnot. n*. 7. *& seq*.

VXores Decoctorum coguntur accipere tot de bonis Viri ad æstimationem pro earum dotibus, rub.74.§.verum etiam.lib.2.pag.37.col.2.

Marito potest Vxor relinquere vltra tertiam partem dotis, rub.15.§.saluo quod si.lib.2.pag.7. col.2.& dixi supra ver.Dotis lucrum.pag.122.

Bona dotalia Vxoris ponuntur in Catastro Viri, vt rubr.128.§.fin.lib.1.pag.47.col.3. Et quo ad Vxorem Ciuem vide rub.117.d.lib.1. pag.46. Vbi verò Ciuis accepit in vxorem Comitatēsem vel habentē bona soluentia, vide rubr.97.in addit.
A §.item quia quandoque.d.lib.1.pag.43.col.3. A

Si Vxor recesserit à Viro culpa ipsius Viri, debent ipsi mulieri relinqui eius bona dotalia, vt illis vtatur, & fruatur; si verò in pecunia numerata consisteret Dos, vel in rebus mobilibus, seu immobilibus æstimatis, tunc debet cogi Maritus ad præstandum singulo anno decem pro quolibet centenario, nisi deponat Dotem; Vbi autem Mulier non fuisset dotata sufficienter, tunc debent præstari centum libræ denar. quolibet anno, vel alia quantitas arbitrio Iudicis, rubr.33.lib.2.pag.
B 20. col. 4. B

De obligatione Vxoris pro Marito vide supra ver. Mulier. pag. 202.

## Adnotationes.

1 Vxor efficitur Ciuis † in Ciuitate Mariti viuēte Marito, & postea permanēs in viduitate honesta, eandem Ciuilitatem retinet, vt in Muliere Romana nupta Perusino dixit *Rot. in Perusina Bonorum de Balleonibus* 8.*&* 13.*Iunij* 1590. *coram bo.me.Comitulo*, quæ est in fine, *decis*.7.*n*.7.*&* 8. Sed, quia dubitatum fuit, an talis
2 Ciuilitas † suffragetur Viduæ, quæ ad propriæ originis Ciuitatem reuersa est, præsertim ad effectum succedendi contra Ius cōmune, vide postea dicta in eadem causa *sub die* 23.*Ianuarij* 1591. quæ pariter est in fine, *decis*. 8. *& decis*. *seq*. in eadem causa facta.
3 A De hoc Statuto † vide decis. *in Perusina Bonorum de Balleonibus* 10. *Iunij* 1591. *coram bo. me. Comitulo*, quæ est in calce, *decis*. 9.
4 B Super simili Statuto † de alimētis Vxori præstandis vide *Galganett.ad Stat.Vrb.lib.1.cap.139. & Rot. in Romana fructuum dotis* 13.*Nouembris* 1624.*coram Remboldo*, quæ est in fine, *decis*.72.*n*.12. *& seqq*. Ad materiam vide etiam *Surd.de alim.tit.1.q.32.n.17.& seqq. & tit.7.q.16.n.1.& seqq. Marescott.var.resolut.*
5 *lib.2.cap.83.n.65.& seqq*. De separatione Thori † vide latissimè *Farinacc.de delict.carn.q*.143. vbi præsertim de sæuitia Mariti, & an, & quando possit Vir ex sua domo expellere Vxorem, & è contra Vxor à Viro aufugere, & seorsim habitare *n*.227.*& seqq*. vide etiā *Valasc.in prax.partit.& collat. cap.6.n.46.& seqq. & in Perusina separationis Thori* 28. *Iunij* 1589. *coram Gypsio, quæ est impressa post cōs.Farinacc.lib.2.decis*.39. & etiam *decis*.278.*par*.4.*diuers*. in qua cōcluditur pro iniustitia sententiæ latæ ad fauorem Vxoris, quod ei licuerit discedere à domo Viri propria auctoritate, ex
6 quo sæuitia nimia non fuisset probata, & ad † idem, quod non fuerit locus separationi Thori, vide *in Ianuen. separationis Thori* 31.*Ianuar*.1625.*coram Remboldo*, à qua tamen fuit recessum 24.*Nouembris* 1632. *&* 11.*April*.1633. *coram Reuerendiss.Coccino Decano*, idemque nempe pro separatione Thori, ex quo erant probata sæuitia, & adulteria Viri, & inimicitiæ grauissimæ, fuit decisum *in alia Ianuen. separationis Thori* 28.*Nouembris* 1633.*coram R.P.D.Pirouano*. Quam-
7 uis autem † in prædicta *Perusina coram Gypsio* fuerit dictum in casu etiā separationis Thori non teneri Virum ad restitutionem dotis, sed quòd solùm ipse cogitur præstare Vxori alimenta ex fructibus dotis, Atta-
8 men Contrarium, quod sit locus restitutioni † dotis, vbi culpa Viri fit separatio, attento Iure communi est verius *ad tex.in § mitiores. vers.si igitur mulier. Auth. de nupt.& in cap.1.de donat.inter Vir.& Vx.Rot.coram Seraph.decis*.1308.*n*.2.*&* 1315.*n*.1.*& seq. in Romana, seu Interamnen. separationis Thori* 11.*Decemb*. 1602. *coram bo.me. Card.Pamphilio, quæ est decis*.58. *par*.1 *recentiss. in Romana separationis Thori* 1.*Febr*. 1616.*coram nunc Eminentissimo Card.Pamphilio, quæ est decis*.706.*n*.3.*par*.1.*recent.in Romana Diuortij* 14. *Martij* 1618. *coram bo.me. Card.Sacrato*, *in Recanaten. separationis Thori* 20. *Maij* 1620. *coram bo.me. Vbaldo*, *& demùm in dicta Ianuen. separationis Thori* 28.*Nouemb*.1633.*coram R.P.D.Pirouano in fin*.

Laus Deo, Beatissimæ Virgini, & toti Cœlesti Curiæ.

REFORMATIONES

# REFORMATIONES AC DECRETA

## Super modo obſeruandi Edicta, Statuta locorum, Conſtitutiones Marchiæ, & Iura communia, & ſuper Sportulis Auditorum, & Iudicum, ſalarijs Aduocatorum, Procuratorum, & Notariorum tam Ciuilium, quam Criminalium, mercede, & taxis Barigelli, & quorumcumque Executorum, tam in Ciuitate Peruſina, quam in vniuerſa Prouincia Vmbriæ reſpectiuè, edita ſub Anno Domini 1549.

PER ILLVSTRISSIMVM, ET REVERENDISS. D. D. IVLIVM FELTRIVM DE RVVERE Soræ, & Arcis Ducem, ac S. R. E. Sancti Petri ad Vincula Diaconum Cardinalem Vrbini nuncupatum, eiuſdem Ciuitatis, ac Prouinciæ Legatum.

*Et nouiter per Sanctiſſimum D. N. D. Gregorium Papam XIII. cum nonnullis additionibus, & declarationibus approbata, & confirmata, prout ſequentes eius literæ, & additiones ipſa indicabunt.*

# GREGORIVS XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

DECET Romanum Pontificem fœlici Gubernio Ciuitatum inſignium Romanæ Eccleſiæ temporali ditioni ſubiectarum prouidere, quod ſi aliqua ad eum finem ſtatuta, conditaque ſunt; vt illa in mores inducantur, vſuque recepta ſuccedentibus temporibus obſeruentur, illis prius exactè viſis, & examinatis, Apoſtolicæ confirmationis robur adijci, & in melius reformari æquum eſſe cenſemus. Sanè ſicut accepimus de Anno Domini milleſimo quingenteſimó quadrageſimo nono, die 16. Febr. Venerabilis Frater noſter Iulius Epiſcopus Preneſtinus, tunc S. Petri ad Vincula Diaconus Cardinalis Vrbini nuncupatus, in Ciuitate noſtra Peruſina Sedis Apoſtolicæ Legatum de latere gereret, nonnulla decreta edidit, per quæ Conſtitutiones Marchiæ Anconitanæ, & iura communia ſuper ſportulis Auditorum, & Iudicum, ſalarijſque Aduocatorum, Procuratorum, & Notariorum mercede, & taxa Barigelli, & quorumcumque Executorum, tam in Ciuitate prædicta, quam vniuerſa ſua Legatione obſeruari voluit, & mandauit, quòd ad tollendum abuſús, qui in eadem Ciuitate, & alijs locis inoleuerant, & ad redimendum eos, qui litibus vexabantur, vtque laboribus, & expenſis, & diuturnis carcerationibus eorum, qui plus æquo grauabantur parceretur, peſſimi autem homines condignas factis pœnas luerent, factum fuit. Ex illis autem Conſtitutionibus nonnulla hodie obſeruantur, alia autem temporum, vel hominum iniuria, aut alijs de cauſis cum ſiniſtro ſenſu interpretata, contortaque fuerint ab Aula receſſerunt. Eam igitur ob cauſam dilecti filij Priores Artium, & Populi Ciuitatis noſtræ prædictæ, qui ratione Magiſtratus tollendis abuſibus, & perſonibus paupertate oppreſſis ſubleuandis, ac paci, & quieti dictæ Ciuitatis ſtudere debent, nonnullos ex primatibus Legum peritis, quorum magna copia ea in Ciuitate eſt, & eiuſdem Ciuitatis inſignibus, Procuratoribus, qui Conſtitutiones prædictas per Iulium Cardinalem editas, præmiſſaque omnia cognoſcerent, reuiderent, moderarentur, & ampliarent; illiſque adderent, & detraherent, prout Ciuitati prædictæ expedire arbitrarentur, de conſenſu tamen Venerabilis Fratris Epiſcopi Cauenſis nunc eiuſdem Ciuitatis Gubernatoris, reſeruato etiam noſtro, & Sedis Apoſtolicæ beneplacito, eligerunt, & deputarunt, illi autem ſic electi, & deputati nonnulla per eundem Iulium Cardinalem, decreta moderati fuerunt, aliqua etiam declararunt apertius, & quædam de nouo ab ipſis facta adiecerunt, paucá verò de conſenſu Collegij dilectorum filiorum Notariorum Peruſinórum, & interuentu dilecti filij noſtri Fuluij tituli S. Adriani Presbiteri Cardinalis Peruſini nuncupati, Eccleſiæ Peruſinæ Præſulis, addentes de nouo ordinarunt. Quibus omnibus ad nos delatis, dilectis filijs noſtris Alexandro tituli S. Mariæ in Via, Sfortia, Iulio Antonio tituli S. Bartholomei in Inſula, S. Seuerinæ, Petro Donato tituli S. Vitalis, Cæſio nuncupatis, ac Philippo tituli S. Sixti Presbyteris Cardinalibus, viuæ vocis oraculo dedimus in mandatis, vt ea, quæ reformata, addita, & detracta eſsēt Conſtitutionibus per Iulium Cardinalem iam editis, eaſdemque Conſtitutiones diligenter inſpicerent, & quæ probanda eſſent, probarent, & vltimam manum illis imponerent. Cum autem ſicut ijdem Alexander, Iulius Antonius, Petrus Donatus, & Philippus Cardinales nobis retulerunt ea omnia per eos viſa, & exactè diſcuſſa, & dictæ Ciuitati admodum vtilia reperta fuerint; Nos, qui cunctarum Ciuitatum præſertim quarum fides, & obedientia eſt inſignis fœlicem ſtatum

sinceris desideramus affectibus de omnibus, & singulis præmissis accuratè edocti, ac Constitutionum, & ordinationum, per Iulium Cardinalem editarum, vt præfertur, tenores præsentibus pro expresssis habentes. Motu proprio non ad ipsorum Priorum, vel quorumlibet aliorum nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam; sed ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, Omnia, & singula Decreta, Statuta, Reformationes, & Ordinationes per quoscumque quauis auctoritate fungentibus edita, & etiam confirmatione Apostolica roborata, quatenus Constitutionibus per Iulium Cardinalem iam editis de anno, & mense supradicto, & ijs, quæ hic infra descriptæ, & per Cardinales prædictos approbatæ sunt Additiones, reformationes, & aliæ ordinationes aduersentur, reuocantes, cassantes, & annullantes. Constitutiones per Iulium Cardinalem olim editas, nec non eas, quæ inferius sunt descriptæ ordinationes, & declarationes, quas Cardinales predicti probarunt, omniaque, & singula in eis contenta quæcumque Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac illis inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, supplentes omnes, & singulos Iuris, & facti, ac solemnitatum forsan in illis condendis omissorum defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem. Mandantes omnibus, & singulis dictę Ciuitatis nunc, & pro tempore existentibus Gubernatoribus, Locumtenentibus, Iudicibus, Officialibus, & alijs, quos præmissa quomodolibet tangunt quatenus omnes, & singulas Constitutiones per Iulium Cardinalem prius editas, necnon reformationes, & additiones hic insertas, & vt præfertur approbatas, eas, & omnia in eis contenta, sub duorum millium ducatorum auri de Camera ipso facto Cameræ Apostolicæ cum primum illis contrauentum fuerit applicandorum, & in subsidium excommunicationis, alijsque Ecclesiasticis censuris, & pœnis dictas Constitutiones, & reformationes Iulij Cardinalis iam impressas, ac omnia, & singula præsentibus literis compræhensa inuiolabiliter obseruent, ac ab omnibus, quos id quomodolibet spectat, obseruari faciant. Decernentes easdem nostras litteras nullo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ defectu quomodolibet notari, argui, vel impugnari posse, sicque per quoscumque Iudices, & Commissarios, quauis auctoritate fungentibus dictæque Ciuitatis Gubernatores, vel etiam de latere Legatos, ac causarum Palatij Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis alter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam per nos forsan quomodolibet quibusuis personis in contrarium concessis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro expresssis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. [ Tenor verò dictorum Decretorum, Ordinationum, Additionum, & Reformationum nuper editorum sequitur, & est talis. [ Prima additio ad capitulum trigesimum reformationum Iulij Cardinalis Vrbini prædicti tunc Perusiæ, Vmbrieque de latere Legati. Addendo statuimus, quòd Tabellioni pro extractione sententiæ in publicam formam soldatur tertia pars eius quantitatis, quę fuerit soluta Iudici pro sportulis, iuxta taxam de sportulis Iudicum. Et hoc dummodo dicta tertia pars non excedat summam quindecim scutorum, quoties verò contigerit dictam tertiam partem excedere summam quindecim scutorum, & sic sportulę Iudicis fuerint vltra scuta quadraginta quinque, tunc Notario nō debeatur nisi quarta pars sportularum. [ Additio secunda. Quia quotidie contingit, quòd litigantes copiam petunt de productis in iudicio, & Tabelliones pro minori partium dispendio originalia producta alteri parti concedunt in graue damnum producentis talia iura, Idcirco statuimus, & ordinamus, quod originalia à partibus producta alteri parti copiam petenti non accomodentur nisi de eorum cōsensu, teneaturque Notarius in actis mentionem facere sicut de cæteris, & si Notarius contrafecerit incidat in pœnam duorum scutorum applicandorum parti originalia producenti, & priuetur exercitio scribendi in tali causa, exceptis tamen processibus, qui in causis producerentur, vel qui produci contigerint, qui accommodari debeant soluto dumtaxat quadrante vno pro qualibet carta, & vnica solutione facta vlterius non soluatur pro accommodationibus forte vlterius deinceps faciendis, sed dictorum processuum productorum tantum, & parti sic vt suprà, copiam petenti tradat sumptibus petentis, & copiæ sint viginti saltem versum pro quolibet latere, & quilibet versus sit ad minus septem dictionum, inter quas non connumerentur monosyllabæ, & pro dictis copijs accipere possint, & valeant bononenos duos pro qualibet carta ab vtroque latere scripta, & non vltra, etiam si plures collitigantes pro illa parte essent, & ad instantiam plurium copiæ extraherentur, & si contigerit copias prædictas quandocumque publicari, & in publicam formam redigi, pro publicatione accipere possint solidos viginti, & non vltra. [ Additio tertia. Et ad hoc, vt celerius causæ expediantur, & Iudices integraliter inspicere possint omnia acta, & actitata statuimus, & ordinamus, quod statim publicato processu Notarius actuarius teneatur describere omnia, & singula acta, & actitata eo modo, quo fuerint extensa, sin autem eo modo, quo facta fuerint per partem, vel eius Procuratorem, sub pœna decem librarum applicandarum Hospitali Collegij dictorum Notariorum, & priuationis officij scribendi in dicta causa, & Notarius non teneatur accommodare dictum processum alicui ex dictis partibus nisi fuerit integrè satisfactus de sua mercede tam pro dicta accommodatione, quam etiam pro actis factis ab illa parte petente dictam accommodationem. [ Additio quarta. Tollentes similiter abusus extractionum instrumentorum in forma Cameræ celebratorum, quæ vt plurimum loco mandati executiui extrahebantur in graue damnum debitorum, & nulla ferè subsistente causa statuimus, & ordinamus, quod infrascriptus modus seruari debeat. Videlicet, quod in primis citetur debitor obligatus in forma Cameræ pro tali die, & hora ad soluendum debitum vigore obligationis in forma Cameræ rogato manu talis &c. pro tali summa &c. alias ad dicendum causam quare mandatū executiuum

in se susceptum relaxari non debeat instan. tali &c. in qua si reus non comparuerit Iudex relaxabit mãdatum executiuum cum intimatione, & facta relatione à baiulo de intimatione personaliter, vel domi solitæ habitationis ipsius debitoris fiat executio absque alia instrumenti extractione cum licentia in forma. Si debitor comparuerit, & copiam instrumenti petierit tunc extrahatur, sumptibus petentis reficiendis sibi per partem aduersam si succubuerit, & iustitia in hoc partibus administretur, & in relaxatione mandati executiui dicatur relaxatum fuit mandatum executiuum seruata forma. [ Additio quinta. Quod cassentur instrumenta. Quia experientia est rerum magistra, & quotidie debita iam soluta iterum petuntur, & multoties ob defectum probationis solutionis factæ debitores iterum soluere coguntur. Idcirco statuimus, & ordinamus, quod quotiescumque contigerit, quod contrahentes ad inuicem, vel vnus alteri faciat quietationem de aliquo debito, vel alterius cuiuscumque promissionis factæ alterius manu publici Notarij, quod in tali instrumento quietationis, & refutationis Tabellio, qui fuit de hoc rogatus teneatur, & obligatus sit facere appodissam, in qua dicat tales, & tales fecerunt quietationem, & cassarunt instrumentum tale pro tali summa; & statim ostensa dicta appodissa manu Notarij subscripta, Tabellio, qui de instrumento debiti est rogatus debeat cassare instrumentum debiti, & obligationis annotando in margine talem appodissam, & pro tali appodissa, & cassatione vnusquisque dictorum Tabellionum habere, & consequi debeat à parte, in cuius fauorem fit cassatio bononenos duos pro qualibet vice, & cassatione vltra mercedem solitam, & consuetam, si verò idem Notarius sit rogatus de debito, & refutatione ipse idem teneatur facere mentionem de dicta refutatione in margine instrumenti debiti. [ Additio sexta. Quod Tabelliones teneantur dare copias. Quia sæpe contingit, quòd contrahentes, vel aliæ personæ, quas negotium tangit, & in futurum tangere potest placita, & conuenta sapienti ostendere volunt pro consilio habendo super rebus in instrumento contentis, & ob nimiam expensam extractionis instrumentorum, quam substinere nequeunt, eorum iura interdum pereunt; Idcirco statuimus, & ordinamus, quod omnes, & singuli Notarij teneantur, & obligati sint cuilibet instrumentorum quorumcumque copiam simplicem petenti dictorum quorumcumque instrumentorum simpliciter copiam sine die, Testibus, & subscriptione eidem tradere omni exceptione remota, etiam si instrumenta essent alterina Notarij præmortui, & reperirentur in manibus ipsius Tabellionis, cum ista tamen declaratione, quod prædictæ copiæ nullam fidem faciant in iudicio etiam si essent confectæ, & subscriptæ manu ipsius Notarij, & pro copijs prædictis, possint Notarij prædicti accipere bononenos quatuor pro quolibet folio ab vtroque latere scripto, cum viginti lineis, siue versibus, qui ad minus sint septem dictionum, vt supra in alijs dictionibus fuit explanatum, sub pœna in prædictis casibus scutorum decem pro quolibet, & qualibet vice, pro medietate Cameræ Apostolicæ applicandorum, pro alia medietate parti copiam petenti, & exequutori. [ Additio septima. De scripturis Notariorum mortuorum, & illarum ostensione. Item ad tollendas fraudes, & incommoda, quæ quotidie exoriri solent circa contractus, distractus, donationes, venditiones, testamenta, codicillos, & vltimas voluntates, & alia quæcumque instrumenta Notariorum mortuorum, quæ remanent in manibus hæredis Notarij præmortui, vt plurimum experientiam aliquam artis Notariatus non habentis. Idcirco statuimus, & ordinamus, quod statim mortuo Notario, videlicet infra decem dies à die mortis Notarij, ipsius hæredes teneantur, & obligati sint quoscumque contractus, donationes, testamenta, codicillos, vltimas voluntates, processus, omnesque alias scripturas per inuentarium consignare in manibus Dominorum Priorum Consortij Notariorum Perusinorum, sub pœna quinquaginta scutorum Cameræ Apostolicæ applicandorum, & totius emolumenti, quod exoriri posset ex prædictis scripturis, applicandi ipso facto Hospitali dictorum Notariorum pro sustentatione puerorum illius Hospitalis, & prædicti Priores Notariorum teneantur, & obligati sint dictas scripturas publicas consignare descendentibus, vel proximioribus dicti Notarij præmortui, dummodo sint Tabelliones matriculati in Consortio Notariorum prædictorum, & ipsis non existentibus, Notario publico eiusdem Collegij, concordato hærede de precio scripturarum, iuxta declarationem faciendam per duos homines communiter eligendos, & interim apud se fideliter retinere, & dicti Priores auctoritate præsentis Statuti possint, & valeant cogere hæredes, ac detentores scripturarum prædictarum ad consignationem scripturarum, & ad exequutionem dictæ pœnæ de facto, & sine aliqua iuris cognitione, & absque aliqua declaratione, qui Notarij sic deputati pro ostensione instrumentorum accipere non possint, nisi tres bononenos pro qualibet ostensione, vnum pro se, duos pro hærede, donec aliter non fuerit conuentum inter hæredem, & dictum Notarium, vel Priores dicti Consortij, & præmissa exequantur contra hæredes Notarij statim facta publicatione huius decreti, & ordinationis. [ Additio octaua. Quid accipiendum pro mercede Notariorum. Item statuimus, & ordinamus ad subleuandos subditos in quantum fieri potest à superfluis expensis, quod si in futurum contigerit extrahi per aliquem quæcumque instrumenta in publicam, & autenticam formam confecta, manu eiusdem, vel præmortui Notarij in tali casu Tabelliones instrumenta prædicta in publicam formam extrahentes non possint, nec valeant accipere mercedem nisi pro illa quantitate, qua indiget extrahi faciens, sed si instrumentum extrahendum contineat creditum ducentorum scutorum, & extrahi volens indigeat eo solum pro consequendo centum forte quia de alijs centum iam sibi sit facta solutio solum pro centum mercedem soluat dummodo solutionem dictorum centum iam factam probet sufficienter, plenè, & legitimè, & similiter in testamento si legatarius pro consequendo legato voluerit sibi extrahi dictum legatum teneatur Notarius dare sumptum ipsius legati extensum in publicam formam hoc modo. Inter alia, quæ reperiuntur, & sunt in quodam testamento facto per N. sub anno, mense, die &c. manu N. adest infrascriptum legatum, videlicet. Item iudicauit, & reliquit N. scuta centum soluenda. Deinde dicat & post dictum legatum in dicto testamento fuit facta hæredis institutio de N. prout in eo latius continetur, & pro tali sumpto in publicam formam legatarius non teneatur soluere Notario nisi pro concurrenti quantitate in legato comprehensa, & huiusmodi sumptum auctoritate

præsentis Statuti fidem faciat perinde, ac si esset in eo comprehensa hæredis institutio de verbo ad verbum quoad consequendum dictum legatum, & ad fauorem dicti legatarij tantum. Non obstantibus legibus, constitutionibus, statutis, aut alijs in contrarium facientibus quibuscumque. Ad fauorem verò hæredis, vel alterius cuiuscumque nullam prorsus fidem faciat in iudicio, vel extra, & Iudex adhibens aliquo modo fidem teneatur in sindicatu ad interesse Notarij, & nihilominus actus factus per talem Iudicem ipso Iure sit nullus. Declarantes, quod si legatarius forte voluerit sibi extrahi integrum testamentum teneatur soluere Notario integram mercedem iuxta valorem bonorum in dicto testamento contentorum.

*Additiones Criminales.* Aliæ Additiones ad reformationes Illustrissimi Vrbini Perusiæ, Vmbriæque de latere Legati. In octauo capitulo disponitur sententiam non posse dari in causis criminalibus prout in cedula, & in ciuilibus pariter ferri non debere, sed si in aliqua causa lata fuerit Iudices non possint accipere sportulas ante aperitionem sententiæ. [ Additio secunda. Quia compertum est Iudices in ciuilibus fulminanter sententias ferre, idcirco statuimus, quod neque in ciuilibus possint sententiæ, prout in cedula ferri nisi de expresso partium consensu. In vndecimo capitulo disponitur nullum carceratum in Ciuitate Perusiæ posse relaxari sine mandato subscripto per manum propriam Legati, vel Vicelegati. [ Additio. Et quia ob diuersa negocia præfati Superiores, aut pro tempore Gubernatores semper subscriptiones facere non possunt, ne Carcerati quotidie grauentur laboribus, & expensis, statuimus, & ordinamus, quod sufficiat subscriptio Domini Locumtenentis, seu Auditoris in Criminalibus, & Barigelli ratione suę mercedis, & alia non requiratur subscriptio, exceptis tamen causis capitalibus. In decimoquarto capitulo disponitur, quod Auditores causarum Criminalium, & alij Iudices ferentes sententias absolutorias, in quibus contingit vnica sententia duos reos absoluere habeant scuta quatuor pro quolibet. [ Additio. Item addendo statuimus, quod loco duarum personarum in decreto expressarum intelligatur, & sit numerus quatuor personarum. In decimo octauo capitulo disponitur in causis executiuis, & sententijs latis in contumacia nihil posse accipi pro sportulis. In sententijs verò executiuis latis contradicente parte possint Iudices accipere sportulas. [ Additio. Et quia in executiuis Iudices, vt plurimum parum laborant, Ideo addendo ordinamus, quod pro mediate sportulas accipiant, prout in Commissarijs causis, & ita dictam taxam ordinariam in istis reducimus, nisi desuper fiat processus. In vigesimo primo capitulo disponitur in causis non excedendis quinque florenos nihil pro sportulis accipi posse. [ Additio. Et quia vt plurimum similes causæ tractantur inter pauperes, addendo statuimus, quod in similibus causis procedatur extraiudicialiter, sola facti veritate inspecta, & quòd à sententia lata super tali summa non possit appellari, sed tantummodo concedatur recursus ad Superiores Prouinciæ, & recurrentes expedire faciat infra decem dies, alias causa sit deserta, & exequi possit prima sententia absque alia declaratione. In vigesimo secundo capitulo disponitur, quod negantes positiones etiam per verbum non credo in notorijs puta filiationem, matrimonium, consanguinitatem, & alia publicè notoria teneatur pro pœna soluere libras quinque monetæ Perusinæ applicandas pro medietate Cameræ Apostolicæ, & pro alia parti aduersæ. [ Additio. Item statuimus, quod pœna contrafacientis sit decem librarum applicandarum parti aduersæ, & Cameræ Apostolicæ vt supra, & statim exigi debeat sine aliquo processu desuper faciendo, & negans non audiatur in causa nisi soluta prius pœna. In trigesimo septimo capitulo disponitur, quod in executionibus realibus faciendis non possit ingredi domum nisi vnus Birruarius cum Notario, vel duobus testibus, non tamen Birruarijs si abi commodè haberi possunt, & in Comitatu cum Baiulo, vel Sindico, seu Massarijs. In trigesimo nono capitulo disponitur Carceratos non teneri ad solutionem carceris nisi solidos quinque pro quolibet die in Criminalibus, quando Carcerati de suo viuerent. Si verò reciperent expensas ab ipso Custode Carcerum solidos quindecim, ad quas expensas recipiendas non possint Carcerati modo aliquo coarctari nisi starent in secretis. [ Additio. Addendo statuimus, & ordinamus ad reprimēdam voracitatem Custodis Carcerum, quod ipse Custos teneatur sub pœna priuationis officij libere dare Carceratis etiam in secretis carceribus, arbitrio tamen Gubernatoris pro tempore, omne id, & totum, quod sibi pro alimentis Carceratorum traditum fuerit, & de obseruantia præsentis capituli stetur dicto Carcerato cum vno teste etiam Carcerato, & eius iuramento. [ Additio secunda. Item quod Commissarij, Fiscalis, Vicefiscalis, Notarij, & Executores euntes per Territorium, & Prouinciam non possint petere ab aliqua Communitate, vel particulari persona victum, vel aliud pro alimentis sine solutione, sed teneantur soluere victum, & alia, quæ haberi contigerit iusto, & condecenti precio. Mandantes omnibus Hospitibus, vt nullo modo recusent, recepta competenti mercede, sub pęna arbitrij nostri hospitari omnes Executores, qui ad eorum hospitium venirent. [ Additio tertia. Item statuimus, quod Notarij actuarij debeant quolibet anno sindicari, sicut alij Officiales Curiæ in fine eorum officij. In trigesimo secundo capitulo disponitur, quod si aliquis existens in Palatio de mandato Iudicis ponatur in carceribus pro causa criminali, Barigellus, seu Executor habeat solummodo quartam partem eius, quod haberet si cœpisset in Ciuitate extra Palatium. [ Additio. Item quia dubium interdum oriebatur quomodo intelligenda esset quarta de qua supra, huiusmodi ambages recusantes. Declaramus quartam partem intelligi debere respectu mercedis, seu executionis factæ si reus esset captus in Ciuitate, ita vt si de Palatio ponatur in carceribus iussu Iudicis, habebit executor solum dictam quartam partem, & non vltra. In quadragesimo tertio capitulo disponitur, quod in causis ciuilibus Executores pro qualibet executione vsque ad summam decem florenorum bononenos duos, vsque ad summam quinquaginta florenorum bononenos viginti in totum, & à quinquaginta florenis supra pro quolibet floreno bononenum vnum. [ Additio. Et quia quotidie oriebatur dubium super Executoribus, & mercede Executorum exequentium brachia secularia, vel alia mandata executiua, quæ Iudices cuiuscunque loci extra Ciuitatem hanc relaxant: ideo statuendo declaramus contenta in decreto habere locum etiam in brachijs secularibus, & alijs quibuscumque mandatis executiuis. [ Additio secunda. Item statuimus, quod si solutum est nulla executio personalis fieri

posse

possit pro debito ciuili contra forenses, qui conducerent victualia ad Ciuitatem, vel Romam versus iter facerent cum eisdem. [ Additio tertia. Item statuimus quod si contigerit aliquem capi pro debito ciuili Iudex an debeat excarcerari, vel ne prouideat prout iustũ sibi videbitur. In quadragesimo quinto capitulo disponitur Executores non debere aliquid accipere pro mercede, nisi facta prius effectuali executione. [ Additio. Addendo statuimus, quod si mercedem pro executione acceperint absque eo, quod executionis effectum faciant priuetur officio, & puniatur arbitrio Superioris Prouinciæ. In vigesimo nono capitulo. [ Additio. Item statuimus, quod relationes Sindicorum non possint recipi nisi in scriptis manu ipsius Sindici, vel si is scribere nesciat manu alterius, & reponantur in filo ad euitandas fraudes. Item ad tollendas quæstiones, quæ quotidie exoriri solent super mercede Notariorum in criminalibus occasione pœnæ corporalis, quæ quotidie ex forma bannimentorum augebatur, statuimus, & ordinamus, quod quoad mercedem Notariorum tantum illa dicatur pœna corporalis, quæ expressa, & declarata fuerit de iure communi, vel ex dispositione Constitutionum Marchiæ super maleficijs, non autem, quæ in bannimentis tam factis, quam in futurum faciendis continetur, iuxta tenorem literarum Cardinalis S. Sixti de mandato Sanctissimi D.N tenoris infrascripti, videlicet. Molto Reuerendo Sig. come fratello. Dalli Ambasciatori delle Prouincie, e delle Città dello Stato Ecclesiastico, che hora si trouano in Roma, si è vnitamente esposto à N.S. l'aggrauio, che pretendono riceuere dalli Cancellieri Criminali, presupponendo, che siano molto alterati li capitoli, e tasse fatte sopra le loro mercedi. Onde N.S. che non vuole il pregiuditio di veruno, hà voluto, che si scriua à tutti li Gouernatori, che faccino inuiolabilmente osseruare gl'ordini fatti sopra detti pagamenti, procedendo contra quelli, che contrauerranno à quelle pene, che si contengono nel Motuproprio della santa mem. di Paolo IV. e particolarmente Sua Santità vuole, che oelle mercedi si attendino le pene imposte dalle leggi commoni, ouero dalle Constitutioni della Marca, e non le pene bandimentali. E questa medesima regola si potrà pigliare nelle mercedi propine, e sportole d'Auditori, e di Barigelli. Si che sapendo V.S questa determinatione di Sua Beatitudine non mancherà di farla mettere in essecutione per tutta la giurisdittione del suo gouerno, e si conserui sana. Di Roma li 30. d'Agosto 1572. Come fratello Il Cardinal S. Sisto. & ab extra. Al molto Reuerendo Signor come fratello Il Gouernatore di Perugia. A Perugia. Item statuimus, & ordinamus, quod Notarij Cancellariæ Criminalis aliquem compellere non possint in initio alicuius Legationis, Vicelegationis, aut Gubernij ad refirmandum fideiussiones antea præstitas de se repræsentando Curiæ, vel de non offendendo aliquem sub certa pœna quotiescumque moderno, & pro tempore existenti Legato, Vicelegato, vel Gubernatori visum fuerit declarare per edictum, siue bannum generale dictas fideiussiones intelligi refirmatas, Quod edictum, siue bannum loco dictæ refirmationis volumus valere. Non obstante quocumque vsu, vel consuetudine in contrarium. Item statuimus, & ordinamus, quod Notarij prædicti quotiescumque receperint aliquam pecuniarum quantitatem pro mercede scripturarum, & laborum suorum ab aliquo, teneantur, & obligati sint refutationem, & quietationem facere, & describere, & subscribere propria mano in bastardello forte per volentem soluere allato, alias in appodissa adnotando quantitatem, quæ soluitur, pro qua re soluitur, annum, mensem, & diem quibus soluitur, ne forte per errorem, aut fraudem idem debitum ab eadem persona bis peti contingat, & dicta scriptura fiat sine aliqua mercede, & faciat fidem in iudicio, & extra. Item statuimus, & ordinamus, quod Locumtenentes, siue Auditores causarum Criminalium nihil possint accipere, seu exigere ab aliquo reo, seu alio eius nomine pro cassatione eius querelæ, vel inquisitionis, etiam si fuerit cassanda per viam abolitionis vt dicitur, quotiescunque non fuerit dicta cassatio, vel abolitio decretata per eum Auditorem, sed fuerit de mandato Legati, Vicelegati, seu Gubernatoris. [ Additio ad capitulum quadragesimum tertium. Item statuimus, atque ordinamus, quod Baiuli electi, & in futurum eligendi teneantur, & obligati sint in principio eorum officij iurare in manibus Dominorum Priorum Ciuitatis Perusiæ, & Notarij in Criminalibus, de bene, & fideliter exercendo eorum officium, & quod portent medaliam cum armis Ciuitatis, & quod quilibet ex dictis Baiulis, videlicet, vnus pro quolibet die teneatur, & obligatus sit à summo mane vsque ad tertium sonum campanæ communis permanere in Palatio, & illinc non discedere sine licentia D. Locumtenentis, & ordo prædictus obseruetur inter dictos Baiulos donec vnusquisque suum præstiterit officium sub pœna duorum ictuum funis, & quia omnis labor optat præmium, nec non vt fraudes euitentur statuimus, & ordinamus, quod Baiuli in Criminalibus post primam citationem factam ad respondendum inquisitioni, pro alijs duabus citationibus faciendis habeant, & habere debeant ab ipsis inquisitis bononenum vnum pro quolibet inquisito, & qualibet cedula, vel inquisitione, aut præcepto ex quacumque causa extra Ciuitatem. In Ciuitate verò seruetur stylus, & ordo antiquus, & quod in cedulis Notarius teneatur adnotare mercedem ipsius Baiuli, qui fideliter teneatur facere relationes, sub pœna fustigationis. Excipimus tamen ab huiusmodi onere personandi in Palatio Baiulos omnes Artium ipsius Ciuitatis, vt commodius possint inseruire Tribunalibus dictarum Artium. [ Additio secunda. Item statuimus, & ordinamus, quod omnis citatio per Cursores, vel Baiulos quacumque hora diei facta censeatur facta, & exequuta pro alia die hora solita, etiam quod relatio nuncij fiat in illa die, & decreta quæcumque facta super illa citatione in illa die, in qua fuit domi executa sint ipso iure nulla, & citatio fiat cum dimissione cedulæ. [ Item statuimus, & ordinamus, quia clausula sine tamen præiudicio locorum Piorum, & personarum ibi existentium, alias in fine cuiusdam Statuti de dotibus, & dotatis mulieribus rubr. 45. ac etiam de vltimis voluntatibus obseruandis rubr. 46. lib. 2. Statut. Perusio. in reformatione facta de Anno 1563. & die 22. Martij apposita, ac inserta conseruationi agnationum dictæ Ciuitatis aduersari dignoscitur, & contra omne iuris, & æquitatis debitum, cum par sit, & esse debeat conditio fœminarum, Pia loca ingredientium, quam nubentium. Idcirco statuimus, & ordinamus dictam clausulam remouendam, & anullandam esse, eamque pœnitus irritam, & abolitam facimus. Cæteris tamen in dictis Statutis contentis, firmis, ratisque permanentibus. Philippus Boncompagnus Card. S. Sixti.

*Moderatio Statuti de dotib. & success. ab intest.*

Datum

Datum Romæ in Aedibus nostris die 2. Iunij 1573. Antonius Vgolinus Secretarius. Vt autem omnia præmissa ad omnium, quos illa respiciunt, aut respicere in futurum poterunt perueniant notitiam, & illarum ignoratio nequaquam prætendi possit, volumus hæc omnia post præsentium literarum receptionem in dicta Ciuitate publicari, ac à die publicationis ita arctare, ac si singulis personaliter intimata essent, ac præsentium literarum träsumptis etiam impressis manu publici Notarij subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutę munitis eandem prorsus fidem adhiberi, quæ his nostris literis ostensis, & exhibitis haberetur. Dat. Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 20. Iunij 1573. Pontificatus Nostri Anno secundo.

*Cæs. Glorier.*

*IVLIVS FELTRIVS DE RVVERE Soræ, & Artis Dux, & miseratione Diuina S. R. E. S. Petri ad Vincula Diaconus Cardinalis Vrbini nuncupatus, Perusiæ, Vmbriæque de latere Legatus, ad Perusinorum, Vmbrorumque perpetuam felicitatem.*

CVM nihil sit tam sanctum, aut regium, aut munificum, quam Præsidem Ciuitates eius Prouinciæ, quam regendam, ac moderandam susceperit, pacate, tranquille, summoque consilio, ac prudentia gubernare. Idque facile fieri posse haud verendum est, si legum illa vis sancta, immaculataque sine quibus Ciuitates aut esse, aut bene moratæ esse non possunt, ab omnibus habeatur, si scelera, fraudesque nocentium supplicio constringantur, si innocentes iudiciorum pœna liberentur, si religio, & maiestas à Iudicibus, si grauitas, & integritas à Magistratibus, ac eorum Ministris obseruetur. quare cupientes (vt nos decet) opem ferre supplicibus. Afflictos excitare, & incommodis miseros subleuare, ne amplius quotidiana querimonia apud nos vtantur, de pecunijs ab eis indigne, & auare exactis. Et vt homines si qui æquitate minus mouentur, pœnas saltem, & iudicia Iudicum metuant, & perhorrescant. Prius inuocato Dei Optimi Maximi nomine, qui cuncta regit, ac gubernat. Volumus hæc edicta placita, ac sanctiones, quæ à nobis nunc promulgantur, sic ab omnibus, qui cum imperio sunt, sancte, religiose, & inuiolabiliter teneri, ac obseruari, vt si quis secus fecerit, has pœnas luat, quas eius auaritia meretur, atque improbitas.

*Quæ iura seruanda in primis.*
*II.*

IN primis igitur (Christi nomine innocato) statuimus, decernimus, volumus, ac mandamus in omnibus, & quibuscumque causis, & iudicijs in futurum faciendis ciuiliter, seu criminaliter, & in quocumque foro Ciuitatis Perusiæ; & aliarum Ciuitatum, Locorum, & Terrarum Legationi nostræ subiectarum, tam in procedendo, quam in decidendo, condemnando, seu absoluendo, & quocumque alio modo pronunciando, & sententiando, attendi, & obseruari debere, præcipuè & ante omnia Proclamata, & Bannimenta nostra, tam nuper edita, & publicata, quam in futurum edenda, & publicanda, sublatis quibuscumque alijs Præcessorum nostrorum, etiam à nobis alias confirmatis Bannimentis. Nostris verò cessantibus, attendi, & seruari debere decernimus, & mandamus Statuta locorum, in quibus agi contigerit, modo tamen sint per Sanctissimum Dominum Nostrum confirmata, seu per loci Superiorem auctoritatem habentem. Post præmissa Constitutiones Marchiæ, & vbi ex his omnibus occurrenti casui prouisum non esset, ius canonicum, vel ciuile, quod in loco, & contingentia facti præualeret.

*Significanda per Officialium literas delicta, quæ in Prouincia perpetuantur. III.*

ITem volumus, iubemus, edicimus, & mandamus, quod omnes Gubernatores, Commissarij, seu Locatenentes, Potestates, Vicarij, & Officiales quocumque nomine nuncupentur, & quauis prærogatiua fungantur, in Ciuitatibus, Terris, & Locis Legationi nostræ subiectis, debeant, ac teneantur per suas literas, quam primum contigerit nos certiores reddere de omnibus, & quibuscumque delictis (præterquam in leuioribus) in futurum committendis per quamcumque personam laicalem, vel clericum, & religiosum, aduenam, & quemcumque alium, cum expressione qualitatis causæ, nominum, & cognominum delinquentium, offendentium, & offensorum, & nihilominus interim non desistant, prout res exegerit causam persequi, & perficere processum. Et prædicta hæc omnia ab eis obseruari debeant, sub pœna priuationis officij, & aliarum arbitrio nostro imponendarum.

*Non remittenda pœna per Officiales nisi certo modo.*
*IV.*

ITem volumus, statuimus, decernimus, inhibemus, & expresse mandamus, quod nullus Gubernator, Commissarius Locumtenens, Potestas, Vicarius, Executor, Exactor, vel Officiales quodcumque officium, & quemcumque Magistratum exercentes, & repræsentantes possint, aut valeant gratiam aliquam sub quouis prætextu, aut colore, in pœnis, ac de pœnis facere, aut alio modo indulgere, non obstantibus consuetudinibus in contrarium facientibus quibuscumque, excipimus autem Gubernatores Ciuitatum, & Terrarum, Locatenentes, & Potestates illorum locorum, quæ à Gubernatoribus non reguntur, sed ab illis, vt plurimum, sub nomine Commissariorum administrantur. Qui Gubernatores, & Potestates, & cæteri prædicti valeant, & possint dumtaxat vsque ad quartam partem pœnarum in pecuniarijs, & non in alijs impositarum, vel imponendarum, gratiam facere, residuum verò dictarum pœnarum in prædictis causis pecuniarijs componi debeat, ac tractari in Ciuitate Perusiæ, in qua etiam nullus Officialis, maximè Capitaneus Supramuri, & Executores, seu Commissarij, & Officiales Grasciæ possint componere, aut exigere ratas ad eos spectantes, nisi prius concordata Camera, & prædicta omnia fieri, & obseruari mandamus sub pœna centum ducatorum Cameræ Apostolicæ applicandorum, pro qualibet vice, & quolibet contrafaciente, ac nullitatis gratiæ, & excommunicationis ipso iure incurrenda, à qua non possint nisi per Sanctiss. D. N. aut nos absolui, hæcque intelligantur nisi aliter per Statuta, aut alia locorum ordinamenta, in casibus leuioribus, præsertim damno-

tum

cum datorum decretum esset, nam in ipsis talia Statuta, & ordinamenta in viridi tamen obseruantia existentia, obseruari posse permittimus, quantum pertinet ad gratiam faciendam.

*Gratias non valere nisi intra decem dies redimantur &c.* *V.*

ITem quod omnes gratiæ cuilibet in futurum concedendæ nullius roboris, vel momenti existant, nisi infra decem dies à die datæ in signatura, fuerint per volentem eis vti redemptæ, & in eis contenta executioni debite demandata.

*Executiones sine mandato ne fiant.* *VI.*

ITem quod nullus, cuius iurisdictio non sit, possit, aut valeat, veluti Fiscalis, Barisellus, & Notarius, sine speciali mandato nostro, vel Iudicis, qui iurisdictioni præsit, vel cui alias commissum fuerit, committere demandare, vel alias facere aliquam capturam, nisi mandata prædicta manu propria subscripta fuerint à Iusdicentibus, ita quod omnes, & quicumque Executores, & Officiales nullo modo valeant in futurum, & exclusi esse omnino existimentur, & sint, à facultate cuiusuis capturæ, & executionis in criminalibus faciendis etiam ad instantiam Fisci, seu Cameræ, & cuiusuis alterius in causis criminalibus, ac etiam respectu realium executionum, & pœnarum nisi habeant expressum mandatum subscriptum, vel à nobis, vel ab vno ex Auditoribus nostris, vel ab alijs Gubernatoribus, & Commissarijs in illis locis, & terris, in quibus ius reddunt, sub pœna arbitrio nostro imponenda, excipimus autem casus, si Executores in fragranti crimine aliquem reperirent, vel qui fugam arriperet, vel qui vagabundus esset, vel bannitus, vel de suo delicto alias notoriè appareret, secus facta executio sit ipso iure nulla, relaxeturque captus sine vlla impensa, & Executor puniatur arbitrio.

*Abusus præceptorum ad informandum Curiam sublatus.* *VII.*

ITem ad tollendum abusum præceptorum (quæ etiam maximè in Ciuitate Perusiæ, in causis ciuilibus fieri consueuerunt) ad informandum Curiam, statuimus de cætero nulla præcepta in causis ciuilibus formari posse ad informationem Curiæ. At in criminalibus quoque haud fiant, præcipuè sub maximis pœnis concepta, nisi ex magna, & vrgenti causa, & subscribi debeant ab Auditoribus nostris, & in suis locis à Gubernatoribus, & cæteris Iusdicentibus.

*Sententia prout in cedula sublata in criminalibus, in ciuilibus ex causa certo modo tolerata.* *VIII.*

ITem quod nulla sententia in criminalibus ferri possit prout in cedula, sed legi debeat ad solitum iusdicendi locum, absoluendo, seu condemnando partes prout ius exegerit, sed in ciuilibus monemus Iudices eas ferre non debere prout in cedula, sed si ita ab eisdem in ciuilibus ex aliqua honesta causa pronunciari contigerit, nullas valeant accipere sportulas depositas, seu deponendas antequam sententia aperta, lecta, & publicata re vera fuerit.

*Additio.*

Quia compertum est Iudices in ciuilibus fulminanter sententias ferre, idcirco statuimus, quod neque in ciuilibus possint sententiæ prout in cedula ferri, nisi de expresso partium consensu.

*Prouidetur vt pauperibus præsto sint Aduocati, Procuratores, Notarij sine precio.* *IX.*

ITem volumus, ordinamus, & mandamus, quod in Ciuitate Perusiæ, vltra Aduocatum, & Procuratorem pauperum, eligatur etiam à Collegio Notariorum de semestre in semestre Notarius pauperum, & miserabilium personarum, cum salario ab eodem Collegio eidem Notario constituendo, & persoluendo, qui præter id gratis seruire debeat, & scribere omnia acta, & processus ad dictos pauperes, & miserabiles personas pertinentes, in cæteris autem locis, & nobilioribus terris in quibus constituti non essent Aduocatus, Procurator, & Notarius pauperum, & miserabilium personarum, Collegia Doctorum, & Procuratorum, & Notariorum prouideant pro singulis annis de Aduocato, & Procuratore, & pro singulo semestre de Notario, qui omnes nulla mercede ab eisdem pauperibus recipienda scribant, & patrocinentur. Sed ab eisdem Collegijs congrua salaria eisdem Aduocato, Procuratori, & Notario constituantur. Sed vbi Collegia prædicta non adessent id fieri curent omnino maiores Magistratus Terrarum, & locorum, sumptibus, & expensis Communitatum suarum. Qui verò dicantur pauperes, & miserabiles stetur arbitrio Iudicis.

*In criminalibus neque testes, neque reos examinandos nisi à principaliter Regentibus, aut eorum Auditoribus.* *X.*

ITem quia potissimæ partes cuiusque iudicij, & processus sunt testium depositiones, & attestationes, & maximè in criminalibus, vbi de vita, honore, & pecuniario interesse agitur. Cum testes semel examinati etiam pro informatione Curiæ si repeti contigerit soleant se referre ad primum examen, & non sine maximo periculo inquisitorum, statuimus, & ordinamus, quod nulli possint recipere, seu examinare testes, tam pro informatione Curiæ in criminalibus, quam ad partium instantiam, seu Fisci, qui ab eisdem iusdicentibus, seu eorum Auditoribus, & principaliter regentibus non interrogentur, & examen alias susceptum à Notario, seu Fisco nullam prorsus fidẽ faciat, neque inditium, etiam ad capturam. Rei quoque, & inquisiti non examinentur, neque interrogentur ab alio, quam ab Auditore, seu Gubernatore, ac cæteris quibus iurisdictio data est, & confessio alias ab eisdem reis, & inquisitis facta, extorta esse censeatur, & eisdem nullo modo officiat.

*Carcerati Perusiæ ne relaxentur sine mandato subscripto manu D. Legati, seu Vicelegati, & in Prouincia principaliter Regentium.* *XI.*

A

ITem quod nullus carceratus in Ciuitate Perusiæ relaxari possit sine mandato manu nostra propria subscripto, vel nostri Vicelegati, in alijs autem locis, &

Terris

Terris absque mandato subscripto à Gubernatoribus, Commissarijs, & Potestatibus, seu alijs Officialibus principalibus locorum.

*Additio.*

Et quia ob diuersa negocia prædicti Superiores, aut pro tempore Gubernatores semper subscriptiones facere non possunt, ne Carcerati quotidie grauentur laboribus, & expensis, statuimus, & ordinamus, quod sufficiat subscriptio D. Locumtenentis, seu Auditoris in criminalibus, & Barigelli ratione suæ mercedis, & alia non requiratur subscriptio, exceptis tamen causis capitalibus.

*Commissam executionem verè ab Officialibus debere fieri antequam merces accipiatur.* XII.

ITem quod Executores, quibus data fuit licentia, seu commissio à Iudice relaxata, exequenda realiter, seu personaliter, contra quamcumque personam, Vniuersitatem, Communitatem, vel Collegium, teneantur, atque obnoxij esse censeantur (prout ad eorum officium pertinet) effectualiter exequi, & debite executioni commissionem sibi datam sine exceptione, seu respectu cuiusuis personæ demandare. Neque arbitrium habeant prorogandi, neque possint eorum mercedem recipere, nisi post factam effectualiter executionem, & pro rata executionis factæ. Et si secus à quoquam fieri contigerit, ex nunc prout ex tunc perpetuo officio exequendi priuetur, & priuatus ipso iure intelligatur, & duobus ictibus funis publicæ plectatur, satisfacto interesse partis, & mercede, quam recepisset, seu potius extorsisset restituta debitori.

*Coherceantur delatores, quique per calumniam (quamuis secreto) nomina deferunt, vel accusant.* XIII.

ITem quia sæpe, & sæpius contingit, quod odio, & maleuolentia nonnulli instigatores, & calumniantes moti, falsas querelas, & calumnias secretè, & non palam instigantes porrigunt. Statuimus, & ordinamus quod Auditores, ac cæteri omnes Iusdicentes, eosdem falsos instigatores, falsas instigationes, & querelas porrigentes, vt eorum aduersarios in expensis fatigent, debitis pœnis, quantumcumque secreti fuerint coerceant, & ad interesse partium damnent, & eosdem propalent, contra quos arbitrium damus, & arbitrio eorundem Iudicum, seu declarationi stari determinus, & mandamus. Cæteri autem temerarij querelantes, & instigatores, seu accusatores, aperti, & manifesti, prout de iure condemnari debeant, quando omnes supradicti publici, & secreti: & quilibet ipsorum non aliqua probabili causa, aut verisimili ratione, & honesto fundamento moti, prosilierint, aut secretè, aut publicè ad accusandum, seu querelas porrexerint.

*De sportulis Iudicum in criminalibus.* XIV.

AVditores nostri causarum criminalium, ac alij Iusdicentes, & Magistratus, imperium in Prouincia habentes, quibus non esset specialiter prouisum per Statuta locorum, non obstante quacumque consuetudine, aut alia lege in contrarium volumus, statuimus, & mandamus, quod in causis capitalibus, si reus veniret absoluendus, nihil aliud accipere possint nisi scuta quatuor. Et quoniam contingere potest, quod vno, eodemque processu, pro eodem crimine plures inquirantur rei; & vna, eademque sententia plures absoluendi venirent, eo casu decernimus, & declaramus, ac volumus, quod ad rationem duorum tantum, scuta quatuor pro quolibet, & sic scuta octo recipiant. & si vltra duos fuerint (qui vt dictum est cogi possunt ad soluendum scuta quatuor pro quolibet) non teneantur ad solutionem nisi vnius alterius scuti pro quolibet, vltra duos prædictos. Ita tamen quod distributio prædicta æqualiter, & pro rata fiat, ac soluatur inter dictos reos inquisitos pro eodem crimine, & absolutos, seu absoluendos ab eodem Iudice, & eadem sententia, & processu. In alijs autem causis corporis afflictiuis citra mortem, eo casu, quo reus inquisitus veniret absoluendus, pro absolutione soluat carolenos viginti, sed si duo fuerint simul imputati, & eadem sententia absoluendi, soluant carolenos quadraginta, videlicet viginti pro quolibet. Abinde verò supra, quotcumque fuerint vltra supradictos quadraginta, carolenos quinque pro quolibet distribuendo in totum salarium prædictum (vt proximè dictum est) viriliter inter omnes reos absolutos, vel absoluendos eadem sententia, & ex eodem processu. Si verò pœnæ fuerint pecuniariæ, habeant à florenis centum infra carolenos quinque, à centum vsque ad ducentos carolenos decem, abinde verò supra quantacumque fuerit quantitas, carolenos quinque pro quolibet centenario florenorum, dummodo non transcendant summam viginti carolenorum, vt supra taxatam in corporis afflictiuis. Si verò duo tantum fuerit, vnusquisque soluat integram ratam supradictam, in hoc capitulo taxatam, sine diminutione. Vltra verò duos, si maior fuerit numerus inquisitorum, non teneantur ad soluendum nisi ad rationem de qua supra, videlicet solum quartam partem totius, distribuendo postmodum totam quantitatem inter omnes inquisitos pro rata, ita vt quisque ferat æqualiter partem suam, vt in superioribus.

*Additio.*

Item addendo statuimus, quod loco duarum personarum in decreto expressarum intelligatur, & sit numerus quatuor personarum.

*Quid soluendum pro sigillo mandati ad relaxandum.* XV.

PRo sigillo mandati de relaxando carceratum, vnum grossum pro quolibet: si duo fuerint persoluant, sed si vltra duos nihil aliud vltra exigi possit.

*Quid soluendum pro examine testium in criminalibus.* XVI.

PRo examine testium recipiat Iudices prædicti grossos quinque, diuidendos inter Notarium, & Iudicem, videlicet pro quolibet teste, & si ad instantiam plurium idem testis examinaretur, seruetur taxa ad eandem rationem, & cum eadem defalcatione, & distributione, de quibus supra. Et hæc merces soluatur in capitalibus, vbi de morte agitur. In alijs autem corporis afflictiuis grossos tres pro quolibet teste, vt supra diuidendos, & multiplicantur quando ad instantiam plurium,

plurium vt supra. In pecuniarijs verò grossos duos pro quolibet, eadem partitione, & diuisione semper repetita, & vt supra facienda.

*De sportulis Iudicum causarum ciuilium.*
*XVII.*

AVditores nostri causarum ciuilium, pro eorum mercede, sportulis, & salario, possint, & valeant accipere dumtaxat modo infrascripto, videlicet. Pro sententijs in causis summarum vsque ad viginti quinque florenos, accipiant carolenos quinque, à viginti quinque florenis vsque ad cêtum, accipiant carolenos quatuordecim, à centum vsque ad ducentos, accipiant carolenos viginti, à ducentis vsque ad trecentos, accipiant carolenos triginta, à trecentis supra vsque in infinitum, accipiant pro quolibet centenario florenorum carolenos quinque, & non plus. Idem quoque teneantur accipere, & obseruare cæteri causarum ciuilium Iudices, in omnibus locis Legationi nostræ subiectis. Nisi aliter specialiter prouisum, & dispositum appareret, per statuta in loco vigentia, quæ seruari volumus. Et in alijs taxam superius dictã, abrogata pœnitus quauis contraria consuetudine. Addentes, quod si contigerit in aliqua causa peti compromissum, per actorem, vel reum, iuxta formam Statutorum, & in contradictorio fieret processus, & deinde pronunciaretur compromittendum esse, accipiant pro salario, & sportulis dimidiam partem eius, quod accipere potuissent in causa, pro lata sententia diffinitiua. Alias autem si non fuerit factus aliquis processus, vel si declaratum fuerit, non esse compromittendum, & pars, quæ petebat non appellauerit, nihil accipere posint, aut valeant: si verò appellauerit, & processus fieret, soluatur dimidium (vt supra) ei coram quo factus fuerit processus.

*In causis executiuis nihil sportularum accipiendum, nisi parte contradicente, & facto processu.*
*XVIII.*

IN causis verò executiuis, ex forma Statuti Perusiæ sub rubr. de execut. instr. senten. & laud. cap. 29. lib. 2. vel alterius cuiuslibet vigentis in loco motæ litis, si quidem pars fuerit contumax, & in eius contumacia feratur sententia, nihil pro sportulis accipere valeant. Sed contradicente parte, & facto processu super exceptionibus de iure, vel ex forma Statutorum permissis, sportulas accipere possint, iuxta taxam supradictam.

*Additio.*

Et quia in executiuis Iudices, vt plurimum parum laborant. Ideo addendo ordinamus, quod pro medietate sportulas accipiant, prout in Commissarijs causis, & ita dictam taxam ordinariam in istis reducimus, nisi desuper fiat processus.

*Matrimonialium causarum sportulæ.*
*XIX.*

PRo sententia ferenda in causa matrimoniali volumus, & mandamus sportulas taxari, habita ratione ad quantitatem dotium, & qualitatem processus ex numero testium examinatorum, arbitrio Iudicum, & Aduocatorum vtriusque partis. Ita tamen vt non excedant summam scutorum quatuor, nisi ex multitudine testium, & magnitudine processus, nobis, seu Vicelegato nostro aliter videretur.

*Beneficialium causarum sportulæ.*
*XX.*

IDem dicimus in causis beneficialibus, vt redditus, & honorum valor; & testium numerus consideretur, & sportulæ arbitrio iudicare debentis, & Aduocatorum vtriusque partis taxentur: non excedendo scuta quatuor nisi prout supra.

*In causis non excedentibus quinque florenos, nihil sportularum accipiendum. XXI.*

AT in causis breuioribus à quinque florenis infra, in quibus volumus, & mandamus procedi leuato velo sine scriptis, & absque interuentu alicuius causarum patroni, & bina, vel trina audientia, vel celerius, quam fieri poterit finiri, & terminari, nihil pro sportulis accipi volumus. Sed per ipsos Auditores, & Iudices gratis terminari, vel si visum fuerit Auditoribus in Ciuitate Perusiæ, easdem causas remitti ad consneta earumdem causarum tribunalia Perusiæ.

*Additio.*

Et quia vt plurimnm similes causæ tractantur inter pauperes, addendo statuimus, quod in similibus causis procedatur extraiudicialiter, sola facti veritate inspecta, & quòd à sententia lata super tali summa non possit appellari, sed tantummodo concedatur recursus ad Snperiores Prouinciæ, & recurrêtes expedire faciant infra decem dies, alias causa sit deserta, & exequi possit prima sententia absque alia declaratione.

*Puniendi negantes positiones notorias.*
*XXII.*

VOlumus etiam, ac edicimus, & statuimus, vt contra negantes etiam per verbum (non credo) positiones in notorijs, puta filiationem, matrimonium, consanguinitatem, & alia huiusmodi publicè nota, vel similia consistentia in facto proprio, pœna sit prodita librarum quinque monetæ Perusinæ, pro qualibet positione negata, de qua positione respondens nequiuerit probabili ignorantia excusari, arbitrio iudicare debentis, quæ pœna applicetur pro medietate Cameræ Apostolicæ, pro alia parti aduersæ, & statim exigi debeat sine aliquo processu desuper faciendo.

*Additio.*

Item statuimus, quod pœna contrafacientis sit decem librarum applicandarum parti aduersæ, & Cameræ Apostolicæ vt supra, & statim exigi debeat sine aliquo processu desuper faciendo, & negans non audiatur in causa nisi soluta prius pœna.

*Suprascripta seruanda etiam in Curijs Episcopalibus.*
*XXIII.*

QVod proximè dictum fuit in Auditoribus nostris causarum ciuilium, obseruari volumus, & mandamus etiam ab Episcopo, seu eius Vicario Ciuitatis Perusiæ. Necnon ab omnibus alijs Episcopis, vel eorum Vicarijs Ciuitatum locorum Legationis nostræ, in quibuscumque

quibuscumque causis, tam ordinarijs, quam delegatis, etiam à Sede Apostolica. Idemque seruetur per Collegium Doctorum Ciuitatis Perusiæ, & aliarum quarumcumque. Ac per quoslibet alios Iudices, etiam quod essent Commissarij à Sede Apostolica specialiter deputati.

*Capitaneus Supramuri, eiusque Collaterales, vt subsint Statutis Perusinis per omnia. XXIV.*

CApitaneus Ciuitatis Perusiæ, & eius Collaterales subiecti esse censeantur, ac subdantur (prout hactenus obseruatum est) dispositioni Statutorum, & eadem seruare teneantur. Et quo ad ipsum Capitaneum, & suos Iudices, quocumque respectu non censeatur, neque sit in aliquo derogatum Statutis Perusiæ, & capitulis desuper editis, etiam quo ad sportulas non capiendas, in causis Commissarijs. Idem etiam in eius Executoribus.

*Capitanei Portarum, & Vicarij Comitatus, vt seruent per omnia Constitutiones Cardinalium Sabelli, & Cortonensis. XXV.*

QVia comperimus sanctissimas, & optimo ordine dispositas fuisse illas Constitutiones, quas primo edidit olim Cardinalis Sabellus, circa Capitaneos quinque Portarum Augustæ Ciuitatis Perusiæ, ac Vicarios Comitatus, & cæteros Officiales, & successiuè quondam Cardinalis Cortonensis. Propterea ijsdem Constitutionibus inspectis, ac benè rimatis, & consideratis. Cogitantes nihil addi posse, easdem constitutiones, & ordinamenta tantum vbi in desuetudinem abijssent renouamus, & in alijs confirmamus, atque obseruari mandamus in omnibus, & per omnia, prout in eis. Non obstante quacumque alia consuetudine, seu stylo, aut lege in contrarium, cæterisque faciendis quibuscumque.

*Aduocatorum salaria sportulis Iudicum exequata. XXVI.*

ADuocati, & patroni causarum, in omnibus causis tam ciuilibus, quam criminalibus, idem salarium, & eandem mercedem petere possint, & valeant ab eorum clientulis, quorum defensionem susceperũt, & quibus patrocinium præstiterunt, quod superius constitutum fuit, & declaratum, & cum eadem distinctione, & diuisione pro Dominis Auditoribus nostris, ac cæteris Iusdicentibus, tam in Ciuitate Perusiæ, quam in Prouincia.

*Procuratorum salaria, dimidio minora, quam Iudicum, & Aduocatorum. XXVII.*

SAlarium Procuratorum esse decernimus, dimidiam partem eius, quod pro Aduocatis proximè decreuimus, habita ratione causarum, ad computum, rationem, & numerum, vt superius. Quod salarium tripartitè, ac tribus ratis deberi, & solui volumus, videlicet tertia pars debeatur vsque ad contestationem litis, alia tertia pars à cõtestatione litis vsque ad publicationem processus, & vltima à publicatione processus vsque ad sententiam. Et si contigerit, quod partes durante causa, & non completo processu concordentur insimul, & sic quod in causa nõ procedatur vlterius, volumus Procuratores recipere posse salarium proportionabiliter, ac pro illa rata, pro qua processus fuerit confectus.

*Procuratorum salaria pro singulis scripturis, alijsque nonnullis actis. XXVIII.*

VLtra prædictum salarium ad hoc vt diligentiores, & magis soliciti sint in causis suorum clientum, decernimus eisdem deberi mercedem pro scripturis, infrascripto modo, videlicet

Pro confectione, & scriptura libelli, recipere possint iulium vnum.

Pro confectione articulorum, exceptionum, replicationum, duplicationum, seu triplicationum, recipiant, & recipere possint vnum iulium pro qualibet ipsarum scripturarum de per se, dummodo fuerint apud acta extensæ, & exhibitæ. Sed si tantum verbo allegatæ, seu obiectæ fuerint; & à Notario Procuratore dictante, scriptæ, habeant, & recipere valeant dumtaxat dimidium vnius iulij.

Pro interrogatorijs in scriptis editis, habeant bononenos sex.

Pro confectione supplicationis, tam in causis ciuilibus, quam criminalibus, recipiant iulium vnum, & non vltra. Dummodo non sit supplicatio, in qua petatur solum moratoria pro aliquo debito, vel petatur quod aliquis accusari non possit pro damnis datis sine testibus, vel quid simile, vbi nõ requiritur maximum artificium, nec multa verba, nam in his casibus solum recipi posse volumus dimidium.

Pro inspectione processus, & informatione Iudici facienda in scriptis, seu viua voce, in causis vsque ad summam quinquaginta florenorum, carolenos duos, abinde supra quantacumque fuerit quantitas, recipiant carolenos quatuor.

In causis verò capitalibus, habeant medium scutum, & in alijs corporis afflictiuis citra mortem, recipiant carolenos quinque, in pecuniarijs verò, recipiant mercedem proximè taxatam in ciuilibus.

Scriptoribus Procuratorum pro mercede scribendi, liceat recipere solidos quatuor pro duabus cartis, abinde verò supra, pro qualibet carta recipiant solidum vnum, & non plus.

Prohibemus insuper, ac expressè mandamus, quod Procuratores, & alij suprascripti, vltra prædicta salaria, & mercedes, nihil penitus petere, aut recipere possint pro quocumque actu, comparitione, seu instantia facienda in causa. Si verò contigerit, aut detegatur, quod siue per ignorantiam clientum, siue per auaritiam Procuratorum, aliquid vltra salaria, & mercedes superius taxata, & taxatas, & actum, aut receptum fuerit, officio procurandi recipiens priuetur, & infamia notetur, pœnis subijciatur, sciatque nos vlterius ipsum alijs pœnis arbitrio nostro plexuros, sine aliqua exceptione, quas pœnas ipso facto incurrisse intelligatur, etiam sine processu aliquo, aut declaratione.

*De salarijs, & mercede Notariorum in criminalibus. XXIX.*

NOtarij, seu Cancellarij maleficiorum, & præcipuè Notarius noster Ciuitatis Perusiæ.

Pro denuncia, vel relatione cuiuslibet maleficij, vel delicti facienda per Sindicos, & relatores ad id deputatos, nihil prorsus petere, vel accipere valeant, & possint, sed demum sequuta sententia condemnatoria, reus soluere teneatur pro huiusmodi denuncia, vel relatione bononenos decem.

Pro iuramento, quod eisdem Sindicis, & relatoribus præstari solet in assumptione officij, exigant à quolibet bononenum vnum.

Addentes, quod in Curia D. Capitanei Ciuitatis Perusiæ, præfati Sindici ex more iuramentum præstantes nihil soluant, sed gratuito Notarij dicti Capitanei iuramentum ab eisdem Sindicis recipiant.

Pro quærelis etiam verbo factis, vel in scriptis porrectis, quando per inspectionem vulnerum, seu percussionum, vel per testes fidedignos, aut aliter constaret de offensione, idest de delicti corpore, nihil penitus accipiant, sed à condemnato, & delinquente mercedem prædictam bononenorum decem exigant.

At in quærelis in turbatiuis, liceat eisdem Notarijs accipere, & exigere à quærelante bononenos decem pro quærela, vel verbo, vel in scriptis facta, & porrecta.

Pro præcepto cum requisitoria, si ex mero Iudicis officio fiant, etiam quod instigatores secreto instent, nihil exigant. Si autem ad instantiam partis, vel accusatoris aperti, habeant bononenos quatuor.

Pro responsione facta per reum citatum, vel apud Curiam constitutum, cum fideiussione præstita, & promissione indemnitatis subsequuta, habeant bononenos quatuor. Sed si plures eodem contextu inquisiti responderent, & fideiussores iuxta solitum præstarent, habeant vsque ad duos, bononenos octo, videlicet quatuor pro quolibet, abinde verò supra bononenū vnum, distribuen. viriliter, solutionem prædictam, vt supra de sportulis explicatum fuit.

Pro citatione ad instantiam partis, computato actu, etiam quod ad plurium instantiam fieret, bononenos tres.

Pro fideiussionibus de non offendendo, tam ex officio Iudicis præstando, quam etiam ad instantiam partium, cum promissione indemnitatis, bononenos quatuor.

Pro copijs processus, & testium, pro qualibet carta habeant bononenos duos, hac tamen conditione expressa, vt quælibet facies contineat versiculos decem, & octo; & quilibet versiculus debeat esse quinque dictionum plurisyllabarum ad minus.

Pro rogitu sententię in capitalibus vbi de morte agitur, vna cum processus cassatione, habeant scutum vnum, cum tertia alterius parte, sed si duo, aut plures fuerint, salarium, & merces prædicta multiplicetur, iuxta ordinem taxæ, & declarationis, ac diuisionis superius factæ de sportulis, & salarijs Iudicum.

In corporis afflictiuis, pro simili rogitu, & cassatione simul haberi volumus tertiam partem summæ, vt supra Iudicibus in sportulis assignatæ, pro quolibet vsque ad duos. At in pluribus, seruetur taxa ad rationem de qua supra. Idemque in omnibus causis pecuniarijs fiat, vt scilicet tertiam partem habeant, eius quod Iudicibus pro sportulis in eisdem causis datur, & augeatur vsque ad duos, & si plures fuerint, quod ordinatum est in alijs, seruetur, & nihil vltra exigatur; singula singulis congruè referendo.

Pro qualibet comparitione in libro extensa, bononenos duos pro quolibet, sed si vltra duos fuerint, quotcumque fuerint, bononenum vnum, & nihil vltra, diuidendos vt supra.

Pro cassatione processus, & sententiæ condemnatoriæ, in capitalibus vbi de morte tractatur, ex gratia validè, & legitimè obtempta, & pro eius registratione in simul soluantur grossos triginta. At in corporis afflictiuis, citra mortem pro simili cassatione, & registro grossos viginti.

In pecuniarijs verò à centum florenis infra, grossos quinque pro cassatione, & registro simul, à centum vsque ad ducentos, grossos decem. Abinde verò supra grossos quinque pro quolibet centenario. Ita tamen, quod non transcendatur summa, vt supra in capitalibus præfinita.

In omnibus autem pęnis superius proximè expressis, si gratia fuerit concessa pro eodem delicto, & eisdem præcibus, soluant pro cassatione, & registro simul integraliter pro duobus, sed si pro pluribus, multiplicetur hæc summa vltra duos, pro quarta tantum suprascriptæ taxationis, & nihil vltra habeant, seu accipere possint.

Pro extractione sententiarum absolutoriarum, cum tenore inquisitionis, & visis, in capitalibus vbi de morte agitur deberi volumus scutum vnum, in corporis afflictiuis citra mortem, grossos decem, in pecuniarijs à quinquaginta florenis infra, grossos quinque. Abinde verò supra, quantacumque fuerit quantitas, grossos decem, seruatis semper superius traditis, de sportulis, quo ad numerum personarum, & diuisionem mercedis faciendam.

Pro cassatione fideiussionis, grossos vnum pro quolibet, in eodem instrumento, ex eadem causa compræhenso, vsque ad duos, & vltra duos, ad ratam supradictam.

Pro exhibitione processus, & testium apud acta Iudici facienda ad instantiam partis, vel Aduocato, aut Procuratori, accommodan. habeant bononenum vnum pro qualibet carta, etiam quod dicta exhibitio, vel accommodatio fieret ad instantiam plurium. Sed si copia processus fuisset à Notario extracta, & parti data, tunc pro exhibitione, seu accommodatione prædicta, nihil accipere valeant, & intelligatur copia extracta, quotiens ipsi Notario solutum fuerit integraliter, id totum, quod pro extractione sibi superius concessum fuit, quamuis verè copiam non extraxisset.

Pro examine testium ad instantiam Curiæ, vel vbi Iudex ex mero eius officio inquirit, vel ad quærelam partium, in casibus tamen superius de quærela expressis, vbi constat, nihil prorsus Notarij habeant, & valeant quocumque modo recipere.

*Additio prima.*

Item statuimus, quod relationes Sindicorum non possint recipi nisi in scriptis manu ipsius Sindici, vel si is scribere nesciat manu alterius, & reponantur in filo ad euitandas fraudes.

*Additio secunda.*

Item ad tollendas quæstiones, quæ quotidie exoriri solent super mercede Notariorum in criminalibus, occasione pęnæ corporalis, quæ quotidie ex forma bannimentorum augebatur, statuimus, & ordinamus, quod quoad mercedem Notariorum tantum illa dicatur pœna corporalis, quæ expressa, & declarata fuerit de iure communi, vel ex dispositione Constitutionum Marchiæ

super maleficijs, non autem, quæ in bannimentis tam factis, quam in futurum faciendis continetur, iuxta tenorem literarum Cardinalis S. Sixti de mandato Sanctissimi Domini Nostri, tenoris infrascripti, videlicet. Molto Reuerendo Sig. come fratello. Dalli Ambasciatori delle Prouincie, e delle Città dello Stato Ecclesiastico, che hora si trouano in Roma, si è vnitamente esposto à N.S. l'aggrauio, che pretendono riceuere dalli Cancellieri Criminali, presupponendo, che siano molto alterati li capitoli, e tasse fatte sopra le loro mercedi. Onde N. S. che non vuole il pregiuditio di veruno, hà voluto, che si scriua à tutti li Gouernatori, che faccino inuiolabilmente osseruare gl'ordini fatti sopra detti pagamenti, procedendo contra quelli, che contrauerranno à quelle pene, che si contengono nel Motuproprio della santa mem. di Paolo IV. e particolarmente Sua Santità vuole, che nelle mercedi si attendino le pene imposte dalle leggi communi, ouero dalle Constitutioni della Marca, e non le pene bandimentali. E questa medesima regola si potrà pigliare nelle mercedi propine, e sportole d'Auditori, e di Barigelli. Si che sapendo V.S. questa determinatione di Sua Beatitudine non mancherà di farla mettere in essecutione per tutta la giurisdittione del suo gouerno, e si conserui sana. Di Roma li 30. d'Agosto 1572. Di V. S. Molto Reuerenda Come fratello Il Cardinal S. Sisto. & ab extra, Al molto Reuerendo Sig. come fratello Il Gouernatore di Perugia. A Perugia.

*Additio tertia.*

Item statuimus, & ordinamus, quod Notarij Cancellariæ Criminalis aliquem compellere non possint in initio alicuius Legationis, Vicelegationis, aut Gubernij ad refirmandum fideiussiones antea præstitas de se repræsentando Curiæ, vel de non offendendo aliquem sub certa pœna quotiescumque moderno, & pro tempore existenti Legato, Vicelegato, vel Gubernatori visum fuerit declarare per edictum, siue bannum generale dictas fideiussiones intelligi refirmatas, Quod edictum, siue bannum loco dictæ refirmationis volumus valere. Non obstante quocumque vsu, vel consuetudine in contrarium.

*Additio quarta.*

Item statuimus, & ordinamus, quod Notarij prædicti quotiescumque receperint aliquam pecuniarum quantitatem pro mercede scripturarum, & laborum suorum ab aliquo, teneantur, & obligati sint relutationem, & quietationem facere, & describere, & subscribere propria manu in bastardello forte per volentem soluere allato, alias in appodissa adnotando quantitatem, quæ soluitur, pro qua re soluitur, annum, mensem, & diem quibus soluitur, ne forte per errorem, aut fraudem idem debitum ab eadem persona bis peti contingat, & dicta scriptura fiat sine aliqua mercede, & faciat fidem in iudicio, & extra.

*Additio quinta pertinens ad D. Locumtenentem, & Auditorem criminalem.*

Item statuimus, & ordinamus, quod Locumtenentes, siue Auditores causarum criminalium nihil possint accipere, seu exigere ab aliquo reo, seu alio eius nomine pro cassatione eius querelæ, vel inquisitionis, etiam si fuerit cassanda per viam abolitionis, vt dicitur, quotiescumque non fuerit dicta cassatio, vel abolitio decretata per eum Auditorem, sed fuerit de mandato Legati, Vicelegati, seu Gubernatoris.

*De mercede Notariorum in ciuilibus.*
*XXX.*

PRo quolibet præcepto cum requisitoria, cuius copiam volumus parti citatæ dimitti, & à Notario ipso fieri, cum relatione subsequuta, in totum bononenos quatuor, si sine requisitoria, bononenos duos tantummodo.

Pro productione cuiuslibet scripturæ, computato actu, bononenos duos.

Pro literis citatorijs, cum insertione commissionis, bononenos duodecim, si sine aliqua insertione, bononenos sex, nisi plures forent supplicationes præinsertæ, tunc soluatur ad arbitrium sui Iudicis in dicta causa.

Pro qualibet citatione in processu causæ facienda, & in actis redigenda, quam semper in scriptis fieri volumus, & mandamus, & parti citandæ cedulam dimitti, continentem nomen Iudicis, causam ob quam citatur, & horam comparendi in forma, cum relatione, etiam si fieret ad instantiam plurium, bononenos duos.

Pro examine cuiuslibet testis, solidos decem. Et insuper dimidium vnius baiocchi pro quolibet articulo, vel capitulo, diuidendi pro medietate inter Notarium, & examinatorem.

Pro accommodatione processus vbi copia non fuisset extracta, & parti reddita, cui fieret accommodatio, pro quolibet teste bononenos duos, & nihil vltra solui volumus pro alijs actis, & reliqua parte processus. Si verò in causa nulli testes fuissent examinati, quatrenum vnum pro qualibet carta dicti processus scripta. Ita tamen, quod solutio prædicta non debeatur nisi semel in prima instantia, etiam si pluries contingeret processum accommodari. In secunda verò instantia, dimidium dictarum summarum. In tertia verò, & alijs vlterius, solummodo quartam partem, etiam si millies accommodaretur, præstari volumus.

Pro rogitu sententiæ cuiuscumque fuerit summæ, bononenos quatuor.

Pro literis executorialibus concessis in executione alicuius sententiæ, soluatur tertia pars illius summæ, quæ soluta fuisset, vel solui debuisset, pro sportulis Iudicis, qui sententiam tulit. Si verò in contumaciam partis, virtute præcepti, vsque ad florenos quinquaginta, bononenos duodecim, à quinquaginta vsque ad centum, bononenos sexdecim. Abinde verò supra, salua præcedenti taxa, soluantur pro quolibet centenario, bononenos quatuor, dummodo non transcendant tertiam partem sportularum.

Pro extractione cuiuslibet sententiæ in publicam formam, tertiam partem illius quantitatis, quæ iuxta præmissam taxationem, fuisset Iudici soluta, vel solui debuisset pro sportulis, vt supra.

Si verò accommodaretur sententia adhuc non extracta, alteri partium, vt eam exhibeat in causa appellationis, habeat etiam pariter tertiam partem illarum sportularum, quæ Iudici solutæ fuerunt, vel solui debuerunt. Et si pluries accommodari contingeret, nihil amplius exigatur. Et si post dictam accommodationem, & solutionem factam de tertia parte (vt supra) sententia in publicam formam extraheretur, nihil aliud exigi à parte possit, vel peti, pro extractione prædictæ sententiæ, cuius mercedem sufficit semel fuisse solutam.

Pro iuramento alicuius suspecti de fuga, computato actu comparitionis, & mandato de capiendo, bononenos quatuor in totum.

Pro sequestro in scriptis facto pro quacumque summa, bononenos duos.

Pro conquestu, & aggrauaminibus Vicariorum, bononenos quatuor in totum.

Pro literis remissorijs pro examine testium, bononenos quatuor.

Pro responsionibus ad positiones, seu articulos, cuiuscumque fuerint numeri, & quantitatis, bononenum vnum.

Addentes, quod pro confectione interrogatoriorum super articulis, volumus, quod Notarij teneantur tradere, & accommodare originale ipsorum articulorum Procuratori, seu parti debenti facere interrogatoria, receptis pro sua mercede solidis quatuor, sicuti accepimus vsum satis inueteratum fuisse in hac Curia. Et fieri prohibemus, ac extrahi copias aliter eorundem articulorum, nisi ad partis, seu eius Procuratoris instantiam, & petitionem fiat.

*Additio prima.*

Addendo statuimus, quòd Tabellioni pro extractione sententiæ in publicam formam soluatur tertia pars eius quantitatis, quæ fuerit soluta Iudici pro sportulis, iuxta taxam de sportulis Iudicum. Et hoc dummodo dicta tertia pars non excedat summam quindecim scutorum, quoties verò contigerit dictam tertiam partem excedere summam quindecim scutorum, & sic sportulæ Iudicis fuerint vltra scuta quadraginta quinque, tunc Notario non debeatur nisi quarta pars sportularum.

*Additio secunda.*

Quia quotidie contingit, quòd litigantes copiam petunt de productis in iudicio, & Tabelliones pro minori partium dispendio originalia producta alteri parti concedunt in graue damnum producentis talia iura. Idcirco statuimus, & ordinamus, quod originalia à partibus producta alteri parti copiam petenti non accommodentur nisi de eorum consensu, teneaturque Notarius in actis mentionem facere sicut de cæteris, & si Notarius contrafecerit incidat in pœnam duorum scutorum applicandorum parti originalia producenti, & priuetur exercitio scribendi in tali causa, exceptis tamen processibus, qui in causis producerentur, vel qui produci contigerint, qui accommodari debeant soluto dumtaxat quadrante vno pro qualibet carta, & vnica solutione facta vlterius non soluatur pro accommodationibus forte vlterius deinceps faciendis, sed dictorum processuum productorum tantum, & parti sic vt supra, copiam petenti tradat sumptibus petentis, & copiæ sint viginti saltem versu pro quolibet latere, & quolibet versus sit ad minus septem dictionum, inter quas non connumerentur monosyllabæ, & pro dictis copijs accipere possint, & valeant bononi nos duos pro qualibet carta ab vtroque latere scripta, & non vltra, etiam si plures colitigantes pro illa parte essent, & ad instantiam plurium copiæ extraherentur, & si contigerit copias prædictas quandocumque publicari, & in publicam formam redigi, pro publicatione accipere possint solidos viginti, & non vltra.

*Additio tertia.*

Et ad hoc, vt celerius causæ expediantur, & Iudices integraliter inspicere possint omnia acta, & acticata statuimus, & ordinamus, quod statim publicato processu Notarius actuarius teneatur describere omnia, & singula acta, & acticata, eo modo, quo fuerint extensa, non autem eo modo, quo facta fuerint per partem, vel eius Procuratorem, sub pœna decem librarum applicandarum Hospitali Collegij dictorum Notariorum, & priuationis officij scribendi in dicta causa, & Notarius non teneatur accommodare dictum processum alicui ex dictis partibus nisi fuerit integrè satisfactus de sua mercede tam pro dicta accommodatione, quam etiam pro actis factis ab illa parte petente dictam accommodationem.

*Additio quarta.*

Tollentes similiter abusus extractionum instrumentorum in forma Cameræ celebratorum, quæ vt plurimum loco mandati executiui extrahebantur in graue damnum debitorum, & nulla ferè subsistente causa statuimus, & ordinamus, quod infrascriptus modus seruari debeat, videlicet, quod in primis citetur debitor obligatus in forma Cameræ pro tali die, & hora, ad soluendum debitum, vigore obligationis in forma Cameræ rogato manu talis &c. pro tali summa &c. alias ad dicendum causam quare mandatum executiuum in se susceptum relaxari non debeat instante tali &c. In quo si reus non comparuerit Iudex relaxabit mandatum executiuum cum intimatione, & facta relatione à baiulo de intimatione personaliter, vel domi solitæ habitationis ipsius debitoris fiat executio absque alia instrumenti extractione cum licentia in forma. Si debitor comparuerit, & copiam instrumenti petierit tunc extrahatur, sumptibus petentis reficiendis sibi per partem aduersam si succubuerit, & iustitia in hoc partibus administretur, & in relaxatione mandati executiui dicatur relaxatum fuit mandatum executiuum seruata forma.

*Additio quinta, quod cassentur instrumenta.*

Quia experientia est rerum magistra, & quotidie debita iam soluta iterum petuntur, & multoties ob defectum probationis solutionis factæ debitores rerum soluere coguntur. Idcirco statuimus, & ordinamus, quod quotiescumque contigerit, quod contrahentes ad inuicem, vel vnus alteri faciat quietationem de aliquo debito, vel alterius cuiuscumque promissionis factæ alterius manu publici Notarij, quod in tali instrumento quietationis, & refutationis Tabellio, qui fuit de hoc rogatus teneatur, & obligatus sit facere appodissam, in qua dicat tales, & tales fecerunt quietationem, & cassarunt instrumentum tale pro tali summa, & statim ostensa dicta appodissa manu Notarij subscripta, Tabellio, qui de instrumento debiti est rogatus debeat cassare instrumentum debiti, & obligationis annotando in margine talem appodissam, & pro tali appodissa, & cassatione vnusquisque dictorum Tabellionum habere, & consequi debeat à parte, in cuius fauorem fit cassatio bononenos duos pro qualibet vice, & cassatione vltra mercedem solitam, & consuetam, si verò idem Notarius sit rogatus de debito, & refutatione ipse idem teneatur facere mentionem de dicta refutatione in margine instrumenti debiti.

*Additio sexta, quod Tabellio teneantur dare copias.*

Quia sæpe contingit, quòd contrahentes, vel aliæ personæ, quas negocium tangit, & infuturum tangere potest placita, & conuenta sapienti ostendere volunt pro consilio habendo super rebus in instrumento contentis, & ob nimiam expensam extractionis instrumentorum, quam sustinere nequeunt, eorum iura interdum pereunt; Idcirco statuimus, & ordinamus, quod omnes, & singuli Notarij teneantur, & obligati sint cuilibet

libet instrumentorum quorumcumque copiam simplicem petenti dictorum quorumcumque instrumentorum simpliciter copiam sine die, testibus, & subscriptione eidem tradere omni exceptione remota, etiam si instrumenta essent alterius Notarij præmortui, & reperirentur in manibus ipsius Tabellionis, cum ista tamen declaratione, quod prædictæ copiæ nullam fidem faciant in iudicio etiam si essent confectæ, & subscriptæ manu ipsius Notarij, & pro copijs prædictis, possint Notarij prædicti accipere bononenos quatuor pro quolibet folio ab vtroque latere scripto, cum viginti lineis, siue, versibus, qui ad minus sint septem dictionum, vt supra in alijs dictionibus fuit explanatum, sub pœna in prædictis casibus scutorum decem pro quolibet, & qualibet vice, pro medietate Cameræ Apostolicæ applicandorum, pro alia medietate parti copiam petenti, & executori.

*Additio septima de scripturis Notariorum mortuorum, & illarum ostensione.*

Item ad tollendas fraudes, & incommoda, quæ quotidie exoriri solent circa contractus, distractus, donationes, venditiones, testamenta, codicillos, & vltimas voluntates, & alia quæcumque instrumenta Notariorum mortuorum, quæ remanent in manibus hæredis Notarij præmortui, vt plurimum experientiam aliquam artis Notariatus non habentium. Idcirco statuimus, & ordinamus, quod statim mortuo Notario, videlicet infra decem dies à die mortis Notarij, ipsius hæredes teneantur, & obligati sint quoscumque contractus, donationes, testamenta, codicillos, vltimas voluntates, processus, omnesque alias scriptutas per inuentarium, consignare in manibus Dominorum Priorum Consortij Notariorum Perusinorum, sub pœna quinquaginta scutorum Cameræ Apostolicæ applicandorum, & totius emolumenti, quod exoriri posset ex prædictis scripturis, applicandi ipso facto Hospitali dictorum Notariorum pro sustentatione puerorum illius Hospitalis, & prædicti Priores Notariorum teneantur, & obligati sint dictas scripturas publicas consignare descendentibus, vel proximioribus dicti Notarij præmortui, dummodo sint Tabelliones matriculati in Consortio Notariorum prædictorum, & ipsis non existentibus, Notario publico eiusdem Collegij, concordato hærede de precio scripturarum, iuxta declarationem faciendam per duos homines communiter eligendos, & interim apud se fideliter retinere, & dicti Priores auctoritate præsentis Statuti possint, & valeant cogere hæredes, ac detentores scripturarum prædictarum ad consignationem scripturarum, & ad executionem dictæ pœnæ de facto, & sine aliqua iuris cognitione, & absque aliqua declaratione, qui Notarij sic deputati pro ostensione instrumentorum accipere non possint, nisi tres bononenos pro qualibet ostensione, vnum pro se, duos pro hærede, donec aliter non fuerit conuentum inter hæredem, & dictum Notarium, vel Priores dicti Consortij, & præmissa exequantur contra hæredes Notarij statim facta publicatione huius decreti, & ordinationis.

*Additio octaua quia accipiendum pro mercede Notariorum.*

Item statuimus, & ordinamus ad subleuandos subditos in quantum fieri potest à superfluis expensis, quod in futurum contigerit extrahi per aliquem quæcumque instrumenta in publicam, & autenticam formam confecta, manu eiusdem, vel præmortui Notarij in tali casu Tabelliones instrumenta prædicta in publicam formam extrahentes non possint, nec valeant accipere mercedem nisi pro illa quantitate, qua indiget extrahi faciens, sed si instrumentum extrahendum contineat creditum ducentorum scutorum, & extrahi volens indigeat eo solum pro consequendo centum forte quia de alijs centum iam sibi sit facta solutio solum pro centum mercedem soluat dummodo solutionem dictorum centum iam factam probet sufficienter, plenè, & legitimè, & similiter in testamento si legatarius pro consequendo legato voluerit sibi extrahi dictum legatum, teneatur Notarius dare sumptum ipsius legati extensum in publicam formam hoc modo. Inter alia, quæ reperiuntur, & sunt in quodam testamento facto per N. sub anno, mense, die &c. manu N. adest infrascriptum legatum, videlicet. Item iudicauit, & reliquit N. scuta centum soluenda &c. Deinde dicat & post dictum legatum in dicto testamento fuit facta hæredis institutio de N. prout in eo latius continetur, & pro tali sumpto in publicam formam legatarius non teneatur soluere Notario nisi pro concurrenti quãtitate in legato compræhensa, & huiusmodi sumptum auctoritate præsentis Statuti fidem faciat, perinde ac si esset in eo compræhensa hæredis institutio de verbo ad verbum quoad consequendum dictum legatum, & ad fauorem dicti legatarij tantum, non obstantibus legibus, constitutionibus, statutis, aut alijs in contrarium facientibus quibuscumque. Ad fauorem verò hæredis, vel alterius cuiuscumque nullam prorsus fidem faciat in iudicio, vel extra, & Iudex adhibens aliquo modo fidem, teneatur in sindicatu ad interesse Notarij, & nihilominus actus factus per talem Iudicem ipso iure sit nullus. Declarantes, quod si legatarius forte voluerit sibi extrahi integrum testamentum, teneatur soluere Notario integram mercedem, iuxta valorem bonorum in dicto testamento contentorum.

*Quartam pœnæ debitam executori, intelligi pœnæ reductæ per signaturam. XXXI.*

NOn possint, nec debeant quicumque fuerint executores, & quouis nomine censeantur, quibus quarta pars pœnæ, virtute bannimentorum nostrorum, vel alias debeatur exigere, neque consequi, nisi quartam partem pœnæ moderatæ, & reductæ per signaturam, & non quartam partem totius pœnæ, quam partem illi executores exigere valeant, & possint, qui re vera executionem fecerunt, & si nulla facta fuerit executio de aliquo delicto commisso, à quo quis gratiam, soluta aliqua summa Cameræ, obtinuerit, nihil à quouis executore exigi possit, sed intelligatur, quod habere debeant quartam partem pœnæ moderatæ per signaturam, quando ab illis executio facta esset, & non aliter. Et hoc in Barigello nostro Perusiæ, & eius officialibus, in alijs autem statuta locorum seruari volumus.

*Quartam pœnam deberi cum persona capitur, & pœna integrè soluitur. XXXII.*

ITem si contingeret aliquam personam capi, quæ ob delictum ab ea perpetratum, solueret pœnam integram, tunc habeant quartam partem integrè pœnæ.

Sed si reus non caperetur, & bona eius post confiscationem Cameræ incorporarentur, vbi nullus labor, aut modicus

modicus eorundem executorum interuenit, cum solitum stipendium semper habeant; nec quartam, neque aliam ratam consequi debeant, aut possint.

Et si contingeret ab eisdem executoribus aliquam personam capi, vltimo supplicio damnatam, vel damnandam, quæ postea gratiam obtineret, & nihil soluere, si extra Ciuitatem dicta persona fuerit capta, habeant scuta duo, quando relaxatur. Si verò intra Ciuitatem, vel Terram, in qua principaliter eorum officium exercent, habeant scutum vnum.

Sed si persona prædicta condemnata, aut condemnanda esset in pœna corporis afflictiua, citra mortem, extra Ciuitatem habeant scutum vnum, infra verò Ciuitatem scutum medium. Et idem quoque in pecuniarijs seruetur, quod in pœnis corporis afflictiuis ordinatur.

*Pro carcerato ex Prouincia Perusiam deducto, nihil deberi. XXXIII.*

Item si contingerit, quod Barigellus generalis, iussu, & mandato nostro, aut Auditorum nostrorum, se conferret ad aliquam Ciuitatem, aut Terram, cum suis satellitibus, ad ducendum ad hanc Curiam generalem aliquem carceratum, qui nobis visus esset examinandus, aut puniendus in hac Curia: Si eueniret, vt relaxaretur, nihil prorsus petere possit, aut valeat, cum ab eis nulla fuerit facta executio, & nihil respectu dictæ executionis sibi debeatur, sed Barigello loci, qui eum cœperit.

*Quid soluendum cum inuentarium conficitur. XXXIV.*

Item si pro aliquo delicto commisso, vbi pœna mortis infligenda esset, vel etiam corporis afflictiua, contingeret fieri debere inuentarium, soluatur extra Ciuitatem, & Terram scutum vnum pro Notario, & medium pro Executoribus, qui eum Notarium associauerunt. Si verò intra Ciuitates, & Terras, scutum medium pro Notario, & grossos quinque pro Executoribus. At in causis vbi pœna esset pecuniaria, & pro Cameræ securitate opus esset inuentario, si fuerit extra Ciuitatem, & Terras, in pœnis à quinquaginta florenis vsque ad centum, soluantur Notario grossi decem, & Executori quinque, à centum verò supra, quantacumque fuerit summa, soluatur prout in capitalibus, sed in Ciuitatibus, seu Terris soluatur dumtaxat dimidium summarum prædictarum respectiuè. Et in causis leuioribus, videlicet à florenis quinquaginta intra, prohibemus fieri penitus inuentaria, nisi de expresso mandato vnius ex Auditoribus, vel Iudicis, quo casu soluantur solum duæ tertiæ partes eius, quod proximè mandauimus in casibus à quinquaginta florenis vsque ad centum.

*Ne Executores aliquo missi, viaticum, vel expensas accipiant. XXXV.*

Item si contingeret, quod Executores mitterentur ad capiendum aliquem, vel ad alium effectum, vel associando Iudices, vel Notarios, vel ex quacumque alia causa ad aliquem locũ cuiusuis personæ, seu Communitatis, pro quouis delicto, de quo imputatio daretur, nihil penitus ratione viatici peti possit, vel exigi, neque possint expensas accipere.

*De eo, qui cum ex gratia, vel alias absolutus esset, non deleta condemnatione capitur. XXXVI.*

Item si contingeret aliquam personam capi, quæ esset gratiata, & Cameræ satisfecisset, vel alias absoluta, & processum, vel condemnationem cassari non procurasset, constito de gratia, vel absolutione debeat confestim relaxari (solutis in penis pecuniarijs, vel corporis afflictiuis citra mortẽ) carolenis duobus Executoribus, & in capitalibus vbi de morte agitur scuto vno.

*Ne plures Executores domum aliquam in realibus executionibus ingrediantur. XXXVII.*

Item quod in executionibus realibus in Ciuitatibus, & Terris faciendis, non possit domum aliquam ingredi nisi vnus Executor, cum Notario, vel duobus testibus (non tamen Birruarijs, si alij commodè haberi possunt) & in Comitatu, cum Baiulo, vel Sindico, seu Massarijs loci illius, in realibus executionibus tantum.

*De Executoribus iubentibus aliquem comparere sine mandato. XXXVIII.*

Item quod non liceat alicui Executori ad hoc minimè deputato, licentiosè alicui ciui, vel comitatiuo præcipere, vt compareat coram quocumque Iudice, nisi de expressa voluntate Superioris, vel nisi quis reperiretur in fragranti crimine, vel in fuga, vel vt supra in detentione, seu capturis faciendis, dictum fuit capitulo sexto.

*Quid singulis diebus soluendum à carceratis ob crimen. XXXIX.*

Item quod carcerati non teneantur soluere pro carceratione, vel eorum custodia, nisi solidos quinque pro quolibet die in criminalibus, quando de suo viuerent. Sed quando reciperent expensas ab officialibus, solidos quindecim, & non vltra. Ad quas expensas recipiendas non possint carcerati modo aliquo coarctari nisi starent in secretis.

*Additio prima.*

Addendo statuimus, & ordinamus ad reprimendam voracitatem Custodis Carcerum, quod ipse Custos teneatur sub pœna priuationis officij, libere dare Carceratis etiam in secretis carceribus, arbitrio tamen Gubernatoris pro tempore, omne id, & totum, quod sibi pro alimentis Carceratorum traditum fuerit, & de obseruantia presentis capituli stetur dicto Carcerato cum vno teste etiam Carcerato, & eius iuramento.

*Additio secunda.*

Item quod Commissarij, Fiscalis, Vicefiscalis, Notarij, & Executores euntes per Territorium, & Prouinciam non possint petere ab aliqua Communitate, vel particulari persona victum, vel aliud pro alimentis sine solutione, sed teneantur soluere victum, & alia, quæ haberi contigerit iusto, & condecenti precio. Mandantes omnibus Hospitibus, vt nullo modo recusent, recepta competenti mercede, sub pena arbitrij nostri hospitari omnes Executores; qui ad eorum hospitium venirent. *Quo l cautũ erat. quo ad executores in sequenti cap. 40.*

*Additio*

*Additio tertia.*

De sindicatu Notar. crimin. Item statuimus, quod Notarij actuarij debeant quolibet anno sindicari, sicut alij Officiales Curiæ in fine eorum officij.

*Qua ratione Executoribus iter agentibus victus quaerendus. XL.*

ITem quod Executores euntes per Territorium, & Prouinciam, non possint petere ab aliqua Communitate, vel particulari persona victum, vel aliud pro alimentis, sine solutione. Sed teneantur soluere victum, & alia, quæ habere contigerit, iusto, & condecenti precio. Præcipientes, & mandantes omnibus, & quibuscumque Hospitibus, vt nullo modo recusent, recepta competenti mercede, sub pœna arbitrij nostri, hospitari omnes Executores, qui ad eorum hospitium venirent.

*De his, qui se sponte constituunt. XLI.*

ITem si contingeret aliquem sua sponte constitui in carceribus, pro quacumque causa criminali, nihil habeant Executores, nisi pro custodia Carcerum, iuxta taxationem subscriptam.

*De his, qui ex Palatio deducuntur in carcerem. XLII.*

ITem si de mandato sui Iudicis quis poneretur in carceribus, existens in Palatio, pro causa criminali tunc Barigellus, seu Executor habeat solum quartam partem eius, quod haberet si cœpisset in Ciuitate extra Palatium.

*Additio.*

Item quia dubium interdum oriebatur quomodo intelligenda esset quarta de qua supra, huiusmodi ambages tollentes declaramus quartam partem intelligi debere respectu mercedis, seu executionis factæ si reus esset captus in Ciuitate, ita vt si de Palatio ponatur in carceribus iussu Iudicis, habebit Executor solum dictam quartam partem, & non vltra.

*De executionibus ciuilibus. XLIII.*

IN causis autem ciuilibus, habeant Executores pro qualibet executione, vsque ad summam decem florenorum, bononenos duos, vsque ad summam quinquaginta florenorum, bononenos viginti in totum, à quinquaginta florenis supra, pro quolibet floreno bononenum vnum.

*Additio prima.*

Et quia quotidie oriebatur dubium super Executoribus, & mercede Executorum exequentium brachia secularia, vel alia mandata executiua, quæ Iudices cuiuscumque loci extra Ciuitatem hanc relaxant; ideo statuendo declaramus contenta in decreto habere locum etiam in brachijs secularibus, & alijs quibuscumque mandatis executiuis.

*Additio secunda.*

Item statuimus, quod si solitum est, nulla executio personalis fieri possit pro debito ciuili contra forenses, qui conducerent victualia ad Ciuitatem, vel Romam versus iter facerent cum eisdem.

*Additio tertia.*

Item statuimus, quod si contigerit aliquem capi pro debito ciuili, Iudex an debeat carcerari, vel ne prouideat prout iustum sibi videbitur.

*Creditores non teneri ad aliquid Executoribus. XLIV.*

ITem quod creditores non teneantur soluere Executoribus mercedem.

*Mercedem non deberi nisi facta executione. XLV.*

ITem quod Executor pro executione quicquam habere non debeat, nisi tacta prius executione cum effectu.

*Additio.*

Addendo statuimus, quod si mercedem pro executione acceperint absque eo, quod executionis effectum faciant, priuetur officio, & puniatur arbitrio Superioris Prouinciæ.

*Pignora pœnes Depositarium deponenda. XLVI.*

ITem quod pignora per Executores facienda, debeant intra biduum deponi, pœnes Depositarium pignorum, seu creditorem, à quo eorum mercedem pro executione debita (sumptibus tamen debitoris) debeant habere, & consequi.

*De his, qui ex causis ciuilibus positi sunt in carceribus. XLVII.*

Quo ad carcerationem seruetur ea addita posita super sub c. 43.

ITem quod debitores pro causis ciuilibus capti, debeant statim poni in publicis carceribus, & ab eis nihil exigi possit per Custodem carcerum, seu Barigellos, nisi soldi decem pro relaxatione.

*De Baiulis. XLVIII.*

BAiuli verò teneantur, & debeant Statuta locorum obseruare in omnibus, & per omnia, & præsertim in faciendo relationes debito tempore, secundum eorundem Statutorum dispositionem, sub pœna &c.

*Additio prima.*

Item statuimus, atque ordinamus, quod Baiuli electi, & in futurum eligendi teneantur, & obligati sint in principio eorum officij iurare in manibus Dominorum Priorum Ciuitatis Perusiæ, & Notarij in Criminalibus, de bene, & fideliter exercendo eorum officium, & quod portent medaliam cum armis Ciuitatis, & quod quilibet ex dictis Baiulis, videlicet, vnus pro quolibet die teneatur, & obligatus sit à summo mane vsque ad tertium sonum campanæ communis permanere in Palatio, & illinc non discedere sine licentia Domini Locumtenentis, & ordo prædictus obseruetur inter dictos Baiulos donec vnusquisque suum præstiterit officium, sub pœna duorum ictuum funis, & quia omnis labor optat præmium, nec non vt fraudes euitentur, statuimus, & ordinamus, quod Baiuli in Criminalibus post primam citationem factam ad respondendum inquisitioni, pro alijs

aliis duabus citationibus faciendis habeant, & habere debeant ab ipsis inquisitis bononenum vnum pro quolibet inquisito, & qualibet cedula, vel inquisitione, aut præcepto ex quacumque causa extra Ciuitatem. In Ciuitate verò seruetur stylus, & ordo antiquus, & quod in cedulis Notarius teneatur adnotare mercedem ipsius Baiuli, qui fideliter teneatur facere relationés, sub pœna fustigationis. Excipimus tamen ab huiusmodi onere permanendi in Palatio Baiulos omnes Artium ipsius Ciuitatis, vt commodius possint inseruire Tribunalibus dictarum Artium.

*Additio secunda.*

Item statuimus, & ordinamus, quod omnis citatio per Cursores, vel Baiulos quacumque hora diei facta censeatur facta, & exequuta pro alia die hora solita; etiam quod relatio Nuncij fiat in illa die, & decreta quæcumque facta super illa citatione in illa die, in qua fuit domi executa, sint ipso iure nulla, & citatio fiat cum dimissione cedulæ.

Suprascripta omnia, & singula Capitula mandamus obseruari, tam in hac Curia, quam in quacumque alia Legationis nostræ. Dat. Perusiæ die 16. Februarij 1549.

IVLIVS CARD. VRBINI LEG.

Io: A. Viceleg.

# TASSA DELLA CANCELLARIA CRIMINALE DI PERVGIA

Secondo le Constitutioni della buo. mem. del Cardinal d'Vrbino, e Vescouo della Caua, confirmate per Breue dalla fel. mem. di Gregorio XIII. con alcune specificationi, e dechiarationi per più facile intelligenza, & osseruanza di quelle, approuate dalla Sagra Consulta.

*Con alcun' altre dechiarationi fatte hora dall'Illustrissimo, & Reuerendissimo Monsig. Diaz Vescouo di Caserta, di Perugia, & Vmbria Gouernator Generale, segnate con il segno ☞ & approuate dall'istessa Sagra Consulta.*

PER relatione, ò deuuntia di qualsiuoglia delitto da farsi da Sindici, ò altri à ciò deputati, non possi il Cancelliero dimandare, ne essigere cosa alcuna, ma seguita, che sarà la sentenza condennatoria il Reo sia obligato per tale relatione, ò deuuntia pagare bolini dieci. sc. ƀ.12.½.

Per querele fatte verbo, vel in scriptis date, quando consti dell'offesa, ò per inspettione di ferite, e percosse, ouero per testimonij degni di fede, cioè del corpo del delitto, il Cancelliero non possi far pagare cosa alcuna se non al condennato bolini dieci. sc. ƀ.12.½.

Per querele di turbatiue sia lecito al Cancelliero pigliare, & essigere dal querelante bolini dieci per querela verbo, vel in scriptis data. sc. ƀ.12.½.

Per precetto se si farà ad instanza del Giudice ex officio, ò d'instigator secreto, non possa far pagare cosa alcuna, ma se ad instanza delle parti, ò accusatore manifesto habbi il Cancelliero bolini quattro. Et il simile s'intenda della requisitoria. sc. ƀ.5.

Per produttione di qualsiuoglia scrittura. sc. ƀ.2.½.

Per risposta fatta dal Reo citato, ò constituito insieme con la sigurtà data, e promissione d'indennità, il Cancelliero habbi bolini quattro. sc. ƀ.5.

Per sigurtà di non offendere tanto ad instanza del Giudice, quanto delle parti, il Cancelliero habbi bolini quattro. sc. ƀ.5.

Per copie di processi, e testimonij si paghi per ogni carta bolini tre per decreti della Sacra Consulta, con conditione che ogni facciata sia di 18. versi, & ogni verso di 5. parole.

Che il Cancelliero Criminale sia obligato ☞ in auuenire dar le copie intiere, & de verbo ad verbum dell'inditij, leuatone solo quello, che forse fosse ordinato dal Giudice, à ragione di bolini tre per carta conforme alle tasse, con espressa prohibitione, che non possa dare originali

loco copiæ, eccetto in cause leggieri, & all'hora con ordine del Giudice, nelle quali copie d'inditij, non deua inserirci ne instantie, ne protesti, ne capitoli, ne interrogatorij fatti, e prodotti dalle parti, se espressamente non si domandassero, e mettendouele non richiesti, non se si deua mercede alcuna di essi atti, ma dando gli originali, ò copie in forma d'originali come sopra, si serui la tassa al numero seguente che comincia, ma se la parte.

Ma se la parte volesse l'originale loco copiæ, ouero le copie in forma d'originale, all'hora si paghi al Cancelliero bolini sei per carta, e se detti originali, ò copie in forma d'originali fossero troppo larghi, e sopra ciò nasi esse differenza alcuna, che in tal caso il Cancelliero facci quello sbasso, che dall'Auuocato de' Poueri sarà giudicato.

Per essibitione da farsi al Giudice del processo originale ad instanza della parte quando il Cancelliero non sia stato pagato del processo, ò copie, debba hauere à ragione di soldi i per carta delli testimonij; ma essendo stato pagato non habbia hauere cosa alcuna.

E quanto all'accommodatione da farsi all'Auuocato, ò Procuratore, si dechiara, che quella non habbi luogo, se non à fauore de' Poueri, nel qual caso ogni volta, che constasse, che vno fosse pouero, e non possedesse, ne hauesse penitus cosa alcuna, al hora il Cancelliero sia obligato d'accommodare li processi originali all'Auuocato, ò Procuratore de' Poueri gratis, e senza pagamento alcuno.

Che occorrendo di prouare la pouertà si essaminino i testimonij gratis, e sommariamente etiam dal Notario de' poueri, con interuento del Luogotenente, ò altro Giudice deputato da Monsig. Gouernatore, e della pouertà si stia ad arbitrio del Giudice non restando però in quel mezo il darsi processo all'Auocato, ò Procuratore de' poueri; volendo che il Reo habbia otto giorni di tempo à prouare la sua pouertà dopo hauto il processo, e non la prouando in detto tempo il Giudice senz'altra citatione debba relassare il mandato da esseguirsi contra bona del Reo per la giusta mercede del Cancelliero, conforme alle tasse. Dichiarando che stia in arbitrio del Cancelliero nelli casi sopradetti di dar le copie, ouero accommodare gli originali secondo à lui parerà.

Per essamine de' testimonij, da dedursi nelle cause capitali doue è imposta pena della morte naturale baiocchi venticinque trà il Giudice, & il Cancelliero. sc. b. 25.

Nelle cause afflittiue del corpo, baiocchi quindeci per testimonio, da diuidersi come di sopra. sc. b. 15.

Nelle cause pecuniarie baiocchi dieci per testimonio, da diuidersi come di sopra. sc. b. 10.

Per rogito di sentenze nelli casi capitali, doue si tratta di morte, insieme con la cassatione del processo, al Cancelliero si paghi vno scudo, & vn terzo. sc. 1. b. 33. 1/3.

Per rogito di sentenza nelli casi afflittiui del corpo, con la cassatione del processo, al Cancelliero si paghi baiocchi cinquanta. sc. b. 50.

Per rogito di sentenza nelle cause pecuniarie, con la cassatione del processo, habbi la terza parte di quello, che si paga per sportole al Giudice per la tassa del Cardinal d'Vrbino.

Per qualsiuoglia comparsa fatta, e stesa nel libro de gl'atti, si paghi bolini doi. sc. b. 2. 1/2.

Per cassatione di processo, e sentenza condennatoria nelli casi capitali doue si tratta di morte naturale per gratia legitimamente ottenuta insieme con il rogito d'esse, si paghi al Cancelliero giulij quindeci. sc. b. 50.

Nelli casi afflittiui del corpo, per simile cassatione, e registro grossi venti. sc. 1.

Nelle cause pecuniarie per simili cassationi, e registro, si paghi baiocchi vinticinque per ogni cento fiorini, purche in tutto non passi giulij quindeci.

Per estrattione di sentenza assolutoria, ò condennatoria con il tenore dell'inquisitione, & visis nelle cause capitali doue si tratta di morte naturale, si paghi al Cancelliero vno scudo. sc. 1.

Per simile estrattione nelle cause afflittiue del corpo, al Cancelliero si paghino baiocchi cinquanta. sc. b. 50.

Nelle pecuniarie per simile estrattione sino alla somma di fiorini cinquanta, al Cancelliero si paghino baiocchi venticinque, e da quello in su fino à qual si voglia somma, si paghino baiocchi cinquanta, e non piu.

Per inuentarij, che occorresse fare per delitto commesso doue entrasse pena della vita, ò afflittiua del corpo, si paghi fuora della Città vno scudo al Cancelliero, e mezo scudo alli essecutori, che l'accompagneranno; ma se si facesse dentro la Città, si paghi al Notaro mezo scudo, e grossi cinque à gl'essecutori. Dechiarando, che quando per istessa causa si facesse l'inuentario nella Città, e fuori, il Cancelliero habbi solo vna mercede, cioè di quello si fà fuori, oltre li viatici, spese, e vettura.

E per leuar le liti, che giornalmente sogliono nascere per li capi, che si sogliono fare nelle querele, o condennationi che contengono diuersi delitti, si dechiara, che contenendo dette querele, ò condennationi diuersi delitti, non si

debba

debba essigere mercede doppia, se però quei delitti non fossero stati fatti in diuersi tempi, e con diuerse persone.

Di più si dechiara, che se bene nelli Bandi si dice, che non debbano mai confondersi le pene della delatione dell'arme, con li delitti; nondimeno il Cancelliero non possa essigere mercede per dette delationi d'arme, se non quando saranno pugnali, stiletti, pistole, & altre armi prohibite, nel qual caso non si faccino più capi, ma si debba solo hauer risguardo alla maggior pena, quando però hauerà licentia di poter portare dette armi prohibite.

Che in caso che vno vogli cassare per gratia, decreto gratioso, ò supplica, & il Reo sia fuori di carcere, all'hora il Cancelliero sia obligato dare copia dell'inquisitione se sia formata, se non di formarla, e darne copia, ne per ciò possi pretendere altro per il processo, ma solo si deua contētare della mercede della copia dell'inquisitione, della quale non si possi pretendere più d'vn giulio per ciascuna inquisitione sino al numero di più persone secondo la tassa.

Ma caso che il Reo fusse prigione, e non volesse copia del processo, ma volesse la sustanza delli delitti, e tanto che basti per far la supplica; che'l Cancelliero sia obligato dargliela, e gli si paghi il processo vn bolino per carta purche in tutto non meno di tre giulij, ne ecceda la somma d'vno scudo.

Et il simile si osserui ogni volta, che si accommodi per compositione con il Fisco, nel qual caso non habbi d'hauer altro etiam sotto pretesto dell'essibitione al Giudice.

Che quando il Reo carcerato non hà hauto copia del processo, e non vogli sostanza delli delitti, ò inditij, ò che il Cancelliero non essibisca il processo al Giudice ad instanza della parte, ò v'interuenghi altr' opra di esso Cancelliero ad instanza come sopra, non se li deua cosa alcuna per il processo sopra ciò fatto.

Che li precetti ad informandum nō si faccino sotto graui pene, e senza grande, & vrgente causa, cioè in casi, che li delitti non sono pienamente prouati, e notorij, nelli quali casi se si faranno, al Cancelliero non si paghi cosa alcuna per la multa, ma quando si faranno come di sopra per cassatione della multa al Cancelliero si paghi.

Nelle cause capitali doue si tratta di pena di morte naturale giulij quindeci. sc. 1. b. 50.

Nelle cause afflittiue del corpo il Cancelliero habbia vno scudo. sc. 1.

Nelle pecuniarie non habbi cosa alcuna, etiam che ad instanza della parte, ò del Fisco per ordine del Giudice si facessero.

Che li precetti ad informādum non si faccino se non in cause graui specificate nelle tasse à i versicoli Casi capitali, oue è imposta pena della vita, e Casi nelli quali è imposta pena afflittiua del corpo, e che in detti casi li precetti non si faccino se nō vn giorno per l'altro, tanto nella Città, come nel Contado, e Prouincia, e la Requisitoria nella Città si faccia con il medesimo termine, ma nel Contado con termine di tre giorni, e nella Prouincia di giorni quattro, e non prima, che siano fatte le relationi delli precetti, e passati i termini di quelli: E che così degli vni, come degli altri se ne deua lasciar copia in stampa, altrimente non vagliano, e seguendone condennationi, ò multe per contrauentioni di detti precetti non possino esseguirsi, ne per quelli siano tenuti li multati à pagare cosa alcuna; facendosi pagare dal Reo vn bolino per precetto, ò requisitoria, che gli lasciano.

E la medesima copia con l'istessa mercede si lasci, e paghi respettiuamente in tutti li casi d'altri precetti, e requisitorie, che si faranno.

Che per cassatione della multa de' testimonij quali non obediranno al precetto, ò requisitoria se saranno chiamati per causa d'vn delitto nel quale entri pena della vita si paghino giulij dieci. sc. 1.

Nell'afflittiue del corpo giulij sette. sc. b. 70.

Nelle pecuniarie di qualsiuoglia somma, al più giulij tre, e mezo. sc. b. 35.

Et in tutti li sudetti casi, tanto rispetto alli Rei, quanto anco rispetto alli testimonij, non s'habbi risguardo alcuno alla pena del precetto, ma sia tacito, e contento della sopradetta mercede respettiuamente.

Per le condennationi, ò multe in poenam spreti precepti ad fideiubendum, il Cancelliero habbi da essere pagato secondo la tassa del Cardinal d'Vrbino, e Monsig. della Caua, secondo quella somma, che gl'inobedienti saranno forzati à dare tal sigurtà, e con effetto la daranno, ma se non si darāno sigurtà paghino per quella quantità, che saranno condennati.

Et il simile s'intenda per altre multe, che si faranno, cioè ad fideiubendum, de non ingrediendo pro bannitis, ad redimendum bona confiscata, & simili, le quali mercedi li si debbano trà la cassatione, e rogito del decreto.

*Per cassatione di querele, e processi negl'infrascritti casi, per abolitione, ò decreto gratioso, insieme con il rogito del decreto, il Cancelliero habbi l'infrascritta quantità, cioè.*

Per delatione de' pugnali, & altre armi prohibite giulij quindeci. fc. 1. 50.
Per robbamento di Vergini, e Donne honeste giulij quindeci. fc. 1. 50.
Per adulterij negli huomini giulij quindeci. fc. 1. 50.
Per defloratione di Vergini per forza giulij quindeci. fc. 1. 50.
Per corrompere Offitiali. fc. 1. 50.
Per furti con violenza, ò frattura, ò che la cosa rubbata passi scudi cento. fc. 1. 50.
Per homicidio. fc. 1. 50.
Per rottura di pace, ò parola. fc. 1. 50.
Per complicità della morte d'alcuno. fc. 1. 50.
Per offendere Superiori, Offitiali, & altri Ministri di Giustitia. fc. 1. 50.
Per offendere Magistrati. fc. 1. 50.
Per offendere Dottori, Procuratori, ò Notarij Collegiati. fc. 1. 50.
Per resistenza, ò oppositione alla Corte, e ritogliere prigioni. fc. 1. 50.
Per libelli famosi. fc. 1. 50.
Per ricettatione de' banditi. fc. 1. 50.
Per querele con percosse de' bastoni, sassi, ò instrumenti simili. fc. 1.
Per ferite in qualsiuoglia modo fatte con armi non prohibite dagli huomini. fc. 1.
Per simili ferite, e percosse graui fatte frà donne. fc. 80.
Ma se sarà semplice rissa di pugna, ò simili. fc. 30.
Per furti doue non sia frattura, ne violenza. fc. 1.
Per schiaffi, pugni, ò calci senza sangue. fc. 80.
Ma se con sangue etiam trà Cittadini. fc. 1.
Per cauar termini. fc. 1.
Per turbatiue fatte con gente armata, conforme alla Bolla di Sisto V. fc. 1. 50.
Per turbatiue con incisione di qualche vite, ò altri arbori etiam fruttiferi. fc. 75.
Per estrattione d'instrumenti di pace, doue si tratta di morte naturale in publica forma. fc. 1.
Negli altri casi giulij cinque. fc. 50.
Per turbatiue semplici. fc. 50.
Per adulterij nelle donne. fc. 1.
Per defloratione di Vergini senza forza. fc. 1.
Per defloratione di Vergini minori d'anni dodeci. fc. 1. 50.
Per conoscere donne honeste per forza. fc. 1.
Per biastemma d'Iddio, della Gloriosa Vergine, ò de' Santi. fc. 1.
Per esser consapeuole della morte d'alcuno, purche non sia complice. fc. 1.
Per vsurparsi il nome della Corte. fc. 1.
Per baciar donne honeste per forza. fc. 1.
Per richieder vna donna maritata, e honesta. fc. 1.
Per sparare vn'archibugiata contra alcuno, etiam che non pigliasse fuoco. fc. 1.
E seguendo offesa. fc. 1. 50.
Per mascherarsi, e trauestirsi fuor di tempo. fc. 1.
Per mutarsi nome. fc. 1.
Per adoprare pesi, e misure false. fc. 1.
Per vsure. fc. 1.
Per sputare in faccia ad alcuno, ò simil'altra bruttura. fc. 1.
Per imbrattamento di porte, ò case con qual si voglia sporcitia. fc. 1.
Per delatione d'armi non prohibite. fc. 25.
Per tirare à palombi di palombaro, ò ammazzarli in qualsiuoglia modo. fc. 1.
Per minacciare auanti il Giudice. fc. 25.
Per fare conuenticole prohibite senza commettere delitto. fc. 25.
Per entrare in casa di donne dishoneste per forza. fc. 30.
Per insulto con bastoni, ò con qualsiuoglia sorte d'armi non prohibite senza percossa. fc. 25.
Per entrare in casa di donne dishoneste per vsare con esse per forza. fc. 30.
Per parole inguriose trà huomini. fc. 25.
Per andar senza lume di notte. fc. 25.
Per estrattione d'instrumenti di sigurtà date in qualsiuoglia modo, si paghi quello, che per le tasse del Cardinal Conti si dà alli Notarij ciuili.
Per cassatione d'essilio riseruato per pena capitale, doue si tratta di morte, il Cancelliero habbi giulij sette insieme con il rogito del decreto. fc. 70.
Per simili cassationi, doue sono altre pene, giulij cinque. fc. 50.

Dechiarando, che le sudette Tasse si paghino dagl'inquisiti, ò processati fino al numero di quattro, e da quattro in sù il Cancelliero deue hauere vn quarto della mercede sudetta, da distribuirsi poi vgualmente trà tutti li processati, conforme alle Tasse del Cardinal d'Vrbino.

E perche di sopra si è fatta mentione di cause capitali doue entra pena della vita, dell'afflittiue del corpo, e delle pecuniarie; Perciò per leuare ogni difficultà, che potesse nascere, & acciò ogn'vno possi sapere qual siano detti casi, restando ferme le dette specificationi.

*Casi capitali oue è imposta pena della vita sono gl'infrascritti, cioè.*

Homicidio volontario.
Aborto quando ne seguirà morte.
Libelli famosi.
Incendij fatti à posta.
Sodomia.
Priuato carcere.
Frattura di carcere con fuga.
Frattura di mura di Città, Terre, ò Castelli.
Recettatione de' banditi, ò malandrini.
Assassino di strada.
Ladroni famosi.
Falsificatione di monete.
Incesto in primo grado.
Leuare vno di possesso per forza con gente armata.
Ritogliere prigioni alla Corte per causa doue si tratta di morte.
Vendere veneni, ò darli ad effetto di farli morire.

Tumultuare

Tumultuare il popolo.
Robbamento di Vergini, ò Donne honeste.
Fratture di pace, ò parola.
Vendetta transuersale.
Entrare in casa di Donne honeste per forza per vsare per forza.
Scalare, ò rompere Case, ò Botteghe robbandoui più di diece scudi.
Delatione d'archibugetti prohibiti, pugnali, stilletti, e cortelli prohibiti.
Riscuotere nuoue gabbelle.

*Casi nelli quali vi è pena afflittiua del corpo.*

ABorto, ò dar soniferi non ne seguendo morte.
Deflorațione di Vergini.
Vsar con Donne honeste per forza.
Defloratione di Vergini minore di dieci anni.
Testimonianza falsa.
Adoprare pesi, e misure false.
Vsure.
Monopolij.
Pigliare di propria autorità li beni de' debitori.
Parti, ò portioni di lite.
Bastonate con sangue, ò senza.
Percossa con arme in testa, etiam senza ferita.
Ferite in qualsiuoglia modo, e luogo della persona.
Sputare in faccia, ò altroue ad alcuno, ò tirarli bruture.
Vsurparsi il nome della Corte.
Vendere vna cosa à doi persone.
Vendere li beni d'altri come suoi proprij con giuramento.
Vsurparsi li beni d'heredità iacenti.
Insulto con bastoni, falsi, ò altr'armi dentro la casa d'alcuno.
Baciar Donne honeste per forza.
Offese per causa di lite.
Vscire, & entrare per le mura di Città, Terre, ò Castelli, ò per altro luogo, eccetto, che per le porte aperte, & ordinarie.
Scalare, ò rompere case, ò botteghe senza rubbarui, ò con rubbarui meno di dieci scudi.
Resistere alla Corte, e non darli li pegni.
Portare, ò tenere chiaue false, ò grimaldelli.
Mascherarsi, ò trauestirsi fuor di tempo senza licenza.
Conuenticole prohibite.
Giocare con carte, ò dadi falsi.
Sparare Archibugio contra alcuno senza offesa, ouero, che non pigli fuoco.
Minacciare auanti à i Giudici.
Biastemmare Dio, la Gloriosa Vergine, e i Santi.

*Casi nelli quali vi è pena pecuniaria.*

PErcosse con sassi vi è pena di fiorini cento.
Insulto con bastoni, sassi, ò altr'armi senza offesa, vi è pena di fiorini cento.
Percuotere alcuno con calci, ò altri simili; ò pelar la barba, ò capelli, ò gettare alcuno in terra, vi è pena minore di fiorini cento.
Per sporcitie, ò altre cose infamatorie, messe alla porta, ò casa d'alcuno, vi è pena minore di fiorini cento.
Per mentite, ò parole ingiuriose trà huomini, vi è pena minore di fiorini cento.
Per turbatiue semplici vi è pena minore di fiorini cento.
Per delatione d'armi nõ prohibite, e monitione da caccia, vi è pena minore di fiorini cento.
Per fiocchi e barocchi nelli principali vi è pena di scudi cento, nelli mediatori, e Notarij scudi cinquanta.
Andar di notte senza lume vi è pena doi scudi.
Giocare à carte non bollate vi è pena doi scudi.
E caso che nascesse altro caso, quale non fosse compreso, ò espresso nelle presenti Tasse, si debba ricorrere alle Constitutioni della buo. mem. del Cardinal d'Vrbino, e Vescouo della Caua, confirmate per Breue dalla fel. mem. di Gregorio XIII. e così di simili in simili.

*Stante concordia, & consensu Illustris Communitatis Perusiæ, Illustris D. Thesaurarij Prouinciæ Vmbriæ, & D. Francisci Colutij Cancellarij Criminalis, taxas prædictas approbamus, & inuiolabiliter obseruari mandamus. Dat. Perusiæ die 3. Februarij 1611.*

DOMINICVS MARINVS GVB.

*Vlisses Marocchius Secret.*

CHe il Cancelliero sia tenuto à far ricepta di tutto quello, che riceuerà per il Giudice, e per se distintamente nel modo infrascritto, cioè
Adi del Mese di N. hà pagato questo di sopradetto in mano di me N. Cancelliero Criminale l'infrascritta quantità di denari per l'accommodamento, cassationi, e cause infrascritte, cioè
Per il Sig. Luogotenente Criminale
Per
Alla Cancellaria
Per il processo
Per cassatione di querela al lib. à fol.
Per cassatione di condennatione al lib. à fol.
Per registrar supplica sotto le pene come sopra.
Che il Cancelliero non possa riceuere propine, ò altro emolumento di qualsiuoglia sorte per dare al Giudice, se non conforme alle dette tasse.
Si aggiunge di più, che non si trasmettino le citationi ad respondendum inquisitioni, se quella non sia prima formata, e scritta al libro.
Che le relationi, che fanno li Chirugici, e le denuntie, che danno li Sindici non posšino riceuersi se non in scriptis, secondo le Constitutioni d'Vrbino, purche siano scritte di lor propria mano, e date in actis con giuramento, ò non sapendo loro scriuere, scritte di mano d'altri laici, e volendo altro il Cancelliero dalli medesimi Sindici, ò Chirugici il Notario lo stenda per via d'essamine.
Che il Cancelliero, ne altra persona possa astringere li Sindici à portare citationi, ò precetti.
E tutte le sudette cose s'intendano hauer luogo per l'auuenire, e che si debbano osseruare dal Cancelliero.
E tutte le sopradette cose debba osseruare il Cancelliero sotto le pene contenute nelle Constitutioni Aldobrandina, della Marca, del Cardinal d'Vrbino, e di Monsig. della Caua, e nelli casi nelli quali non si tro-

si trouasse apposta pena nelle sopradette Constitutioni, sotto pena di scudi dieci per ciascun caso, e ciascuna volta, d'applicarsi vn quarto all'accusatore, vn quarto all'essecutore, & il resto alla Reuerenda Camera Apostolica.

*Io Pietro Boni al presente Cancelliero Criminale di Perugia confermo, accetto, e prometto di osseruare le sopradette poste, e dechiarationi per ogni mio interesse, e per tutto il tempo, che io esercitarò detta Cancellaria come di sopra manu propria.*

*Io Bartolomeo Giliani Sindico, e Procuratore della Molto Illustre Città di Perugia confermo, & accetto quanto di sopra, con la presentia, consenso, & ordine delli Molto Illustri Signori Priori, e deputati della congregatione sopra ciò fatta.*

Stante supradicto partium consensu, & alijs de causis animum nostrum mouentibus omnia supradicta confirmamus, approbamus, & perpetuis futuris temporibus obseruari mandamus. Datum Perusiæ die 29. Iunij 1618.

A. EPISC. CASERTANVS GVB.

## Lettera della Sacra Consulta in confirmatione delle sudette dechiarationi.

*All'Illustre, e molto Reuerendo Sig. come Fratello Il Gouernator di Perugia.*

*Illustre, e molto Reuerendo Sig. come fratello. La Sacra Consulta nella quale si è dato à vedere il foglio mandato da V. S. declaratorio delle Tasse delle mercedi di cotesta Corte Criminale, l'hà stimato esser conueniente, e ragioneuole, e però ha voluto, che se le dica, che ella si compiaccia far osseruare secondo la dispositione di quello, e Dio la feliciti. Di Roma li 27. di Giugno 1618.*

Di V. S. come fratello Il Cardinal Borghese.

---

# PIETRO, per la Dio gratia, del Titolo di S. Nicolò in Carcere, di Santa Chiesa Cardinale Aldobrandino; Generale Sopraintendente dello Stato Ecclesiastico.

TROPPO graui sono le cose, che ci sono state riferite degli eccessi delle spese giuditiali, per le quali alle volte anco gli huomini innocenti, non potendo sopportarle, ouero presenti in giuditio perdono, ò assenti, sforzati dalla necessità si lasciano condennare à torto: Volendo adunque à ciò remediare.

Decretiamo, & ordiniamo, che per l'auuenire non si diano sportule, se nel processo non saranno inditij per la qualità del delitto sufficienti, à fare inquisitione; Et il medesimo decretiamo, che s'osserui quãdo si farà fatto processo per accusatione, ò querela.

Quando poi si doueranno pagare le sportule; Ordiniamo, che s'osseruino le tasse confermate da noi, ò da nostri predecessori, tolta via ogni consuetudine, ò più tosto corrottela.

E perche per le male conditioni de' tempi, è stato necessario raffrenare i delitti con più seueri ordini; accioche quello, che è stato introdotto per pace, e conseruatione de' sudditi non trascorra inanzi con danno loro, e detrimento delle facultà. Dechiaramo, & ordiniamo, che le sportule, & altre mercedi di qual si voglia Giudice, ò sostituto, & essaminatore quando dourà pagarsi qualche cosa per l'essamine; & anco de' Barigelli, e di qualunque altro essecutore, debbono regolarsi, e moderarsi dalle pene nelle Constitutioni della Marca (doue sono in vso) ouero dalli Statuti, che sono in osseruanza, ò dalla ragione commune. E se bisognasse regolarsi da qualche Bando, solamente si pigli la metà di quello, che si douerebbe pagare hauuta all'istessa pena del Bando.

Nelle cause poi, nelle quali mancando la pena certa della legge, ouero della consuetudine, si farà trattato secondo la pena arbitraria si paghino le sportule, che se si fosse trattato secondo la pena pecuniaria, purche non passino tre scudi. Nelli delitti poi leggieri, come risse di donne, e di minori di 14. anni senza sangue, non si pigli cosa alcuna.

E questo istesso generalmente in qual si sia causa di persone miserabili vogliamo, che s'osserui.

E decretiamo, che in nessun caso per commissione etiamdio Apostolica, si possino duplicare, ne in qualsiuoglia minima parte accrescere qual si voglia consuetudine, ò altra cosa non ostante.

E col presente decreto non vogliamo, che s'intenda essere innouato cosa alcuna ne i luoghi, ne i quali i Giudici lodeuolmente non pigliano sportule, ouero sono soliti sin qui molto di più equità, cioè più fauoreuole à i sudditi.

Ne i casi, che già per abolitione non citata la parte, con piccola spesa si spediscano. Si bene hoggi per la Constitutione di Sisto V. le cose nõ si possono diffinire non citato il Fisco, nondimeno le sportule, e mercedi di Giudici, e Notarij, e di qualunque altro non passino la somma, che prima secondo le tasse, si doueuà, ouero mancando le tasse, quella

che era folita: E se qualche abuso in questo, massime fin qui si fosse cagionato, ordiniamo, che si reduca, e lo reduciamo à gl'ordini antichi, sotto pena al Giudice, che in alcuno de i sopradetti casi piglierà (etiamdio da chi gli lo desse spontaneamente) cosa alcuna contra, ouero sopra il modo predetto, per la prima volta di dieci volte più di quello, che importa l'interesse della parte, d'applicarsi al Fisco, per la seconda di cento, e per la terza delli medesimi cento, e priuatione dell'officio, e d'inhabilità d'hauere più quello, ò altro offitio, la qual seconda, e terza pena habbia luogo se bene per il primo, ouero secondo delitto respettiuamente il Giudice non sarà in modo alcuno ne pure estraiudicialmente auuisato. E le medesime pene imponiamo parimente al Notaro, che alcuna cosa simile pigliasse in deposito, onero altrimente il Giudice in alcuna delle predette cose aiutasse.

Et acciò che le cose predette più facilmente conseguiscano effetto, ordiniamo, che la Tassa, appartenente, tanto à Giudici, quanto à Barigelli, & altri, si tenga impressa nelle Secretarie, e Cancellarie in volgare, in luogo tale, che da ogn'vno possa leggersi, sotto pena al Secretario, e Cancelliero principali (i quali doueranno an o essere obligati, per la colpa, e difetto commesso in queste cose da i loro sostituti) di scudi venticinque le vna volta sola erraranno, se doi volte di cinquanta, se tre volte di cento, e della priuatione dell'offitio. La qual seconda, e terza pena s'incontra ancorche per il primo, e secondo difetto non fusse stato punito, ne ammonito in modo alcuno.

E se per auuentura in qualche luogo non vi sia Tassa per autorità Apostolica confirmata, chiamati i Priori, e Sindici delle Città, e luoghi, & il Priore, e Sindico del Collegio de' Dottori, e Procuratori, ò doue sia altrimente, doi de' più vecchi Dottori, e col consiglio loro vogliamo, che si faccia frà vn Mese dal giorno della publicatione della presente, e frà dieci altri giorni si mandi à noi, sotto pena à quelli, che contrafaranno della disgratia nostra.

In tutti i casi poi sopradetti il Giudice nò pigli le sportule, se non per mano del Notaro della causa, e sottoscritta, e aperta la sentenția, ò almeno espressa mente, ò tacitamente concluso in causa, e dato li dubij in scritto, se saranno domandati; e in quelli casi ancora si noti il deposito delle sportule, & il pagamento di esse al Giudice, in vn libro publicamente retenuto, e che ogn'vno à suo piacere possa vederlo. Il qual Giudice subbito nella cedula istessa à tergo faccia riceuuto di mano propria di quanto haurà hauuto per le sportule, con quelle parole. Hò riceuuto per le sportule tanti scudi, ouero tanti giulij, aggiuntoui la sottoscrittione del proprio nome, cognome, e magistrato. E se per qualche cagione darà la sentenza gratis, questo istesso nel luogo sopradetto esplichi con quella parola gratis, & il medesimo si osserui nelle sportule di qual si voglia decreto, per il quale, ò le sportule, ò qualche mercede si debbia pagare, sotto pena al Giudice, e Notaro, che in alcuna di queste cose contrafarà di scudi cento, e del doppio, d'applicarsi alla parte, al giuramento della quale vogliamo, che si creda, se non si sarà notato come di sopra. Se poi contrafarà la seconda volta, sotto pena di scudi cento medesimi, e della priuatione dell'offitio, & altre ad arbitrio nostro, ancorche nella prima contrauentione non si fosse agitato in giuditio in modo alcuno.

Et acciò che queste cose si esseguiscono conforme a desiderio nostro, vogliamo, che questi difetti, almeno al tempo del Sindicato ci siano auuisati, tolta la facultà ai Sindicatori di pronunciare sopra alcuno di essi, senza hauerne prima dato conto à Noi, ò nostri successori, e tanto essi Sindicatori, quanto il Notaro del Sindicato, se contrafaranno, pro u iciand, ò scriuendo alcuna cosa contro le predette incor ono nelle med sime pene.

Oltre di quello au e tiamo li medesimi Giudici, che per desiderio di sportule non molestino gl'innocenti, ò assoluano il colpeuole, ma tenendo veramente Iddio dinanzi à gl occhi, con la bilancia giusta amministrando la giustitia, perche se altrimente faranno, sappiano che ancor per questo capo non andranno impuniti.

Et acciò che tutte queste cose (le quali in tutto lo stato Ecclesiastico vogliamo, che habbiano luogo, e si osseruino inuiolabilmente) siano note ad og 'vno, e perpetuamente siano stab l ti, e à poco à poco per vso co t a no non vadino in disuetudine, ordiniamo, che si affigga o in tauola, e così affisse in ciascuna Cancellaria di tutte le Città, Terre, Castelli, e luoghi del predetto stato, s'attacchino in luogo aperto, e ancora ne i libri di dette Cancellarie si scriuano, e registrino à parola per parola, non ostante stile, ò più tosto abuso, e altre cose che facessero in contrario. In Roma nel Palazzo Apostolico, nella Sacra Consulta alli 3. di Gennaro 1595. l'Anno terzo del Pontificato di Nostro Signore Clemente per Diuina prouidenza Papa VIII.

# IL FINE.

# DECISIONES SACRAE ROTAE ROMANAE, QVAE IN HOC OPERE REFERVNTVR.

## Illustrissimo Cardinali Virili Perusina Pecuniaria, seu Societatis Veneris 30. Aprilis 1627.

### *SVMMARIA.*

1 *Testes absquè citatione, & monitione nulliter examinantur.*
2 *Absentis proximiores duo ex Statuto Perusino debent citari, etiam si sint in dispari gradu. num. 3.*
4 *Duo plus intelligunt, quàm vnus.*
5 *Absentia debet probari, vt intret Statutum de citatione proximiorum.*
6 *Absens non dicitur, qui dimisit Procuratorem, & Procurator debet citari, nec sufficit proclama. num. 7.*
8 *Obliuio spacio decem annorum, & non minori præsumitur.*
9 *Nouitius intra annum probationis dicitur persona Ecclesiastica ad effectum fori, & Papa si sciuisset non commisisset causam contra ipsum laico, vel difficilius. num. 10.*
11 *Duo vincula magis vrgent, & obstant.*

### DECISIO I.

1 DIXERVNT Domini testes † esse nulliter examinatos ex defectu citationis, & monitionis. *cap. 2. de testib. l. si quando. C. eod. Verall. decis. 274. num. 1. par. 3.*
Non obstat, quod adsit citatio
2 † iuxta dispositionem Statuti Perusini lib. 2. rubr. 26.

Primò quia Statutum in casu absentiæ requirit, quod citentur duo proximiores consanguinei, & sic cum plures adessent, & vnus tantùm fuerit citatus testes sunt nulliter examinati ex defectu citationis duorum consanguineorum. *Lamberteng. de contract. glos. 31. num. 38. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 338. num. 31. par. 1. Seraph. decis. 266. num. 2. Rota decis. 709. num. 6. par. 1. in recent.*

3 Nec obstat † quod Statutum intelligi debeat, quando duo proximiores sunt in eodem gradu, quia cum non agatur de successione, sed ad effectum validitatis Iudicij, Statutum disponit, quod si essent plures in eodem gradu non possint citari remotiores, quia Statutum magis de proximioribus confidit, sed si non adsunt in eodem gradu debent citari duo etiam in dispari gradu requirendo duos, cum plus videant, &
4 intelligant duo, † quàm vnus. *cap. prudentiam. §. 1. & ibi glos. de off. deleg. Lamberteng. d. glos. 11. in verb. Agnati. num. 8. in fin. & seqq. Paris. cons. 98. num. 42. & seq. lib. 1. Tiraq. in l. si vnquam. in verb. susceperit liberos. num. 239. C. de reuoc. donat. Carpan. ad. Stat. Mediol. cap. 34. num. 33. par. 1.*

Secundò quia Statutum loquitur in casu absentiæ,
5 † ibi si quis se absentauerit à Ciuitate, de qua absentia non constitit, cum non fuerit factum proclama in Parochia, vbi degebant Montanarij. *Boccacc. super consit, Egid. cap. 25. lib. 5. glos. 3. num. 18.*

Tertiò quia cum Montanarij haberent in Ciuitate
6 Procuratorem, † de quo Arrigij habebant scientiam, ille erat citandus, & non erat fabricandus processus vti contra absentes. *Rot. decis. 486. num. 1. & seqq.*
7 *par. 2. recent.* vbi enim Procurator † certus citandus est, non sufficit proclama. *l. 1. §. si quis. ff. de ventr. inspic. Put. decis. 96. num. 2. lib. 3. in corr. cap. fin. de elect. in 6. Alex. cons. 106. num. 14. & 107. in princ. lib. 5. Rom. cons. 53. num. 3. Zabarella cons. 74. num. 2. & seq. & cons. 128. num. 6. & seq.* Nec intrat re-
8 sponsio, quod spacio decem annorum † præsumatur obliuio, quia intercesserunt tantum sex anni, nempe ab anno 1612. vsque ad annum 1618. de quo tempore lis fuit cœpta.

Rursus concurrebat quoque defectus iurisdictionis,
9 † quia cum Antonius esset in anno probationis in Religione Ordinis Seruorum ad effectum fori erat persona Ecclesiastica. *Angel. in l. 1. ff. de pœn. Ias. in auth. si qua mulier. num. 5. C. de Sacr. Eccles. Carol. de Grass.*
10 *de eff. Cler. eff. 1. num. 28.* vnde licet Papa † sciuerit vnum esse Clericum, non tamen fuit narratum, quod alter esset persona Ecclesiastica in anno probationis in Religione Ordinis Seruorum, quod si sciuisset vel

non commisisset causam laico, vel difficilius conces-
sisset. *cap. super litteris. cap. postulasti de Rescript. Lap. alleg.* 89. *num.* 2. *ante med. Gemin. cons.* 63. *in princ. vers.* 2. *præmitto. & cons.* 65. *num.* 24. *vers. hoc præmisso. Aym. cons.* 296. *col.* 4. *vers.* 3. *etiam modo. Roman. cons.* 326. *num.* 11. *& fuit dictum in Auellina Vnionis* 13. *Iuny* 1594. *coram bo. me. Penia.*

11 Nec facit, quod Papa sciuerit vnum † esse Cleri-
cum, quia nesciuit alterum esse personam Ecclesiasti-
cam & duo obstacula, & vincula magis vrgent, & ob-
stant. *§. affinitatis. Instit. de nupt. Felyn. in cap. non-
nulli. num.* 21. *vers.* 5. *conclusio de rescript. Aym. cons.*
301. *num.* 18. *Surd. decis.* 154. *num.* 9. *Achill. decis.* 3.
*de pact.* Et ita &c.

# Gypsio
# Perusina Bonorum 8. Nouembris 1582.

## *SVMMARIA.*

1 *Testamentum factum coram Parocho, & duobus testibus de Iure Canonico quando valeat stante Statuto Perusino, & per tot.*
2 *Parochus quis sit ad effectum validitatis testamenti. & num.* 3.
4 *Mulier testis in testamento non repellitur in totum ex Statuto, & de Iure Canonico admittitur.*
5 *Affinis admittitur cum alijs in testem.*
6 *Legatarius est idoneus testis in testamento.*
8 *Testium numerus supplet defectum.*
10 *Sufficere verbum quid significet. & num.* 11.
12 *Testamenti cedula debet publicari, & ipsis testibus, & testatori legi, Declara vt num.* 13.
14 *Suppletio verbi fit præsertim in materia fauorabili. & num.* 15.
16 *Testamenti recognitio quando non requiratur. & num.* 17.
17 *Testamentum de nocte requirit tria lumina. & vide num. seqq.*
19 *Testes debent esse in præsentia, & conspectu testatoris, & ipsum videre.*
21 *Testium rogitus an requiratur in testamento de Iure Canonico. & num. seqq.*

## DECISIO II.

FRATRES S. Dominici de Perusia prætendebant
se esse immittendos in possessionem bonorum de
quibus agebatur tam vigore testamenti Bernardini de
Plagario, quàm etiam ab intestato ex persona Fratris
Petri Martyris dicti Bernardini filij, ac Francisci fra-
tris sine filijs defuncti. Quapropter iudicium intro-
duxerunt aduersus Dominicum possessorem dictique
Francisci ex Sorore nepotem, qui in primis quoad bo-
1 na Francisci se illius testamento † tueri posse opina-
batur; illud enim omnia requisita habere affirmabat
iux. dispositionem *c. cum esses de testament.* Scriptum
namque fuerat manu Matthæi Sacerdotis, qui licet
2 † tunc temporis non esset Parochus, nihilominus sa-
tis esse videbatur, quod tanquam talis paulò ante sub-
ministrabat Sacramenta testatori, & quod pro Pre-
sbytero Parochiali ab omnibus reputabatur *ad §. sed
cum aliquis vbi glos. & DD. Inst. de testam.* Quando-
quidem ipse post renunciationem Plebaniæ curam
animarum non dimiserat, vt benè deponunt testes su-
per secundo articulo. Idcircò non debet hoc hæredi
nocere. *Rot. de rescript. decis.* 6. *num.* 6. *in antiquior.*
3 Vbi hæc † non sufficerent, difficultas prorsus cessaret
ex eo, quod dictum testamentum fuit etiam conditum
in præsentia alterius Sacerdotis, qui re vera erat Pa-
rochus.

Interfuerunt insuper duo alij Antonius sextus testis,
4 qui lumen, † seu candelabrum retinebat, & Brigida
vxor testatoris, quæ tanquam mulier ex dispositione
Statuti Perusini in totum non repellitur ab huiusmodi
testimonio, & de Iure Canonico potest esse testis.
*Abb. Imol. & Anchar. in d. c. cum esses de comm. Crot. in tract. de testib. par.* 1. *num.* 10. *Paris. cons.* 51. *num.*
16. *in* 3.

5 Non obstat affinitas † allegata, & quod vxor fuit
etiam legataria, quia quicquid sit videtur illis esse cre-
dendum, cum ab alijs personis ipsorum dicta fuerint
confirmata. *Angel. post Bart. in l. si quis ex argentarijs. §.* 1. *num.* 6. *ff. de eden. Crot. in d. tract. in* 4. *par. num.*
6 120. *& seq.* & quod legatarius sit idoneus † testis iura
sunt clara. *l. qui testamento in princ. ff. de testam. l. dictantibus. C. eod. vbi Alex. & Rimin num.* 2. dicunt
hanc esse communem, quando non agitur principali-
ter de eius commodo. *Aret. in §. legatarijs Inst. eod. tit.* & eò magis, quia secundum magis communem
7 opinionem duo † testes cum interuentu Parochi suffi-
ciunt. *Capr. cons.* 43. *num.* 3. *Didac. in d. c. cum esset. num.* 12. *cum alys adductis per Clar. in §. testamentum. q.* 53. *vers. quæ quidem conclusio.* quò fit, vt pro vali-
8 ditate testamenti possit dici, quod numerus † sup-
pleat defectum. *Alex. cons.* 5. *num.* 7. *lib.* 7. *&* 47.
*num.* 1. *&* 2. *lib.* 2. *Dec. in c. licet causam. col.* 6. *de probat.*

9 Nec prædictis refragatur, quod Statutum † Perusi-
num, vt prætenditur à Papa confirmatum dicat in om-
ni vltima voluntate sufficere quinque testes, quia non
propterea infertur, quod Iure Canonico inspecto te-
stamentum istud substineri non valeat. *Capr. in terminis. d. cons.* 43. *num.* 7. si quidem verbum sufficere
10 † solum indicat, quod nihil aliud in dispositione, in
qua appositum est, requiritur *l. sufficit. ff. de condict. indeb. Glos. in c. statutum in princ. in verb. canonicis de rescript. in* 6. *quam singularem dicit ibidem Franch. num.* 6. *Dec. in cap.* 1. *in* 13. *not. de postul. prælat. &*
11 *cons.* 57. *in princ.* & sic dignoscitur Statutum † non
inducere necessitatem, & formam, vt ostendit *Bald. cons.* 353. *num.* 1. *lib.* 5. est etiam non mediocriter in-
uerisimile, cum intentio Statuti fuerit facilitare mo-
dum condendi testamentum, ideo non debet contra-
rium effectum producere *arg. l. legata inutiliter de adim. lega. l. quod fauore. C. de legib. sicut dicit Capr. d. cons.* 43. *in fin.*

12 Non obstat, quod cedula † dicti testamenti non fue-
rit publicata, & ipsis testibus, ac testatori lecta *ad Lex ea scriptura in princ. ff. de testam. l. fideicommissa. & ibi glos. in verb. quoties. ff. de leg.* 3. *multa cumulat Cephal. cons.* 137. *num.* 17. *int. cons. vlt. volunt. vol.* 2.
13 Nam prædicta locum † sibi vendicant in mera, ac so-
la præparatione testamenti. *Rom. cons.* 329. *num.* 33.
secus verò, quando actus testandi pro perfecto habitus

fuit

fuit ab ipso testatore, vt in præsenti facti specie apparet tum per testes, tum etiam ex ipsa met subscriptio-
14 ne testatoris, quæ licet non sit perfecta, † cum solum dicat, Io Checco affermo quanto &c. nihilominus ex natura orationis, & actus debet suppleri. *Bal. in l. errore in princ. de testam.* & præsertim in materia fauorabili. *Ias. in l. eius, qui in prouincia in glos. in verb. de-*
15 *functi. ff. si cert. pet.* & dispositioni d. c. cum esses † locus est quotiescumque constat saltem per duos testes testamentum fuisse factum. *Oldrad. cons. 119. circa fin. vers. non obstat. Couar. in c. relatum il primo num. 11. post princ. & vers. tertia conclusio de testam.*

16 Quæ obijciuntur circa recognitionem † dicti testamenti *extraditis per Alex. cons. 123. num. 5. lib. 1. Afflict. decis. 181. num. 8. & 9. Achill. decis. 2. de fid. instr.* non indigent responsione, quia sextus testis super 4. 5. & 9. art. & similiter octauus, & nonus testis super primo satis explicitè dicunt se fuisse præsentes, & vidisse scribere, & subscribere dictum testamentum,
17 & tanto magis † est illis fides adhibenda. siquidem non desunt alij, qui affirmant recognoscere folium testamenti, & habere notam manum prædictorum Testatoris, & Parochi, & si non viderint scribere *per ea, quæ tradit Alex. post alios, quos allegat cons. 81. num. 4. in fin. lib. 2. Ruyn. cons. 46. num. 8. in 4.* & maximè quia tractatur de recognitione scripturæ Sacerdotis optimæ opinionis, probatæque vitæ. *Tiraq. de pœn. temper. caus. 51. num. 105.*

Minusque facit, quod testes videantur sentire testa-
18 mentum † fuisse conditum de nocte, cum deponant vnum lumen in cubiculo testatoris adfuisse, quasi tria esse debuissent *per tex. in l. 1. §. tria lumina ff. de ventr. inspic. Ias. cons. 50. lib. 3. Io: dilect. de art. test. caut. 8.*
19 Quoniam ex facti serie † potius colligitur, quod erat de die prout in dubio præsumendum est. *Bart. in l. aut facta. §. tempus. num. 2. ff. de pœn. Dec. cons. 354. n. 2.* & ratio quare testamenta non possent fieri in obscuro illa est, quia testes debent esse in præsentia, & conspectu testatoris, & sic illum videre *l. si non speciali. C. de testam. Ias. vbi supra num. 2.* & ad hunc tantum effectum huiusmodi obscuritas consideratur. *Dec. in cons.*
20 *proxim. cit. n. 2.* Sed hæc ratio † cessat in præsenti casu, nam testes viderunt testatorem esse manu tremula subscribentem ergo & dispositio huiusmodi cessare debet *c. cum cessante de appellat.* Præterea hæc subtilitas, seu cautela trium luminum non debet extendi ad testamentum conditum iuxta formam c. cum esses, quoniam magnoperè se fundat in iure diuino, ac Statutis Sanctorum Patrum.

Ex illis igitur fuit conclusum pro validitate testamenti, vno tantum reseruato videlicet, An fuerit
21 etiam opus, quod testes † non transeuntes, & fortuiti, sed rogati huiusmodi testamento interfuerint circa quam difficultatem pluries propositam DD. die Lunæ 7. Februarij 1583. dixerunt necessarium esse rogitum saltem præsumptum, vel quid tale, vt illi æquipolleat, vt mox dicetur. Nam ad validitatem illius secundum Ius Ciuile plura requiruntur maximè numerus, & rogitus testium. *l. hac consultissima. C. de testam. auth. rogati. C. de testib.* sed quantum attinet ad numerum
22 † testium Ius Canonicum ab ista regula expressè recedit, quo verò ad cœteras solemnitates, & qualitates ipsorum ciuilia iura incorrecta remanere videntur *ex traditis in c. cum expediat de elect. in 6. l. sancimus. C. de testam. & ita arguit Imol. in d. c. cum esses num. 12. Barbat. latè cons. 32. num. 6. lib. 1.* Hoc etiam non immeritò suaderi potest ex eo, quod *Decretalis*
23 *cum esses* † requirit idoneos testes, & cum aliter non exprimat debet intelligi de illa idoneitate à lege Ciuili considerata *ad notat. in c. 1. de nou. oper. nunc.* quo fit, vt testes rogati solùm idonei existimentur, si quidem illis rogatis magis creditur, cum fides eorum censeatur electa, & à testatore approbata. *Bal. in l. fin. vers. in omni. num. 28. C. de Codicill. Barbat. in præeit. cons. n. 4. & 6. vers. item ille.* Non obstat quod
24 dispositio † c. cum esses modò videatur fundata in iure diuino secundum quod solemnitates humanarum legum remissæ sunt, *vt voluit Bar. in l. 1. circa finem n. 81. C. de sacros. Eccles. Io: de Ana. qui illum citat d. c. cum esses. n. 3.* quia respondetur hoc non esse absolutè verum, quandoquidem vltra duos testes presbyterum Parochialem quoque expostulat, & ipso deficiente duos alios testes, vt Abb. & alij ibidem determinant, & stante generali consuetudine Ecclesiæ, vt dicitur in eodemmet cap. censendum est hoc etiam inductum fuisse ipso iure positiuo suadente, quod mandet seruari consuetudines. *Abb. in rubr. de consuetud. in fine.* Ideo dici non potest nos versari in puris terminis iuris diuini *arg. l. lucius. §. quæsitum. ff. de leg. 3.* &
25 quod rogitus † sit omnino necessarius voluerunt magis comm. DD. *Collect. in d. c. cum esses. n. 2. Petr. de Rauen. in Compend. iur. Canon. tit. de testam. col. 12. vers. nec requiritur. Alber. in auth. rogati. C. de testi.* dicit illam de iure Canonico esse canonizatam. *Alex. cons. 70. n. 21. lib. 2. Barbat. d. cons. 32. n. 6. vers. ergo in casu* dicens omnes Scribentes hoc firmare cum alijs allegat. per informantes, & pro eadem opinione
26 † adduci possunt *Lap. alleg mihi. 29. Roman. cons. 306. n. 3.* volentes in fortioribus terminis, videlicet in testamento ad pias causas rogitum esse necessarium, quos sequuti sunt nonnulli alij DD. *vt refert Tiraq. de priu. quæ caus. pr. 3. vers. contrarium.* & quamuis
27 † *Ant. de Butr & Abb. in d. cap. cum esses. Com. in l. hac consultissima de testam. & nonnulli alij* tenuerint opinionem contrariam, nihilominus, vt ex supradictis apparet, magis communis est contra illos, prout fuit
28 per Dominos conclusum, quibus tamen placuit † prædictam communem opinionem esse restringendam, vt locum sibi vindicare non valeat, quando ex circumstantijs facti facilè perspici, ex præsumi possit, quod testes non transeuntes, & fortuiti tali testamento interfuerint, quod etiam suaderi posse videbatur ex dictione coram, qua vsus est Summus Pontifex in d. c. cum esses *ex not. in l. coram. ff. de verb. sign.*

An verò in præsenti facti specie talia concurrant, ex quibus præsumendum sit dictos testes hoc pacto fuisse præsentes, particulariter videbitur &c.

## Cardinali Pamphilio Perusina Hæreditatis Mercurij 20. Nouemb. 1602.

### SVMMARIA.

1 *Testamentum primum reintegratur non obstante secundo, vbi constat de voluntate testatoris, & per tot,*

*& præsertim num. 10. & seq.*

2 *Testatoris assertioni ad ostendendum errorem Notarij multum deferri solet.*

3 *Testamentum coram Parocho requirit tantum duos testes etiam absque confectione alicuius scripturæ, quæ non est necessaria in testamento nuncupatiuo num. 4. fallit ex Statuto num. 7. & 8.*

5 *Testatoris voluntas non dicitur explicata in ipso actu testandi si fuit suspensa in tempus futurum accessus, & rogitus Notarij, sed imperfecta, & potius præparatio, quàm testamentum maximè si Notario præsente nihil disposuit num. 6.*

7 *Testamentum, Codicilli, & alia vltima voluntates conditæ, in Ciuitate requirunt quinque testes ex Statuto Perusino, non obstante dispositione iuris Canonici num. 8. & seqq. vbi secus ex eodem Statuto in testamentis conditis in Comitatu, & in declaratione voluntatis num. 11.*

9 *Testatoris declaratio, quod non intellexerit reuocare disposita ad fauorem alicuius requirit eundem numerum testium, & easdem solemnitates, quæ in testamento requiruntur, vbi praecedit aliud testamentum reuocatorium intermedium.*

12 *Error Notarij quando versatur circa dispositionem testatoris debet probari per tot testes quot requiruntur ad probandam ipsam dispositionem.*

## DECISIO III.

CAMILLVS Vibius conditor testamenti, in quo factis pluribus legatis instituerat sibi hæredem vniuersalem D. Petrum Paulum Constantium, molestatus à consanguineis reuocauit dictum testamẽtum, declarans se velle decedere ab intestato, habita de hac renocatione notitia Petrus Paulus Constantius interrogauit testatorem, nunquid verè testamentum reuocauerit, qui respondit, se non reuocasse disposita ad sui fauorem, & certior tamen factus, quod Notarius se rogauerat de reuocatione totius testamenti, quærelans se de errore Notarij dixit se ita non intellexisse, & quod vocaretur Notarius, subdens se fecisse Petrum Paulum hæredem, & quod volebat ipsum esse suum hæredem, & quod illum faciebat hæredem.

Et ex his verbis prætendebat Petrus Paulus hæredi-
1 tatem Camilli ad se pertinete ex eo, quod testator † declarauit non fuisse suæ intentionis reuocare dictum testamentum primum qnoad hæredis institutionem, sed tantum quoad legata, & alia in testamento disposita, dicebat constare de voluntate testatoris volentis cum priori testamento decedere, & hoc sufficere, vt prædictum testamentum quoad eius institutionem censeatur reintegratum. *l. Titius. §. planè. ff. de milit. testam. l. pen. §. fin. ff. de bon. poss. sec. tab.* præsertim
2 † quod hoc pendebat à libera voluntate testatoris, cuius assertioni ad ostendendum errorẽ Notarij multum solet deferri. *Bar. in l. cum proponebatur. sub num. 2. & ibi Bal. col. 1. vers. & not. ex ista glos. ff. de leg. 2.*
3 Dicebatur † ex prædictis verbis saltem constare de nouo testamento, cum hæc voluntas fuerit explicitè declarata coram Parocho, & quatuor testibus, quamuis iuxta dispositionem *cap. cum esses de testam.* duo tantum sufficiant cum Parocho, *vt ibi per Abb. num. 7. & in repet. num. 12. & 17. Couar. num. 13. Speculat. in tit. de instr. edit. §. compendiosè num. 12. Ciar. in §.*
4 *testamentum q. 57.* etiam † absque confectione alicuius scripturæ, quæ non est necessaria in testamento nuncupatiuo *l. hac consultissima. § per nuncupationem. C. de testam. §. fin. Inst. eod. tit. Castr. cons. 308. num. 3. lib. 1. Ruyn. cons. 1. num. 21. lib. 2.*

Domini tamen his non obstantibus contrarium resoluerunt nempe non constare de aliquo testamento,
5 quod Petro Paulo suffragetur, ista enim † voluntas non fuit à Camillo explicata in ipso actu testandi, & disponendi de rebus suis adhibitis ad hoc Notario, & testibus, sed fuit suspensa in tempus futurum accessus, & rogitus Notarij, quem ipse ad istum effectum accersiri iusserat, quo fit, vt tanquam imperfecta ratione voluntatis non dicatur testamentum, sed potius quædam præparatio ad corrigendum errorem Notarij, vel ad testandum, quæ nullum sortitur iuris effectum. *Oldrad. comm. receptus cons. 79. & 119. Io: And. ad Specul. in d. §. compendiosè num. 31. in verb. ex parte. Anchar. in d. c. cum esses num. 22. Dec. cons. 159. num. 4. Ias. de communi cons. 155. col. 4. vol. 4. & tenuit Rota in causa Romana hæreditatis de Picbis prima Iunij 1583. & in alia Romana Educationis 13. Maij 1600. coram R. P. D. meo Seraphino.*

6 Præsertim † quod testator non solum iussit accersiri Notarium, sed eo vocato, & ad sui præsentiam constituto, nihil disposuit, Quamuis enim testator rogatus à Petro Paulo dixerit se velle disponere, Notarius tamẽ quia ex quibusdam verbis à testatore extra propositum prolatis viderat ipsum sibi parum constare, re infecta recessit, & sic tam ex auocatione Notarij, quàm etiam ex eo quod veniente Notario nihil disposuit constat voluntatem istam non fuisse perfectam *Ias. d. cons. 155. col. 4. sub num. 4. vers. item prædicta.*

7 Accedit quod de ista testatoris † voluntate, quam quinque testes probare conantur, duo non loquuntur de verbis dispositiuis, quæ important hæredis institutionem, nempe facio te hæredem, sed tantum dicunt testatorem dixisse, quod vocaretur Notarius, quia fecerat ipsum hæredem, & volebat, quod esset suus hæres, & illum hæredem facere intendebat, quæ verba futuram dispositionem important, & isti testes non sufficiunt, quia ex Statuto Perusino in testamentis, Codicillis, & alijs vltimis voluntatibus in Ciuitate conditis necessarij sunt quinque testes. *l. si vnus. C. de testam. Glos. Bart. & alij in l. nemo potest de leg. 1.*

8 Et cum huiusmodi † statutum fuerit à Sede Apostolica confirmatum non est agendum de dispositione d. c. cum esses, quod locum sibi non vendicat, vbi maior numerus testium ex iure municipali in testamentis requiritur. *Bal. cons. 40. num. 3. lib. 2. Alex. cons. 177. sub num. 2. vers. quia respondeo lib. 2. Dec. cons. 315. sub num. 4. vers. non obstat quod Romæ, & fuit coram me resolutum sub die 27. Maij 1588. in causa Romana Hæreditatis de Stoeb.*

9 Neque obstat quod Statutum † dicat in vltima voluntate sufficere quinque testes, & ideo minorem numerum non excludat ponderando verbum sufficere, quod indicat plures non requiri. *Capra cons. 43. n. 7.* Quia illud procedit in testamentis conditis in Comitatu Perusiæ, in quibus etiam loquitur *decisio bo. me. Gypsij in causa Perusina bonorum*, secus autem est in hoc testamento condito in ipsa Ciuitate Perusiæ, cuius respectu Statutum in vltima parte necessario requirit quinque testes, vt in eo legitur.

Non

10 Non obstant deducta † ex d. l. Titius. §. fin. Quia præsupponunt perfectam voluntatem testatoris volentis decedere cum priori testamento non iure facto, vel ex aliqua parte rupto, in hoc autem casu de hac vltima voluntate non constat, vt supra dictum est, præ-
11 sertim † quod in dictis iuribus non præcedebat aliud testamentum intermedium, hic autem prætenditur certa, & clara reuocatio prioris testamenti, quod fit vt sequens declaratio, quod testator non intellexerat reuocare disposita ad fauorem Petri Pauli tanquam noua dispositio requirat eundem numerum testium, & easdem solemnitates, quæ in testamento requiruntur, & hic deficiunt *l. hæredes palam. §. si quid post. & ibi glos. in verb. posse. Bart. num. 4. Castr. num. 2. & 4. in fin. ff. de testam. idem Bart. in l. qui ex lib. §. testamento num. 2. ff. de bon. poss. sec. tab. Dec. in l. edita num. 49. C. de eden. & in l. 1. num. 30. & seqq. C. de impub.*

12 Et procedit etiam quoad probationem † erroris Notarij, quando, prout hic versatur, circa dispositionem testatoris. *Bart. in d. l. cum proponebatur num. 3. & ibi Bal. col. 1. vers. etiam quæro de leg. 2. &c.*

## Eodem Pamphilio In eadem Perusina hæreditatis Veneris 12. Decemb. 1603.

### SVMMARIA.

1 *Testamentum non dicitur, sed præparatio quædam vbi testator distulit explicare voluntatem in aduentum, & rogitum Notarij, quæ est imperfecta, & per tot. maximè præcedente dispositione, & testamento perfecto num. 8.*

4 *Testamenta in Ciuitate Perusiæ, vt valeant, requiruntur quinque testes ex Statuto confirmato.*

5 *Hæredis institutionem non important verba futuri temporis.*

6 *Testari quod quis voluerit debet constare ex verbis ipsius, & conuocatione testium, & vide num. seqq.*

13 *Testamenti cancellatio, & reuocatio in odium vnius hæredis non nocet alteri.*

14 *Testamenti reuocatio comprehendit institutionem illius, qui solus fuit hæres institutus.*

### DECISIO IV.

PROPOSVI iterum causam super resolutis, à quibus visum fuit Dominis non esse recedendum ex rationibus tunc deductis.

Ex testibus enim Petri Pauli, & præsertim primo, &
1 secundo constat testatorem non explicasse † voluntatem suam faciendi hæredem Petrum Paulum in ipso actu testandi, sed illam distulisse in aduentum, & rogitum Notarij ad hunc effectum eius iussu accersiti, ita vt huiusmodi dispositio vt imperfecta ratione voluntatis non possit dici testamentum, sed potius quædam præparatio ad reuocandum, seu corrigendum errorem Notarij, vel ad aliud testamentum faciendum, quæ nihil operatur *iuxta cons. Oldrad. 129. commu. receptum cum alijs in decision. allegat.*

Nec placuit Dominis, quod dicitur Notarium non
2 fuisse vocatum pro recipienda † noua dispositione, sed solum vt à testatore repræhenderetur de reuocatione institutionis Petri Pauli. Quia de contrario apparet ex dicto quinti testis, qui iuxta 26. & 36. expressè dicit testatorem mandasse vocari Notarium, quia volebat reuocare secundum testamentum, & Petrum Paulum
3 hæredem instituere. Quod etiã probatur ex eo † quod Notarius rogatus de reuocatione noluit accedere, & fuit vocatus alius, qui non poterat redargui de reuocatione, quam ipse non rogauerat, & necessariò dicendum est fuisse vocatum ad effectum faciendi aliud testamentum, de quo ipse rogaretur, & hoc clarius ostenditur, quia post aduentum Notarij testator interrogatus à Petro Paulo dixit se nolle disponere, & quãuis inceperit Notarius, tamen re infecta discessit, quia vidit ipsum non esse mentis compotem propter quædam verba, quæ extra propositum protulerat, & sic dispositio remansit imperfecta. *Ias. cons. 155. col. 4. sub num. 4. vers. ibi prædicta lib. 4. Socc. iun. cons. 175. num. 49. ad finem lib. 2.* Accedit etiam, quod de ver-
4 bis dispositiuis † facio te hæredem, non deponunt nisi tres testes, quorum numerus non sufficit stante Statuto Perusino, quod in testamentis, quæ in Ciuitate Perusina conficiuntur, de necessitate requirit quinque testes, & est confirmatum per Sedem Apostolicam, & est attendendum non obstante dispositione *c. cum esses de testam. Bal. cons. 404. num 3. lib. 2. Dec. cons. 315.*
5 *sub n. 4.* Alia enim verba † de quibus deponunt quinque testes, quod testator mandauerat vocari Notarium, quia fecerat suum hæredem Petrum Paulum, & volebat quod esset suus hæredes, & quod volebat illum facere hæredem, magis communis opinio est contra. *Bart. in l. seruo electione de leg. 1.* quod non importent hæredis institutionem, *vt per Corn. cons. 149. num. 7. & seq. lib. 2. Dec. cons. 159. num. 7. Ruyn. cons. 9. num. 8. lib. 3. Paris. cons. 24. num. 12. lib. 3. cum al-legat. & fatetur Curt. iun. cons. 303. num. 48. & 54.*
6 *in contrarium allegatus.* Vltra quod non constat † ista verba fuisse prolata à testatore ita, quod voluerit facere testamentum disponendo se ad testandum conuocatis hominibus, qui de sua voluntate testarentur, *vt requiritur in l. Diuus. ff. de milit. test. §. planè Inst. eod. tit. Corn. cons. 149 num. 8. & 14. lib. 2. Soc. iun. cons. 183. num. 31. in secunda limit. lib. 2. Aym. cons. 143.*
7 *num. 13. vers. quinimò &c.* Et quamuis ista † voluntas colligatur ex circumstantijs, *de quibus in l. Pamphilo. §. propositum. ff. de leg. 3.* Hic tamen non adsunt,
8 quia testator † non conuocauit testes, nec seruauit alia requisita d. l. *Ruyn. cons. 1. num 23. & cons. 9. num. 1. lib. 1. & cons. 9. num. 8. & seq. lib. 3. Socc. iun. cons.*
9 *129. num. 36. lib. 2.* & coniecturæ † in casu proposito magis incalescunt in contrarium ex supradictis, & benè deducunt Informantes pro monialibus.

10 Et ex his cessat † dispositio *l. Titius. §. sed planè. ff. de uil. testam. & l. pen. §. fin ff. de bon. poss. sec. tab.* Quia vt dicitur in decisione ista iura præsupponunt perfectam voluntatem testatoris volentis decedere cum priori testamento non iure facto, vel ex aliqua alia causa rupto, de qua voluntate hic non constat, vt
11 supra dictum est, Vltra quod in dictis iuribus † non aderat aliud solemne testamẽtum intermedium, prout in hoc casu, in quo, est solemnis reuocatio prioris testamenti; quo fit, vt ista declaratio testatoris, quod non intellexerat reuocare disposita ad fauorem Petri

Pauli debet esse perfecta, & solemnis. *l. heredes palam. §. si quid. & ibi Glos. Bart. & alij. ff. de testam.* & fa-
12 cta animo † deliberato ad testandum. *d. l. Diuus. ff. de milit. testam. §. planè. Inst. eod. tit. cum alijs supra allegat.*

13 Non † obstat tex. *in l. cancellauerat. ff. de his, quæ in testam. del.* Quia loquitur quando testator declarauit se cancellare testamentum in odium vnius hæredis, & tunc cancellatio alijs non nocet. Sed replicatur quia
14 testator † non dixit se reuocasse testamentũ in odium alicuius, ita vt non censeatur reuocata institutio Petri Pauli, sed testamentum fuit solum reuocatum, quia testator voluit decedere ab intestato, & sic dicendum est fuisse reuocatum etiam quoad institutionem Petri Pauli, qui solus hæres fuerat institutus. *l. 1. ff. de iniust. rupt. & irrit. test. §. posteriore. Instit. quib. mod. testam infirm.*

Alia, quæ deducuntur, ex supradictis tolluntur, vt per informantes &c.

## Penia Perusina Dotis. Mercurij 1. Iulij 1598.

### SVMMARIA.

1 *Subhastatio facta non seruata forma Statuti est nulla.*
2 *Statuti forma non seruata actus corruit.*
3 *Subhastatio habita fide de precio erit nulla, Declara vt num. 4.*
5 *Vxoris fideiussio est nulla vbi remaneret pœnitus indotata.*
6 *Restitutio in integrum datur stante nullitate subhastationis non obstante lapsu quadriennij.*

### DECISIO V.

ANNO 1559. Lucretia Bartoccia nupsit Mattheo Coppulo cum dote florenorum mille, ex quibus Mattheus quingentos recepit à Iulio Cæsare, & alios quingentos à Sinibaldo Bartoccio Lucretiæ Patre, & ideo anno 1563. Sinibaldum quietauit, & pro restitutione dictæ dotis omnia sua bona obligauit.

Anno 1579. Franciscus Balleonus asserens se creditorem Matthei illum tanquam suspectum de fuga carcerari fecit, Franciscus verò Almenna auctor Dominorum de Goghis Aduersariorum Lucretiæ fideiussit pro Mattheo illius marito, quod non discederet de Palatio sine licentia Balleoni, & huic fideiussioni Lucretia accessit promittens sub die 26. Augusti 1579. conseruare indemnem Almennam. Postea cum Troilus Signorellus requisiuisset Balleonum, vt vellet Mattheo impertiri licentiam recedendi à Palatio, idem Balleonus die 10. Decembris 1579. rescripsit Signorello, quod si Mattheus recederet pro seruitio Signorelli non foret illum molestaturus.

Mattheo ergo quasi sine licentia à Palatio recedente, Balleonus contra Almennam fideiussionem agere cœpit, & credito suo vtcumque liquidato ad florenos mille die 7. Iunij 1580. omnia sua iura Almennæ fideiussori cessit, & Almenna vigore fideiussionis egit contra Lucretiam, vt illum à molestijs liberaret, & tandem eodem anno 1580. sententias, & mandatum pro florenis mille obtinuit, quod fuit executum super bonis dotalibus Lucretiæ, quæ fuerunt subhastata, & deliberata Iacobo Zano pro florenis mille, & centum, quos idem Zanus Almennæ soluere, aut eidem remittere iura super dictis bonis promisit. Vnde idem Zanus die 16. Nouembris 1580. agnoscendo bonam fidem eadem bona retrocessit Almennæ, qui Almenna anno 1585. ad hastam publicam vendidit DD. de Goghis Lucretiæ Aduersarijs pro scutis 910.

Tandem pro parte Dominæ Lucretiæ obstenta in integrum restitutione, & causa introducta in Rota.

Dubitaui an subhastatio, & executio substineatur ita vt foret, vel non foret locus restitutioni in integrũ. Et Domini Lucretia tantum informante non substineri subhastationem, & executionem responderunt ex duplici capite tum quia non fuit seruata forma Statuti Perusini, tum quia Lucretia remansit pœnitus indotata.

Nam respectu non seruatæ formæ res videbatur clara, quia † in secundo vol Statut. Perus. rubr. 29. de execut. instr. sent. & laud. §. si verò placuerit, sub pœna nullitatis cauetur, vt ante venditionem bonorum immobilium, quæ pro executione capiuntur facta executione expectetur debitor per 30. dies, & deinde ante subhastationem eidem assignetur terminus peremptorius, quò finito bona subhastentur diuersis diebus ad minus quinque vicibus, & vendantur plus offerenti, & satisfacto creditore residuum deponatur infra 15. dies; Vnde in casu proposito, cum post sententiam latam fuerit facta venditio intra quindecim dies non expectato termino 30. dierum, nec præfixo termino peremptorio, nec facto deposito de residuo, consequenter subhastatio fuit inualida. *Bal. in l. ordo. num. 8. vers. nota quod si Statutum. C. de execut. rei iudic.* Cum
2 enim Statutum † det formã in subhastatione, & deliberatione facienda, vtique ea non seruata actus corruit. *l. cum hi. §. & si prætor. ff. de transact. & tenuit Rota in vna Senogallien. prædij die 15. Maij 1596. coram Illustrissimo Blanchetto tunc Rotæ Auditore.* Subhasta-
3 tio † etiam dicebatur nulla, quia videbatur facta habita fide de precio. cum tamen precium manualiter solui debuisset. *l. à diuo Pio. §. si emptor ff. de rei vendic. & fuit resolutum in vna Fauentina bonorum die 15. Iunij 1593. & die 10. Maij 1594. coram R. P. D.*
4 *meo Litta.* Quamuis hoc † non procedat creditore consentiente venditioni, & subhastationi habita fide de precio, *vt Rota declarauit die 5. Decembris 1594. in vna Vrbeuetana Domus coram D. meo Pamphilio.*

Respectu alterius capitis de Lucretia indotata re-
5 manente † res etiam videbatur clara; nam cum Lucretia fideiusserit pro integra dote propter fideiussionem fuit enormiter læsa ex quo remansit pœnitus indotata, & consequenter fideiussio fuit nulla. *Paris. cons. 75. num. 14. & seq. lib. 3. Dec. cons. 180. num. 4. circa med. Aleiat. in c. cum contingat num. 223. de iure iur. & fuit resolutum coram Illustrissimo Arrigonio die 21. Iunij 1593. in causa Romana fideiussionis.*

Quibus ita constitutis Rota censuit locum fuisse
6 † restitutioni in integrum nõ obstante lapsu quadriennij. *Odd. in tract. de restit. in integr. par. 1. q. 19. art. 7. num. 66. & q. 43. art. 1. num. 25.*

Eodem

# Eodem Penia
# In eadem Perusina Dotis
# Veneris 10. Nouemb. 1600.

***SVMMARIA.***

1 *Subbastatio est nulla si non sit factum depositum residui ex Statuto, & num. 2.*

3 *In subbastationibus Statuti forma ad vnguem seruari debet.*

## DECISIO VI.

VTRAQVE parte informante propositi causam,
1 super eisdem, An executio † & subhastatio pos-
sint substineri, & Domini omissa nunc discussione alia-
rum rationum deductarum in decisione in hac causa
facta die prima Iulij 1598. in decisis persistentes cen-
suerunt ex eo, quod residuum precij subhastationis
non fuerat depositum iuxta formam Statuti Perusini,
quia in secundo vol. Statutorum Perusij rubr. 29. de
exeq. instr. sent. & laud. sub pœna nullitatis cauetur, vt
satisfacto creditore residuum precij intra quindecim
dies deponatur pænes idoneum mercatorem, & depo-
situm notificetur ipsi debitori per publicum baiulum,
siue nuncium dictæ Ciuitatis, cum ergo creditum,
2 † pro quo fuit facta subhastatio esset florenorum 1000.
expensæ ascenderent ad summam florenorum 40. &
venditio fuerit facta pro 1100 residuum debuit depo-
ni, & Lucretiæ notificari, quod cum non fuerit factum,
omnia tanquam inualidè gesta veniebant renocanda.
3 Forma † enim Statuti ad vnguem debet obseruari. *Bal.
in l. ordo n. 8. vers. nota quod si Statutum. C. de exeq.
rei indic. & in tract. de feud. in c. 1. num. 2. vers. quia
cum ista forma. Alex. cons. 42. num. 16. vers. & sem-
per forma. lib. 1.*

# Comitulo
# Perusina bonorum de Balleonibus. Veneris 8. & Mercur. 13. Iunij 1590.

***SVMMARIA.***

1 *Mater, & Auia Paterna simul succedunt ex Statuto Perusino, secus de iure communi num. 2.*

3 *Statutum non porrigitur ad bona extra Territorium statuentium maximè inter forenses num. 4.*

4 *Forenses beneficio Statutorum non potiuntur, etiam, vbi agitur de succedendo ei, qui est ciuis num. 5.*

6 *Statuta præsumuntur ciuibus dumtaxat prospicere.*

7 *Vxor dicitur ciuis in Ciuitate mariti, & idem in vidua num. 8. nisi rediret ad Ciuitatem propriæ originis num. 9.*

## DECISIO VII.

1 EXTAT Perusiæ Statutum † vt si quis ab intestato
decesserit relictis matre, & Auia Paterna tan-
tum, ambæ in hæreditate æqualiter succedant. Hinc
defuncto Illustrissimo D. Astorre iuniore Domicello,
& Ciue Perusino quæstionis fuit, An tale Statutum
obstaret Illustri D. Margheritæ matri, quo minus im-
mittenda esset in possessionem bonorum in hæredita-
te filij relictorum exclusa Illustri D. Gineura auiâ pa-
terna etiam à prætensa dimidia.
2 Et decisum quò ad bona existentia † extra Territo-
rium Perusinum Statutum non obstare, quominus ex
dispositione iuris communis. *auth. defuncto C. ad Ter-
tull.* mater fruatur gradus sui prærogatiua Nam com-
3 munis est conclusio Statutum † non porrigi ad bona
sita extra Territorium statuentium. *Bar. in l. 1. q. 7.
num. 42. C. de summ. Trin. & fid. cath. Dec. cons. 13.
num. 7. Paris. cons. 68. num 9. lib. 2. & cons. 49. num.
5. lib. 3. quam Rota sæpius sequuta fuit*, etiam vbi aga-
tur inter ciues. *Put. decis. 351. lib. 1. Ant. Aug. in epi-
4 tom. de testam. num. 3.* & multò faciliùs amplexa † est
in casu proposito, in quo contentio de successione est
inter has Illustres Dominas Romanas, cum extranei
beneficio Statutorum non potiantur. *Tiraq. de pri-
mog. q. 94. num. 4.*
5 Quo ad bona existentia in Territorio † Perusino,
quamuis non recedendo à decisionibus sæpius in Rota
approbatis tenuerint Statutum non esse attendendum
inter forenses etiam si is de cuius hæreditate agitur
fuerit ciuis, & Statuto subditus. *Alex. cons. 44. num.
15. lib. 1. Ruyn. cons. 48. num 4. lib. 3. Paris. cons. 12.
num. 26. lib. 3.* ex præsumpta scilicet voluntate Sta-
6 tuentium, qui ciuibus † dumtaxat suis prospicere
voluerunt naturalem rationem sequuti, vt qui onera
non subeunt, nec beneficijs gaudeant Statutorum.
*Bal. cons. 460. num. 2. in princ. Ang. cons. 73. num. 2.
Castr. cons. 156. num. 2. in primo, & ita fuit resolu-
tum in causa Terracinen. hæreditatis coram R. P. D.
Blanchetto 16. Martij 1576. & in Romana supplemen-
ti legitimæ 21. Octobris 1580. coram bo. me. Lauritta-
no, & rursus coram R. P. D. Pamphilio in alia Came-
rinen hæreditatis 23. Ianuarij 1588.* Tamen quia in
7 positione † sub die 13. Iunij fuit excitata difficultas
respectu Illustris D. Gineuræ, quæ sicut viuente dicto
Astore maiore eius marito intelligebatur esse Ciuis
Perusina. *ad Glos. in l. Ciues. vbi Bart. & alij. C. de
incol. lib. 10. Idem Bar. in l. pen. num. 1. de Senat.* ita
8 permanens † in viduitate honesta eandem Ciuitatem,
& domicilium retinere dicebatur *iuxta tex. in l. filij.
§. vidua. ff. ad municip. Alex. in l. cum quadam puel-
la. num. 9. & ibidem Socc. num. 10. de Iurisd. omn.
iud.*
Contra verò replicatum fuit talem ciuilitatem non
9 suffragari viduæ, † quæ ad propriæ originis Ciuitatem
reuersa esset *ex Dec. in d. l. cum quadam puella. n. 12.*
præsertim ad effectū succedendi ex Statuto iuri com-
muni contrario. *Alex. cons. 200. num. 29. lib. 6.* visus
fuit omnibus articulus particulari discussione dignus,
10 † & ideo conclusum immittendam esse Dominam
Margheritam in possessionem omnium bonorum exi-
stentium in Territorio Perusino, nisi Domina Gineura
tanquam Ciuis in Statuto comprehendatur &c.

Eodem

# Eodem Comitulo
# In eadem.
# Mercurij 23. Ianuarij 1591.

## SVMMARIA.

1 *Vidua dicitur perdurare in priori coniugio & num. 2. & retinet defuncti viri domicilium, eiusdemque nobilitatem, priuilegia, & statum num. 3. & ciuilitatem num. 4. & beneficium Statutorum num. 5. & tolluntur obiecta num. seqq.*

7 *Statutum non porrigitur ad id, quod per fictionem inducitur maximè in correctorijs, & vide num. seqq.*

10 *Constitutum transfert veram possessionem quamuis modus sit fictus.*

11 *Statutum vocans Auiam cum Matre est limitatorium.*

12 *Statutum limitatorium non respuit extensionem.*

14 *Vidua, quæ rediuit ad domicilium propriæ originis non retinet domicilium, & forum viri defuncti, sed contra num. 15. & seqq.*

17 *Ciuilitas, vt retineatur non est necessaria habitatio, & vide num. seqq.*

18 *Domicilium facilius mutatur, sed non ciuitas.*

## DECISIO VIII.

FVIT discussus articulus in propositione huius causæ anno præterito 13. Iunij reseruatus. An Illu-
1 stris D. Gineura † compræhensa sit in Statuto Perusino, vt ad successionem ab intestato Illustris D. Astoris iunioris æqualiter cum matre vocata intelligatur. Et conclusum esse compræhensam vti ciuem nisi constet de eius animo deserendi Ciuitatem. Ratio con-
2 clusionis † fuit, quia Vidua ex quo dicitur perdurare in priori coniugio. *§. solum. auth. de nupt. l. vlt. vbi Bart. & alij. C. de bon. matern. idem Bart. in l. diuortio in princ. num. 5. ff. sol. matr. Castr. in l sororem num. 4. C. de ijs quib. vt indig. & in cons. 147. in princ. par. 1. Tiraq. plures cumulans de nobilit. cap. 18. n. 9.*
3 retinet † defuncti mariti domicilium. *l. filij. §. vidua ff. ad munic.* eiusdemque nobilitatem, priuilegia, & statum in quo per matrimonium fuerat constituta. *l. fæminæ in fin. de Senat. l. mulieres. C. de dignit. lib. 10. Bar. in l. vltima num. 2. C. de verb. sign. Abb. in cap. ex parte. num. 4. de for. compet. & cap. super eo 2. num. 3. & ibi Felyn. num. 1. & seq. de testam. Prob. ad Mon. in c. is qui. §. mulier. num. 10. & seq. de sepul. lib. 6. Alex. cons. 125. n. 19. lib. 6. Caput decis. 129.*
4 *num. 8.* Ergo pariter censenda † est retinere ciuilitatem olim ex matrimonio sibi acquisitam. *ad glos. in l. ciues. vbi Bart. Ang. & Io: de Plat. C. de Incol. lib. 10. Bart. in l. vltima num. 1. de Senat. & in l. vltima. §. ijdem rescripserunt. num. 4. ad municip. Bal. in l. cum te. C. de nupt. & in cons. 100 num. 139. lib. 5. Corn. cons. 55. num. 6. lib. 1. Fulgos. cons. 92. num. 2. Tiraq. vbi supra num. 8. & de legib. connub. leg. 1. num. 29. Decis. Pedem. 123. in nou.* & consequenter ciuilium
5 Statutorum † beneficio potiri debet perinde ac viuente marito potiretur. *Bal. in l. voluntas. num. 1. C. de fideic. Imol. cons. 78. n. 8. Socc. cons. 12. n. 18. lib. 1.*

Non obstat, quod vxor fictione iuris efficitur con-
6 ciuis marito † & vidua eò magis fictè remanet ciuis, quo etiam fingitur per iuris interpretationem perseuerare in eodem matrimonio. *Roman. in l. 1. num. 13. vers. nec mihi. C. unde vir. & vx. Alciat. de præsumpt.*
7 *reg. 2. præsumpt. 9. num. 3.* Statutum verò † non porrigitur ad id, quod per fictionem inducitur. *l. 3. §. hac verba de neg. gest.* & multò minus si sit iuris communis correctorium. *ex trad. per Alex. cons. 207. num. 21. lib. 6.* qua ratione. *in eodem cons. num. 9.* tenuit in Statuto loquente de vxore viduam non compræhendi. *Tiraq. de nobilit. c. 151. num. 8.*

Nam responsum fuit, quod attinet ad vxorem viuo
8 marito † illam esse verè, & propriè ciuem, & compræhendi in Statutis loquentibus de ciue, siquidem natura ciuilitatis induci potest per dispositionem legalem. *Bal. in d. §. hac verba. num. 2. & precipuè cons. 100. in princ. & 134. num. 4. vers. nam si verba. lib. 5. Aret. in l. 2. in princ. col. pen. vers. tu autem aduerte. ff. de verb. oblig. Dec. cons. 282. num. 10.* Quo verò ad vi-
9 duam † nihil officere, quin & ipsa suam ciuilitatem quo ad iuris effectum retinere intelligatur, vt prædictum est, & comprobat. *Decis. Pedem. 31. num. 14. & seq.* quamuis fictè permanere dicatur in priori ma-
10 trimonio, similiter enim ex constituto † acquiritur vera possessio cum suis effectibus quamuis modus acquirendi sit fictus. *l. quod meo in princ. vbi Alex. num. 4. de acq. poss. Tiraq. de constit. par. 1. num. 2. & seq. Couar. var. resol. lib. 3. cap. 5. num. 6.* cumquè Statu-
11 tum † de quo agitur, quatenus vocat Auiam paternam simul cum matre ad successionem filij limitet magis, quàm corrigat ius commune, prout declarat
12 *Aym. cons. 291. num. 4.* non prorsus respuit † extensionem *ad tradita per Bar. in l. si constante. num. 39. ff. sol. matr. Alex. in l. 4. §. condemnatum. num. 28. de re iudic. Rip. in l. vltima num. 144. C. de reuoc. donat. Parisi cons. 83. num. 40. lib. 3.* quamquam illhæc con-
13 sideratio † circa interpretationem verborum Statuti non videbatur pertinere ad casum propositum, in quo cum verba propriè compræhendant Illustrem D. Gineuram, quæ verè, & secundùm naturam est Auia paterna Domini Astoris, cuius de hæreditate tractatur.

Fortiùs contra Illustrem D. Gineuram vrgere videbatur limitatio, quam plerique Doctores accommo-
14 dant ad conclusionem supra firmatam, vt vidua † retineat domicilium, & forum viri defuncti nisi ad propriæ originis domicilium reuersa fuerit. *Castr. in l. cum quedam puella. num. 14. Dec. num. 15. Curt. num. 4. Cagnol. num. 8. de iurisd. omn. iud. Corn. cons. 111. num. 5. in 3. Cephal. cons. 171. num. 33. & seq. & cons. 126. num. 3.* Nam D. Gineuram repetijsse suæ origi-
15 nis domicilium vrbanum à multis annis, & illud incolere palam est. Sed Domini huic limitationi † non acquieuerunt magis probantes contrariam sententiam, quam tenuerunt *in d. l. cum quedam puella. Bald. in princ. Alex. num. 10. Socc. item num. 10. Claud. Ag. num. 4. & in pracit. cap. is qui. §. mulier. Archid. & Io: Andr. in vers. tumulanda. Anch. num. 4. Franc.*
16 *num. 2. Prob. ad Monac. num. 13.* Neque enim † ex habitatione, aut ratione loci, sed ex persona, & virtute nexus coniugalis in vxorem transfunditur domicilium, & ciuilitas, vt sentiunt præcitati Doctores, quo fit vt etiam non traducta efficiatur conciuis viri. *Glos. in l. ea quæ. la 2. ad municip. Ias. in d. l. cum quedam*

*dam. num. 5. Rayn. cons. 58. num. 4. lib. 3.* Ergo viri
17 † domicilium non amittitur per solum regressum ad
illud originis, & multò minus ciuilitas, ad quam obti-
nendam habitatio non est necessaria, *vt per Alex. cons.*
*157. num. 33. & seq. lib. 2.* Neque ad amissionem,
18 † seu translationem domicilij, quod faciliùs mutatur.
*l. domicilium, & l. nihil ad munic. de quo loquuntur*
*Castr. & qui cum eo sentiunt*, sequitur amissio, aut mu-
tatio Ciuitatis, vt probat *tex. in l. assumptio. §. 1. eod.*
*tit.* vbi filius Ciuitatem, ex qua pater originem ducit
non domicilium sequitur, *ad idem facit tex. cum glos.*
*in l. in adoptionem. C. de adopt. & glos. in l. prouincia-*
*les. ff. de verb sign.*
19 Cæterum quia Ciuis etiam originarius, † qui dere-
liquit habitationem propriæ Ciuitatis habitans extra
Prouinciam intelligitur deseruisse originem secundum
*Bal. in auth. sed omnino. num. 31. C. ne vx. pro marit.*
20 & deserens † Ciuitatem perdit priuilegium Ciuitatis.
*Afflict. decis. 384. num. 6. & 13. Boer. decis. 260. num.*
*34. Rol. qui alios refert cons. 79. num. 31. & seq. lib. 3.*
*idque commemoratum fuit placuisse Rotæ in vna Legio-*
*nen. Cappellania 23. Martij 1576. coram R.P.D. Cæ-*
*sare de Grassis.* DD. substiterunt propter ea, quæ ex fa-
cto proponebantur Illustrem D. Gineuram numquam
Perusiæ habitasse, aut ibi munera aliqua subiuisse, sed
gerere, ac gessisse se pro domicella, ac Ciue Romana,
proinde reseruarunt videndum, An constet de eius ani-
mo deserendi Ciuitatem Perusinam, vt beneficio Sta-
tuti in casu de quo agitur, potiri non valeat &c.

## Eodem Comitulo
## In eadem
## Lunæ 10. Iunij 1591.

### *SVMMARIA.*

1 *Vxoris Comitatensis bona sunt exempta ab oneribus rusticalibus si sit nupta ciui, & constante matrimonio.*
2 *Vidua quando gaudeat Statuto loci viri defuncti.*
*Dictio tantùm est taxatiua ibidem.*
4 *Statutum declaratur ab alio. Fallit vt num. 5. & seqq.*
7 *Lex loquens cum aliqua qualitate trahit ad sui intellectum omnes alias loquentes simpliciter in eadem materia, non in alia.*
9 *Statutum tantum disponit, quantum loquitur.*

### DECISIO IX.

STATVTO Perusino *in rubr. 97. lib. 1. de elect. &*
1 *off. Official. Armar.* cauetur, vt si ciuis † accipiat
in vxorem aliquam Comitatiuam, vel habentem bona
allibrata, & soluentia, talia bona sint, & esse debeant
libera, & exempta ab oneribus rusticalibus, & habean-
tur, ac tractentur quemadmodum alia bona ipsius ma-
riti constante matrimonio tantum. Hinc inferebant
2 Informantes pro D. Margherita † Sanctacrucia, quod
si soluto matrimonio vxor Comitatensis non gaudet
exemptionibus, & priuilegijs circa bona in dotem
danda, vt probat dictio taxatiua tantum *ad Bart. in*
*l. 1. in princ. num. 1. & ibi Ias. num. 9. ff. quis iudic.*
*non obtemp. Aret. in l. etiam. §. ex pluribus. ff. de acq.*
3 *poss.* minus gaudere debeat vxor forensis † soluto ma-
trimonio dispositione Statuti in bonis quærendis per
successionem concurrendo cum matre ad hæredita-
tem filij, & respectiuè nepotis æqualiter contra dispo-
sitionem *auth. defuncto. C. ad Tertull.* cum absurdum
videatur, vt vidua non retineat ciuilitatem in bonis
proprijs, & retineat in bonis alienis quærendis, ac pro-
inde Statutum de success. ab intest. intelligendum esse
4 & declarandum secundùm moderationem † huiusmo-
di Statuti de elect. *per ea, quæ tradit Bart. in l. prætor.*
*la seconda. §. erit. ff. de vi. bon. rapt. Bald. cons. 408.*
*num. 9. lib. 1. Ang. cons. 356. num 6. in fin.* qui volunt
imò Statutum recipere interpretationẽ ab alio, quan-
do ambo sunt in eadem compilatione. *Bal. in c. 1. n. 1.*
*ad fin. de præscript. Corn. cons. 19. num. 8. lib. 4. Cra-*
*uett. cons. 118. num. 4.*
Verum Dominis visum fuit huiusmodi Statutum
5 † vt potè loquens in alia materia non conferre ad ter-
minos Statuti vocantis ad successionem simul cum
Matre Auiam, quod nullam in se patitur ambiguita-
tem, dummodò Auia sit ciuis, quod pendet à dispo-
sitione iuris communis, iuxta quam decisum fuit, Do-
minam Gineuram licet Viduam gaudere ciuitate,
quam ex matrimonio cum bo. me. Astore Seniore
6 acquisiuit, quo stante Statutum † de successione ad
correctionem Iuris communis non debet restringi, vt
habeat locum constante matrimonio per aliud Statu-
tum nouissimè allegatum, quod loquitur in alia ma-
7 teria. Tum quia vna lex † loquens cum aliqua quali-
tate trahit ad sui intellectum omnes alias loquentes
simpliciter in eadem materia non in alia. *vt ex verbis*
*Alber. in l. si quis in princ. testamenti. num. 2. de leg. 3.*
*tradit Socc. in l. cum filius familias in vers. venio ad ap-*
*paratum. num. 46. de leg. 1.* & regulare est, vt vnum
8 † Statutum recipiat interpretationem ab alio, quan-
do vtrumque loquitur in eadem materia, secus si in
alia, & in diuersis casibus. *Ancb. cons. 80. num. 1. ibi*
*cum disponit de eadem materia, & ibi prout, & aliter*
*respondetur*, & ita intelligunt. *l. sed & posteriores de*
*legib. & l. sciendum qui satisd. cog. cum glos.* Tum quia
9 regula est, vt Statutum † tantum disponat, quantum
loquitur. *l. si furiosi, & ibi not. Bal. C. de nupt idem*
*Bal. in l. testamentum. C. de testam. Bar. in l. qui con-*
*stitutum. ff. de milit. testam. Rom. cons. 92. num. 2.*
*Socc. iun. cons. 32. num. 22. & seqq. lib. 3.*
10 Quare cum Statutum, † quo de agitur, emanauerit
ad priuilegianda bona ad certum tempus extendi, aut
trahi non debet in argumentum ad casum, in quo tra-
ctatur, de habilitate personæ ad succedendum iuxta
dispositionem alterius Statuti, & talis habilitas insur-
git ex eo, quod de iure communi vidua reputatur Ci-
uis, & quia verba Statuti iuxta veritatem applicantur
Dominæ Gineuræ, cum ipsa sit Auia, Ea quæ iteran-
tur. *ex Alex. cons. 207. sub num. 29. lib. 6.* possent
11 † procedere, si opus esset aliqua improprietate ad
hoc, vt verba Statuti ad casum propositum aptaren-
tur.
Ideo conclusum fuit D. Gineuram non obstante
12 † Statuto nouiter allegato gaudere priuilegio Statuti
vocantis Auiam simul cum Matre ad successionem
filij ab intestato.

# Penia
## Perusina Reintegrationis
## Lunæ 13. Martij 1595.

*SVMMARIA.*

1 *Filia exclusa à Statuto Perusino propter masculos, probata extinctione lineæ masculinæ reintegratur ad portionem in bonis existentibus in Territorio, & ei annexo, seu non dismembrato per tot.*

5 *Statutum non tollit funditus suitatem fœminis quando excludit illas ad tempus.*

### DECISIO X.

1 RELIQVERAT post obitum suum Gentilis Balleonus † sex filios legitimos, & naturales, videlicet, Astorem, & Adrianum, & Constantiam, Pantham, Deianyram, & Alphonsinam fœminas, quas fratres cum certa dote nuptui tradiderunt, & quoniam Perusiæ adest Statutum lib. 2. rubr. 45. tit. de dotib. & dot. mulier. & succ. ab int. quo cauetur excludendas fœminas dotatas, quamdiu masculi extant, eis verò defunctis iubet eas reintegrari ad bona, à quibus per existentiam masculorum fuerant exclusæ &c.

Et propterea D. Alphonsina expedita remissoria,
2 † quam acceperat ad probandum incumbentia, ex qua constare dicebatur extinctam totaliter lineam masculinam dicti Gentilis per obitum Astoris iunioris illius pronepotis vltimo loco defuncti, super dicto reintegrationis iudicio coram me in Rota introducto
3 instaret super dicta reintegratione, † Præsuppositis attestationibus testium, quibus probatur extinctio lineæ masculinæ, & prædicto Statuto Perusino. Dubitaui an foret factus locus illius dispositioni ad fauorem D. Alphonsinæ.

Et DD. vna tantum Alphonsinæ parte informante
4 censuerunt illam † fuisse reintegrandam sua portione ad bona existentia in Territorio Perusino, & ei annexo, seu non dismembrato.

5 Quia, cum ex deductis viderentur probatæ † qualitates à Statuto requisitæ non erat dubium, quin factus esset locus illius dispositioni. Statutum enim non tollit funditus suitatem, & successionem fœminarum, sed solum suspendit ad tempus, scilicet masculi extent. *Bart. in l. fin. §. 1. ff. ad Tertull. Bal. in c. 1. §. 1. tit. Episc. vel Abb. de feud. Anchar. cons. 220. & tenuit Rota in vna Fulginaten. apud Tho. de Than. decis. 50. in c. opinio Bar.* vbi tanquam communem sequitur Bart. opinionem *in d. l. 1. ff. ad Tertull.* asserentem Statutum fœminas excludens ab hæreditate defuncti, donec superfint masculi, esse suspensiuum, non exclusiuum fœminarum *per d. cons. Anchar. 220. in cap. hac quæstio. & Socc. cons. 64. lib. 1.*

Et hanc ipsam decisionem habere locum Domini
6 voluerunt † quantum ad bona sita in bonis annexis Territorio Perusino propter eandem rationem. Nam
7 quantum † ad bona extra Territorium existentia, si ad illa quoque dicta Alphonsina foret reintegranda particulariter videre voluerunt &c.

# Eodem Penia
## In eadem
## Lunæ 6. Nouemb. 2595.

*SVMMARIA.*

1 *Filia exclusa à Statuto Perusino extincta linea masculina reintegratur etiam natis filys à masculis, qui illam exclusrunt, & etiam quod sit dotata à fratre num. 7. & per tot.*

6 *Filia exclusa à Statuto propter masculos illis non existentibus potest petere, & succedere.*

7 *Fœmina semel exclusa semper censetur exclusa. Fallit si Statuto aliter disponatur, vt num. seqq.*

10 *Relatio solet fieri ad præcedentia.*

11 *Dictio, & prout supra, est relatiua, & repetitiua præcedentium qualitatum.*

12 *Statutum suspensiuum reputatur æquius, & benignius, quàm Statutum perpetuò exclusiuum.*

14 *Descendentes dicuntur omnes in infinitum descendentes.*

### DECISIO XI.

1 PRAESVPPOSITO Statuto † Perusino lib. 2. rubr. 45. de dotibus, & dotatis mulieribus, & successionibus ab intestato. Dubitaui, An fœmina iuxta dispositionem dicti Statuti semel exclusa possit natis filijs ex illis, à quibus fuit exclusa, extincta totaliter linea masculina reintegrari.

Dubitationi causam dederat Illustris D. Alphonsina
2 Balleona, quæ petebat † pro sua portione reintegrari ad bona q. Gentilis sui Patris, qui decesserat relictis sex filijs, duobus masculis, Adriano, & Astore, & quatuor fœminis, Alphonsina, Pantha, Deianyra, & Constantia; Cum enim ex Astore natus esset Guido, & ex Guidone Astor iunior, ac primùm Guido, deinde Astor in pupillari ætate decessissent, superstitibus Matre, & Auia, prætendebat D. Alphonsina vigore dicti Statuti excludentis fœminas, donec masculi, & descendentes ab eis per lineam masculinam extent, sibi deberi reintegrationem, quia omnis linea, & successio masculina Gentilis Patris cum Astore iuniore extincta fuit. Cæterum quoniam exaduerso dicebatur D. Alphonsinam non esse reintegrandam ex eo, quod ab hæreditate paterna fuerat exclusa ab Astore, & Adriano fratribus, qui obierant superstitibus Guidone, & Astore iuniore, & omnes, qui ad hoc iudicium venerant, nitebantur prædicto Statuto, ideo difficultas fuit restricta ad prædictum dubium. Quo proposito die 2. & 9. & 27. Iunij præsentis anni non potuit capi resolutio, Nam cum Statutum sit satis inuolutum, & intricatum Domini non facilè conueniebant circa illius
3 intelligentiam. Denique partibus informantibus † iterum causa proposita, & per Dominos diligenter discussa in sententiam affirmatiuam itum est, nempe fœminam vigore dicti Statuti posse reintegrari ad portionem, à qua fuit exclusa etiam natis filijs ab illis, qui ipsam exclusrunt, si ipsi postea obierint sine descendentibus masculis, & consequenter D. Alphonsinam reintegrandam non obstante, quod post Astorem, & Adrianum, qui ipsam exclusrunt Guido, & Astor iunior

nior remansissent.

Ratio potissima fuit, quia ex tenore Statuti appa-
4 rebat exclusionem † fæminarum, à statuentibus inductam non fuisse perpetuam, sed temporalem, & suspensiuam, donec masculi superessent, nam discurrendo per tres casus, quos Statutum distinctè ponere videbatur in singulis reperiebantur dictiones significantes temporis suspensionem, siue limitationem quales sunt, donec quousque, & similes. *Alex. & Paul. de Castr. in l. 1. C. de leg. Capr. cons. 112. num. 3. Tob. Non. cons. 12. num. 14.* Nam in primo, qui ponitur in principio Statuti dicitur quousque superuixerit masculus descendens ab ipsa persona dotante per lineam masculinam.

5 In secundo item casu ibi, † & similiter si plures, dum Statutum excludit fæminas à successione fratrum non inducit simplicem, & absolutam exclusionem, sed suspensiuam, dicit enim non possit talis mulier reuerti ad hæreditatem alicuius ex fratribus quousque superuixerit aliquis frater, vel aliquis masculus descendens per lineam masculinam ex dictis fratribus.

6 Et in dictis casibus nulla est dubitatio, quin † deficientibus illis, qui fæminas excludunt fiat locus earum reintegrationi. Nam quando non extant tales excludentes, Statutum permittit eas posse petere, & succedere. *l. cum lex. ff. de legi. l. cum prætor. ff. de iud. Bar. in l. fin. §. vltimo. quæst. 1. ff. ad S. C. Tertull. Bal. in c. 1. §. quin etiam. num. 3. vers. secus si statutum. tit. Episcopum, vel Abbatem in vsib. feud. Anch. cons. 220. num. 2. Aret. cons. 143. num. 1. Corn. cons. 160. num. 8. lib. 4. Socc. cons. 92. num. 13. lib. 1.*

Tertius casus est in §. item si aliquis Pater, in quo
7 Informantes in hoc † erant conformes, quod sub isto §. proposita facti species contineretur. Disponit enim quod quando soror fuit dotata à fratribus de bonis communis Patris prædefuncti, tunc remaneat exclusa. Sed in hoc discordabant, quia Informantes contra D. Alphonsinam, licet faterentur, eam non fuisse dotatam à fratribus de bonis eorum proprijs, sed de bonis Gentilis eorum Patris ab intestato defuncti, prætendebant tamen illam fuisse per Statutum non temporaliter, sed simpliciter exclusam, & consequenter locum fore regulæ contra ipsam, quod fæmina semel exclusa semper censeatur exclusa. *Bar. in l. fin. §. quando. ff. ad Tertull. Bal. in d. c. 1. §. quin etiam. tit. Episcopum, & Abbatem, & reliqui congesti per Gabr. lib. 6. comm. conclus. tit. de Statut. conclus. 4. num. 1.*

Sed placuit Dominis contraria sententia defensa
8 per Informantes pro D. Alphonsina, vt † scilicet iste §. foret quoad exclusionem attinet temporaliter, & suspensiuè intelligendus, præsertim, cum verba non repugnarent, imò verò talia adessent, quæ eandem temporalem exclusionem, quam in præcedentibus casibus fecerant statuentes, significare viderentur, ibi ex tunc excludatur à successione prædictorum Patris, & Aui, & aliarum personarum, de quibus, & prout supra dictum est.

Ista enim verba, & prout supra dictum est, Non
9 erant referenda ad §. 1. dicti Statuti † in quo quando filiæ sunt dotatæ à Patre, vel alio ascendente fortassis posset dubitari, an inducatur exclusio simplex, quia non versabamur in dote tradita à Patre, de qua loquitur d. §. 1. sed in dote data à fratribus de bonis Patris, de quibus loquitur §. item statuimus, quo disponitur, quod fœminæ possint venire ad hæreditatem Patris, & aliarum personarum, ad quarum successionem, de iure vocabantur, si descendentes per lineam masculinam non supersint, dummodo remittant, vel cedant dotes habitas, vel promissas in hæreditate, & cum Statutum non faciat distinctionem, de cuius bonis sint dotatæ à fratribus an de bonis proprijs, vel de bonis paternis. *l. cum lex. ff. de testam. l. 1. ff. de leg. præstan.* & consequenter cum §. primus de cuius intellectu, vt supra dixi posset dubitari, videatur loqui in dotata à Patre, & §. item statuimus inducens exclusionem suspensiuam loquatur in dotata à fratre de bonis paternis, ista verba relatiua, prout dictum est, posita in hoc §. continēte exclusionem dotatæ à fratre de bonis paternis,
10 † debent referri ad d. §. item statuimus, præsertim, cum regulæ, quibus relationes ad præcedentia haberi solent, non obstarent. *l. 1. vbi latè Ias. post alios. C. de liber. præter. Abb. Dec. & alij in c. 2. requiris. num. 10. de appellat. Bart. in l. talis scriptura. §. fin. ff. de leg. 1. Roman. cons. 480. num. 7. Dec. cons. 11. num. 13.* Sunt
11 enim † talia verba relatiua, & repetitiua præcedentium qualitatum. *Bart. in l. 1. §. hoc edictum. ff. de postulan. Ceph. cons. 269. num. 47. & seq. lib. 2. Paris. cons. 71. num. 7. lib. 3.*

Quibus accedebat natura, & qualitas Statuti su-
12 spensiui, quod † putatur æquius, & benignius, quàm Statutum perpetuo exclusiuum, quod est malignæ naturæ. *Ias. & Dec. in l. si ruffinus. C. qui testam. fac. poss. Ceph. cons. 409. num. 28. & seq. lib. 3.* & eo maximè, quia *vt dicit Put. decis. 197. lib. 2. in c. in causa Perusina loquens in terminis huius Statuti num. 5. vers. & sic non veniebat,* in hac materia exclusionis odiosa non proceditur iuxta strictas regulas.

Et propterea non placuit DD. alius intellectus datus per Informantes contra D. Alphonsinam, videlicet
13 † quod in §. item statuimus, fæminæ reintegrantur deficientibus illis masculis, qui fæminam exclujerant, & non alijs descendentibus, quia Statutum non facit istam distinctionem, & cum generaliter loquatur, generaliter venit intelligendum, præsertim cum non daretur ratio sufficiens differentiæ, quare si fœmina sit exclusa à fratre reintegretur illo deficiente, secus verò si post fratrem decedat illius filius, quinimò cum Sta-
14 tutum † loquatur per verbum descendentes, quod est aptum comprehendere omnes in infinitum descendentes. *l. fin. C. de sui. & legit. hæred. Alex. cons. 106. num. 2. lib. 2. Paris. cons. 4. num. 30. lib. 3.* non poterat restringi ad solos fratres primo loco excludentes.

15 Quod autem dicebatur Statutum procedere † non posse, quando extat persona, quæ ab intestato excluderet fæminam, quæ vult reintegrari id Domini concedebant, sed dicebant referendum ad personam illam, ad cuius successionem petitur reintegratio, non autem ad vltimò decedentem, quia de illius successione non agitur, sed de portione illius primi, à cuius bonis exclusa fuit per masculos, à qua non excluderetur per personas succedentes ab intestato vltimo morienti masculo.

16 Neque obstat, quod cum Statutum † non diceret, quod fæminæ succederent non obstantibus masculis, ideo non possit sumi argumentum à contrario sensu, quo scilicet sint reintegrandæ. *Dec. cons. 364. num. 2.*

Quia respondebatur *vti per Put. d. decis. 197.* Cum
17 enim † fauor masculorum sit causa exclusionis illis deficientibus

deficientibus cessat causa, & subintrat reintegratio,
vt in terminis Statuti Senensis tenuit Rota *apud Put.*
*decis. 143. incip. in vna Senen. lib. 2. per cons. 10. Socc.*
*lib. 3.*
Ad cons. *Paris. 85. num. 4. & seq. lib. 2.* facilè oc-
18 currebat responsio † ex eo, quod illo casu exclusio
fœminarum propter masculos erat simplex, & perpe-
tua, & absque dictionibus significantibus temporali-
tatem, aut suspensionem, neque ibi aderat exclusio,
vt in casu proposito propter descendentes masculos
ex linea masculina, ita vt illis cessantibus esset locus
reintegrationi, & ideo mirandum non erat si mortuo
filio relictis filijs expirabat condicio, sub qua fœmina
reintegrabatur *iux. cons. Oldrad. 21.* In hoc autem
19 themate † non filij tantum sunt positi in conditione,
vt sit locus reintegrationi, sed omnes descendentes,
vt meritò dicendum foret, tunc reintegrationem ha-
bere locum, quando omnes defecerunt, quia vt ait
*Bal. in c. 1. §. cum etiam. num. 3. vers. secus si Statu-*
*tum tit. Episc. vel Abb. in vsib. feud.* filia fœmina ob tale
Statutum suspensiuum non succedit, & stante masculo
est suspensa à successione Patris, mortuo tamen ma-
sculo remouetur obstaculum, & succedit Patri pro sua
20 portione; Similiter dicebatur non obstare † *cons. Ruyn.*
*38. num. 3. & cons. 46. num. 7. lib. 3.* Quia præter-
quamquod eius opinio non videbatur recepta, *vt*
*per Socc. d. cons. 10. lib. 3.* loquebatur in alio articulo,
An scilicet descendentes ex fœmina mortuis masculis
reintegrarentur, ex quo non erant concepti tempore
21 mortis Aui, quæ dubitatio † cessabat in hac causa,
quia Statutum Perusinum in *§. item statuimus, quod*
*fœmina*, expressè vocat fœminas, & earum filios, &
nepotes quandocumque conceptos, & in præsenti ar-
ticulo non erat locus dubitationi, cum D. Alphonsina
nunc viuens, quæ petebat reintegrationem pro sua
portione ad paternam hæreditatem, fuisset nata, &
concepta viuente Gentile eius Patre.
22 Postremò non obstabat absurdum † consideratum
per Informantes contra Alphonsinam, quod si reinte-
gratio prædicto modo post multas successiones ma-
sculorum foret habitura locum, dominium rerum diu
remaneret in suspenso, quod iura odio habuisse viden-
23 tur. Quoniam respondetur † omnem incertitudinem
cessare, ex quo à Patre transfertur in masculos descen-
dentes per lineam masculinam, & illis deficientibus
deferri ad fœminas vigore Statuti vocatas.

## Eodem Penia
## In eadem
## Lunæ 15. Ianuarij 1596.

### SVMMARIA.

1 *Filia exclusa à Statuto Perusino extincta linea ma-*
*sculina reintegratur ad bona sita in Territorio Pe-*
*rusino, non autem quo ad sita extra, & per tot.*
2 *Statutum siue in rem, siue in personam loquatur non*
*extendit vires suas extra territorium statuentium.*
3 *Filia de iure communi succedit vna cum masculis, cui*
*successioni præscribitur spatio 30. annorum, & n. 4.*
*& seqq. Sed an detur restitutio num. 10.*
5 *Ius adeundi, seu immiscendi præscribitur spatio 30.*
*annorum.*
8 *Filius institutus hæres in testamento Patris, qui non*
*adiuit intra 30. annos potest intra alios 30. adire*
*ab intestato. Fallit vt num. 9.*

## DECISIO XII.

DIE Lunæ 6. Nouembris proximè præteriti fuerat
1 decisum D. Alphonsinam vigore Statuti † Peru-
sini *lib. 2. rubr. 45. de dot. & dotat. mulier.* fuisse rein-
tegrandam ad bona existentia in Ciuitate, & Territo-
rio Perusino, in hac positione præsupposito eodem
Statuto, & illius reformatione, & alijs, quæ hinc in-
de præsupponebantur dubitati, An D. Alphonsina, &
litis consortes eiusdem Statuti vigore venirent reinte-
grādæ quoad bona sita extra Territorium Perusinum,
vel potius in illis succederent de iure communi.
2 Et quantum ad primam † partem dubij fuit resolu-
tum sine vlla difficultate contra D. Alphonsinam, &
ratio fuit, quia siue Statutum loquatur in rem, siue in
personam non extendit vires suas extra Territorium
statuentium. *Lap. alleg. 351. lib. 1. idem in Epit. decis.*
*10. tit. de constit. Than. decis. 99. & ita fuit resolutum*
*in vna Romana, seu Terracinen. hæreditatis die 10. Fe-*
*bruarij 1576. coram R. P. D. meo Blanchetto.*
3 Quantum ad secundam † partem decisum fuit sibi
non obstare præscriptionem, quia ius, quod in dictis bo-
nis extra Territorium sitis competebat D. Alphonsinæ
vigore iuris communis, per quod successura erat simul
cum masculis. *l. maximum vitium. C. de liber. præter.*
proueniebat ex successione D. Gentilis sui Patris, qui
obierat anno 1527. à quo tempore delata fuit sibi hæ-
4 reditas, & inde † cœperat currere tempus ad præscri-
bendum. *DD. in l. licet. Alex. & Bald. num. 5. C. de*
*iur. deliber. Felyn. in c. de quarta. num. 22. in fine.*
*vers. & scias, quod iuri adeundi de præscript. Ant. Go-*
*mes. tom. 1. var. resol. cap. 9. num. 5.* vsque ad tempus
motæ litis elapsi fuerunt plures, quàm sexaginta anni,
5 quibus cum semper † tacuerit præscripta fuit contra
ipsam omnis actio, & parta possessoribus bonorum
plena securitas. *l. omnes. C. de præscript. 30. vel 40. ann.*
maximè cum omne ius adeundi, seu immiscendi, quod
sibi tanquam filiæ competebat spacio 30. annorum
præscribatur. *l. licet. C. de iur. deliber. Bal. de præscript.*
*4. part. princ. q. 19. num. 4. vers. currit autem. Gabr.*
*tit. de præscript. conclus. 9.*
6 Neque post elapsum † tempus 30. annorum intrat,
quod ex capite vnde liberi competierat D. Alphonsi-
næ facultas adeundi, poterat competere aliud tempus
30. annorum ex capite vnde Agnati.
7 Quia cum extaret † fratres D. Alphonsinæ, qui suc-
cesserunt in totum, cessauit caput vnde agnati. *Glos.*
*in l. vn. C. quan. non peten. part. Azon. in summ. tit.*
*de success. edict. num. 3. Gozad. cons. 36. num. 1. Gabr.*
*de præscript. conclus. 9. num. 4. cons. vers. sublimita.*
*Tob. Non. cons. 1. num. 5. Viu. opin. 632. num. 7.* idé
8 quę sequenti exemplo illustrabant. Nam † si filius fuit
institutus hæres in testamento Patris, nec adiuit hæ-
reditatem per 30. annos, potest intra alios triginta
adire ab intestato, *vt tradunt Bald. Ang. & aly relati*
*per Gabr. de præscript. conclus. 7. num. 7.* Cæterum si
9 fuerit sibi datus † cohæres cessat illud aliud tempus
30. annorum. *Gozad. cons. 80. num. 6. Gabr. d. conclus.*
*8. num. 8.*

Sed

10 Sed quia multa videbantur concurrere † pro excusanda D. Alphonsina, ideo DD. particulariter videre voluerunt, An illi competeret restitutio in integrum ex capite iustæ ignorantiæ &c. Ego quoque libenter audirem eandem super eo, An in fratribus, & possessoribus bonorum adesset bona fides, ad effectum, vt esset locus præscriptioni.

## Coram eodem In eadem Lunæ 29. Aprilis 1596.

*SVMMARIA.*

1 *Filia, quæ poterat succedere vna cum masculis excluditur præscriptione 30. annorum, & non datur restitutio in integrum, & per tot.*

2 *Præscriptio etiam 30. vel 40. annorum requirit bonam fidem de iure canonico, fallit in iure quærendo num. 3. & seq.*

5 *Restitutio in integrum ex capite iustæ ignorantiæ non competit ei, qui poterat scire peritiores consulendo, & alijs modis, & vbi ignorantia est crassa, & supina num. 8.*

6 *Ius quærendum faciliùs tollitur, quàm quæsitum.*

7 *Læsio non consideratur in iure quærendo.*

8 *Ignorantia crassa, & supina non suffragatur ad restitutionem in integrum.*

9 *In consanguineis, & coniunctis non est verisimilis ignorantia.*

10 *Ignorantia non est verisimilis in consanguineis, & qui habitant in locis vicinis.*

### DECISIO XIII.

DIE 15. Ianuarij proximè præteriti fuerat conclusum, quod licet in bonis † sitis extra Territorium Perusinum competeret D. Alphonsinæ successio de iure communi, quo inspecto simul cum fratribus succedebat *l. maximum vitium. C. de liber. præterit.* ei tamen obstabat præscriptio inchoata ab anno 1527. quo Gentiles eius Pater obierat, & continuata per 60. ferè annos vsque ad tempus motæ litis. Sed quoniam tunc aliqua concurrere videbantur pro excusanda Alphonsina, tunc Rota censuit, vt particulariter videretur, An illi competeret restitutio in integrum ex capite iustę ignorantię, & cum ego tunc etiam dubitassem, An in fratribus, & possessoribus bonorum controuersorum adesset bona fides, ad effectum, vt esset locus præscriptioni. Ideo vtroque dubio proposito, & partibus super eo informantibus, DD. responderunt primùm non constitisse de mala fide fratrum de Balleonibus. Item nec D. Alphonsinæ competijsse restitutionem ex capite ignorantiæ. Di-
2 cebant enim † quod si præscriptio non currebat, non erat locus restitutioni aduersus illam, quod potissimum pendebat ab eo, An in fratribus adfuisset bona fides, quæ licet requiratur etiam in præscriptione 30. vel 40. annorum de iure canonico *c. 1. & c. fin. §. si post mortem de præscript. lib. 6. c. possessor de reg. iur. eod. lib. Vrall. decis. 362. num. 2. lib. 2. Gabr. cons. 149. num. 29. lib. 2.*

3 Asserebatur tamen † quod cum in casu proposito non constaret fuisse acquisitum ius D. Alphonsinæ, & eius sororibus, ex quo nec apparebat eas adiuisse hæreditatem, vel ei se immiscuisse, & ideo non ageretur de præscriptione iuris quæsiti, sed iuris quærendi, propterea non fuisse considerandam malam fidem, etiam de iure canonico. *Put. decis. 128. in princ. lib. 2. Soc. sen. qui loquitur in proprijs ter. cons. 64. num. 7. lib. 1. Paris. cons. 16. num. 134. lib. 2.*

4 Quibus addebatur, quod in iuribus, † quæ non competunt ante declarationem, possessor ante declarationem non dicitur constitutus in mala fide. *Dec. cons. 554. num. 2. & 3.* Ex his dicebatur fuisse satisfactum dubio circa bonam, vel malam fidem fratrum Alphonsinæ.

Quantum ad alterum dubium de restitutione in
5 integrum † ex capite iustæ ignorantiæ similiter dicebatur Alphonsinæ non competijsse. Nam cum verisimiliter potuerit non ignorare peritos consulendo, & alijs modis. *Rot. decis. 387. par. 1. diuers. fuit nuper decisum in causa Florentina bonorum de Reis coram R.P.D. meo Pamphilio*, ideo non poterat vti isto restitutionis in integrum beneficio, & multò minus
6 quando † agitur de præscriptione iuris quærendi, non iuris quæsiti, quia ius quærendum facilius tollitur, quàm quæsitum. *l. fin. C. de acq. possess. Crau.*
7 *cons. 114. num. 14.* & quoniam in iure † quærendo non consideratur læsio. *Crau. d. cons. num. 15. & cons. 661. num. 9. Fulgos. cons. 61. num. 6. vers. ad tertium.*

Regulæ autem, & doctrinæ, quæ in contrarium
8 † allegabantur per Informantes pro Alphonsina ad persuadendum illis ex capite ignorantiæ competijsse restitutionem, locum habent in ignorantia probabili, & verisimili, secus autem in crassa, & supina. *Imol. in c. fin. num. 34. vers. sed hic est aduertendum de præscript. Felyn. in c. vigilanti. num. 4. vers. limita tertio eod. tit. Benint. decis. 69. num. 2. & seq. & decis. 71. num. 3. & seq. Paris. cons. 16. num. 139. vbi de communi lib. 2.*

9 Quod verò ignorantia † in consanguineis, & coniunctis sit inuerisimilis ad effectum impediendę restitutionis in integrum ad successionem bonorum voluerunt. *Alex. cons. 163. num. 6. lib. 2. Dec. cons. 29. ad finem. Gozad. cons. 68. num. 14. Rol. cons. 3. num. 99. lib. 1. Paris. cons. 16. num. 39. in fin. lib. 2.*

10 In hac facti specie † illud quoque ignorantiam Alphonsinæ excludere videbatur, quia habitauerat in locis vicinis, & eius filij cum Dominis Balleonibus etiam in eisdem locis, vbi bona sita sunt conuersati fuerant. Vnde non erat verisimile eam, eosque ignoraturos, quid ad ipsos pertineret &c.

## Coram eodem In eadem 7. Februarij 1597.

*SVMMARIA.*

1 *Fæminis non datur reintegratio extincta linea masculina contra tertios, qui emerunt bona à masculis, nisi probent, quod dicta bona transcendunt portiones*

*tiones masculis debitas, & per tot.*
2 *Qualitas in qua quis se fundat probanda est.*
3 *Prætensio concludenter probanda est.*

## DECISIO XIV.

1 PRæsupposito Statuto † Perusino sub rubr. 45. & illius reformatione in §. item statuimus, quod fœminæ, & instrumentis emptionis, & venditionis D. Horatij Horicellarij, & alijs, de quibus in actis Dubitaui, An esset locus dicto Statuto ad fauorem D. Alphonsinæ Balleonæ contra D. Horatium.

Et Rota D. Horatio tantum informante negatiuè respondit non fuisse locum Statuto ad fauorem D. Alphonsinæ.

Nam cum Statutum expressè in hæc verba sentiret, quod bona alienata per masculos, vel aliquem eorum, à quibus ipsæ mulieres per superexistentiam masculorum fuerunt exclusæ, eorum, vel eius portionem non transcendentia à tertijs cum titulo possessoribus non possint auocari, seu repeti virtute reintegrationis, sed solum, & dumtaxat debeant in portionem alienantis imputari, quatenus verò portionem alienantis transcenderent, dictis mulieribus, ac dictis eorum descendentibus in casu reintegrationis ius saluum remanere. Et D. Horatius est tertius possessor cum titulo procul dubio, si D. Alphonsina volebat Statuti priuilegio reintegrari in Prædio nuncupato la Rocca del Conte Angelo sito in Territorio Perusino per D. Horatium possesso tenebatur probare, quod dicta bona alienata per fratres transcendebant suam portionem, cum regulanter, qui se
2 † fundat in aliqua qualitate sibi competente probare tenetur. *l. prætor ait. §. docere, vbi Bar. & alij. ff. de vi bon. rapt. Dec. cons. 261. num. 2. Paris. cons. 152. num. 5. lib. 4. Tiraq. de retract. lignag. §. 8. glos. 7. num. 1. & 2.*

3 Idque eo etiam nomine † locum habebat in hac causa, in qua cum D. Alphonsina esset actrix, & diceret ista bona transcendere, nec remanere alia, in quibus possit reintegrari, tenebatur suam prætensionem concludenter probare. *Bart. in l. si quis ex argentarijs. §. pen. ff. de eden. Ruyn. cons. 81. in fine lib. 5. Socc. Iun. cons. 26. num. 11. lib. 2. &c.*

## Eodem Penia
## In eadem
## Lunæ 5. Maij 1597.

### SVMMARIA.

1 *Fœminæ exclusæ in defectum masculorum reintegrantur, & quid respectu bonorum alienatorum, & per tot.*
2 *Statutum excludens fœminas donec supersunt masculi est suspensiuum, non exclusiuum fœminarum.*
3 *Fœminarum reintegrationis ius habet originem à tempore præterito, quamuis perficiatur ex futuro euentu & num. 6.*
4 *Statutum declaratorium trahitur ad præterita.*
5 *Lex noua comprahendit factum præteritum, quod expectat perfectionem à futuro.*
8 *Fœminæ reintegrantur ad portionem, quam habitaræ fuissent tempore exclusionis.*
*Statutum antiquum an reformatio sit attendenda in reintegratione fœminarum, vide per tot.*

## DECISIO XV.

1 PRAESVPPOSITIS decisionibus in hac causa † factis, & alijs vtrinque deductis dubitaui, An esset locus veteri Statuto Perusino *lib. 2. rubr. 45.* condito anno 1523. quo cauebatur fœminas in defectum masculorum reintegrari debere ad bona, à quibus per existentiam masculorum fuerant exclusæ, non obstante alienatione per masculos, vel aliquem eorum facta. Vel potius Statuto reformatorio edito anno 1563. quo declarabatur, quod si bona alienata per masculos non excederent eorum portionem, & à tertijs cum titulo possiderentur, non possint à tertijs auocari, tunc tamen ius mulieribus integrum reseruaretur, si alienatio excederet portionem masculorum, vel masculi alienantis.

2 Et Rota vtraque parte Informante † antiquo Statuto factum locum censuit. cum enim opinio. *Bart. in l. 1. ff. ad Tertull.* dicentis Statutum excludens fœminas, donec supersunt masculi esse suspensiuum non exclusiuum fœminarum, sit communis, & à Rota comprobata *apud Thom. de Tax. decis. 50. inc.*
3 *opinio Bart.* inde interebatur † ius reintegrationis fœminarum habere originem à tempore præterito etiā ante reformationem fuisse inspiciendum. *Gabr. cons. 42. num. 52. lib. 2.* quamuis enim casus perficiatur ex futuro euentu, cum initium trahat à tempore, & Statuto, vel re præcedente præteritus dicitur. *Calcan. cons. 15. num. 12. & seqq. Ioan. Vinc. Honded. qui loquitur in ter. huius Statuti Perusini cons. 16. n. 17. & seq.*

4 Quod maxime dicendum videbatur in proposita facti specie, in qua cum Statutum † nouum non disponeret aliquid diuersum à vetere Statuto, sed solum declaret, quod in antiquo Statuto virtualiter continebatur, trahendum erat ad præterita. *Felyn. in c. quoniam num. 17. de constit. Gabr. in comm. conclus. tit. de reg. iur. conclus. 3. num. 10.*

5 Et quamuis Statutum † reformatorium non fuisset merè declaratorium Statuti antiqui adhuc tamen comprahenderet hunc casum ex ratione superius explicata, quia quando factum de præterito expectat perfectionem ab euentu futuro lex noua ipsum comprahendit. *Glos. in clem. 1. in ver. in posterum de Stat. & qualit. Felyn. in d. c. quoniam. num. 11. vers. fallit quinto de constit. Cassad. decis. 3. num. 16. & seq. de*
6 *praben.* Vnde licet actum † reintegrationis non fuisset perfectus, imò neque inceptus tempore Statuti antiqui, quia nondum venerat casus defectionis masculorum, licet postea tempore nouæ reformationis contigisset, regulandus erat ex præscripto veteris
7 Statuti, & propterea † cum ad effectum, de quo agebatur, nulla posset considerari vera, & realis differentia inter Statutum antiquum, & reformationem nam dum antiquum Statutum disponebat, quod fœminæ reintegrarentur non obstantibus alienationibus bonorum, à quibus erant exclusæ satis videbantur intellexisse de alienatione respectu portionis masculorum alienantium, à qua portione fœminæ

non

nonerant exclusæ, quod postea magis specificè declaratum fuit in reformatione, qua cauebatur, quod fœminæ possent recuperare à tertijs possessoribus id solum quod excederet portionem alienantis, ideo optimo iure fuit conclusum, & vtrique Statuto standum, quia idem erat vtriusque finis, & standum fuisse
8 decisis. Maximè cùm hæc Statuta † intelligantur de reintegratione fœminarum ad portionem, quam habituræ fuissent tempore exclusionis, *vt fuit decisum in causa Viterbien. die 12. May 1587. coram bo: mem: Bubalo tunc Rotæ Auditore &c.*

# Iusto Perusina Reintegrationis Mercurij 30. Octobris 1602.

## SVMMARIA.

1 *Extinctio lineæ masculinæ ad effectum reintegrationis Fœminarum probatur testibus & alijs per tot.*
3 *Taxatiua dictio expressa solet alios excludere n. 4. & intelligitur ex communi vsu loquendi.*
7 *Mors probatur testibus, & per tot.*
8 *Scientia præsumitur ex conuersatione.*
10 *Mors probatur ex Libro Ecclesiæ, cui multum defertur.*
11 *Mors probatur ex eo, quod nullus comparet.*

## DECISIO XVI.

1 DOMINI non reuocauerunt † in dubium decisionem factam *in hac causa coram Reuerendissimo D. Pacen.* scilicet esse locum reintegrationi, &
2 Statuto Perusino. Et vlterius † concluserunt sufficienter probatam esse extinctionem lineæ masculinæ Benedicti, tum quia probatur Benedictum non reliquisse alios filios præter Galeottum, & Hyppolitam, qui Galeottus reliquit Benedictum, Thomam, Angelutium, & Finum filios masculos, qui mortui sunt, tum
3 quia vlterius † probatur mortuos esse sine filijs, de solo Galeotto, & Benedicto concluditur ex positione partis aduersæ, vbi dicitur, quod ex Benedicto de legitimo matrimonio natus est Galeottus, in quibus
4 verbis licet non adsit taxatiua † expressa, quæ solet alios excludere. *Bar. in l. 1. ff. si quis indic. non obtemp. auth. in l. stipulatio ista habere ff. de verb. oblig.*
5 Adest tamen ex communi † vsu loquendi, quia probando ex Benedicto natum esse Galeottum in probatione suæ successionis, intelligitur nullum alium
6 ex eo natum esse, & tanto magis quia † ipse solus soluit dotem Hyppolitæ, & quia ex Galeotto isto bona omnia in Finum, & deinde ex testamento Fini in Benedictum iuniorem translata sunt. Cessat etiam om-
7 nis difficultas, quia probatur mors † filiorum Galeotti, & finis lineæ. Adest enim sub num. 6. quartus testis, qui dicit de obitu omnium masculorum, & reddit rationem ex conuersatione intrinseca, quam habebat cum Benedicti filijs, & descendentibus. Vn-
8 de oritur causa † & præsumptio scientiæ. *Corn. cons. 85. num 12. lib. 3. Aym. cons. 168. num. 6. per tex. in l. consensu. §. super plagis. C. de repud.* Adest sex-
9 tus, qui dicit verè fuisse extinctam † lineam masculinam, & alij qui dicunt de auditu obitus omnium masculorum, & sub eodem numero adest responsio Forestæ ad positionem super obitu omnium masculorum Galeotti, & alij testes id ipsum probant, & respectu obitus Fini, Angelutij, & Thomæ adest liber
10 to † Ecclesiæ, cui in hac materia probationis mortis multum defertur. *Imol. cons. 110. in fin. Crau. de antiq. temp. par. 1. §. secundo vidimus num. 1.* Quæ
11 omnia coadiuuantur, quia † nullus ex aduerso comparet ad contradicendum, & sumus in materia difficilis probationis.

Qua propter ita decisum vna tantum parte Informante.

# Eodem Iusto In eadem Perusina Reintegrationis Lunæ 14. Aprilis 1603.

## SVMMARIA.

1 *Fœmina exclusa reintegratur extincta linea masculina ad portionem, quam habuisset tempore mortis Patris.*
2 *Bona subiecta reintegrationi probantur testibus & per tot.*
3 *Testis dicens nescire fines intelligitur respectu temporis antiqui.*
4 *Bona præsumuntur prouenisse ab ascendente, vbi non constat de noua acquisitione.*
5 *Pretium succedit loco rei in reintegratione fœminarum.*

## DECISIO XVII.

1 CVM fuerit iam resolutum per obitum Fini locum † esse factum reintegrationi successionis ad fauorem descendentium Hyppolitæ. Hodie DD. firmarunt hoc intelligi ad portionem, quam habuisset Hyppolita de bonis sui Patris tempore obitus, & sic ad medietatem cum essent duo filij.
2 In hæreditate Benedicti Patris probatur † fuisse Podere delle Zanughe, quia id probant testes expressè, qui dantur in summ. num. 1. & cum testibus concurrit testamẽtum Fini Patris eiusdem Benedicti, in quo iure Prælegati reliquit Benedicto hoc Podere. Idem
3 est respectu † Poteris delle Voltole, & licet dicant nescire fines, debent intelligi cum illis finibus quibus à principio possedit Benedictum ex prælegato Patris; De Domo in Parochia S. Fortunati constat fuisse possessam à testatore ex testibus in summ. num. 3. & venditam à Galeotto filio, à quo fuerunt exclusæ fœminæ, & de venditione datur instrumentum. De vinea probant etiam testes sub num. 3. & idem dicendum videtur de quarta parte Molendini, quam eodẽ modo in testamento prælegauit Finus Benedicto, & idem Benedictus duas quartas partes postea emit à possessore, vt in instrumentis, de quibus in actis, vnde constat tunc Benedictum habuisse quartam partem. Quæ omnia benè comprobantur, quia

4 † prædicta bona hodie reperiuntur penes hæredem Fini iunioris, qui fuit hæres Galcotti, nec aliquo modo apparet de noua acquisitione, & redditur probatio tanto verisimilior, quia nullus contradicit, vt in alia decisione dicebatur.

5 Debebitur igitur medietas omnium † prædictorum, iure reintegrationis, & quoad domum medietas prætij debetur loco rei in hæreditatis petitione per reintegrationem. *l. Imperator cum seq. ff. de leg. 2.*

Et ita decisum &c.

## Robusterio Perusina Pecuniaria Veneris 12. Iunij 1588.

### SVMMARIA.

1 *Statutum Perusinum de duabus conformibus est ordinatorum non decisorium, quia non tollit, sed limitat appellationem, & ideo non intrat in Vrbe, nisi aliud disponatur in confirmatione num. 2.*

### DECISIO XVIII.

1 SI sententiæ extra Rotam latæ † non faciunt rem iudicatam ex capite desertionis, vel executionis instrumenti, sed tantum ex capite Statuti, Domini ex isto capite resoluerunt non esse locum executioni duarum sententiarum Perusiæ latarum, quia illud Statutum est ordinariorum non decisorium, quia non tollit appellationem, sed limitat, vt per Franc. in c. si duobus §. denique num. 4. & 5. de appellat. & fuit alias in Rota resolutum præsertim *in Bononien. de Comitibus coram me.* Nisi confirmatio † Statutorum haberet, quod debeant illa Statuta seruari in omnibus Curijs, & Tribunalibus, prout in confirmatione Statutornm Vrbis, *vt alias Rota resoluit.*

2

## Litta Perusina prætensi Cõpromissi Veneris 26. Aprilis 1602.

### SVMMARIA.

1 *Statutum ligat subditos.*

2 *Compromissum facere quis cogitur etiam non consanguineus, vel affinis ex Statuto Perusino, quod comprehendit viduam, & vniuersitatem, & non datur appellatio vt num. seqq.*

3 *Vidua comprehenditur in Statuto de Compromissis.*

5 *Fides Priorii Ciuitatis admittitur super obseruãtia.*

6 *Vidua habet priuilegium recurrendi ad Curiam Principis, fallit stante statuto num. 7.*

8 *Statutum ordinarium nõ ligat nisi Iudices illius fori.*

9 *Statutum Perusinum de compromissis est decisorium. Appellatio, seu recursus nõ datur à declaratione, quod sit faciendum compromissum ex Statuto ibidem.*

### DECISIO XIX.

1 DVBITATVM fuit, an sententia A. C. sit confirmanda † vel infirmanda, & quia impugnabatur tam prætextu nullitatis processus, quàm respectu iniustitiæ, ideo circumscriptis pro nunc nullitatibus, quæ eidem obijciebantur, de quibus posset ad partem videri. Domini pro iustitia illius tenuerunt ea ratione moti quia orta lite inter Illustrem D. Faustinam Aptiam ex vna, & Illustrem D. Comitem Ioannem Bigazziuum ex alia coram A. C. occasione cuiusdam fideicommissi, quod pro parte d. Comitis prætenditur fuisse purificatum ad sui fauorem per mortem Comitis Francisci filij d. Faustinæ non poterit dubitari, quia prædictæ partes ligentur Statutis Perusiæ, cui subsunt. *ad tex. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur, & in l. cunctos populos. C. de summ. Trinit. & fid. cath.* Vnde cum *sub titulo de Compromiss. c. 1.*

2 *dd. Statutorum* † expresse caueatur, quod tam inter consanguineos, & affines, quam alias quascunque personas causæ, lites, & quæstiones debeant compromitti iussu Domini Potestatis, & Capitanei, vel Iudicis illius Curiæ coram quo erit causa, lis, vel controuersia, Ideo iure merito A. C. declarauit D. Faustinam teneri facere compromissum iuxta dispositionem d. Statuti. Nec facit quod in d. Statu-

3 to † non fiat explicita mentio viduæ, quia cum generaliter, ac indistinctè loquatur, de quibuscumque personis, & eadem ratio Statuti vigeat etiam quoad viduam, vt scilicet cum minori dispendio lites terminentur, meritò ipsam quoque comprehendere dicendum est. *ad. tex. in l. eum lex vbi Aret. ff. de testam. Aym. cons. 308. num. 1. Dec. cons. 599. n. 2. cum alijs per Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 7. num. 21.* Idque in specie tenet *Saic. in l fin. num. 6.*

4 *C. de verb. sign.* & cum d. Statutum † comprehendat etiam vniuersitatem, sub qua viduæ, & omnes miserabiles personæ virtualiter continentur, ideo perinde est, ac si de ipsa explicita mentio facta fuisset. *ad tex. in l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. Paris. cons. 3. num. 35. & cons. 44. num. 4. lib. 1.* His accedit ob-

5 seruantia † subsequuta, de qua etiam fidem faciunt Priores d. Ciuitatis per litteras ad me transmissas. *ad tex. in l. si de interpretatione. ff. de legib cum alijs per Aym. cons. 35. num. 9. & cons. 192. num. 19.*

6 Nec aliud obstare dixerũt Domini, quod Vidua † de iure communi habeat priuilegiũ recurrendi ad Curiã Principis. *l. vnica. C. quan. Imper. int. pupill. & vidu.*

7 Quia non per hoc tollitur † dispositio d. Statuti, quod ligat nedum Potestatem, & Capitaneum Ciuitatis Perusiæ, sed omnem Iudicem illius Curiæ, coram quo lis, vel controuersia erit mota, vt patet ex illis verbis, vel Iudicis illius curiæ &c.

8 Et ad illud, quod d. Statutum † sit ordinatorium Iudicij, & non decisorium, & quod propterea non liget nisi Iudices illius fori, vt pluries fuit tentum in hoc Tribunali, & signanter *in illa Romana de Capozzucchis* corã *R. P. D. meo Sacrato* hic per Informãtes allegata.

9 Fuit responsum, Statutum † de quo agitur, potius iudicari debere decisorium, quàm ordinatorium, eo quia, à declaratione Iudicis, quod sit faciendum compromissum expresse, denegat appellationem, reclamationem, recursum nullitatis dictionem seu oppositionem etiam per viam supplicationis, & querelæ, vt patet ibi. *in §. à pronunciatione autem,* ad tradita *per Rol. cons. 57. num. 21. lib. 2. & per Put. decis. 426. lib. 2.*

## Litta Perusina fideicommissi de Bigazzinis Lunæ 7. Februarij 1605.

*SVMMARIA.*

1 *Testamenta sunt insinuanda ex Statuto Perusino, & quando per tot.*
2 *Insinuatio facta ab vno cæteris suffragatur, & de ratione num. 3. & seq.*
4 *Productio facta ab vno pro suo interesse non suffragatur alijs num. 4. Declara vt num. seq.*
6 *Insinuatio potest fieri absque citatione ad effectum, ne possit peti cassatio ex Statuto.*
7 *Insinuatio ex Statuto potest fieri quandocumque, vbi non fuit petita cassatio testamenti.*
8 *Insinuatio potest fieri post tempus à Statuto assignatum stante habilitatione Legati.*
*Fides causidicorum admittitur ad probationem ibidem.*

DECISIO XX.

1 FVit resolutum exceptionem Statuti † Perusini. *sub rubr.* 42. *vol.* 2. non obstare Comiti Ioanni in casu, & ad effectum, de quo agitur.

Primo, quia cum testamentum, de quo agitur, fuerit insinuatum de anno 1586. à q. Comite Vguic-
2 cione vno ex fideicommissarijs † dicta insinuatio cæteris confideicommissarijs suffragatur secundum *Bart. in l. fin. §. similique modo. num.* 4. *vers. Notatu Perusine. C. de iur. dot. & ibi etiam Bal. in antiqua lectura, benè Io Petrut. de Montesp. conf.* 110. *in fine.* cum alijs allegatis per informantes, & supradictam. *Bart. opinionem refert, & sequitur Alex. in l. consulta in fine. C. de testam*; Nec contrarium tenet *Bal. ibi.* cum non loquatur in terminis huius quæstionis, eandemque. *Bart.* quæstionem ex pluribus comprobat. *Canar. de insinuat par.* 2 *q.* 21. Et facit quod
3 dictum Statutum † est factum ad tollendas fraudes, quo fit, vt vnica vnius instrumenti, seu testamenti insinuatio, effectuata tamen, sufficere debeat ad effectum, vt in posterum de fide illius dubitari non possit *Cephal. conf.* 162. *num.* 13. *& seq. lib.* 3.
4 Nec obstat, quod dicit † *Angel. in d. l. fin num.* 2. quod quando productio facta est pro suo iure tantum non suffragatur alijs. Quia. *idem met. Angel. ibi*
5 constituit † differentiam inter insinuationem ab hærede simpliciter factam, & illam, quæ fit pro iure suo tantum, vt primo casu etiam legatarijs prosit, secundo verò casu non, propter dictionem illam tantum, quæ est exclusiua iuris alterius personæ, vnde cum insinuatio huius modi testamenti alias facta pro Comite Vguiccione non contineat dictam taxatiuam, sed sit generalis, & apta comprehendere ius maximè confideicommissariorum, quod idem est cum iure illius, qui insinuauit, ideo nos versari in primo capite dictæ distinctionis, & non in secundo dixerunt DD. præsertim stante clausula illa, & omni meliori modo, ex qua colligitur mentem insinuantis fuisse facere actum validum in perpetuum.

6 Minus obstat quod in d. insinuatione † seu assignatione non fuerint citati interesse habentes, quia ad effectum vt non possit peti cassatio, sufficit sola assignatio absque citatione vt in d. Statuto dicitur, quod etiam obseruantia subsequuta demonstrauit, habuit nanque effectum d. testamentum nec illius validitas vnquam viuente dicto Comite fuit impugnata. *ad tex. in l. si de interpretatione ff. de legib.*

Secundo quia dato citra veri præiudicium, quod
7 alia † insinuatio fieri debuerit per ipsum met Comitem Ioannem, & illa ab eo minimè facta fuerit infra sex mēses à die habitæ notitiæ scilicet àb Idibus Maij vsque ad Kalendas Nouembris. Attamen fuit dictum, quod ex quo pars aduersa similiter infra tempus à Statuto præfixum nō petijt cassationem, potuit Comes postea quandocunque licet antecedens tempus excessisset facere dictam insinuationem, vt expresè cauetur in dicto Statuto. Vnde meritò facta ab eo de præsenti anno die 12. Ianuarij eidem suffragari debet.

8 Quod eò magis tenendum † esse visum fuit stante habilitatione obtensa à Legato Perusiæ ad assignandum, & insinuandum testamentum, de quo agitur, etiam si esset extra tempus, & fide seu attestatione Causidicorum Perusiæ, quod Legatus tales licentias passim concedit &c.

## Illustrissimo Pamphilio Perusina fideiussionis Sabbati 26. Nouembris 1611.

*SVMMARIA.*

1 *Minoris fideiussio absque solemnitatibus constitut. Marchiæ est nulla.*
2 *Constitutio Marchiæ fuit extensa ad totum Statum Ecclesiasticum per Paulum III.*
3 *Constitutio Marchiæ loquens in certis contractibus habet locum in omni contractu in quo minor lædi potest.*
4 *Statutum Vrbis de Contractibus habet locum in omni contractu læsiuo.*
5 *Fideiussio ex sui natura continet læsionem.*
6 *Constitutio Marchiæ non intrat, vbi adest Statutum particulare, fallit vt num. seq.*
7 *Statutum Perusinum loquitur circa formam, & solemnitates adhibendas in ipsis contractibus minorum, non autem de insinuatione, quæ debet adhiberi post contractum.*
8 *Filiusfamilias potest pro Patre se obligare absque solemnitatibus, sed vide num. seqq.*
11 *Insinuatio requiritur etiam in contractu facto inter Patrem, & filium.*

DECISIO XXI.

DOMINI tenuerunt sententiam de partibus esse confirmandam, quia quo ad eius validitatem
1 † nihil opponebatur, quo verò ad iustitiam illa colligitur ex eo, quod fideiussio facta per Ludouicum minorem ad fauorem Patris fuit nulla ex defectu insi-

nuationis requisitæ in contractibus minorũ ex Constitutione Marchiæ, quæ annullat omnes illorum contractus aliter factos, vt fuit resolutum in causa Sancti Seuerini bonorum 18. Maij,& prima Iulij præsentis anni coram me,in qua aliæ decisiones referun-
2 tur,& dicta Constitutio fuit extensa † per Paulum III. ad totum Statum Ecclesiasticum. ita vt dubitari nullatenus possit, quin habeat locum etiam in Ciuitate Perusina.

3 Nec obstare dixerunt, quod Constitutio † loquatur in certis contractibus minorum, inter quos non reperitur expressus cõtractus fideiussionis, quia cum emanauerit ad consulendum indemnitati minorum, nè eorum facilitate lædantur, debet habere locum in omni contractu, in quo lædi possunt, *vt tenuit Rota in causa Camerinen. Transactionis 24. May 1606. coram R. P. D. meo Ludouisio*, & facit simile de Sta-
4 tuto Vrbis † de contractibus minorum, & mulierum sine certa solemnitate non valituris, quod licet loquatur solum in quatuor contractibus in eo expressis, tamen in Rota fuit sæpius decisum illud habere locum in omni contractu, in quo minores, & mulieres lædi possunt *per Put. decis. 7. & 55. lib. 3. & fuit dictum in causa Romana Argentorum 27. Iuny 1607. coram eodem D. meo Ludouisio*, & per consequens de-
5 bet etiam habere † locum in fideiusione, quæ ex sui natura continet læsionem, *vt fuit optimè deductum in dicta Romana Argentorum*.

6 Neque etiam obstare † quod Perusiæ adsit Statutum particulare super contractibus minorum, quo stante videatur cessare dicta generalis Consti utio Marchiæ *iux. tradita per Bal. in cons. 211. lib. 2.* Quia
7 fuit responsum Statutum † Perusinum loqui tantum circa formam, & solemnitates adhibendas in ipsis contractibus minorum, non autem de insinuatione, quæ adhiberi debet post contractum, circa quam, cum in Ciuitate Perusina nullum adsit Statutum particulare,debet propterea attẽdi dicta generalis Constitutio Marchiæ, *vt fuit dictum in dicta Camerinen. Transactionis*.

8 Neque aliquid suffragatur † quod simus in fideiussione facta pro Patre, in qua non videntur necessariæ dictæ solemnitates, *Bal. in l. pactum. num. 16. q. 21. C. de collat. cum alijs pro Bernardino allegatis*, quia
9 præter id, quod † contrarium tenent quamplures relati *per Tiraq. de ll. connub. glos. 5. num. 34.* fuit di-
10 ctum *Baldum, & sequaces* loqui † in filio cum Patre contrahente, ideo non habere locum, quando cum eo non contrahit, sed solum ad eius fauorem fideiubet, quo casu lex non confidit de Patre, quinimò fideiubens venit restituendus *l. 1. C. de fil. famil. minor.*
11 & hoc absque difficultate procedit † respectu insinuationis,quam Statutum requirens habet locum etiam in contractu facto inter Patrem, & filium. *l. lata aliàs data, & ibi DD. C. de donat. Cuman. cons. 28. num. 3. circa med. vers. in præsentia. Gabr. cons. 52. num. 9. & 10. lib. 2. & fuit dictum in Perusina nullitatis obligationis 18. Aprilis 1608. coram Illustriss. Card. Lancellotto.*

# Eodem Pamphilio
# In eadem
# Lunæ 2. Aprilis 1612.

## SVMMARIA.

1 *Minoris fideiussio est nulla vbi non interuenit insinuatio requisita à Constit. Marchiæ.*
2 *Filiumfamilias minorem comprehendit Constitutio loquens de minore, & per tot.*
3 *Patria potestas non tollit defectum ætatis, nec supplet.*
6 *Pater venit appellatione consanguineorum.*
7 *Consanguinei interuentus non requiritur vbi filius contrahit cum Patre, vel ipsius interuentu.*
8 *Insinuatio requiritur, vbi filiusfamilias contrahit cum Patre, vel ipsius interuentu.*
9 *Mixtus casus quando comprehendatur in statuto, & num. seqq.*
11 *Fauorabilis dicitur casus, vbi tractatur de iuuando minorem.*
13 *Statutum Perusinum requirens certam solemnitatem in contractibus minorum non excludit insinuationem, & num. 17.*
*Insinuatio adhiberi solet post contractum ibidem, & potest fieri ex interuallo num. 14. & manu alterius Notarij ibidem.*
19 *Minor non potest se obligare etiam pro dote sine solemnitatibus.*
20 *Minor nec pro liberando Patre à carceribus potest se obligare absque solemnitatibus, & num. seq.*
22 *Insinuationis defectus non tollitur iuramento in terminis Constitutionis Marchiæ.*

## DECISIO XXII.

DOMINI perstiterunt in decisis sub die 26. Nouembris præteriti, quod scilicet fideiussio fa-
1 cta † per Ludouicum tunc minorem sit nulla ex defectu insinuationis à Constitutione Marchiæ in omnibus contractibus minorum requisitæ per rationes in dicta decisione allegatas, quibus non obstare dixerunt in contrarium in hac positione deducta, & Pri-
2 mo quod Constitutio † loquens de minoribus non comprehendit minorem filiumfamilias, qualis tunc erat Ludouicus, quia fuit responsum, quod Constitutio generaliter loquitur, ideo debet habere locum etiam in filiofamilias minore, in quo requiruntur solemnitates, quæ generaliter in minoribus à Iure sunt requisitæ, *vt per Castr. in l. si seruus 141. §. pupillus.*
3 *num. 4. ff. de verb. oblig.* nam patria † potestas non tollit defectum ætatis *d. §. pupillus*, nec fuit inuenta ad illum supplendum, *vt per Castr. ibidem num. 3.* &
4 in specie, quod Statutum † requirens certas solemnitates in contractibus minorum habeat locũ etiam in minoribus filijsfamilias, fuit decisum *in vna Beneuentana Census 28. Nouembris 1608. coram Reuerendiss. Attrebaten.*

5 Nec in contrarium facit, quod Constitutio † requirat etiam interuentum proximiorum, consanguineorum, vel affinium, quod non videtur conuenire, vbi filiusfamilias contrahit cum interuentu Patris,

quia

6 quia fuit responsum † non ideo ex hoc posse dici hunc
casum fuisse à Constitutione exclusum, imò inclusum
ex quo venit Pater appellatione consanguineorum,
vt per Castr cons. 421. circ. med. vers. & Statutum
loquens lib. 2. præterea fuit dictum, quod insinuatio
7 † nihil commune habet cum interuentu consangui-
neorum, qui dato, quod non sit necessarius, vbi fi-
lius contrahit cum Patre, vel cum ipsius interuentu
iux. tradit. per Bal in l. pactum q. 21. num. 16. C. de
8 collat. est tamen † necessaria insinuatio. l. lata aliàs
data. C. de donat. cum alijs in alia decisione allegatis.
9 Neque visa fuerunt † applicari ea, quæ dicebantur
de casu mixto, qui non comprehenditur in dispositio-
ne loquente in casu simplici, quia iste casus non po-
test dici mixtus ex quo, vt supra dictum est, de iure
communi in minore filiofamilias, sicut in alio mino-
re solemnitates requiruntur, vltra quod etiam si ver-
10 saremur † in casu mixto; attamen in eo haberet lo-
cum ista Constitutio, quia ratio imbecillitatis ab ea
considerata militat in vtroque. Alex. in l. si extraneus
in fin. ff de condict. ob caus. cum alijs per Surdum cons.
33. num. 29. dicentem hoc procedere etiam in pœ-
11 nalibus, & odiosis, † quo fit, vt multò magis de-
beat procedere hoc casu, qui est fauorabilis iuxta
receptiorem sententiam, de qua per Lamberteg. de
contract. mulier. in præfat. num. 4. in fauorabilibus
12 enim † generale est, quod sub simplici contineatur
casus mixtus. l. si ita scriptum in prime. & ibi not. ff. de
lib. & posth. & l. seruis vrbanis. §. fin. ff. de leg. 3. Ias.
in §. omnium. num. 30. Instit. de act. Paris. cons. 114.
sub num. 13. lib. 4.
13 Secundo non obstare quod Statutum † Perusinum
in contractibus minorum requirat certam solemni-
tatem, & ea seruata declaret contractus esse validos,
& executioni demandandos, quia fuit dictum hoc
non excludere, quin tales contractus sint insinuandi,
cum insinuatio non sit de his, quæ requiruntur in ce-
lebratione contractus, de quibus loquitur Statutum
prædictum, sed de his, quæ post celebratum contra-
ctum adhiberi solent, vt in alia decisione dictum fuit,
14 & possit fieri † ex interuallo. l. fin. §. similique modo.
C. de donat. ant. nupt. Abb. cons. 4. num. 49. & manu
alterius Notarij Ant. de Canar. in tract. de Insinuat.
15 par. 1 num. 49. & hoc comprobatur † ex Statuto Vr-
bis lib. 1. c. 151. vbi de donationibus minorum, &
mulierum loquitur eodem modo, quo Statutum Pe-
rusinum, & tamen clarum est, quod in dictis dona-
tionibus vltra solemnitates ibidem requisitas debet
etiam seruari præcedens Statutum loquens de Insi-
nuatione.
Nec tertio loco visum fuit in contrarium vrgere
16 aliud Statutum † Perusinum loquens de insinuatione
in certis contractibus ibi enunciatis adhibenda, in-
ter quos iste non enumeratur, quia fuit responsum
17 dictum Statutum † non loqui cum aliqua dictione
taxatiua ita vt dicatur excludere, quin in alijs habeat
locum Constitutio Marchiæ, quæ, vt fuit resolutum,
habet locum in omnibus contractibus minorum.
18 Præsertim cum Statutum † Perusinum requirat insi-
nuationem in casibus, in quibus dubitatur de fraude
ratione dispositionis lucratiuæ, quod propterea cō-
prehendit omnes personas, Constitutio autem illa re-
quirat in muliere, vel minore propter dubium frau-
dis, quam suspicatur ratione personæ propter imbe-
cillitatem sexus, vel ætatis, ideo non potest dici,
quod vna dispositio emanauerit ad correctionem al-
terius, dum emanarunt ad diuersos effectus.
19 Minus etiam refragari, quod quarto † dicebatur
Constitutionem non comprehendere casum dotis, &
eximendi Patrem ab imminenti carceratione, quia
quoad dotem, cum simus in minore, qui de iure sine
solemnitatibus nec pro dote potest se obligare. Glos.
in l. promittendo verbo conditionis. ff. de iur. dot. Si-
moncell. de decret. minor. lib. 3. tit. 8. num. 95. vbi
quod nec sororem dotare potest sine decreto, & per
consequens hoc in casu dos de iure non sit priuile-
giata, remanet firmum, eius obligationem sub dicta
Constitutione comprehendi, vt per Lamberteng. d.
tract. de contract. mulier. glos. 21. num. 9. & 10. &
fuit decisum in Anconitana Dotis 27. Nouemb. 1598.
coram Illustrissimo Card. Lancellotto, & in Bononien.
Census 20. Februarij 1609. coram R. P. D. Marco-
20 montio. Quo verò ad casum liberandi † Patrem à
periculo carcerationis visum fuit difficultatem cessa-
re ex decisionibus factis in Bononien. Census coram
R. P. D. meo Marcomontio tam sub die 20. Februarij
1609. quam ex alia præcedenti sub die 17. Martij
1608 in qua fuit resolutum obligationem factam à
minore pro liberando Patre à carceribus sine solem-
nitatibus Statuti esse nullam, & inualidam, & ita fuit
21 dictum † non applicari decisionem in alia Bononien.
Pecuniaria 19. Iunij 1603. coram Reuerendissimo D.
meo Archiepiscopo Bononien. in contrarium allega-
tam, quia ibi fuerant seruatæ solemnitates Statuti
Bononiensis, vt in ea dicitur.
22 Quod autem vltimo loco dicebatur † defectum in-
sinuationis tolli ex iuramento cessat ex eo, quod
Constitutio vtrumque requirit iuramentum, & insi-
nuationem, vt fuit decisum in Tolentina Donationis
17. Maij 1596 coram Illustriss. Card. Arrigonio.
Et ita resolutum &c.

## Gypsio
## Perusina bonorum
## Lunæ 3. Martij 1597.

### SVMMARIA.

1 *Moniales sub regula Sanctæ Claræ possunt possidere in communi bona immobilia, & consequenter succedere etiam ab intestato, & per tot.*

### DECISIO XXIII.

FVIT resolutum sententiam de partibus ad fauo-
rem Monialium Montis Lucis de Perusio esse
confirmandam.
1 Quoniam indubitati iuris est licere † prædictis Mo-
nialibus quamuis sint sub Regula S. Claræ possidere
in communi bona immobilia, & consequenter succe-
dere etiam ab intestato. Glos. in clem. 1. de relig. do-
mib. & in clem. cum ex eo de sent. excomm. Bal. cons.
183. lib. 1. cum alijs citatis, & tollitur prorsus omnis
2. dubitandi locus † ex declaratione Concilij Triden-
tini super sess. 25. cap. 3. de regular. cuius copia Do-
minis data fuit; & quod ipsæ retineant bona immo-
bilia

bilia non negant exaduerso Informantes, propterea fit satis verisimile Moniales fuisse admissas ad huiusmodi successiones, quando petierunt, prout dicunt testes.

3 Non obstat prædicta esse † intelligenda de successione ex testamēto non autem ab intestato, quoniam non datur ratio differentiæ quare magis in vno, quam in alio casu succedere debeant, *& Bal. d. cons.* 183. *vol.* 1. loquitur in successione ab intestato.

4 Quæ dicuntur de Statuto † Perusino disponente non extātibus fratribus debere ad fratres consanguineos exclusis fœminis, plenè discussa non fuerunt, ideo si erit opus poterunt particulariter discuti. Cætera, quæ subijciuntur satis remanent sublata ex decisione Perusina in hac causa facta, cum qua Domini pertransierunt &c.

# Eodem Gypsio In eadem Veneris 27. Iunij 1597.

*SUMMARIA.*

1 *Fœmina succedit vna cum masculis in casu reintegrationis, & per tot*

2 *Omissus casus remanet in dispositione iuris communis.*

3 *Statuta exclusiua fœminarum sunt strictè interpretanda.*

4 *Statutum comprehendit in materia fauorabili tam masculos, quàm fœminas.*

5 *Matri succedit solus masculus ex Statuto in his, quæ competunt ex persona ipsius matris, Declara vt num. seq.*

6 *Statutum excludit tantum ab hæreditate dotantis matris.*

7 *Filia succedit de iure communi vna cum fratre, nisi probetur dotata à matre, vt intret Statutum.*

8 *Fœmina in casu reintegrationis non succedit iure transmissionis, sed iure vocationis.*

9 *Fratres consanguinei masculi, & eorum descendentes succedunt transuersalibus, & ideo excluditur fœmina, Declara vt num. seq.*

10 *Consanguinei dicuntur ij, qui aliquo modo sunt sanguine coniuncti, & attento communi vsu loquendi, comprehenduntur omnes etiam vltra quartum gradum, secus secundum ius ciuile, quia dicuntur fratres ex eodem patre geniti num. 11. & idem in Statuto num. 13.*

12 *Fratres Amitini non sunt propriè fratres, sed secundum quid.*

## DECISIO XXIV.

1 IN alia positione huius causæ Domini reseruarunt particulariter videndum, an Statutum † Perusinum sub rubr. de dot. & dotat. mulier. obstaret Monialibus Montis Lucis, ne possent succedere ex persona, & iure Sororis Mariæ Antoniæ, vna cum Domino Horatio Chrispolto eius fratre germano in bonis q. D. Guidonis à Cornea eorundem fratris amitini ab intestato defuncti, Propterea dubitatū, An prædictum Statutum locum haberet, & non habere

2 † conclusum fuit. Quoniam Statutum reintegrans mulierem dotatam, & ea non existente ipsius filios, vel nepotes ad illam successionem, à qua propter masculos ipsa fuerat exclusa, ab huiusmodi successione fœminas non excludit, ideo casus iste tanquam omissus in dispositione iuris communis remanet, *ad l. commodissimè. ff. de lib. & posth.* maximè quia Sta-

3 tuta † exclusiua fœminarum sunt strictè interpretanda. *l.* 3. *§. hæc verba de neg. gest.* nec extenduntur ad personas non specificatas. *Bald. in l. sed & milites in princ. ff. de excus. tut. Paris. cons.* 47. *num.* 27. *&* 28. *lib.* 3. *Gabr. de Statut. conclus.* 7.

4 Nam Statutum † simpliciter admittens filios, & nepotes debet intelligi tam de masculis, quàm fœminis, cum in materia fauorabili masculinum concipiat fœmininum. *l.* 1. *l. pronunciatio de verb. sign. Dec. in l. fœmina de reg. iur. Gabr. de verb. sign. conclus.* 6. *num.* 25.

5 Nec dicatur reintegrationem prædictam † competere filijs ex persona matris, non autem ex eorum propria persona, quo fit, vt per modum, & viam repræsentationis, ac iure transmissionis censeatur matrem adiuisse, & in eius hæreditate dicta bona reliquisse. *Bart. & Aret. in l.* 1. *de vulg. Ruyn cons.* 39. *num.* 4. *vers. & confirmatur. lib.* 3. hoc enim casu non esset dubitandum ad dictam hæreditatem matris Horatium solum vocatum censeri. Quoniam respon-

6 sum fuit Statutum † non excludere filias nisi ab hæreditate dotantis, vt patet ex ipsius lectura, & ita Statutum venit de iure intelligendum. *Glos. Bald. & Castr. in l.* 1. *de legit. hæred. Ias. cons.* 205. *num.* 5.

7 *&* 6. *lib.* 2. ideo cum non probetur † Mariam Antoniam fuisse dotatam à Lucretia matre, non est inconueniens, vt ad eius hæreditatem admitti debeat vna cum præfato Horatio ex iuris communis dispositione *l.* 1. *l. lege* 12. *tab. de legit. hæred. auth. defuncto. C. ad Tertull. cum concord.* Secundo respondetur Sta-

8 tutum † in §. item statuimus ad successionem vocare fœminas, & ipsarum filios, & nepotes ordine successiuo, si quidem gradatim defertur hæc successio *iux not. per Glos. Bart. & alios in l. Gallus. §. quidam rectè de lib. & posth.* propterea dici non potest aliquid deberi Horatio vigore alicuius transmissionis, quia, vt dictum est, Statutum vocat ad successionem Parentum, & aliarum personarum etiam fœminas, & ab ipsis descendentes, Quocirca Maria Antonia eidem succedere potest, & debet eius matri cum prædicto Horatio.

9 Non obstat idem Statutum † in §. si autem aliquis, vel aliqua, disponens, quod in successione transuersalium non extantibus fratribus vtrinque coniunctis, admittantur fratres consanguinei masculi, & eorum descendentes, ideo propter existentiam dicti Horatij Maria Antonia videtur exclusa, quoniam

10 animaduertendum est Statutum † ad exclusionem fœminarum non vocare simpliciter, & absolutè consanguineos, & sic eos, qui aliquo modo sunt sanguine coniuncti, quo casu attento communi vsu loquendi comprehenderentur omnes consanguinei etiam vltra quartum gradum. *iux. not. per Bart. in l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acq. hæred. Franc. in c. postremò num.* 7. *de appellat. Alex. cons.* 82. *in princ.*

11 *lib.* 1. sed strictè, & propriè † vocat consanguineos

secundum

secundum ius ciuile fratres scilicet ex eodem Patre
genitos. *l. 1. §. consanguineos in princ. & §. 1. ff. de
sui. & legit. §. 1. vers. itaque & ibi glos. & Aret. In-
stit. de legit. agnat. successi. cum alijs citat. per Tiraq.
de retract. consang. §. 1. glos. 9. num. 4. & 5.* fratres
22 enim † Amitini nec ex proprietate sermonis, nec ex
communi vsu loquendi sunt fratres propriè, sed se-
cundum quid. *l. lucius. §. quæsitum, quod ibi ad hunc
propositum scribit Bart. quem cæteri sequuntur. ff. de
leg. 3. latè declarat Bellon. supput. iur. ciuil. lib. 1. cap.*
23 *9 per tot.* & quod in casu proposito † stricta sit faci-
enda interpretatio, ita vt non censeantur vocati, nisi
fratres ex eodem Patre suadetur tum ex eo, quod
Statutum primo loco defert hæreditatem fratribus
vtrinque coniunctis, & eorum descendentibus, & il-
lis deficientibus alijs fratribus consanguineis, nam si
de omnibus consanguineis Statutum intellexisset,
vtique non vocasset descendentes sub verbo, consan-
guinei, quia iam erant comprehensi in primo casu,
sed deuenisse ad huiusmodi specificationem creden-
dum est, vt se conformaret cum dispositione. *auth.
cessante, & auth. post fratres. C. de legit. hæredib.*

## Cardinali Mellino Perusina de Oddis Veneris 27. Maij 1594.

*SVMMARIA.*

1 *Matris legitima est tertia portionis ab intestato vbi succedit cum alio puta Patre, & per tot.*

3 *Mater an censeatur exclusa à legitima, vbi Statutum vocat Patrem simpliciter.*

5 *Mater succedit æqualiter cum Patre de iure communi.*

8 *Matris legitima est tertia totius, vbi fratres fuerunt præteriti, vel in totum exclusi.*

### DECISIO XXV.

1 IACOBVS Restaurus decessit ab intestato † super-
stitibus Octauio Patre, & Gentile de Oddis Ma-
tre; Extat Perusiæ Statutum, quod si aliquis, vel ali-
qua in quacumque ætate decesserit cum ascendenti-
bus superstite Patre, & Mâtre, Pater succedat in bo-
nis eius in totum præterquam à legitima.
2 Dubitaui in terminis huius Statuti † quanta sit le-
gitima Gentilis matris Iacobi, & dubio per me pro-
posito DD. resoluerunt contra Informantem, quod
legitima non sit tertia totius hæreditatis, sed tertia
eius portionis, in qua Gentiles succederet, si Statu-
tum illam non excluderet. Mouebantur, quia quan-
3 do Statutum † vocat simpliciter Patrem ad succes-
sionem filij in totum est magna controuersia inter
Doctores, An mater censeatur exclusa à legitima, *vt
per Tiraq. de iur. primog. q. 55. Rol. à Vall. cons. 62.
num. 53. lib. 3.* qui testatur opinionem affirmatiuam
4 esse communem, & ideo illa exceptio † Statuti præ-
terquam à legitima, in qua succedat mater, remo-
uet istam difficultatem, & operatur solùm istum ef-
fectum, quod matri præseruetur legitima debita de
iure communi. *Alex. cons. 197. num. 6. lib. 6.* In ter-
5 minis verò † iuris communis cum pater, & mater
succedant æqualiter. *auth. defuncto. C. ad Tertull. §.
si igitur defunctus auth. de hæred. ab intest. ven.* legi-
6 tima matris † est tertia suæ portionis, & sic tertia
medietatis, in qua successisset ab intestato si non fu-
isset exclusa. *l. papinianus. §. quoniam autem. ff. de
inoff. testam.* & interminis quando mater excluditur
vigore Statuti, vel testamenti, præterquam à legiti-
ma, & Pater, qui concurrit in successione cum ma-
tre, est vocatus, hanc opinionem firmauit. *Bald. li-
mitando opinionem Butrigarij in cons. 350 vers. sed
dicendum est. lib. 4. & sequuntur. Capr. cons. 4. num. 5.
Corn. cons. 197. lib. 1. Gabr. cons. 94. num. 20. & 21.
lib. 1.* qui dicit, quod in casu isto sine vlla dubitatio-
ne ista opinio est vera, & communis. *Thesaur. decis.
172. num. 89. vers. tertius casus est. Tiber. Decian.
resp. 2. num. 128. lib. 5.* & in terminis similis Statuti
vocantis fratrem ad successionem fratris exclusa
matre, præterquam à legitima fuit resolutum *in cau-
sa Asculana legitimæ 2. Decembris 1588. coram bo. me.
Bubalo.*
7 Non obstat opinio † *Iacobi Butrig. in 6 q. & cons.
Oldr. 123. & decis. in causa Romana de Menichellis
coram bo. me. Vicecomite, & in causa Romana de Vr-
sinis coram Illustrissimo Card. Blanchetto*, quod legi-
tima matris sit tertia pars totius hæreditatis.

Quia opinio istorum Doctorum procedit quando fratres fuerunt præteriti, & in totum exclusi, & in hoc casu loquuntur, *vt per Bal. Capr. Gabr. in d. cons. & Thesaur. decis. 172. num. 4.* Nos autem versamur in casu contrario, in quo Pater non solum non est exclusus, sed excludit matrem, & ideo cessant omnes rationes illius opinionis, quia quando Pater succedit non potest haberi pro mortuo, neque inhabili, & necesse est, vt faciat partem matri. Si enim Pater admittitur ad partem, cum succedat æqualiter cum matre *iux. d. auth. defuncto*, propter illum concursum diminuitur etiam legitima, quæ detrahitur de portione ei debita, vt benè deducit *Bald. in d. cons. 350. num. 2.* & ab ista opinione pauci reperiuntur, qui dissentiant præcisè in his terminis, & multùm placuerunt Dominis rationes illius decisionis *in causa Asculana*, in qua distinguendo plures casus conciliantur auctoritates DD. & decisiones factæ in Rota in hac materia &c.

## Remboldo Ciuitatis Castelli, seu Perusina Dotis Veneris 12. Iunij 1615.

*SVMMARIA.*

1 *Marito debentur fructus dotis promissæ pro tempore, quo substinuit onera matrimonij maximè stante pacto num. 2.*

3 *Fructus Dotis Perusiæ taxantur ad rationem septem pro centenario.*

DECISIO

## DECISIO XXVI.

1 RESOLVTVM fuit fructus residui dotis promissæ non soluos deberi D. Tiberio † pro tempore, quo substinuit onera matrimonij, ne dum ex dispositione iuris tam ciuilis, quam canonici *ad not. in cap. salubriter de vsur. Bart. in l. insulam. §. vsuras. ff. solut. matr. Bal. in l. vltima. §. præterea. C. de iur. dot. Ruyn. cons. 224. num. 13. lib. 1. Natt. cons. 495. num. 1. Rol. cons. 65. num. 1. & 4. vol. 4.* Verum etiam
2 vigore pacti † quo in ipso instrumento dotali partes conuenisse legitur, vt quatenus Iulius in consignatione dicti residui deficeret teneretur soluere illius vsuras, & ad rationem sex pro quolibet centenario, & anno.

3 Nec dubium videbatur † quin hæc conuentio valida fuerit, cum præsertim fructus sic taxati terminos Statuti Ciuitatis Perusiæ non excedant *ad not. per Alex. in l. insulam. in §. vsuras num. 5. ff sol. matr.* sintque infra eiusdem Ciuitatis consuetudinem, iuxta quam fructus huiusmodi etiam ad rationem septem, & octo deberi testatur. *Corn. cons. 44. num. 3. lib. 2. & cons. 71. num. 12. lib. 4. cuius auctoritatem sequuta est Rota in vna Perusina Dotis 9. Iunij 1614. coram D. meo Vbaldo,* & Rota in similibus plurimum tribuat Statuto, & consuetudini, *vt fuit sæpius decisum, & signanter in vna Asculana fideicommissi bonorum 26. Octobris 1601. coram bo. me. Card. Seraphino, & in alia Asculana Prædij 1609. coram Reuerendissimo D. meo Damasceno.*

## Illustrissimo Pamphilio Perusina attentatorum Veneris 19. Aprilis 1619.

### SVMMARIA.

1 *Arbitrium regulatur à iure.*
2 *Attentata clara veniunt semper reuocanda.*
3 *Appellatione pendente nihil est innouandum.*
4 *Appellatio datur etiam in possessorio non obstante Egidiana, vbi sententia fuit lata in foro Ecclesiastico, & contra Clericum, Amplia vt num. 9. & 11.*
5 *Appellatio datur de iure canonico à sententia in possessorio ad vtrumque effectum num. 6.*
7 *Laicus etiam in causa immissionis debet conueniri coram Ecclesiastico, vbi adest Clericus.*
8 *Procuratoris confessio nocet principalibus, qui sunt illa vsi.*
10 *Appellatio litis consortium prodest in connexis.*

## DECISIO XXVII.

DOMINIS censuerunt non intrare arbitrium pro reiectione attentatorum. Quia arbitrium
1 † regulatur à iure. *Bart. in extrauag. ad reprimendum in verb. indebiti. num. 8. Cæs. de Grass. decis. 7. num. 6. in fin. & seq. & decis. 8. num. 2. de re iudic.* Et de iu-
2 re quando attentata † sunt clara veniunt reuocanda *cap. non solum, & ibi DD. de appell. in 6. Rot. decis. 4. vt lit. penden. in nou. Lancell. de attent. par. 3. cap. 30. num. 53. cum seqq.* & in istis terminis ad effectum arbitrij *fuit resolutum coram me in causa Toletana Parochialis 26. Iunij 1609. & in causa Narnien. fideicommissi 26. Iunij 1617. coram R. P. D. Andrea, &*
3 *aliàs sæpe.* In casu autem nostro attentata † sunt satis clara, quia sententia fuit lata die 2. Maij 1607. & die 5. eiusdem Mensis ad illius executionem, & immissionem deuentum fuit, cum tamen non solum infra tempus ad appellandum, sed etiam post appellationem per Dominos de Oddis legitimè interpositam nil esset innouandum. *d. cap. non solum. & ibi DD. de appell. in 6. cum alijs allegatis.*

4 Neque obstat, quod sententia † fuerit lata in possessorio, in quo vigore Egidianæ denegatur appellatio. Quia ex defectu Potestatis Card. Egidij, qui non habebat iurisdictionem, nisi in temporalibus, illius Constitutio in casu isto locum habere non potest, tum quia sententia fuit lata nominatim contra R. P. D. de Oddis, qui tunc etiam erat persona Ecclesiastica, *vt fuit dictum in causa Perusina hæreditatis 27. Iunij 1581. coram Brauo,* sed etiam quia fuit lata per Vicarium Episcopi Perusini, sicque in foro Ecclesiastico. *Rota coram Seraphino decis. 424. & in causa Romana Saluiani 1. Iunij 1609. coram R. P. D. Manzanedo, & tradit Honded. cons. 20. num. 8. lib. 2.* Et propterea cessante Egidiana rema-
5 net † dispositio iuris canonici secundum quam appellatio permittitur à sententia lata in possessorio. *c. cum ad sedem. & ibi Glos. in verb. interdictum de restit. spoliat. clem. 1. de sequestr. poss. & frut.* tam ad ef-
6 fectum † deuolutiuum, quàm suspensiuum. *Couar. post alios Pract. quæst. cap. 23. num. 8. Honded. d. cons. 20. num. 4. lib. 2.*

7 Minus obstat, quod appellatio † esset saltem deneganda quoad Patrem, & fratres laicos eiusdem R. P. D. de Oddis, qui omnes dicuntur pro eodem debito insolidum se obligasse, quia cum ageretur de immissione super bonis communibus cum R. P. D. Hieronymo, iudicium erat agitandum in foro Ecclesiastico etiam quod alij essent laici. *Bart. in l. præcipimus. §. eodem obseruando. C. de appellat. Felyn. in rubr. de appell. sub num. 4. post med. vers. & quod not.* & sic quo ad omnes erat permissa appellatio, & in specie de bonis patrimonialibus communibus inter fratres *fuit dictum coram Seraph. decis. 957. num. 2.*

Quod autem R. P. D. Hieronymus tunc temporis esset persona Ecclesiastica satis remanet probatum
8 ex confessione † Procuratoris D. Pyrrhi, & litis consortum, qui cum pro parte D. Diomedis laici in iudicio instaretur remitti causam ad suum Iudicem, dixit id fieri non posse, quia in ea conueniebatur dictus R. P. D. Hieronymus, qui tunc erat presbyter, quæ confessio Procuratoris nocet principalibus, qui tunc illa vsi fuerunt, & non constat, quod ab ea vnquàm reclamauerint. *Put. decis. 390. lib. 2.*

Neque obstat, quod pro parte R. P. D. Hieronymi
9 in actis † protestatum fuerit se non habere interesse in causa, & propterea contra ipsum ad vlteriora non procedi, quia cum non obstante huiusmodi protestatione sententia lata fuerit nominatim contra ipsum Clericum, & in foro Ecclesiastico benè potuit ab ea appellari, vt supra dictum fuit.

Tollitur etiam quod idem R. P. D. Hieronymus
10 ab huiusmodi sententia † non appellauerit, quia sufficit,

ficit, quod appellauerint consortes, quorum appellatio ei prodest ratione connexitatis. *Put. decis. 469. lib. 2. cum alijs adductis in causa Bononien. fideicommissi 26. Iunij 1592. coram Card. Pamphilio, & aliàs sæpe.*

Nec demum obstat, quod D. Pyrrhus, & litis consortes petierint immissionem in remedio vtilis Saluiani Interdicti † cum clausula donec fuerit integrè
11 sibi satisfactum de fructibus, qui spectabant ad Patrem Dominorum de Oddis tamquam vsufructuarium bonorum, de quibus agitur, quia ad effectum appellationis satis est, quod sententia fit lata in foro Ecclesiastico, & non solum contra Patrem, sed etiam contra filios inter quos aderat Clericus ex supradictis, maximè, quia petiti fuerunt fructus indistinctè vsque ad integram satisfactionem, & sic etiam decurrendi mortuo Patre, vel aliter finito vsufructu *iux. §. fin. Instit. de vsufr. cum alijs allegatis.* Et ita &c.

# Dunozetto Perusina Hæreditatis Veneris vltima Ianuarij 1614.

## SVMMARIA.

1 *Compromisso Statutario non est locus ad impediendam immissionem in rem. l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. maximè vbi testamentum producitur non vitiatum num. 3.*

2 *Nec in iudicio executiuo.*

4 *Nec quo ad differentias decisas per aliud laudum & num. 5. & seq.*

6 *Compromissum impeditur exceptione rei iudicatæ non obstante enormissima læsione prætensa.*

7 *Compromissum Statutarium, vt euitetur, debent exceptiones probari intra certum terminum vbi declaratur.*

8 *Compromisso Statutario est locus in casibus non exceptis.*

9 *Compromissum mandans fieri Statutum est fauorabile.*

10 *Statutum de Compromissis est Perusiæ in viridi obseruantia.*

## DECISIO XXVIII.

1 DOMINI dixerunt non esse locum Statuto † Perusino de compromissis ad impediendam immissionem vigore l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.

2 Quia & ipsum Statutum † expresè excipit causam testamentorum, & de iure communi petitio compromissi non admittitur in iudicio executiuo. *Bar. in l. eleganter in princ. ff. de condit. & demon. Rom. cons. 262. num. 2. Alex. cons. 82. num. 5. vers. 2. lib. 1. Ias. cons. 26. num. 16. lib. 1. fuit dictum in vna Romana de Capizzucchis 21. Maij. 1600. coram Reuerendiss. D. meo Damasceno.*

3 Et præsertim cum nulla exceptio † contra ipsum testamentum possit opponi, cum fuerit productum non abolitum, non cancellatum, nec aliqua parte vitiatum. *Bal. in l. 1. in princ. ff. de transact. & in l. ancillæ. C. de furt. Alex. d. cons. 82. num. 4. & cons. 62. num. 6. lib. 2. Ias. d. cons. 26. num. 16. Gozad. cons. 72. num. 9. & cons. 98. num. 16. Capic. decis. 48. num. 2. Caputaq. decis. 229. lib. 1. Ios. ludou. decis. Perus. 47. num. 11.* & quo ad hoc pars vim non faciebat.

4 Verum quia aliæ differentiæ inter easdem partes vertuntur † quarum aliquæ fuerunt per laudum decisæ, Domini non dubitarunt, quo ad eas non esse locum nouo compromisso non obstantibus traditis super hoc Statuto, *per Corn. cons. 46. num. 4. & seq. lib. 2. & Honded. cons. 9. num. 13. & seq. lib. 1.* Quia

5 prædicti DD. non loquuntur quando † prout hoc casu fuit super eisdem differentijs factum compromissum, & laudum latum, per quod iam fuit satisfactum Statuto. *arg. l. bouei. §. hoc sermone. ff. de verb. sign. cum ibi cumulatis per Tiraq.* Eo magis quia laudum fuit

6 † acceptatum, & sic obstat exceptio rei iudicatæ petenti nouum compromissum. *Honded. super eod. Statuto cons. 84. num. 37. & seqq. lib. 1. Caput. d. decis. 229.* quam exceptionem expresè admittit Statutum, vt in summario pro parte filiarum dato; & dum filiæ prætendunt se ænormissimè læsas, non est illis interdictum via ordinaria agere coram me.

7 Nec obstare visum fuit, quod laudum † non fuit productum intra terminum datum à Statuto. Nam cum Statutum mandet Iudici, vt procedat ad compromissum faciendum, vbi intra terminum non fuerunt exceptiones probatæ, & Iudex id non egerit, sed passus fuit extra terminum laudum producere, non poterant amplius sententiam ferre super compromisso faciendo. *ex traditis per Innoc. in c. cum Bertoldus num. 4. vers. vel dic quod à principio de sent. & re iudic.*

Quo ad omnes alias differentias, quæ inter partes vertere possunt, siue illæ non fuerint in illo laudo
8 † comprehensæ siue fuerint in eodem reseruatæ, aut quæ postea ratione, administrationis factæ post laudum partibus competere possunt, in his omnibus Domini dixerunt locum esse Statuto, & eius vigore partes cogendas esse ad compromittendum.

9 Statutum enim Perusinum † est fauorabile, dum cogit partes ad compromissum, modumque præscribit, quo lites, & iurgia non solum inter propinquos, & consanguineos, sed etiam inter conciues citiùs abbreuiato longo iudiciorum circuitu sopiantur, & sic magis quieta remaneat Ciuitas, dum eius incolæ à laboribus, & expensis liberantur. *arg. l. properandum. C. de iudic. latè Blanc. de compromiss. q. 1. n. 1. & seq. Honded. super hoc Statuto cons. 9. num. 12.*
10 *lib. 1. & cons. 84. num. 4.* ex quo colligitur † illud laudabile Statutum esse in viridi obseruantia à multis annis ad hunc vsque diem indicta Ciuitate Perusina, Et ex his ita fuit decisũ vtraque parte informãte &c.

# Manzanedo Perusina Ciuitatis Lunæ 26. Ianuarij 1615.

## SVMMARIA.

1 *Ciuis, vt quis declaretur per habitationem longam testes per quos debeant examinari ex Statuto.*

2 Ciuitas

2 *Ciuitas vt possit conueniri debet dari copia libelli Prioribus ex Statuto.*
3 *Ciuitatis Sindicus debet citari personaliter in initio causæ. Citatio personalis requiritur in initio causæ ibidem.*
4 *Testes ex defectu citationis nulliter dicuntur examinati.*
5 *Ciuilitas vt acquiratur per habitationem requiruntur triginta anni completi.*
6 *Dictio per significat perfectionem.*

### DECISIO XXIX.

CONTRA sententiam de partibus fuit oppositum de nullitate, & iniustitia, & ex vtroque capite Domini pro illius reuocatione responderunt. Quoad primum enim nullitas visa fuit ineuitabilis,
1 cum Statutum † Perusinum. *sub rub.* 136. *lib.* 1. disponat depositiones testium in casu nostro esse recipiendas per Collateralem, & Officiales Armarij nec posse alteri comitti cum clausula annullatiua, & decreto irritanti. Vnde censetur electa industria dd. Iudicum, de quibus Statutum confidit, & sic cum examen fuerit factum per Notarium de commissione Officialium Armarij apparet de nullitate. *ad notata per Verall. decis.* 297. *par.* 2. *&* 136. *par.* 3. Vltra quod soli Officiales Armarij dictum examen commiserunt absque Collaterali Potestatis, cum omnes isti Iudices desiderentur à Statuto.

Alia nullitas deprehendebatur, quia fuit actum
2 contra Ciuitatem † non data copia libelli Prioribus eiusdem Ciuitatis, vt requiritur per Statutum. *in rubr.* 44. *lib.* 2. habens etiam decretum initans, & declarans, quod in hoc casu Sindicus non possit se ingerere, nec censeatur habere mandatum. Vnde etiam videtur resultare nullitas ex defectu mandati: Vl-
3 tra quod videtur actum fuisse contra Gilianum † tanquam Syndicum Ciuitatis non præcedente citatione personali necessaria in initio causæ. *clem.* 2. *de re iudic. Caputaq. decis.* 117. *par* 1. *Seraph. decis.* 1276. *num.* 4. *Vant. de nullit. ex defect. citat. num.* 83. *in fin. Asyn. in prax.* §. 6. *cap.* 1. *num.* 1. Quin & oppo-
4 nitur defectus † citationis ad videndum iurare testes, ex quo examen redditur nullam. *cap.* 2. *de testib. Rota decis.* 64. *num.* 1. *par.* 1. *diuers.*

Iniustitia autem deprehendi videbatur ex eo, quod
5 sententia † declarat Magnanos per continuam, & familiarem habitationem in Ciuitate Perusiæ esse effectos veros ciues illius, & iura, priuilegia, immunitatesque Ciuitatis Perusiæ acquisiuisse., & cum d. Statutum. *in rub.* 136. *lib.* 1. requirat ad hunc effectum habitationem continuam per 30. annos & sic
6 illos completos ex dictione illa. *per*, significante perfectionem actus. *l. vrbana prædia.* §. *pernoctare, ff. de verb. sign. Rom. cons.* 301. *num.* 13. quæ perfectio d. temporis completi 30, annorum deest in casu nostro, cum ipsimet actores dicant se venisse Perusium in initio anni 1584. & sententia emanauit circa finem anni 1613. & sic per aliquos dies videatur non fuisse perfectè completum tempus dictorum annorum.

## Remboldo
## Perusina Nullitatis Cessionis
## Lunæ 28. Ianuarij 1619.

### SVMMARIA.

1 *Cessionis instrumentum non debet cassari & annullari absque causa.*
2 *Donatio non potest rescindi sub prætextu læsionis, quia in ea non consideratur.*
3 *Donatio ob ingratitudinem quando reuocetur, & num. seqq.*
5 *Alimenta præsumuntur præstita ab eo qui tenebatur.*
6 *Fides non faciunt fidem.*
7 *Donatarius quando teneatur alere donantem.*
8 *Insinuatio Donationis est necessaria etiam ex Statuto, & vide num. seqq.*
9 *Donatio ob non insinuationem quando vitietur & num. seqq.*
11 *iuramentum supplet defectum insinuationis.*
12 *Donatio requirit quinque testes ex Statuto, Declara vt ibi & num seqq.*
*Donatio à Patre filiæ facta non subiacet Statuto requente quinque testes ibidem.*
14 *Statutum factum à Prioribus, & non à toto Populo, nec à Sede Apostolica confirmatum non valet.*
15 *Donatio omnium bonorum non valet, fallit vt ibidem.*

### DECISIO XXX.

1 CENSVERVNT Domini sententiam, qua declaratum fuit † instrumentum cessionis per Balthasarem factæ ad fauorem D. Baldelli, & Portiæ filiæ, & generi respectiuè d. Balthasaris cassari, & annullari debere, esse iniustam, quia nulla probatur causa, ex qua rescissioni, seu reuocationi d. cessionis locus esse possit.

Neque enim obstat, dum dicitur d. Balthasarem
2 † fuisse ex d. cessione læsum, quia cum illa vim habeat donationis, non potest rescindi sub prætextu d. læsionis, quæ in donatione non consideratur. *Socc. Iun. cons.* 67. *num.* 23. *cum pluribus seqq. lib.* 2. *Bero. cons.* 49. *num.* 24. *& seqq. & cons* 50. *num.* 32. *lib.* 1. *Aym. cons.* 114. *num.* 12. *& seq. Ceph. cons.* 467. *num.* 57. *lib.* 4. *cum alijs per Gabr. de iur. dot. lib.* 3. *conclus* 1. *num* 20.

3 Minus potest reuocari d. cessio sub prætextu † ingratitudinis commissæ per dd. cessionarios ob denegata alimenta d. Balthasari quia nec d. denegatio saltem concludenter ad effectum, de quo agitur, probatur à d. Balthasare, prout ab eo probari deberet. *iux. tex. in l. fin. C. de reuoc. don. & in l. omnimodo. C. de inoff. testam. Corn. cons.* 120. *sub num.* 2. *lib.* 1. *cum alijs per Surd. in tract. de alim. tit.* 1. *q.* 48. *num.* 56. *& seqq.* Nec constat de alijs ad hunc effe-
4 ctum requisitis videlicet † de d. Balthasaris indigentia, & quod dd. alimenta fuerint à cessionarijs petita. *iux. tradita per Corn. d. cons.* 120. *Surd. d. q.* 48. *sub num.* 8. *vers. Intellige secundo cum seqq.*
5 Quinimo cum Balthasar non caruerit † alimentis

præsumitur

præsumitur ab eo alimentatus, qui illum alere tenebatur, nisi probetur contrarium. *l. fin. & ibi gloss. pen. Bal. & alij. C. de alim. pup. præstan. Corn. d. cons. 120. sub num. 2. lib. 1.*

6 Nec obstant fides † in summario Balthasaris n. 6. & 8. datæ, quia nõ faciunt fidem. *auth. si quis in aliquo. C. de eden. Ceph. cons. 384. n. 21. Card. Seraph. decis. 1128.*

Et in omnem euentum, quod inde etiam probaretur tam dicti Balthasaris indigentia, quàm etiam Baldelli, & Portiæ mora, adhuc dictæ reuocationi
7 locus esse non posset, quia cum donatarius † non teneatur alere donantem, nisi ex fructibus rei donatæ. *Salic. in l. fin. num. 3. in fin. C. de reuoc. don. & ibidem Rip. num. 164. & Bal. num. 6.* vbi dicit in fine, quod pro qualibet modica summa non tenetur donatarius ad alimenta. *cum alijs per Surd. d. q. 48. num. 8.* ad hoc vt dictis cessionarij vitio ingratitudinis notari possint, constare deberet, quod tempore dictæ indigentiæ, & moræ, tot fructus ex dicta cessione perceperint, quot pro alimentis Balthasaris sufficere potuissent, quod tantum abest, vt probetur, vt etiam potius constet dictam cessionem fuisse magis vsque adhuc dictis cessionarijs onerosam, cum ex causa dictæ cessionis, quæ non nisi iura quædam super annua præstatione dicto Balthasari à D. Hectore Gratiano debita continet, litem in Rota introducere, eamque non sine magnis laboribus, & expensis etiam vsque in præsentem diem cum d. Hectore sustinere coacti fuerint.

Non obstat, quod dicta cessio prætenditur nulla
8 † ex defectu insinuationis tam à iure communi, quàm à Statuto Perusino requisitæ. Tum quia non constat
9 dictam † cessionem excedere valorem libr. 40. iuxta dispositionem dicti Statuti, cum præsertim contineat ius ad vitam Balthasaris tantùm duraturum, idque incertum, & quod, vt dictum est, lis adhuc super dicto iure cesso pendet, & in omnem euentum vitiare-
10 tur † tantùm in excessu. *l. sancimus. vers. si quid autem. C. de donat. Bellon. cons. 4. num. 11. vbi de communi. Bal. cons. 407. lib. 2. Rota in Ciuitatis Ducalis Donationis 5. Iunij 1613. coram R. P. D. meo Buratto, & in Narnien. Bonorum 26. Februarij 1616. coram Reuerendiss. D. meo Damasceno.* Tum quia de-
11 fectus dictæ insinuationis † suppletur per iuramentum. *Alex. cons. 4. num. 10. lib. 1. Gabr. conclus. 1. de donat. num. 66. Rot. diu. decis. 683. num. 10. par. 1. Card. Seraph. decis. 746. num. 5. & seq. & decis. 1184. num. 14.* & in terminis Statuti Perusini. *Honded. cons. 40. num. 67. & seq. lib. 1. & fuit dictum in Perusina Bonorum 4. Februarij 1611. coram Reuerendiss. Attrebaten.*

Minus obstat prætensum decretum de adhibendis
12 quinque testibus, quia † præterquàmquòd non est in forma probanti, & loquitur de donatione rei litigiosæ, nec locum habet in donatione à Patre filiæ facta, prout est ista, de qua agitur. *Bal. d. cons. 407. sub num. 4. lib. 2. Aym. cons. 39. num. 14. & fuit dictum in Romana donationis de Calandris 5. Maij 1604. coram Illustriss. Card. Lancellotto*, non comprehen-
13 dit donationem † iuratam. *Honded. d. cons. 40. num. 68. & seqq. lib. 1. & fuit tentum in Romana Donationis 29. Maij 1599. coram bo. me. Orano.* Et est nul-
14 lum, cum sit factum à Prioribus, † & nõ à toto Populo, nec à Sede Apostolica confirmatum. *Bart. in l. omnes populi. num. 3. & seq. & ibi Bal. num. 14. vers. & hæc opinio. ff. de iust. & iur. Idem Bal. cons. 407. num. 2. lib. 2. Corn. cons. 171. num. 4. lib. 4. Rot. diu. decis. 536. num. 1. & decis. 780. num. 2. & seq. par. 1. & fuit dictum in Assisien hæreditatis 14. Decembris 1607. coram Reuerendiss. Attrebaten. & in Feretrana bonorum 3. Iunij 1613. coram R. P. D. meo Buratto.*

Nec facit, quod sit donatio omnium bonorum,
15 † ac propterea non substineatur ex allegatis. Quia motiuum hoc tollitur ex facto, & ex ipsius cessionis lectura, cum ex ea appareat non fuisse in d. cessione comprehensa bona futura, quod sufficit. *Alex. in l. fin. n. 3. C. de pact. cum alijs per Clar. de donat. q. 19. n. 2. vers. & ex hac ratione*, & quod est restricta ad annuam præstationem debitam à dicto Hectore cum expressa reseruatione mobilium, & scutorum 800. &c.

# Cardinali Caualerio Perusina Mercedis Lunæ 19. Nouembris 1618.

## SVMMARIA.

1 *Notario pro extractione instrumenti testamenti, quando merces statutaria debeatur, & per tot.*
2 *Statutum declaratur ex rubrica.*
3 *Instrumentum, vt dicatur in publicam formam, quæ requirantur.*
4 *Scriptura, vt dicatur authentica, & fidem faciat in iudicio, debet esse integra, & non diminuta, & n. 9.*
5 *Editio potest fieri de parte scripturæ tantum ipsi parti, secus ad effectum, vt dicatur authentica, & fidem faciat in iudicio, & num. seq.*
7 *Instrumenti pars potest extrahi à Notario, Declara, vt ibi.*
*Testamenti pars, & sola hæredis institutio sufficit ad excludendum successores ab intestato ibidem, vbi declaratur.*
7 *Licentia ingrediendi possessionem dicitur actus extraiudicialis sine citatione partis, & sine contradictione alicuius.*

## DECISIO XXXI.

RESOLVTVM fuit mercedem Notario pro ex-
1 tractione prætensi testamenti non deberi † secundum taxam Statuti Perusini. Rubrica enim Statuti *lib. 2. cap. 39.* concepta est his verbis. De mercede dãda Notarijs pro extractione in publicam formam, & postea in nigro dicitur, quod pro extractione testamentorum, codicillorum, & alterius vltimæ voluntatis, vt legatorum soluatur iuxta taxam ibi expressam.

Vnde Domini dicebant dispositionem dicti Statuti
2 † debere declarari ex rubr. *ad not. cõmuniter per Scriben. in l. 1. ff. si cert. pet.* vt scilicet taxa in eo expressa non debeat habere locum, nisi in extractione, quæ sit facta in publicam formam, & sic ad effectum, vt intret taxa Statuti, Domini censebant videndum esse, An hoc dici possit testamentum extractum in publicam formam.

Tale autem esse non putabãt Domini, cum careat
3 † testibus, nec habeat omnia requisita de quibus *Gloss. in l. generaliter. in verb. seruituti. C. de tab. lib. 10. Bart. in l. si quis ex argentarijs. §. si initiũ. n. 6. in 7. requisito. ff. de*

*ff. de eden. Card Seraph. decis.* 1326. *n.* 1. *dictum fuit in Bononien. de Gozzadinis* 21. *May* 1614. *coram R.P.D. meo Pamphilio, & in Anconitana de Fanellis* 21. *May praeteriti coram R.P.D. meo Vbaldo*, quae decisio loquitur de sumptu testamenti.

Praedicta confirmari dicebant ex eo, quia ad hoc,
4 vt scriptura † dicatur authentica, & fidem faciat in iudicio debet esse integra, & non diminuta, aliàs non facit fidem, *vt expresse dixit Bart. in l. argentarius. §. edi ff. de eden. & latius in rub. ff. de nou. oper. nunc. n.* 7. *& ibi Ias. n.* 8. *vbi de communi. Socc. Iun. n.* 128. *Surd. cons.* 268. *n.* 12. *vbi plura allegat.*

Subdebant etiam, quod licet editio possit fieri de
5 parte † scripturae tantum, quando tractatur de editione, quae fit parti, & pro eius interesse, secus tamen est, quando tractatur, An illa scriptura dicatur authentica ad effectum, vt fidem faciat in iudicio; *ita clare distinguit Bart. in locis allegatis, quem alij sequuntur.*
6 Applicando modò ad casum propositum, † licet haec scriptura fuerit edita parti, & sic possit subsistere pro parte edita, Tamen, vt Notarius possit cósequi mercedem taxatam à Statuto pro scriptura redacta in publicam formam videbatur requiri, quod esset talis, vt fidem faceret in iudicio contra quascumque personas, qualem dicebant non esse istam, de qua hodie agitur prout iacet. Nam si D. Annibal tanquam haeres bo. me. Archipresbyteri Cornei vellet agere contra debitores haereditarios, & illi exciperent de legitimatione suae personae, & ipse exhiberet scripturam hanc non integram, & sine testibus, vtique non posset obti-
7 nere. Et ideo non obstare dicebant, quod pars † testamenti possit extrahi à Notario, *vt per Surd. d. cons.* 268. *n.* 45. *vers. tertiò respondeo. Barz. decis. Bonon.* 89. & quod ad effectum excludendi successores ab intestato sufficiat ostendere solam haeredis institutionem, *vt ibi*. Nam respondebatur illis in casibus adesse testes, qui hic deficiunt cum alijs requisitis.

Minus obstare visum fuit, quod dicebatur, D. An-
8 nibalem visum fuisse hac scriptura † in iudicio coram Potestate Bictonij, & Collis Mancij ad effectum obtinendi licentiam ingrediendi possessionem bonorum haereditariorum sitorum in illis locis. Nam hoc negabatur, cum illi fuerint actus extraiudiciales sine citatione partis, & sine contradictione alicuius *c. forus. de verb. sign. Menoch. de retinen. rem.* 5. *num.* 148. vbi quod tales licentiae censentur potius datae à priuato.

Praeterea consideratum fuit ex dicto transumpto
9 apparere tantummodo † D. Annibalem fuisse institutum cum clausulis, conditionibus, prohibitionibus, & qualitatibus, de quibus in dicto testamento, Cum autem in testamento possit adesse aliqua conditio suspensiua, vel prohibitiua non visum fuit scripturam hanc imperfectam, in qua deficiebant conditiones, qualitates, & verba enunciata, posse dici in publicam formam ad effectum, vt intraret taxa Statuti Perusini.
10 Ad praetensam † constitutionem bo. me. Cardinalis Vrbini Legati Perusiae responsum fuit loqui de legatis, non autem de haeredis institutione.

Ex quibus conclusum fuit mercedem non deberi secundum taxam Statuti &c.

## Eodem Cardinali Caualerio In eadem Veneris 5. Martij 1621.

### SVMMARIA.

1 *Notario pro extractione testamenti merces taxatur, & per tot.*
2 *Instrumentum, seu simplex copia quando dicatur, & num. seqq.*
3 *Approbare quis censetur scripturam per vsum ipsius, & ex productione, & ex obseruantia, & num.* 4.
5 *Tribunalia suprema vtuntur arbitrio.*

### DECISIO XXXII.

ALIAS de anno 1619. die 19. Nouembris Rota resoluit non deberi Notario pro extractione
1 † testamẽti q. Archipresbyteri de Cornea mercedem secundum taxam Statuti Perusini, quia non videbatur posse dici extractum in publicam formam, prout Statutum requirit, & etiam quod in extensum non adessent verba illa, In publicam formam, Domini existimauerunt talem extractionem, de qua in nigro dicti Statuti, non nisi de ea intelligi posse, quae fit in publicam formam, prout loquitur eap. immediatè praecedens de extractione Instrumentorum venditionum, donationum &c.

Verum causa de nouo proposita DD. de nouo con-
2 siderabant † instrumentum hoc quatenus pateretur aliquam difficultatem super eo, An esset in forma probanti, non ideo posse dici simplicem copiam, cum praesertim fuerit in illa forma extractum de voluntate D. Annibalis, qui eo vti volebat, & vsus est in iudicio, Vnde propterea videbatur illud tale qnale erat approbasse. *ad notat. per Bart. in l. qui Roma. §. duo fratres. n.* 13. *ff. de verb. oblig. Aym. cons.* 73. *n.* 39. *in fine.* Et desuper idem Annibal in eodem iudicio obtinuisset immitti in possessionem bonorũ testatoris vigore dicti transumpti exclusis venientibus ab intestato,
3 Vnde resultabat approbatio † ex vsu, seu productione. *Surd. decis.* 267. *n.* 2. & ex effectu subsequuto immis-
4 sionis, & obseruantia † subsequuta. *Ceph. cons.* 409. *n.* 5. *Bertazol. cons. ciuil.* 167. *n.* 55. *& cons.* 110. *n.* 33.

Quibus rationibus moti DD. omisso rigore Statuti arbitrati sunt mercedem deberi ad medietatem taxae
5 in Statuto eodem determinatae. Cum Tribunalia † suprema soleant in similibus casibus vti tali arbitrio, *vt in Romana anuli coram R.P.D. meo Dunozetto &c.*

## Eodem Cardinali Caualerio In eadem Veneris 13. Martij 1622.

### SVMMARIA.

1 *Notario quando debeatur merces Statutaria, & per tot.*
3 *Statutum in nigro declaratur à rubrica.*
4 *Instrumentum extractum à Notario rogato dicitur in*

in publicam formam, Declara vt num. seq.
6 Verba sunt accipienda in potiori significatu.
7 Instrumentum carens testibus, & alijs requisitis non potest dici in forma probanti, nec publicum.
8 Notarij merces taxatur arbitrio Iudicis.

## DECISIO XXXIII.

FVERVNT in hac causa factæ duæ decisiones. prima sub die 9. Nouembris 1619. in qua resolu-
1 tum fuit mercedem † non deberi Notario, qui extraxerat testamentum, de quo agitur, iuxta taxam Statuti Perusiæ lib. 1. cap. 39. Altera verò sub die 5. Martij 1621. in qua DD. vtentes arbitrio censuerunt mercedem deberi ad medietatem taxæ d. Statuti. Cum autem supradicta die tertiò proposuissem cau-
2 sam super eisdem DD. resoluerunt mercedem † non deberi iuxta taxam Statuti, si quidem rubrica loquitur de mercede danda Notarijs pro extractione in publicam formam. In nigro autem taxatur merces soluenda pro extractione testamentorum, codicillorum, & alterius vltimæ voluntatis, & legatorum.
3 Quibus stantibus dicebant taxationem † in d. Statuto factam pro extractione esse intelligendam de extractione in publicam formam, licet de tali publica forma in verbis Nigri mentio non fieret, sed solum in rubrica, iuxta quam nigrum erat declarandum. ad not. per Alex. in l. 1. num. 4. Dec. nūm. 10. in fine, & alios comm. ff. si cert. pet. In proposito autem Dominis non visum fuit testamentum, de quo agitur,
4 † posse dici extractum in publicam formam. Quamuis n. esset extractum à Notario rogato, & tali respectu dici posset in publicam formam. iuxta tradita per Doct. in c. 2. de fid. instr. Dicebant tamen ad effectū
5 consequendæ mercedis à Statuto taxatæ requiri † vt sit in forma probanti. Cum enim Statutum videatur habuisse respectum ad lucrū, quod quis ex testamento extracto consecuturus fuisset, dum rigorosè mercedem pro extractione taxauit, necessario etiam intelligendum videbatur non de quacumque extractione in publicam formam, sed de tali extractione, quæ vbique probaret sine adminiculo. Hic enim videtur
6 esse potior † significatus illorum verborum in publicam formam, in quo significatu verba regulariter sunt accipienda. c. pen. de sent. excomm. Rip. in l. centurio. num. 116. ff. de vulg. & pupill. Cum autem instrumentum testamenti, de quo agitur, careret
7 † testibus, & non haberet alia requisita, de quibus per Glos. in l. generali. verb. seruituti. C. de tabul. lib. 10. non visum fuit posse dici in forma probāti, nec publicum. Bart. in l. si quis ex argentarijs. §. si initium. num. 5. & 6. ff. de eden. Surd. cons. 263. num. 13. cum alijs allegat. in prima decisione.

Et ex his potissimum Domini dixerunt mercedem iuxta taxam Statuti non esse soluendam.

Verum quia D. Annibal testamento sic extracto
8 vsus fuit † & obtinuit, Ideo non visum fuit, quod denegari possit aliqua merces Notario, cuius taxatio, cum remittatur arbitrio Iudicis. Surd. cons. 66. n. 2. Becc. cons. 27. num. 3. Domini arbitrati sunt in hoc casu Notario danda esse scuta centum &c.

Et ita &c.

## Buratto
## Perusina hæreditatis de Amicis
## Lunæ 6. Iunij 1616.

### SVMMARIA.

1 Possessio instrumentalis ab intestato vbi erat vacans sufficit ad manutentionem contra heredem testamentarium, qui fuit posterior, & per tot.
2 Possessio instrumentalis non suffragatur, vbi alius prius accepit possessionem, maximè vbi iste non fuit citatus n. 3. quia non priuatur possessione n. 4.
5 Possessio non vitiatur, si detegatur falsa causa, cum possit sine causa acquiri.
6 Auocatio possessionis custodiæ causa non priuat possessorem.
7 Inferior à Principe non potest facere actum tempore inhabili conferēdo illius effectum in tempus habile.
8 Auocatio possessionis propter timorem scandali, quando possit fieri.
Timor scandali cessat propter verbum datum ibid.
9 Inhibitio præsentata domi sine dimissione copia non afficit.
10 Possessio non potest capi sine licentia Iudicis propter Bannimenta, Fallit quando possessio est vacans, quia tunc capi potest propria auctoritate num. 11.
11 Hæres potest accipere possessionem vacantem propria auctoritate.
12 Possessio acquiritur in totum accipienti licet habeat cohæredes, vbi non apparet de animo acquirendi illis.

## DECISIO XXXIV.

MORTVA Margherita 24. Septembris 1615. Io: Bernardinus eius ex fratre nepos vti proximior, & hæres ab intestato per se, & Procuratores
1 † specialiter cōstitutos respectiuè adeptus est possessionem bonorum per eam de tempore vitæ, & mortis tentorum, & possessorum, quæ licet instrumentalis, cum esset vacans, illi fuit quæsita, & sufficit ad manutentionem. l. prædia. vbi Bar. & alij. ff. de acq poss. & quotidie tenet Rota, vt apud Caf. de Grass. decis. 3. n. 1. de caus. poss. & prop. & in pluribus relatis in Romana Vineæ ac Rusconibus 28. Nouembris 1611. coram Reuerendissimo D. meo Damasceno.

Cū DD. dixerunt non obstare possessionem captam per Io: Paulum D. Margheritę ex sorore nepotem prætendentem se hæredem testamentarium, quia est
2 merè † instrumentalis, & ideo non suffragatur possessione prius pænes dictum Io: Bernardinum existente. l. si colonus, vbi not omnes. ff de acq. poss. Caput decis.
3 333. par. 2. præsertim cum fuerit capta † illo non citato. l. 1. ff. vti possid. & cap. licet Episcopus. 28. ac præben. in 6. Dec. in l. fin. n. 4. vers. & hoc procedit. & n. 5. C. de edict. D. Adr. toll & ibi Zuccard. n. 125. Menoch. de adipisc. possess. rem. 6. n. 21. & 22. & fuit dictum in Pacin. Pensionis 20. Nouembris 1609 coram Illustriss.
4 Lugdunen. qui propterea † non fuit priuatus sua anteriori possessione, etiam quod capta fuerit Iudicis auctoritate. d. cap. licet Episcopus. Rot. decis 802. n. 7. vers. quia pro responsione. & n. 8. par. 1. diuers.

Nec etiam obstare, quod possessio non fuit quæsita
5 Io: Bernardino vti hæredi ab intestato † stante testamento, in quo scriptus est hæres dictus Io: Paulus, & sic ex falsa causa, quia non vitiatur possessio, etiam si detegatur falsa causa, cum possit sine causa acquiri. *Bar. in l. quod meo 18. n. 4. vers. istud ergo. ff. de acq poss. Ias. in l. 3. §. genero. n. 8. vers. 1. quod licet. ff. eod. Surd. in puncto cons. 93. n. 12. Rota in Maceraten. hæreditatis 4. Iunij 1590. coram bo. me. Card. Pamphilio comprobata in Mediolanen. bonorum 1. Februarij 1591. coram bo. me. Card. Platto,* in quibus etiam in specie fuit tentum, quod detur manutentio possidenti, tamquam hæredi ab intestato, donec de testamenti validitate, & exceptionibus contra illud cognoscatur, quod etiam tenuit eadem Rota *apud Card. Seraphin. decis. 810. num. 4.*

Minus obstare visum fuit, quod possessio esset plena,
6 quando fuit capta † per Io: Bernardinum, quia fuerat ad se auocata per Gubernatorem, tum quia auocatio non fuit actualis, sed verbalis, & solum custodiæ causa, & ideo noluit, nec præsumitur voluisse priuare Margheritam sua possessione. *Alber. in l. in-*
7 *teresse. 39. in princ. ff. de acq. poss.* Et licet fuerit † cum clausula sequuta morte ex nunc prout ex tunc tamen illa non operatur tamquam apposita per inferiorem, qui non potest tempore inhabili facere actum conferendo illius effectum in tempus habile, quia extrema non sunt habilia ad transferēdum dictum effectum de vno tempore ad aliud, vt in terminis dictorum verborum ex nunc prout ex tunc considerat. *Curt. Iun. cons. 76. n. 5. per doctr. Bar. in l. si is, qui pro emptore 15. n. 3. ff. de vsucap.* Vltra quod etiam ne dum non con-
8 stabat de timore † scandali ex sola assertione Iudicis, quia illi in hoc non statur, sed debent præcedere informationes parte citata, vel præsente. *Ang. cons. 107. in fin. vers. quia summatim. Dec. in l. fin. n. 6. in fine. C. de edict. D. Adr. toll. & ibi Zuccard. n. 123. vers. est benè verum. idem Dec. cons. 366. n. 3. Mars. sing. 543. n. 4. Benint decis. 73. n. 3. & 4. cum pluribus per Menoch. de adipisc. rem. 6. n. 14. & 15. & per Contard. in l. vnic. C. de moment. poss. in quarta ratione decidendi n. 10. & seqq.* Sed potius talis timor videbatur cessare ex verbo dato per Milites nomine Io: Pauli, & Io: Bernardini de se non offendendo ex ordine Sacræ Consultæ.

Nec quicquam etiam facere putarunt Domini in-
9 hibitionem emanatam de non † capiendo dictam possessionem, quia non fuit intimata Io: Bernardino personaliter, sed domi etiam sine dimissione copiæ, prout requirebatur. *iuxta l. 4. §. toties. & ibi glos. in verb. libellum. & ibi Bal. in fine. ff. de damn. infect. Innoc. & alij in c. vltimo de eo, qui mitt. in poss. & Vant. latè de nullit. ex defect. citat. num. 88.*

10 Nec pariter obstare visa fuerunt bannimenta † Ciuitatis Perusiæ prohibētia capi possessionem propria auctoritate, & sine Iudicis licentia, & interuentu Curiæ, nedum sub pœna, sed etiam sub clausula annulla-
11 tiua possessionis captæ, illa enim recipiunt † interpretationem à iure cōmuni. *ad not. in l. 1. C. de noxal.* ideoque non procedunt, quando possessio est vacans, prout hic, quo casu potest propria auctoritate capi ab eo, qui se prætendit hæredem. *Cyn. in l. fin. sub n. 12. vers. aut bona nō possidentur. & ibi Bart. n. 16. vers. item extra Glos. Dec. n. 4. vers. potest tamen hæres. & Zuccard. nn. 268. i princ. vers. sed quando. C. de edict. D. Adr. toll. & alij ibidem, cum cumulatis per Decian. resp. 41. n. 36. & seq. lib. 3. & fuit in specie dictum coram me in Firmana hæreditatis 27. Iunij 1614.* quod etiam apertè ostenditur, dum in dictis bannimentis alternatiuè requiritur vel licentia Iudicis, vel partis consensus, vt fuit consideratum in simili de Statuto Ciuitatis Firmi in d. decis. coram me, & propterea applicari non potest illorum dispositio, vt fuit in ea resolutum.

Tandem visum fuit non obstare, quod Io: Bernar-
12 dinus † non potuit acquirere possessionem nisi pro quarta parte, cum haberet alios tres fratres, & sic cohæredes. Quia constat eum voluisse acquirere possessionem omnium bonorum, cum eam ceperit sine mentione fratrum, & in hoc attenditur solus animus, & factum subsequutum, *vt fuit dictum in Romana Vineæ de Fabris 10. Ianuar. 1611. coram Reuerendiss. Lugdunen.*

Ex quibus fuit resolutum Io: Bernardino dandum esse mandatum de manutenendo.

## Eodem Buratto In eadem Lunæ 28. Nouembris 1616.

*SVMMARIA.*

1 *Hæredi testamentario, qui probauit incumbentia datur immissio non obstantibus exceptionibus requirentibus altiorem indaginem, & per tot.*
2 *Exceptio continens vitium inuisibile non retardat immissionem.*
3 *Dementiæ exceptio, nisi sit incontinenti probata, non impedit immissionem.*
4 *Intestabilitatis exceptio non impedit immissionem.*
5 *Exceptio requirens altiorem indaginem non impedit immissionem.*
6 *Exceptio probanda per testes mediante remissoria dicitur aliorem indaginem requirere, & num. 8.*
7 *Exceptio quando dicatur requirere altiorem indaginem est arbitrarium, & vide num. seqq.*
9 *Testes examinati sine citatione non deseruiunt pro fumo ad effectum excludendi altiorem indaginem & num. 14.*
10 *Dementia non præsumitur in testatore, sed sana mens. Amplia vt num. seqq.*
15 *Testamenti sumptum etiā manu eiusdē Notarij non sufficit pro immissione obtinēda, Declara, vt n. 16.*
17 *Notarius debet cognoscere cōtrahētes ex Statuto, sed vide n. seqq. & nō tenetur de iure cōmmuni n. 20.*
18 *Mutans nomen punitur à Statuto.*
21 *Statutum, quando potest in pluribus inducere correctionem iuris communis interpretatur, vt in vno tantùm corrigat.*
22 *In negatiua se fundanti ad inualidandū testamentum incumbit onus probandi.*
23 *Testamenta sunt insinuanda ex Statuto aliàs non valent, vt num. seq. Sed vide vsque ad finem.*
29 *Relatio fit ad immediatè præcedentia.*
30 *Relatio non fit ad correctionem iuris communis.*
31 *Fidei Collegij Procuratorum defertur.*
33 *Immisso semel non datur amplius immissio. Fallit vbi prima immissio fuit habita pro nulla num 34.*

DECISIO

## DECISIO XXXV.

CVM Io: Paulus hæres scriptus in testamento q.
1 Margheritæ eius matertera non abolito,† nec
in aliqua parte suspecto sibi incumbentia probauerit,
est immittendus in possessionem bonorum dictæ testatricis
ex rem. l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.

Nec obstant exceptiones Io: Bernardini dictæ
Margheritæ ex fratre nepotis possessoris, & successionem
ab intestato prætendentis.

Prima enim, quod Margherita tanquam demens
2 esset † intestabilis vti continens vitium inuisibile non
impedit immisionem, nisi sit in continenti probata,
vel probanda. Alber. in d. l. fin. num. 5. vers. item oppono.
Bart. in l. 2. ante num. 1. Bal. in princ. vers. &
illud est verum. & Salic. in princ. C. eod. Menoch. de
adipisc. rem. 4. num. 730. Rota in Auximana hereditatis
de Ruffinis 6. Martij 1606. coram Illustriss. D.
Card. Lancellotto.

3 Et de exceptione dementiæ † testatoris. Angel.
cons. 135. num. 2. Boer. decis. 23. num. 103. in fin. Simon
de Prat. de interpretat. vlt. vol. lib. 2. fol. mihi
84. num. 27.

4 Et intestabilitatis † Menoch. d. rem. 4. num. 745.
& seq. cum cumulatis per Peregr. de fideic. art. 48.
num. 29. & 30.

5 Et de omnibus exceptionibus † altiorem indaginem
requirentibus. notat. commun. per DD. in dd. ll.
2. & fin.

6 Probatio autem per testes † à Io: Bernardino oblata
mediante remissoria non dicitur in continenti,
sed altiorem indaginem requirit ad not. in d. l. 2. Neuiz.
cons. 56. per tot. & præsertim in fin. vers. ex quibus
concludo. & Menoch. de arbitr. cas. 12. num. 4.
vers. si enim exceptio.

7 Et quamuis hoc sit arbitrarium † Glos. in l. 3. in
ver. hodie. ff. vt in poss. legat. Bal. in d. l. 2. num. in
fin. & ibi Salic. num. 4. in fin. & Iacobin. num. 7. cum
alijs per Menoch. de arbitr. d. cas. 12. num. 4. & d.
rem. 4. adipisc. sub num. 730.

8 Rota tamen tenet non probari in continenti † per
testes examinãdos in partibus cum remissoria, quam
propterea non concedit ad impediendam immisionem.
Io: Paul. decis. 287. in man. Card. Seraph. decis.
1364. num. 1. & fuit tentum in dicta Auximana, &
in alijs.

9 Vnde nihil faciunt testes † Io: Bernardini in partibus
sine citatione examinati, quia vbi etiam dare
possent firmum dementiæ, non inde resultat, quin
probatio altiorem non requirat indaginem, & stat
10 præsumptio, quod testatrix † fuerit sanæ mentis. l.
nec codicillum. & ibi Glos. & DD. C. de Codicill. c. fin.
de success. ab intest. Corn. cons. 216. num. 13. vers. imò
statur. vol. 3. Paris. cons. 88. num. 18. vol. 3. Rot. decis.
577. num. 7. par. 1. diuers. cum cumulatis per
Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 5. num. 2. &
seqq. Menoch. præsumpt. 45. num. 19. & 20. lib. 6. &
Surd. cons. 89. num. 3. Quæ præsumptio iuncta asser-
11 tione † Notarij de dicta sanitate mentis plurimum
operatur. Bal. & alij in l. sanum. C. de transact. Corn.
d. cons. 216. num. 14. Paris. d. cons. 88. num. 21. Bero.
d. cons. 56. num. 10. in fin. & Surd. d. cons. 89. n. 7.
12 Et excludit leues probationes contrarias † Dec. in
l. senium. num. 9. C. qui testam. fac. poss. Monterent.
ad Statut. Bononien. sub rubr. de testam. in §. qui sacerdos.
& in verb. sana mentis. Tanto magis concur-
13 rente etiam attestatione quamuis extraiudiciali † de
dicta mentis sanitate, & prudentia testatricis trium
Religiosorum, qui fuerunt illius confessores, eique
administrarunt Sanctissima Sacramenta, quibus in
hac materia fides non leuis adhiberi solet. Soarez alleg.
1. num. 13. & Rota decis. 107. num. 7. vers. &
eodem modo. par. 2. diuers. Et sic fumus contrarius
14 † euanescit, quod sufficit pro denegatione remissoriæ,
vt fuit dictum in Toletana Parochialis 29. Martij
1593. coram bo. me. Litta, & in Gennen. Portionis
4. Decembris 1613. coram me.

Secunda verò exceptio, quod pro immisione obtinenda
non sufficit simplex sumptum testamenti
15 † etiam si esset manu eiusdem Notarij rogati, sed sit
exhibendum originale. l. 1. §. si quis in duobus in fine.
vbi Bart. num. 1. & 2. ff. de bon. possess. sec. tabul. &
Rota in Romana, seu Tiburtina Castrorum 4. Iulij
1607. coram Reuerendiss. Lugdunen. cum alijs allegat.
16 Visa fuit non obstare, quia † hoc procedit in mero,
& simplici exemplo, vel sumpto, non autem in authentico,
& redacto in publicam formam, cum solemnitatibus
requisitis per eundem Notarium rogatum,
vt ita Bartolum declarat Dec. in auth. si quis in
aliquo. n. 15. C. de eden. quem in terminis sequuntur.
Zuccard. in d. l. fin. num. 92. vers. nec obstat. & Personal.
de adipisc. possess. num. 150. vers. nec prædictæ
opinioni. tunc enim exemplum sufficit ad immisionem
in hoc remedio. Ias. in d. l. fin. num. 4. vers. sed
intelligere. & ibi Zuccard. d. num. 92. vers. sed nihilominus.
Sapia num. 14. & 15. Manua in 1. lectur.
num. 59. Personal. d. num. 150. in princ. Menoch.
d. rem. 4. num. 653. & tenet etiam, & seruat Rota
teste Verall decis. 151 par. 2. & nouissimè tradit Gratian.
discept. 187. num. 13. 14. & 16.

Tertia exceptio nullitatis testamenti ob non ser-
17 uatum † Statutum Perusinum sub rubr. 41. vol. 3.
mandans, quod Notarius debeat cognoscere contrahentes,
vel disponentes vnum, vel plures, & quod
sic videtur inducere solemnitatem formalem, cum
istud à iure communi non requiratur. Ias. cons. 97.
num. 2. vers. item cum tale. vol. 4. Felyn. in c. cum dilecta.
num. 6. in 9. signo de rescript. & Surd. decis. 268.
num. 10.

18 Tollebatur, quia Statutum † nihil aliud facit nisi
quod imponit eandem pœnam mutanti nomen Patris,
aut Aui, vel alterius cuiuscumque quam imposuerat
principale Statutum mutãti nomen proprium,
quod expressè patet, quia post finem dicti Statuti
principalis per viam additionis ad illud subditur. Addentes,
quod eandem pœnam incurrant malitiosè mutantes
nomen vnum, vel plures Patris, vel Aui, vel
alterius cuiuscumque. & sic censetur pars eiusdem
principalis Statuti. Card. in clem. Statutum num. 5.
vers. & est ratio de elect. Abb. in c. de multa. num. 18.
19 in 2. not. de preben. Et illa clausula, † quam subijcit
Statutum videlicet, & Notarius debeat cognoscere
contrahentes, vel disponentes non vlterius operatur,
quàm pœnę repetitionem Notario non cognoscenti.
Glos. in d. c. de multa. in ver. in eodem. vers. & pœna
præmissa. & ibi Abb. d. not. 2. Lap. in d. clem. Statutum
num. 2. & ibi Card. d. num. 5. vers. ex hac solutione.
& Felyn. in c. super quæstionem. num. 2. in 1 not.

20 *de off. deleg.* Et satis est Statutum † iuris communis correctorium hoc operari, cum de iure communi non sit necesse Notarium notos habere cōtrahentes, vel disponentes, *vt post Nic. de Matarell. tradunt Io: Andr. in addit. ad Speculat. in rubr. de instr. edit. col. mihi 7. vers. sed numquid personis. Bal. in rub. C. de fid. instr. num. 21. Ruyn. cons. 189. num. 17. vol. 1. Bertazol. clauf. 2. glos. 2. num. 9. & in testamentis Monterent. in d. §. qui sacerdos. in ver. cognoscere. vers. sed quod habeant. & Rota decis. 434. num. 1. par.*
21 *1. diuers.* quando enim Statutum † potest in pluribus inducere correctionem iuris communis, interpretatur vt in vno tantum corrigat. *ad not. per Abb. in c. cum dilectus. num. 21. de constit. cum cumulatis per Honded. cons. 1. num. 33. vol. 1.*

22 Vltra quod Statutum † non dicit, quod Notarius scribat se habuisse huiusmodi cognitionem, & præsumptio est, quod illam habuerit cum esset Perusinus, & in Collegio Notariorum dictæ Ciuitatis descriptus, & testatrix esset nobilis eiusdem Ciuitatis, & idem Notarius eam asserverit, ne dum talem, sed etiam sanam mente, & sensu, & in bona conscientia constitutam, & fundanti se in negatiua ad inualidandum testamentum incumbit onus probandi. *Bart. in l. cum illa 8. num. 5. & ibi Ias. num. 14. ff. de verb. oblig. cum latè alleg. per Gabr. de probat. conclus. 6. per tot.*

23 Quarta exceptio, quod instrumentum † dicti testamenti non fuerit insinuatum citato nominatim Io: Bernardino hærede ab intestato, nec facto proclamate generali, vt expresse disponitur in alio Statuto Perusino *vol. 2. sub rubr. 42.* de quo in specie meminit *Eugen. cons. 25. num. 27. & 28.* & pro cuius validitate consuluit *Bal. cons. 184. per tot. vol. 5.*
24 & ideo non valeat, siue intelligatur † quod dictum Statutum annullet ipso iure, vt in illius specie dixit *Ang. cons. 36. col. 3. in princ.* siue non ipso iure, sed testamentum careat effectu, quia insinuatio ab eo post factum requiritur *iuxta doctr. Glos. Bart. & Bal. in l. vniuersa. C. de prec. imper. offer. & in eodem Statuto idem Bal. cons. 144. num. 4. vol. 5. Corn. cons. 30. num. 3. & 7. vol. 3. & in simili Statuto Decian. resp. 60. num. 6. & 7. vol. 4.*

25 Visa fuit Dominis non obstare, quia dictum Statutum † in vna parte disponit faciendam esse assignationem, seu præsentationem testamenti, vel instrumenti alterius vltimæ voluntatis infra sex menses à Kal. Maij vsque ad Kal. Nouembris per habentem pænes se aliquod ex dictis instrumentis, aliàs vult, quod instrumentum sit nullum. Et ex hoc capite Io: Bernardinus non prætendit, nec prætendere potest nullitatem testamentis, tum quia Statutum annullat testamentum, vel aliud instrumentum non præsentatum solùm, quando præcedit bannum, quod mandat fieri per Prætorem qualibet die Sabathi à dictis Kal. Maij vsque ad Kal. Nouembris de faciendo præsentationes per habentes pænes se huiusmodi testamenta, vel instrumenta, *vt in §. & Potestas &c.* vnde nisi probetur publicatum fuisse huiusmodi bannum non potest intrare dispositio dicti Statuti, illa enim non habet locum nisi seruata forma Statuti, & verificato præsupposito sub quo loquitur ipsum Statutum ex
26 vulg. Tum etiam, quia Io: Paulus † præsentauit dictum testamentum infra dictos sex menses, & Iudex mandauit illud tamquam non abolitum, nec in aliqua sui parte suspectum registrari, & insinuari in actis, & libris Perusij, vt in summar. dicti Io: Pauli num. 4. Ad hanc verò præsentationem nulla erat necessaria citatio, quia ne dum hoc non cauetur in dicto Statuto, imò in eo expressè dicitur, quod etiam sine illa sufficit sola assignatio ad effectum, vt peti non possit cassatio testamenti, quod etiam ponderauit *Rota in alia Perusina fideicommissi de Bigazzinis 7. Febr. 1605. coram bo. me. Litta.*

27 In alia verò parte dictum Statutum disponit † de insinuatione facienda, & in hoc casui nostro applicari non potest, quia loquitur, quando is, qui assignauit, seu præsentauit testamentum, vel aliud instrumentum vltimæ voluntatis vult etiam, & petit illud insinuari ad hoc ne amplius intentari possit illius cassatio, & tunc solum Statutum mandat citari nominatim partem interesse habentem, & publicari proclama, & dicit etiam quomodo sit procedendum parte comparente, & contradicente, vel non. Verba autem sunt clarissima, ibi, *& facta productione alicuius ex eis per aliquem &c. tunc Iudex ad petitionem producentis, & assignantis citari faciat nominatim &c. ad opponendum contra instrumentum, & contra petitionem super insinuatione, vel cassatione*, cum itaque non doceatur fuisse factam per Io: Paulum huiusmodi petitionem applicari consequenter non potest dispositio Statuti, vt ex prædictis.

28 Nec obstat, quod Io: Paulus † petierit, & Iudex decreuerit dictum testamentum insinuari iuxta formam Statutorum. Nam cum petitio, & decretum loquatur de receptione, admissione, descriptione, registratione, & insinuatione in actis, & libris publicis Communis Perusij, & nihil aliud factum, quàm registratio testamenti in dictis actis, & libris, vt in fine decreti, ibi, *prout insinuatum fuit &c.* Clarè patet actum solummodò fuisse de dicta registratione, & illa verba describi, & registrari, & insinuari esse synonyma, & ita non fuisse intellectum de illa insinuatione facienda ad finem, vt non possit peti cassatio, de qua loquitur dictum Statutum, quia non fuisset dictum in decreto, prout insinuatum fuit &c. cum talis insinuatio non perficiatur per simplicem registrationem in actis, sed seruata forma Statuti. Et nihi-
29 lominus etiam ex omissione † citationis, & proclamatis Statutum non annullat testamentum, vel aliud instrumentum. Quia clausula annullatiua est immediatè apposita post dispositionem factam in casu, quo testamentum, vel aliud instrumentum præsentatum non fuerit, vt clarissimè colligitur ex lectura Statuti, & propterea ad hunc tantùm casum, non autem ad omnes est referendum. *l. filium. ff. de quan. dies lega. ced. l. fin. cum ibi not. ff. de reb. dub. cum alijs per Gabr. de claus. conclus. 9. num. 11.* & vbi hoc dubium esset,
30 non debet fieri talis relatio † ad annullandum testamentum ex defectu insinuationis, & sic ad correctionem iuris communis. *Abb. in c. Ecclesia vestra. il 2. num. 5. de elect. Ias. in l. talis scriptura. num. 39. ff. de leg. 1. cum alijs per Gabr. d. conclus. 9. num. 5. & Menoch. præsumpt. 181. num. 10. lib. 4.* de quo non est necessaria insinuatio vltimarum voluntatum. *ad not. per omnes in l. fin. C. de donat. caus. mort.*

Et tollitur difficultas, quia quicquid dicat Statu-
31 tum † insinuationes prædictę semper ab immemorabili

bili tempore fuerunt factæ fine aliqua citatione, vt declarauit Collegium Causidicorum Ciuitatis Perusinæ, per eius decretum sub die 18. Martij 1594. in summ. Io: Pauli num. 5. cui aliàs detulit *Rota in dicta Perusina de Bigazzinis* circa solitum Legatorum concedendi licentias insinuandi post tempus à Statuto præfixum.

32 Et in omnem casum Statutum † ante factam cassationem non tollit, nec suspendit fidem instrumenti iam præsentati, non enim excludit, quin talis insinuatio possit fieri quandocumque non obstante, quod lapsum fuerit tempus à Statuto præfixum, cum infra istud tempus pars non petierit cassationem, vt expresse in ille cauetur *in §. sed si non fuerit*. & considerauit *Rota in dicta Perusina de Bigazzinis*, & & ideo casus remanet in dispositione iuris communis,& testamentum meretur executionem ex d.l.fin.

Quinta demum, & vltima exceptio, quod Io: Pau-
33 lo semel † immisso amplius nō competat remedium *d.l.fin. §.sequens. Inst. de interd. Specul. in tit. de testam. §.sequitur. num. 32. Menoch. d. rem. 4. num. 58. & Card. Seraph. decis. 1268. num. 4.*

34 Nihil facit, quia immissio fuit † per Rotam habita pro nulla, ex quo non fuerat citatus Io: Bernardinus, qui in capienda possessione præuenerat; & ideo Io: Paulus non videtur immissus. *l. non videtur. vbi Odofred. Alber. Ang. Castr. Alex. & Imol. ff. de acq. poss. Io: Fab. in §. sequens. num. 3. Instit. de interd.* & illi competit remedium d.l. fin. ac si num. quam fuisset immissus. *Neuiz. d. cons. 56. num. 12. & tenuit Rota in Foroliuien. de Monsignanis 16. Februarij 1603. coram bo. me. Penia, & est clarissimum.*

Ex quibus vtraque parte informante fuit ita decisum &c.

## Cardinali Caualerio Perusina fideicommissi de Gratianis Veneris 10. Decembris 1621.

### SVMMARIA.

1 *Substitutio cum dictionibus quandocumque, & sine filijs est compendiosa, & importat fideicommissariam.*
*Stante præsertim digressu ad plures gradus substitutionum num. 2.*
3 *Mors sine filijs quomodo probetur, & num. seq.*
6 *Proximitas quomodo probetur, & num. seqq.*
8 *Positiones probant contra ponentem.*
11 *Testes examinati in alio iudicio probant, vbi agitur de legitimatione personarum.*
12 *Instrumentum extractum ex Archiuio inter subditos probat.*
13 *Testamentum non insinuatum, quod validum sit non obstante Statuto, & vide vsque ad finem.*
14 *Insinuatio testamenti præsumitur post 30. annos cum obseruantia.*
15 *Obseruantia testamenti probatur ex possessione iuxta formam eiusdem.*

### DECISIO XXXVI.

CAPITANEVS Fœlix de Gratianis testator hæredem instituto Vincentio filio iam nato, & alijs nascituris, & inuicem substitutis, omnibus masculis decedentibus quandocumque sine filijs masculis substituit Astorem nepotem ex fratre, & si ipse non existeret, substituit proximiores masculos suæ familiæ tunc existentes.

Mortuo Testatore, & successiuè Astore nepote, ac Vincentio hærede,& extincta linea masculina Testatoris, cum bona per Testatorem relicta occupassent Domini de Perinellis, & litis consortes, fuit contra eos motum iudicium per Petrum de Gratianis tamquam proximiorem dicto Fœlici Testatori,& causa mihi commissa, Dubitaui, an constaret de fideicommisso ad fauorem Petri purificato, quod dubium fuit affirmatiuè resolutum.

1 Et quidem non dubitabatur per illas † dictiones quandocumque, & sine filijs in substitutionibus positas comprehendi substitutionem compendiosam, & fideicommissariam importari. *Bart. in l. centurio. num. 9. 10 & 13. & seqq ff. de vulg. & pup. Ruyn. cons. 140. num. 18. vers. non obstat quod aditione. lib. 3. Corn. cons. 273. num. 3. lib. 4. & fuit dictum in Romana de Surdis 11. Maij 1618. coram R. P. D. meo Vbaldo, & in Terracinen. fideicommissi 25. Fe-*
2 *bruarij 1619. coram me, & alias sæpe,* stante † præsertim digressu ad plures gradus substitutionum. *Ruyn. cons. 153. num. 6. vers. & in casu suo. lib. 2. Rimin. iun. cons. 21. num. 41. Aym. cons. 98. num. 3 Menoch. cons. 481. num. 10. & præsumpt. 69. num. 13. lib. 4.*

3 Similiter obitus Astoris † substituti ante Vincentiū institutum,& deficientia lineæ masculinæ visa fuerunt probari, cum Perinelli ex dicto obitu,& defectu lineæ masculinæ bona occupauerint, & quo ad mortem Vincentij in instrumento possessionis captæ per Perinellos, Notarius attestabatur vidisse illum mortuum,
4 † Quò verò ad obitum Astoris, de eo deponebat vnus testis, & apparebat ex positionibus datis pro Perinellis contra Petrum Gratianum, ac vlterius ex partita libri mortuorum de mense Maij 1601. quæ probat mortem. *Rota decis. 220. num. 1. par. 2. diuers. & in recent. decis. 700. num. 4. par. 1.* Quod
5 verò Astor,& Vincentius † decesserint sine filijs vltra prædictam confessionem, etiam de iure præsumitur, *Alex. cons. 20. num. 12. lib. 1. & fuit dictum in Siracusana fideicommissi, quæ est decis. 436. num. 3. par. 1. in recent.*

Difficultas reducebatur ad duo, nempe ad legitimationem personæ Petri, quod scilicet esset de familia Gratiana, & proximior testatori, & an testamentum, in quo fideicommissum continebatur, esset validum.

Quo ad primum, circa legitimationem personæ Petri censuerunt Domini esse satis probatum Petrum
6 esse proximiorem † Fœlici testatori, & de familia Gratiana. dabatur enim diuisio facta inter Astorem Patrem Fœlicis Testatoris,& Auum Vincentij grauati ex vna, & Mattheum fratrem d. Astoris, & Auum Petri, qui hodie est in causa ex altera parte, ex qua diuisione apparebat de tali proximitate, & hoc instrumentum multum facere visum fuit in hac materia, *ex traditis per Peregr. de fideic. art. 44. num. 5.*

maximè

7 maximè accedente probatione † quod Fœlix fuerit filius d. Astoris, non solum ex testamento ipsius Fœlicis, sed ex pluribus enunciatiuis instrumentorum emptionum, in quibus dicitur filius q. Astoris; quæ & si non sint antiquæ, ad hunc tamen effectum visæ fuerunt valde conferre. *Rota decis. 136. num. 1. par 1. in recent.*

8 Quibus accedebant positiones datæ † pro Perinellis, in quibus tota ista series, & descendentia describitur etiam quo ad personam Petri, quæ contra ipsos probant. *Alex. cons. 172. num. 1. vol. 2. Rot. decis. 296. post med. par 1. diuers. Caputaq. decis 189. & 192. part. 1.* quæ licet per se paterentur aliquam difficultatem, ea tamen cessabat ex testibus super dictis positionibus examinatis, qui visi fuerunt optimè super tali descendentia in eis narrata deponere.

9 Ex quibus cum de attinentia, & proximitate Petri † satis appareat, non erat probanda qualitas maioris proximitatis, cum non appareret in causa alius, qui se proximiorem diceret. *Card. Seraph. decis. 1219. num. 1. & decis. 1265. in fin. vers. quod dicitur.*

10 Nec visum fuit obstare, quod Io: Baptista Pater Petri denominaretur de Bettignillis † quia, vt ex eisdem testibus apparebat, ita vocabatur per sopranome.

11 Minus etiam obstare, quod illi testes sint examinati in alio iudicio † quia cum agatur de legitimatione personæ tãquam in causa status probant etiam in alio iudicio. *ad l. ingenuum cum ibi not. ff de stat. homin. Alex. cons. 61. num. 9. lib. 2. & fuit dictum in Romana nullitatis concordia 14. Martij 1614. coram me, & aliàs sæpe.*

12 Quò verò ad aliam difficultatẽ circa validitatem testamenti † visum fuit de illius validitate constare, cum fuerit extractum ex Archiuio Perusino, & ideo inter subditos probat. *Felyn. in c. ad audientiam num. 12. circa fin. de præscript. Caputaq. decis 42. n. 1. par. 1. Rot. decis. 271. num. 6. par. 1. in recent.*

13 Et licet opponeretur de defectu insinuationis requisitæ † per Statutum Perusinum *lib. 2. rubr. 42.* Responsum fuit per dictum Statutum requiri etiam publicationem bannimentorum, quod omnes Notarij habentes testamenta compareant ad illa assignanda coram Iudice, quod si non fecerunt, testamenta non valeant, quæ bannimenta, cum non probenrur, præcessisse, cessabat obligatio insinuandi, & testamentum ex hoc capite impugnari non poterat, *vt in puncto resolutum fuit in Perusina Hæreditatis 18. Nouembris 1616 coram R. P. D. meo Buratto.*

14 Et quamuis multa circa obseruantiam dicti Statuti † quoad talia bannimenta dicerentur; tamen visum fuit cessare omnem difficultatem ex lapsu plusquam 30. annorum, cum obseruantia huiusmodi testamenti, per quæ omnis solemnitas, & insinuatio præsumitur. *Gabr. de præsumpt. concl. 1. n 56. Card. Seraph. decis. 742. num. 4. Ceph. cons. 170. num. 22. & cons. 171. num. 37. in fin. & num. 40. & 44. vers. deuenio igitur.* vbi loquitur in terminis similis Statuti.

15 Prædicta autem obseruantia satis visa fuit probata † ex quo bona in testamento comprehensa fuerunt per hæredem possessa iuxta formam testamenti, *vt in simili Rot. decis. 598. num. 5. par. 1. diuers.* iunctis supradictis positionibus, in quibus testamenti tenor apponitur.

16 Fuit etiam responsum obiectum cessare, quia ad effectum † annullandi testamentum ex defectu dictæ insinuationis non solum requirebatur petitio, sed sententia diffinitiua, quæ hic non fuit lata, vt in dicto Statuto in fine disponitur, *& sensit Bal. cons. 144. n. 4. lib. 5. Ang. de Perus. cons. 36. num. 4.*

Et ex his Domini concluserunt fideicommissum fuisse purificatum ad fauorem Petri &c.

## Aldobrandino postea Clementi VIII. Perusina bonorum de Vbaldis Veneris 18. Martij 1583.

### SVMMARIA.

1 *Statuti Perusini exclusiui fœminarum non vsus, seu contrarius vsus respectu portionis, quæ deferetur fœminis in bonis aliunde quæsitis, an sit probatus, & per tot.*
2 *Statutum non dicitur interruptum, quod semper viguit.*
3 *Statuti qualitates debent probari, vt illud intret, & testes debent exprimere actus num. 5. & per tot.*
4 *Consuetudo probanda est in casu illo particulari.*
7 *Intestatum quem decessisse, vt probent testes, debent sufficientem rationem assignare.*
8 *Statuti contrarius vsus est difficillima probationis.*
9 *Consuetudo inducitur per consensum non autem per actus populi, qui consensus difficilè colligitur absque contradictione num. 10.*

### DECISIO XXXVII.

1 IN causa Perusina bonorum de Vbaldis dubitauinum Pompeus probauerit † contrarium vsum reformationis Statuti Perusini confirmatæ à san. mem. Pio IV. de anno 1563. & quia in hac disceptatione hæsitabatur, An sufficeret probasse, quod euenissent plures casus, in quibus suisset seruanda reformatio, & nihilominus semper successissent fratres totaliter exclusis sororibus, etiam quod illæ nihil petijssent, An verò ad hunc effectum fuisset necessaria saltem aliqua contradictio fœminarum. In qua difficultate inclinabant plures ex dictis sufficere pro abrogatione huiusmodi reformationis, quod euenisset casus, & nihilominus successissent totaliter fratres; quia iste non vsus habet implicitum contrarium vsum, ex quo reformatio vocat sororem dotatã à Patre, vel ascendente ad successionẽ fratris ad tertiam partem eius, quod sibi de iure cõmuni obuenisset ab intestato bonorum aliunde, quam à dotante quæsitorum, & nihilominus vsus hoc pacto vocasset fratres ad integram successionem. *Io: Andr. in c. cum Ioannes. col. 3. ad fin. de cler. coniug. & ibi Abb. num. 9. Alex. cons. 196. sub num. 15. lib. 2.* Neque hoc casu est necessaria contradictio, *vt per Bar. in l. 2. C. quæ sit long. consu. num. 20. Tiraq. de primog. quæst. 91.* Quod tantò faciliùs procederet in hoc casu, in quo habemus Statutum antecedens totaliter excludens sorores, cum quo vsus subsequutus post reformationem videretur

retur se conformare, vnde interruptum † non diceretur, quod semper viguisset, *vt dicit Bald. in auth. omnes Peregrini. num. 7. C. comm. de success. Ias. in l. de quibus. num. 24. ff. de legi. Alex. cons. 78. num. 8. lib. 6. Gozad. cons. 23. num. 9.*

3 Verum cum reformatio † requirat qualitates, nempe quod soror exclusa fuerit dotata à patre, vel aliò ascendente; secundo quod frater, de cuius successione tractatur, obierit intestatus; tertiò quod ipsemet frater bona aliunde, quàm ex successione patris, aut alterius dotantis acquisierit, necesse est, quod volens probare non vsum, probet euenisse plures casus habentes has qualitates, & circumstantias, alioquin non posset dici probatus vsus contrarius huic reformationi, tum quia vsus non versaretur circa casum, de quo disponit reformatio, tum quia consuetudo

4 † probanda est in casu illo particulari, de quo tractatur. *Oldrad. cons. 273. col. 1. Aymon. cons. 96. num. 4.*

5 Has igitur qualitates † dixerunt DD. testes non concludere, licet enim super articulis generaliter dicant semper sorores fuisse exclusas, hoc tamen non sufficit ad probãdam consuetudinem, quia testes debent particulariter exprimere actus, *vt per Doct. in l. de quibus de legibus. Alex. cons. 45. num. 3. lib. 2.*

6 Praeterea casus, de quo deponit primus † testis de fratre ipsius testis contigit de anno 1555. ante reformationem, idem dicitur de Capitaneo Pompilio, de quo deponunt tertius, & septimus testes, vt dicunt ambo testes, quod idem dicitur de Petro Sensio, quem allegant tertius, & quintus; obijt enim & ipse, vt ijdem dicunt ante confirmationem reformationis, & idem dicitur de Angelutio de Martellinis, quem allegat septimus, & idem de fratribus Io: Baptistae de Martellinis vndecimi testis, quia vltimus ipsorum, vt ipse dicit, obijt de anno 1540.

Et consequenter ex 16. casibus, quos allegant testes, quinque non faciunt ad propositum &c. quia euenerunt ante confirmatam reformationem &c. Sicut non facit ad propositum casus Sfortiae de Almennis, quia praesupponitur, quod nihil acquisijsset in Territorio Perusino, demendus etiam videtur de hoc numero casus Aquilantis de Boncambijs, quia vt dicit secundus testis, si quid acquisiuit, id fuit, quia vendidit aliqua bona paterna, vt emeret alia, & idem de Caesare de Ansidaeis. Praesupponitur enim, quod extet instrumentum, licet in actis non productum, ex quo apparet ipsum debitorem fratris in scutis 7000. adeo quod non poterat dici, quod aliquid aliunde acquisiuisset, & potuerunt sorores non petere, quia fratres ratione crediti bona omnia auocassent, & idem dici potest de fratre Ioannis Cibbi quinti testis, quia vt ipse dicit, credit, quod defunctus suus frater nihil acquisiuisset, qua ratione quoque non concludit casus fratris consobrini Bernardini de Alphanis, & fratrum Io: Baptistae de Raynerijs, quos ipse Io: Baptista duodecimus testis allegat, quia ignorant, an aliquid acquisierint, sicut etiam videtur modicae considerationis casus fratrum de Anastasijs, quia primus testis, qui de eo deponit, dicit, quod scit, quod aliquid acquisierat, quod verificatur in minimo, & eadem ratione non videtur concludere casus allegatus à quarto, & sexto teste de Florauante de Fidelibus, quia nesciunt testes quantitatem acquisitorum, vnde potuit esse modica, & multi, & quoad Bartolum, & fratres de Gregorijs sextus testis, qui de eo deponit, ignorat, à quo fuerint dotatae sorores, & quomodo bona acquisierint, casus etiam filij Caesaris Cornei, & Scipionis non concludunt, quia non bene probatur, quod aliquid acquisierint, & consequenter, licet testes multa dicant super articulis, dum tamen descendunt ad particularia, non concludunt.

7 Idque tantò magis, quia obitus ab intestato, † qui necessariò est probandus est admodum difficilis probationis tamquam consistens in negatiua, quam testes non concludunt dicentes allegatos ab ipsis obijsse ab intestato. Debuissent enim assignare sufficientem rationem, quod non fecerunt, Potuerunt enim fratres succedere ex testamento, quod testi non innotuerit, *vt benè per Corn in his ter. cons. 125. num. 1. in fin. lib. 4. quem sequitur Aym. cons. 171. num. 14. & 197. num. 12.*

8 Accedit, quod difficillima † videatur probatio huius contrarij vsus, quia quod Ciuitas vellet vti hac reformatione, apparet, quia illam condidit, & obtinuit confirmari, nec praesumitur mutatio voluntatis, vnde ad probandam consuetudinem debent probari tales actus, qui deuenerint in notitiam populi taliter, quod ex inde colligatur consensus illius. Consensus

9 enim populi non autem † actus inducunt consuetudinem. *Abb. qui de commun. testatur in c. fin. num. 17. de consuetud. Alex. d. cons. 45. num. 3. lib. 2.* & licet arbitrariũ sit, quando dicantur interuenisse tot actus, ex quibus consensus populi argui possit. *Ias. in l. de quibus. n. 51. ff. de leg. cum alijs, de quibus per Moder. de arbitr. cent. 1. cas. 81.* tamen difficilè admo-

10 dũm erit, † quod Iudex in hoc casu non existente aliqua contradictione, possit colligere consensum populi, quia *vt benè deducit Corn d. cons. 125. lib. 2.* licet videatur, & in notitiam multorum deueniat, quod talis possideat bona defuncti, non tamen deuenit in notitiam, quod ex tali titulo successerit, cum possit putare populus, quod defunctus condiderit testamentum, vel codicillos, vel quod sorores renunciauerint, vel quod fuerint dotatae à fratribus. Vnde ex inde difficillimum erit colligere consensum populi, & arbitrari, quod ille interuenerit, *vt ibidem optimè deducit Corn.*

## Corduba
## Perusina Bonorum
## Veneris 16. Nouembris 1601.

*SVMMARIA.*

1 *Sententia iniusta non transit in rem iudicatam, sed iniustitia debet esse clara, & euidens.*

2 *Auia vidua an comprehendatur in Statuto contra matrem, & per tot.*

*Statutum correctorium iuris communis non habet locum in casu ficto ibidem, & vide num. seqq.*

5 *Vidua gaudet Priuilegijs exorbitantibus, & contra ius Statuti loci mariti, & num. seqq. vbi quid si discesserit.*

10 *Sententia non potest dici iniusta, vbi opiniones sunt controuersae.*

DECISIO

## DECISIO XXXVIII.

SATIS visum fuit Dominis constare de re iudicata,
sed Informantes pro D. Margherita illam prætendebant tollere ex capite iniustitiæ, ad quem effe-
1 ctum iniustitia † debet esse clara, & euidens. *Dec. in c. quoniam contra de probat. & cons. 136. 137. & 140. & fuit decisum coram R. P. D. meo Seraphino in causa Firmana bonorum 29. Aprilis* 1583. de qua in præsenti non apparebat.

Neque obstant, qua in contrarium deducebantur,
2 & Primo, quod ex quo Statutum † Perusinum vocat Auiam Paternam ad successionem nepotis ab intestato æqualiter cum matre, cum sit correctorium iuris communis loquens in ciuibus non habet locum in casu ficto, nempe in Vidua, quæ per Iuris dispositionem retinet eandem ciuitatem, & domicilium mariti Defuncti.

Nam vltra quod Scribentes exaduerso allegati nõ
3 distinguunt inter Statuta † contra, vel præter, vel secundum ius commune in terminis Viduæ, sed indistinctè deponunt Viduam gaudere priuilegijs Statutorum, quæ vt plurimum sunt iuris correctoria, fuit responsum, quod d. Statutum non loquitur de Ciue,
4 † quo casu intraret difficultas, vtrum procederet in ficto, vel solum in vero, *quem articulum latè disputat Burgos. de Paz. in l. 3. Taur. num. 448. & 481.* Sed
5 dictum Statutum vocabat † auiam Paternam simul cum matre ad successionem Nepotis, quo casu non requiritur, quod sit Ciuis, sed quod d. Auia vti Vidua possit gaudere beneficio Statuti, de quo nemo dubitare potest, cum Vidua gaudeat priuilegijs exorbitantibus, & contra ius commune. *l. vraq. ac nobilit. cap. 18. num. 8. decis. Pedem. 30. num. 54. & fuit aliàs in hac causa resolutum*, quod Statutum cum hoc
6 priuilegium concesserit personæ, † & non loco, propter nexum matrimonij non est necessarium, quod Vidua continuauerit habitare in loco viri, sed sufficit quod non habuerit animum dimittendi, & deserendi domum, *vt est magis communis opinio secundum Claud. in l. cum quadam puella. num. 4. ff. de iurisd. omn. iud. Gabr. cons. 29. num. 30. lib. 2.* Vnde non intrat decisio. *Afflict.* 384. *num.* 15. quæ loquitur in
7 casu diuerso, nec animus deserendi domum † colligebatur ex coniecturis, quæ allegabantur.

Nam prima de habitatione in Vrbe non fuit habi-
8 ta † in consideratione, tum quia hæc sola non sufficiebat. Vidua enim illam retinet, etiam si redeat ad suum domicilium, tum quia D. Iunipera semper habuit litem in Rota, & in Camera, quæ satis iustificabat suam absentiam, & nec etiam erant elapsi decem anni tempore delatæ successionis post obitum mariti, quod requirebatur ad istum effectum. *Menoch. de arbitr. cas. 86. num. 15.*

9 Minus placuit alia coniectura, † quod Iunipera vocauerit se Baronissam Romanam, & vsa fuerit beneficio Statuti de duabus conformibus, & bona, quæ habebat Perusij ad Vrbem transtulerit, & in ea domum emerit; nam Vidua vtramque ciuilitatem potuit retinere originis, & mariti, & cum prædicta non stent per se exclusiuè, nec priuatiuè, nec sint coniecturæ concludentes, per dictos actus non fuit visa voluisse se priuare dicto priuilegio Viduatis.

Non obstat, quod circa articulos resolutos per
10 Rotam † adsint multi Scribentes, qui contrarium tenuerunt. Nam cum Domini amplexi fuerint vnam ex opinionibus controuersis, non potest hoc prætextu dari de iniustitia sententiæ. *Cas. de Grass. decis. 1. de Constit. num. 6. & 7. & fuit dictum in causa Colonien. Canonicatus 2. Iunij 1574. coram Sanctiss. quæ est diuersorum 206. num. 1. par. 2.*

# Litta
# Perusina de Bigazzinis
# Lunæ 28. Iunij 1604.

## SVMMARIA.

1 *Remissorialis processus, in quo fuerunt seruata omnia solemnia præsumitur validus.*
2 *Notarius Actuarius suspectus, vt recusari possit, debet adesse mandatum speciale, & medio iuramento. Et censetur recessum à recusatione, ex datione adiuncti, & alijs num. 3.*
4 *Notarius adiunctus ad interessendum non ad scribendum non debet subscribere, maximè vbi Iudex remissorialis subscripsit num. 5.*
6 *Mandatum habens ad recusandum censetur habere ad effectum habendi assistentem.*
7 *Notario non debet plus credi ad fauorem vnius partis, quàm alterius.*
8 *Interrogatoria si sint omissa imputatur Interpreti non Iudici.*

## DECISIO XXXIX.

PRO validitate processus remissorialis fuit conclusum, cum ex deductis in facto constet fuisse
1 † seruata omnia solemnia necessaria, & ideo intrant omnes regulæ de præsumenda actus validitate loquentes.

Non obstat, quod Notarius actuarius fuisset recu-
2 satus † à Procuratore D. Faustinæ. Quia vltra quod non constat de mandato speciali ad id requisito, & quod medio iuramento recusasset. *iux. cons. Paris 31. num. 32. lib. 1. & fuit dictum in terminis in causa Agrigentina illegitimatis 9. Iunij 1597. coram bo. me.*
3 *Orano.* Tollitur difficultas tam ex datione † adiuncti ab ipsomet Procuratore recusãte nominati, quam ex eo, quod postea idem Procurator coram eodem Notario recusato dedit interrogatoria, & pluries comparuit, per quos actus dicitur à recusatione recessum etiam si semper fuisset repetita protestatio, quæ tanquam contraria facto, ex quo sumus in iudicialibus, vitiatur, ita quod acta remaneant valida, *vt ex magis commu. opinione firmauit Rota in d. Agrigentina.*

Non obstat defectus suscriptionis Notarij adiun-
4 cti, † quia ille fuit datus tantum ad interessendum, & non ad scribendum, & recipiendum acta, *& ideo decisio Toletana Primitiarum coram Comitulo*, quæ allegatur pro parte D. Faustinæ retorquetur, & potuit Notarius actuarius solus subscribere, & publicare processum, *vt concluditur in d. decisione Toletana, & in alijs, quæ dantur pro Comite Bigazzino*, cum ex summario pro eius parte dato num. 2. appareat de

consensu Procuratoris D. Faustinæ, quod Connota-
rius solum interueniret examini testium absque eo,
quod scriberet, & se rogaret. Et cessat difficultas in
hoc casu ex quo cum subscriptione Notarij recusati
5 † concurrit subscriptio Iudicis remissorialis, quod
sufficit, *vt fuit dictum in causa Burgen. Emolumento-
rum 29. Aprilis 1591. coram D. Penia.* Nec placuit,
quod dicebatur Procuratorem non habuisse manda-
6 tum † ad hoc. Quia si habuit mandatum ad recusan-
dum, visum sibi fuit recusare ad hunc effectum tan-
tum habendi assistentem. Non obstat, quod de isto
7 consensu † Procuratoris non constet nisi in attesta-
tione Notarij recusati. Quia sicut ex attestatione
eiusdem Notarij recusati probatur nominatio adiun-
cti, ita etiam opus est, quod probetur alia pars, quod
scilicet fuit nominatus ad assistendum, cum non de-
beat plus ei credi ad fauorem vnius partis, quàm al-
terius.

8 Ad prætensam omissionem † interrogatoriorum,
fuit responsum non processisse à Iudice, sed ab ipsa
parte D. Faustinæ mediante suo interprete, cui forte
visum fuit satis fuisse euacuata per responsionem ad
alia, & esse superflua &c.

## Penia
## Perusina liquidationis fructuũ
## Lunæ 27. Februarij 1612.

### SVMMARIA.

1 *Iudicis recusatio non valet absque expressione cau-
sa.*

2 *Et vbi non fuit data cedula appellationis.*

3 *Tollitur ex comparitione coram ipso etiam cum
protestatione.*

4 *Testium nomina debent esse specificè, & singulari-
ter adnotata, & non generaliter.*

5 *Delegatio facta sub nomine officij expirat finito of-
ficio vbi vide.*

6 *Citatio vt valeat domi, & per affixionem debent
fieri diligentia, vt ibi. Fallit ex stylo Curia Pe-
rusina num. 7. Item vbi comparuerunt Procu-
ratores num. 8.*

8 *Citationis defectus tollitur ex comparitione, &
num. 9.*

9 *Citatio etiam si debeat fieri ex decreto Iudicis do-
mi, & per affixionem sufficit domi ex stylo, &
comparitio licet cum protestatione supplet.*

10 *Citatio vigore diligentia suffragatur etiam post
comparitionem Procuratorum, qui non fuerunt
citati, si ipsi comparuerunt, licet cum protesta-
tione.*

11 *Testium iuramentum tactis &c. probatur ex ver-
bis, Iurauerunt in forma.*

12 *Procuratoris domini litis comparitio quando suffi-
ciat.*

18 *Mandati defectus in Procuratore actoris tollitur,
vbi termini substantiales fuerunt seruati à vero
Procuratore.*

14 *Legitimatio persona respectu filiationis censetur pro-
bata ex agnitione partis aduersa.*

### DECISIO XL.

LICET super hac causa de ordine Rotæ partibus
præsentibus cum suis Procuratoribus fuerit ha-
bita sessio coram me sub die 2. Ianuarij proximè præ-
teriti, & maiori ex parte ex facto sublatæ multiplices
nullitates, quas opponebant Informantes pro D. Fau-
stina de Aptis, nihilominus, vt magis satisfieret quæ-
relis partis volui easdẽ proponere in Rota, quæ vtra-
que parte informante censuit oppositas nullitates
non obstare. Et singulariter ad singulas respondendo,

1 Ad primam deductam ex recusatione Iudicis † de-
legati, licet multæ darentur responsiones, Rotæ pla-
cuit illa, quod recusationes non obstarent, quia om-
nes fuerant factæ absque expressione causæ, & ideo
per eas non fuit suspensa iurisdictio Iudicis recusati,
qui non obstante recusatione licitè potuit procedere
ad vlteriora. *cap. cum speciali. vbi Franc. num. 1. de
appellat. lib. 6. Rota in vna Papien. bonorum 27. No-
uembris 1577. coram bo. me. Card. Lancellotto, & in
vna causa Burgen. beneficij die 18. May 1598. coram
bo. me. D. Andrea de Corduba tunc Rota Auditori-
bus.*

Et eò magis Rota amplexa fuit hanc responsionem
2 in hoc casu, quia † licet in actu recusationum fuerit
appellatum, nunquam tamen fuit præsentata cedula
appellationis in forma, prout requiritur *Rota in d.
Papien. bonorum coram Lancellotto.* Præterea Fausti-
3 na sæpe comparuit † coram eodem Iudice, & licet
cum protestatione parũ profuit, cum videretur con-
traria facto, *vt rotauit Rota in d. Papien. bonorum,
& fuit dictum in causa Hyspalen. Iurisnominandi 23.
Nouembris 1589. coram bo. me. Seraphino.*

Ad secundam nullitatem deductam ex defectu no-
4 minis † testium, quod non fuerit specificè, & nomi-
natim notatum, sed generaliter absque eo, quod fue-
rint specificata nomina singulorũ testium iurantium,
& ideo tamquam nimis vagum, obscurum, & incer-
tum non valuerit; Fuit responsum non subsistere in
facto, quia in processu fol. 80. specificè contineban-
tur nomina, & cognomina testium.

Ad tertiam nullitatem ex eo petitam, quod instru-
5 mentum subdelegationis † fuerat directum cuidam
D. Agatonio tanquam Locumtenenti, cuius tamen
officium durauerat vsque ad Mensem Februarium, de
quo fuerat sæpè expressè protestatum, & tamen
Agatonius processerat etiam deposito officio, & con-
sequenter sine iurisdictione; Fuit responsum primò
Bigazzinos coram Domino renũciasse omnibus actis
factis coram Agatonio post depositum officium. Se-
cundò fuit responsum prædictos actus factos coram
Agatonio post depositum officium coram Vincentio
Condiuio Agatonij successore fuisse legitimè repeti-
tos vigore instrumenti subdelegationis dati à R.P.D.
meo Sacrato.

Ad quartam nullitatem deductam ex eo, quod di-
6 ligentiæ † de citandis Faustina, & Hippolyta fuerunt
factæ per vnam audientiam tantum, seu vnam tantum
diem iuridicam, & tamen debebant fieri per plures
audientias, & dies iuridicos, & prius per vnum Cur-
sorem, & deinde per duos, & tamen fuerunt factæ se-
mel tantùm per duos Cursores; Fuit responsum pri-
7 mò nullitatem fuisse reijciendam ex quo † diligentiæ
de citandis prædictis fuerunt factæ iuxta stylum Cu-
riæ

riæ Perusinæ, vt testabantur periti Notarij. Secun-
dò fuit responsum post prædictas diligentias compa-
8 ruisse † Procuratores Faustinæ, & Hippolytæ, & ex
eorum comparitionibus purgatos fuisse defectus, si
qui interuenire potuerint. *Verall. decis. 97 in causa
quando est commissa. & decis. 161. in c. commissio p. 1.*
vtramque autem hanc responsionem approbasse vi-
detur. *Rota in d. decis. in causa Burgen. Beneficij co-
ram Corduba.*

Ad quintam nullitatem ex eo deductam, quod
9 stantibus dictis diligentijs † Locumtenens decreuit
Faustinam, & Hippolytam citari domi, & per affixio-
nem, & tamen dictum decretum non fuit seruatum,
quia Faustina, & Hippolyta fuerunt citatæ domi di-
missa copia. Fuit responsum sicut ad quartam tum
propter stylum, tum propter comparitionem Procu-
ratorum prædictarum mulierum, qui ex quo compa-
ruerunt, de citatione videntur habuisse sufficientem
notitiam, vnde data præsentia partis, leues censea-
tur istæ nullitates, licet Procuratores comparuerint
cum protestatione.

Ad sextam nullitatem ex eo deductam, quod Fau-
stina post dictas diligentias fuit citata personaliter,
10 † & comparuerunt Procuratores Faustinæ, & Hip-
polytæ, & docuerunt de mandato Procuræ, & tamen
nullis alijs diligentijs factis, neque citatis dictis Pro-
curatoribus fuit processum vigore dictæ diligentiæ.
Fuit responsum nullitatem reijciendam, ex quo Pro-
curatores Faustinæ, & Hippolytæ semper comparue-
runt, licet cum protestatione.

Ad septimam nullitatem ex eo deductam, quod
11 iuramentum † fuit testibus delatum absque illis ver-
bis tactis &c. Domini responderunt sufficere, quod
Notarius attestaretur fuisse præstitum iuramētum in
forma, sub quibus verbis virtualiter videtur dictum,
quod iurauit tactis scripturis, maximè quia dictio in
forma, intelligitur in forma iuris debita, & consueta,
*vt in terminis fuit dictum in causa Caligurritana ob-
lationum 26. Martij 1590. coram Comitulo, & in
causa Ciuitaten. Constructionis Cappellæ 20. Februar.
1589. & in causa Corduben. Decimarum 29. Ianuarij
1593. coram bo. me. Card. Seraphino, vbi plures aliæ
decisiones recensentur, & fuit dictum coram me in cau-
sa Veneta fæderis matrimonij die 8. Iunij 1593.*

12 Ad octauam nullitatem deductam ex defectu † mā-
dati, fuit responsum ex veritate facti nullitatem ces-
sare; quia non erat verum, quod solus Tanus com-
paruerat in iudicio tanquam dominus litis effectus,
quia simul cum eo cōparebat Adabilis Lodola alter
Procurator filiorum, & hæredum bo. me. Comitis
13 Ioannis de Bigazzinis, & licet in citatione † ad dicen-
dum contra commissionem solus Tanus comparue-
rint tanquam dominus litis effectus, tamen ex quo
aliæ citationes, & præsertim termini substantiales,
in quibus expressè reperiebatur citatio ad dicendum
contra commissionem, fuerunt seruati etiam à Pro-
curatore specialiter à Bigazzinis constituto cessauit
prætensa nullitas. *Cassad. decis. 8. num. 10. de re-
script.*

Ad nonam, & vltimam nullitatem ex eo deductam,
quod Faustina, & Hippolyta semper fuerunt protesta-
14 tæ † nihil fieri nisi legitimatis personis, & tamen Co-
mites de Bigazzinis nunquam docuerunt se esse filios
Comitis Ioannis, fuit breuiter responsum Aduersarios
in toto causæ decursu semper agnouisse Bigazzinos
pro filijs Comitis Ioannis defuncti, quod signanter
in commissione idem confessæ fuerunt &c.

## R. P. D. Pirouano
## Perusina de Bigazzinis
## Veneris 19. Aprilis 1613.

### SVMMARIA.

1 *Commissionis excessus quando non dicatur adesse.*
2 *Testes post didicita testificata possunt examinari su-
per non liquiditatis.*
3 *Testium iuramenta non potest Iudex committere
Notario. Fallit vt num. 4. vbi etiam de stylo
Curiæ Perusinæ.*
5 *Stylum Curiarum solet attendere Rota, & proba-
tur ex sola fide exhibita:*
6 *Ad iuramentum testium citatio pro decem diebus
videtur nimis larga.*
7 *Fallit ex stylo, & vbi pars comparuit. etiam vbi
diuersis locis deferri poterat num. 9.*
8 *Comparatio tollit defectum citationis.*
10 *Delegatus excedens fines commissionis nulliter pro-
cedit, & vide num. 11.*

### DECISIO XLI.

NVLLITATES oppositæ processui facto coram
Archipresbytero Perusino fuerunt multæ. Pri-
ma ex defectu iurisdictionis bo. me. Peniæ, qui exces-
sit fines suæ commissionis. Secunda defectu iurisdi-
ctionis subdelegati ratione pariter excessus suæ iuris-
dictionis. Tertia ex defectu citationis propter omis-
sionem citationis Procuratoris D. Faustinæ. Quarta
propter omissionem solemnitatis à iure requisitæ in
recipiendis iuramentis testium. Quinta, & vltima
præcedenti consimilis propter citationem nimis va-
gam ad videndum iurare testes.

Domini primam, tertiam, quartam, & quintam
non obstare existimarunt.

Prima namque visa est Dominis posse euitari, quia
1 & si commissa causa † videatur ad probationem ex-
cessus restricta vbi vel si magis placet committatur
alteri Auditori Rotæ, qui præfixo termino ad docen-
dum de excessu, & nihil quod releuet docto, proce-
dat ad vlteriorem finalem exequutionem, tamen, &
illud videtur necessarium pro finali exequutione ex-
cludere excessum, propterea si in termino præfixo
D. Faustina, vel docuisset, vel non docuisset de ex-
cessu, pro iustitia tamen vlterioris finalis exequutio-
nis potuit Comes Bigazzinus docere de meliori li-
quidatione ad eam sustinendam.

2 Nec obstat, quod huiusmodi liquidationem † Ro-
ta non admisisset, cum tenderet ad nouum examen
post didicita testificata, & sententiam latam super li-
quidatione, nam si nouum examen emanatum fuisset
super comprobatione prioris liquidationis motiuum
intraret, secus verò quando vt in præsenti facultas
subdelegato concessa est non ad liquidandum fructus
iam liquidatos, sed eos, qui nondum fuerunt liquidati,
quod admittitur *secundum Gabr. conclus. 21. de testib.*

Quarta

Quarta verò optima ratione saluatur, nam & si Iudex tanquam subdelegatus de iure † non possit committere iuramenta testium Notario. *Caput. decis. 167. par. 1. & decis. 166. par. 3. Crot. in tract. de testibus, par. 7. num. 36.* Tamen vltra quod huiusmodi iuramenta † fuerunt repetita in manibus Iudicis in termino citationis, ita vt D. Faustina potuerit esse certa, coram quo comparere possit, dicitur etiam, quod de stylo, & consuetudine Curiæ Perusinæ testes examinandi inducuntur coram Notario actuario, & in manibus eiusdem de mandato Iudicis defertur iuramentum de veritate dicenda, † quem stylum Curiarum solet Rota attendere. *Verall. decis. 265. par. 3. & fuit dictum ex sola fide exhibita de stylo prædicto in Ianuen. Pecuniaria coram R. P. D. Vbaldo 16. Martij 1612. & antea coram bo. me. Penia in Toletana Decimarum de Sacedon. 16. Februarij 1590.*

3

4

5

Tertia, & quinta tollebantur, quia etsi ratione temporis decem † dierum, intra quos iuramentum testibus erat deferendum, videatur larga citatio propter difficultatem custodiendi, & testes, & Notarium intra tempus prædictum *secundum Put. decis. 258. lib. 1. in fin.* Tamen *Cæs. de Grass. decis. 9. de sent. & re iudic. num. 6.* dicit non procedere † ad effectum repellendi testes, præsertim si ex stylo Curiæ, in qua recipiuntur, taliter soleant fieri, ac etiam quando pars citata comparuit, & hoc idem postea Rota Moderna firmauit *in allegatis decisionibus Toletana Decimarum, & Ianuen. Pecuniaria,* & in facto etiam apparet, quod Franciscus Procurator in causa constitutus die 5. Martij citatus die 8. eiusdem comparuit, vt ex processu apparet fol. 23. ita vt in hac parte cesset, † & tertia nullitas; cum maiores diligentiæ per affixionem, & domi habitationis magis deseruiant pro cautela, quàm quod super illis processus formetur, comparens enim facit citationem de inualida validam. *Felyn. in c. illud. num. 8. de præsumpt.*

6

7

8

Non obstat, quod *allegatæ decisiones Ianuen. & Toletana* videantur procedere † intra terminum probatorium, de quo non apparet in præsenti, quod fuerit præfixus, sed hoc in facto non est verum, quia fuit præfixus terminus probatorius duorum mensium die 21. & 23. Februarij, vt in processu fol. 11. à tergo, & fol. 13. & quæ dicuntur de seruitute assistendi Notario ad videndum iurare testes in eorum, vel Notariorum domibus, aut vbi commodè reperti fuerint, si non reprobatur ratione temporis seruitus assistendi Notario pro singulis diebus, & horis, & pro toto termino probatorio, non erit reprobanda ratione loci, in quo testes veniunt examinandi, præsertim cum huiusmodi citatio sit restricta ad horas præcisas, nempe de mane ab hora 16. vsque ad 18. & de sero ab hora 20. vsque ad 24. vt in processu fol. 11. à tergo, & fol. 13. ex qua specificatione horarum tollitur acerbitas seruitutis.

9

Maior difficultas remanet respectu secundæ nullitatis ex defectu † facultatis Iudicis subdelegati, cuius iurisdictio fuit restricta ad probandum alios fructus perceptos per D. Faustinam, & non liquidatos per Dominos Comites Bigazzinos; Nam si subdelegatus processit ad liquidationem fructuum, qui aliàs fuerunt liquidati, videtur processisse sine iurisdictione, & nulliter. *Gemin. cons. 57. num. 1. Ang. cons. 138. num. 1. in fin. & num. 2. Gayl. lib. 1. obseru. 35. num. 4.* & consequenter subsequens disputatio super noua liquidatione fructuum remanet otiosa propter inualiditatem examinis testium. Sed in facto examinatis processibus coram R. P. D. meo Caualerio, † qui super liquidatione iudicauit, & coram bo. me. Penia, qui litteras subdelegationis relaxauit compertum fuit testes super 4. 6. 9. 10. 12. 19. 20. esse validè examinatos, super alijs autem, cum esset articulata maior quantitas, & valor, sed ex diuersis causis ab eis, quæ expressæ fuerunt in primo processu: Domini reseruarunt particulariter videre, An iurisdictio subdelegati in hac parte subsistebat.

10

11

## Penia

## Perusina Exequutionis

## Lunæ 17. Nouembris 1597.

### SVMMARIA.

1. *Implementi exceptio quando obsit agenti, & per tot.*
2. *Ratificationem plurium instrumentorum promittens debet omnia ratificari facere.*
3. *Ratificans debet habere explicitam scientiam omnium, vt valeat ratificatio.*
4. *Implementum in omnibus est necessarium, vt quis possit agere.*
5. *Mulieres etiam in constitutione Procuratoris debent seruare Statutum loci, quamuis sint forenses, & num. seqq.*
7. *Procuratoris constitutio requirit solemnitates ipsius contractus faciendi per Procuratorem.*
8. *Impleuisse non dicitur, qui validè non impleuit.*
9. *Consanguineorum defectus quando annullet contractum mulieris, & num. seqq.*
13. *Implementum probari debet ab illo, qui implere tenebatur.*

### DECISIO XLII.

1 AGEBANT DD. de Cornea contra DD. de Marescottis ad consequendos fructus † scutorum 1400. pro residuo non solutæ dotis scutorum 5000. anno 1546. promissæ, sed quoniam in prædictæ dotis promissione D. Ascanius de Cornea, promiserat quędam facere adimpleri, & inter cætera, quod realiter, & cum effectu D. Ioanna eius vxor instrumentum dotale; & omnia alia per ipsum facta, gesta, & renunciata in alio instrumento esset ratificatura, & approbatura, & ideo DD. de Marescottis ad effectum euitandi moram, & excludendi solutionem dictorum fructuum, exciperent de non adimplemento, dubitaui.

An dicta exceptio nō adimplementi obstaret DD. de Cornea, & Rota eis obstare censuit. Primo, quia Ascanius promiserat Ioannam ratificaturam † non solum instrumentum dotale, sed etiam omnia alia per ipsum facta, gesta, & enunciata in alio instrumento manu eiusdem Notarij rogato: & tamen in mandato dato per Ioannam ad ratificandum solum fuit actum de instrumento dotali, cuius tenor ei lectus fuerat, & licet subderetur † clausula, quàm etiam

2

3

vigore aliorum instrumentorum; nihilominus hoc mandatum non erat sufficiens, cum non constaret de scientia explicita ipsius Ioannæ, quantum ad contenta in alijs instrumentis, prout requirebatur. *Glos. in cap. contrauentioni. in verb. sciuerit. de appellat. lib. 6. Rota in vna Cremonen. Pensionis die 5. Nouembris 1578. coram bo. me. D. de Rubeis.*

4 Nec suffragatur DD. de Cornea dicere, quod cum nunc ageretur de exequutione † instrumenti dotalis tantum, satis erat, illud fuisse ratificatum, quia respondebatur, quod cum istæ omnes promissiones inter Comitem Raynutium, & Ascanium fuissent correspectiuæ, si vna pars non impleuit, quod promisit, si deinde agat, repellitur exceptione non adimplementi. *l. cum proponas. la 2. C. de pact. vbi comm. DD. & Dec. num. 3.*

5 Præterea, cum D. Ioanna dederit mandatum ad ratificandum in Ciuitate Anconitana in Constitutione † Procuratoris seruare debuit Statutum Anconæ *lib. 2. cap. 43. de contr. mul.* quo cauetur, vt mulieres in quolibet contractu, debeant contrahere cum consensu Viri, & duorum consanguineorum proximiorum, & quod aliter factus contractus sit ipso iure

6 nullus, & ratio est, quia in respicientibus † formam, & solemnitatem actus, Forenses etiam debent seruare Statuta loci, vbi celebratur contractus. *l. si fundus vbi Bart. ff. de euict. l. 2. C. quemadm. testam. aper. Alex. cons. 100. num. 15. lib. 3. Ias. cons. 48. num 6. lib. 1. vbi testatur de communi. Osasch. Pedemon. decis. 114. & tradunt communiter DD. in l. cunctos Populos. C. de summ. Trinit. & fid. Cath. & fuit decisum in causa Romana fideicommissi de Vrsinis die 11. Ianuarij, & 15. Martij 1584. coram R. P. D. meo Ora-*

7 *no*, quod maximè procedit in constitutione † Procuratoris facta per mulierem, non solum ad lites, sed ad actus, in quibus potest lædi. Tunc enim in constitutione Procuratoris requiruntur eædem solemnitates, quæ requiruntur in ipsis actibus. *Put decis. 162. incipit fuit dubitatum lib. 1.* Vnde cum duorum consanguineorum consensus non interuenerit, Constitutio Procuratoris facta per Ioannam fuit nulla, & inualida, & consequenter ratificatio fuit nulla, quia

8 non dicitur † impleuisse, qui impleuit inualidè. *l. quoties. ff. qui satisd. cog. Marsil. sing. 431. incipit, Dixi tibi pluries. Alex. cons. 119. num. 3. lib. 1. vers. ad hoc vt dicatur.*

9 Nec ad rem pertinebat dicere, quod Ioanna non † habuerit præsentes consanguineos, quos adhibere potuisset, vt quod decretum Iudicis suppleuerit defectum consanguineorum, quos requirit Statutum,

10 quia ista † ex forma Statuti probari debebant per publicum instrumentum, quod tamen non ostendebatur.

11 Nec sufficiebat probare absentiam † consanguineorum per assertionem mulieris, etiam iuratam. Nam cum Statutum circa hoc præscribat formam, illa est præcisè seruanda, nec propterea erat locus

12 præsumptioni † quod Nuncius retulisset non inuenisse aliquos Ioannæ consanguineos, quia verisimile esset, quod si talis relatio interuenisset, de ea fuisset facta mentio in instrumento, *vt fuit decisum in causa Bononien. terrarum die 17. Nouembris 1578. coram bo. me. Cantuccio.*

Non placuit Dominis, quod asserebant Informantes contra Marescottos, nempe ipsis incumbere

13 † onus probandi præsentiam consanguineorum in loco contractus, quia DD. ad hoc allegati loquuntur in agente ad rescissionem contractus, secus autem esse in hoc casu, vbi Domini de Marescottis excipiebant de non adimplemento, & propterea Domini de Cornea tenebantur probare se impleuisse, & valide

13 ratificasse. Implementum enim † probari debet ab illo, qui implere tenebatur. *Rol. cons. 57. num. 9. lib. 1. Becc. cons. 45. incipit, Reuocatur in dubium num. 18.*

Atque ex his fuit conclusum DD. de Cornea obstare exceptionem non adimplementi.

Reseruarunt tamen Domini videndum, An interesset DD. de Marescottis habere talem ratificationem.

# Iusto
# Perusina Lucri Dotis
# Lunæ 29. Nouembris 1599.

## SVMMARIA.

1 *Dotis lucro Statutario quando non fit locus, & per tot.*

2 *Vxori non præiudicatur per secundum instrumentum factum ipsa absente, & num. 3. & seqq.*

4 *Instrumentum secundum seruandum non est, & quando.*

5 *In dotis lucro Statutum loci contractus non originis Viri attenditur, sed contra num. 8. etiam si matrimonium fit contractum in tertio loco n. 9.*

6 *Iuris appellatione venit etiam Statutum.*

7 *Dotis lucro non videtur renunciatum per promissionem de restituendo secundum dispositionem iuris.*

10 *Dotis lucrum, vt consequatur maritus debet probare, quod continuo cohabitauerit cum vxore, & substinuerit onera matrimonij.*

11 *Dotis lucrum non consequitur maritus, qui vxorem male tractauit, & qui fuit in aliqua culpa mortis ipsius num. 12.*

13 *Dotis lucrum, quod amiserit maritus, potest opponi ab alio, quam ab vxore.*

## DECISIO XLIII.

NON esse locum Statuto Perusino de lucro do-tis videbatur aliquibus ex Dominis, quoniam

1 † in hoc facto præsupponuntur duo instrumenta. Primum celebratum in Ciuitate Auximi die 2. Augusti 1593. in quo Gaspar se obligauit Dianæ suæ futuræ vxori præsenti, & acceptanti in omnem casum restitutionis dotis, secundum formam iuris restituere. Alterum celebratum cum D. Septimio Olgiato promissore dotis 2. Iulij 1594. absente Diana vxore, in quo locum habere voluerunt donationem propter nuptias inter ipsos coniuges iuxta formam Statutorum Perusiæ; Quapropter dicebant, quod secundum

2 instrumentum † non præiudicat primo celebrato ab ipsa Diana, in quo erat iam dos promissa, & constituta. *Afflict. decis. 61. num. 2. Gramm. decis. 103.*

3 *num. 18.* & consequenter sine ipsa † noua pacta stipulari

pilari non poterant, vel etiam non valebant sine ipsius ratificatione. *Rub. cons. 117. & facit decisio coram Illustrissimo Blanchetto in Romana Societatis 17. Februarij* 1581. & in terminis secundi instrumenti in donatione propter nuptias, & quod primum seruan-
4 dum sit † *est cons. Dec.* 195. & ideo clausula † secun-
5 dum formam iuris communis, vel secundum formam iuris municipalis, vbi fuerat celebratum instrumentum, quod videtur attendendum. *l. si fundus. ff. de euict.* Non autem Statutum Perusinum. *Fulgos. cons.* 203. *viso instrumento*, & vtroque casu videbatur excludi Statutum Perusinum.

Nihilominus istud motiuum videbatur habere dif-
6 ficultatem dato † etiam quod primum esset in actis, si quidem illa verba primi instrumenti, secundum formam iuris nõ excludunt dispositionem Statutariam, imò videbantur includere, *vt per Alex. in l. post do-*
7 *tem in fine. ff sol. matr.* quia non videtur † renunciatum lucro dotis. *Paul de Monte Pico cons.* 52. in quo
8 attenditur Statutum † originis viri. *l. exigere. ff. de iudic. vbi DD.* vel eiusdem viri domicilij, quod non erat in Ciuitate Auximi. *Bal. cons. 208. lib. 3. & 53. in fin. lib. 5. Alex. cons. 200. lib. 3. Dec. cons. 19. Aret. cons. 77. Bald. Ang. & Castr. in l si vxor. ff. de iud. Ias. in l. si arrogator. num. 48. ff. de adopt. Salic. in l. cunctos populos in fin. vers. item quando in Ciuitate Originis. vbi Bald. & Io: Bapt. de Sanct. Seuerino C.*
9 *de summ. Trinit.* quod idem est etiam si † matrimonium contractum esset in tertio loco, vt in casu nostro. *Ciman. cons. 72. Afflict. decis. 226. num. 7. Rol. de lucr. dot. q. 23. & Moder. in eod. tract. glos. 9. num.* 39.

Idcirco dicebatur non esse locum Statuto ad effe-
10 ctum lucri dotis, quia † non probatur, quod Gaspar continuò cohabitauerit cum vxore, & substinuerit onera matrimonij, ex quo secundum magis communem opinionem debetur viro lucrum dotis. *Rol. cons. 72. num. 60. lib.* 1. quod quidem non concludunt testes, licet de aliqua cohabitatione deponant, & contrarium probatur ex declaratione Gasparis facta die 20. Nouembris 1597. vbi dicit non posse alimentare Dianam, nec substinere onera matrimonij propter eius absentiam, & paupertatem; & consensit, quod posset consequi dotem, & fructus constituendo eam procuratricem in rem propriam.

11 Quibus additur, quod Gaspar Dianam malè † tractauit, & ideo amisit lucrum dotis. *DD. communiter in l. si cum dotem. §. sin autem. ff. sol matr. Borr. decis: 244. num.* 12. quod tam ex supradictis, quàm testium depositione constat, qui de actibus particularibus deponunt vsque ad obitum Dianæ, & in eius
12 funere quinimò deponunt, † quod Gaspar fuit in aliqua causa, vel culpa, licet non immediatè mortis Dianæ, quo casu lucrum dotis marito non defertur, *vt fuit resolutum coram bo. me. Oriolen. in Romana quartæ partis Dotis 15. Ianuary* 1582. quæ exceptio
13 † competit Septimio, cum sit exclusio lucri, eo ipso. *Bal. cons. 254. num. 1. lib. 2. Paris. cons. 61. num. 17. cum seqq. lib.* 3. & est potius opponere de non iure Gasparis, quàm de iure tertij. *Aym. cons. 72. num 6. & cons. 191. num. 3. & fuit dictum coram eodem Oriolen. in Romana Petudum 13. Ianuar.* 1586.

Ex quibus decisum fuit non intrare Statutum, & lucrum dotis non deberi &c.

# Gypsio
## Ciuitatis Castelli bonorum Veneris 11. Decembris 1598.

SVMMARIA.

1 *Fœmina excluduntur à successione in testata superstitibus agnatis vsque ad 3. gradum ex Statuto Terræ Montoni, & sic filia propter Patruum n.* 2.
3 *Statutum à Principe confirmatum rationabile præsumitur, & vsu receptum, nisi probetur non vsus num. 4. & debet probari vsus contrarius obtentus in contradictorio iudicio num. 5. & sententia pro executione Statuti tollit contrarium vsum num.* 6.

DECISIO XLIV.

STATVTVM Terræ Montoni disponit, quod in
1 successionibus † ab intestato superstitibus agnatis vsque ad tertium gradum fœminæ excludantur, & si dotatæ non essent dotentur super bonis hæreditatis defuncti.

Pro parte Berenicis agentis ad bona paterna con-
2 tra Franciscum eius Patruum dicebatur † Statutum esse abrogatum, & constare de contrario vsu, videlicet, quod filiæ successerint Patri defuncto exclusis Patruis, & agnatis vsque ad tertium gradum.

Sed DD. dato particulari dubio resoluerunt vsum contrarium Statuti non probari.

3 Quia Statutum à Principe confirmatum † rationabile præsumitur, & vsu receptum. *Gozad. cons. 16. num. 16. fuit dictum coram R. P. D. meo Decano in Narnien. Legati 16. Ianuar. 1572. & coram bo. me. Episcopo Oriolen. in vna Calagurritana beneficy 29. Nouembris 1582. & aliàs sæpius.*

4 Ideo alleganti non vsum Statuti incumbit † onus probandi, cum sit fundamentum suæ intentionis. *Dec. cons. 534. circa med. Crescen. decis 79. aliàs 4. num. 5. de priuil. Put. decis. 1. lib. 1. & voluerunt DD. in vna Amerina successionis coram R. P. D. meo Pegna 24. May* 1593.

Testes autem quorum summarium datur non satis
5 probant vsum contrarium † obtentum in contradictorio iudicio prout requiritur. *Abb. cons. 53. num. 1. vers. & per hoc facit. lib. 2. Socc. cons 61. num. 3. Alex. cons. 132. num. 4. lib. 1. Natt. cons. 575. num.* 10.

6 His accedit sententia † lata de anno 1571. pro executione Statuti, quæ tollit prorsus omnem dubitationem.

# Eminentiss. Card. Verospio
## Perusina redditionis Administrationis tutelæ Mercurij 26. Iunij 1613.

SVMMARIA.

1 *Mandatum referens se ad sententias nullas, & iniustas, est nullum, & iniustum, & num.* 3.

2 *Sententia non publicata eadem die, qua lata fuit, est nulla, non obstante stylo in contrarium, si non sit probatus num. 4.*
5 *Tutor quando possit condemnari ad certam summam, & num seqq.*
7 *Ratio non potest reddi absque libris.*
8 *Productio quando præsumatur realiter facta.*
9 *Sententia etiam prouisionalis debet iustificari.*
10 *Tutoris hæredes non informati probabiliter excipiunt de præscriptione.*

### DECISIO XLV.

FRATRES de Mansuetis pretendentes Fabium pro administratione ipsorum tutelæ, remanere in notabili quantitate debitorem contra illum egerunt de anno 1588. coram Locumtenente Gubernatoris Perusiæ, qui pronunciauit instrumentum tutelæ purum, & liquidum esse, nec non ad fauorem dictorum fratrum executioni demandandum pro administrationis ratione reddenda, ac restitutione reliquorum in executione sententiæ liquidandorum, & licet postea fuisset hæc sententia per Iudicem appellationis reuocata, nihilominus de anno 1606. confirmata fuit ab Auditore Illustriss. Legati, & causa nouissimè introducta coram Iudice per A. C. deputato fuit ab eo per modum prouisionis, & sine iurium ambarum partium præiudicio decretum, & relaxatum mandatum in summa scut. 3000. contra bona eiusdem Fabij Tutoris hæreditaria. Verum interposita per illius hæredes appellatione, cum fuisset causa in Rota
1 commissa cum clausula † si quid exequendum per me dubio proposito dictum fuit tale mandatum vti nullum, & iniustum executionem non mereri.

Nullitas deducebatur, quia cum illud emanasset
2 vigore sententiarum, quæ nullæ sunt † vti eadem die, qua latæ fuerint non publicatæ. *Rot. decis. 705. par. 3. diu. & fuit dictum in vna Fauentina successionis 22. Nouembris 1601. coram D. Penia, & in Fesulana Prioratus 19. Nouembris 1610. coram Reuerendissimo*
3 *Lugdunen.* ita pariter mandatum † ad illas se referens nullum erit.
4 Et licet excipiatur, quod sententiæ de stylo † non soleant eadem die, qua fuerunt latæ, publicari, cum tamen hic stylus non probetur non debet attendi, *vt habetur in eadem decisione Fesulana.*

Iniustitia dicti mandati colligitur, ex quo in actis
5 non apparet fuisse factam liquidationem † reddituum, & expensarum, nec aliquem calculum executionem præcessisse, vt requirebatur. *Alex. cons. 192. num. 1. & seq. per tot. lib. 7. Negus. de pignor. in 1. membr. 5. par. num. 37. vers. præterea præmisso. Anchar. cons. 235. num. 1. vers. præterea. Crau. cons. 231. num. 16. in fin. vers. 11. considero. Purpurat. cons. 339. num. 5.*
6 Nec releuat inuentarium, † & testes de redditibus bonorum stabilium deponentes, Quia cum liquidatæ non fuerint impensæ, quarum vigore tutor poterat debitor non existere dicta liquidatio reddituum pro executione non sufficit. *Alex. d. cons. 192. lib. 7. Anchar. cons. 235. num. 1. vers. præterea. Purpurat. cons. 39. num. 3. vers. tamen.*
7 Vlteriùs transportat non fuerunt † libri administrationis producti, sine quibus ratio reddi non poterat. *Rol. cons. 49. n. 2. post med. vers. idem volunt. Ang. lib. 1.*
8 Nec valet exceptio dictos libros à tutore, † vel eius hæredibus verbaliter tantum fuisse productos. Quia cum adsint in productione verba, Quorum tenores &c. & contra eosdem libros pars exceperit, quod videlicet anno, mense, alijsque solemnitatibus careant, satis constare videtur de reali productione, cum isti defectus non potuerint aliàs à parte diuinari.

Non obstat, quod mandatum fuerit per modum
9 † prouisionis. Quia cum ex supradictis non iustificetur non potuit à Iudice relaxari. *Rebuff. de sent. prouisional. in præfat. num. 14. 19. & 22.* Cum præser-
10 tim hic ageretur † post annos 45. de sententiarum executione contra tutoris hæredes non informatos, & ab illis de præscriptione satis probabiliter exciperetur, Vnde non erat ad aliquam prouisionem absque vera, & matura causæ cognitione deueniendum.

## Eodem Cardinali Verospio Perusina successionis Mercurij 9. Decembris 1615.

### SVMMARIA.

1 *Nepotes ex fratre non excludunt nepotes ex sorore in successione intestata nisi obstet Statutum, vt n. 8.*
2 *Agnationis, & cognationis differentia est sublata in successione intestata.*
3 *Nepotes plures in stirpes succedunt secundum aliquos, sed contrarium, quòd in capite est veriùs num. 4. & de rationibus num. seqq.*
7 *Ius correctum in vno casu remanet firmum in alio.*

### DECISIO XLVI.

MORTVA sine filijs, & ab intestato Camilla de
1 Olinis relictis Paulo ex fratre, † necnon Domitio, & Honorio ex sorore nepotibus dictus Paulus fuit adeptus omnium bonorum possessionem in Ciuitate, & Territorio Asisij existentium, & cum alij ex sorore nepotes tanquam in pari gradu se quoque ad hanc hæreditatem admittendos esse prætenderent, causa in Rota corā me introducta dubitaui, An etiam ipsi ius haberent, & an in stirpes, vel in capita succederent, & fuit resolutum illos in capita debere succedere. Cum enim omnes dictæ Camillæ essent in
2 pari † gradu coniuncti, de iure pariter ad illius hæreditatem vocantur agnationis, & cognationis differentia sublata. *§. reliquum. §. si verò. vers. nullam verò. Auth. de hæred. ab intest. venient. l. maximum vitium. vbi Doct. C. de lib. præt. Bal. in auth. cessante. C. de legit. hæred. Dec. cons. 13. num. 5. vers. nam de iure communi*, & quamuis non nulli ad huiusmodi
3 successionem † plures nepotes in stirpes admittendos esse responderit, *videlicet Accurs. in glos. in verb. stirpes. auth. cessante. C. de legit. hæred. quem sequuntur Dec. cons. 16. Gabr. cons. 1. num. 26. & seqq. lib. 4. cum concord.* Contrariam tamen opinionem, quod
4 in capita † succedant amplexi fuerunt. *Azo in summ. C. de legit. hæred. Bal. in l. 1. §. vltima. ff. si pars hæred. pet. Capr. cons. 21. & 104. Honded. cons. 2. num. 9. lib. 2. & tam rationibus, & auctoritatibus omnibus pro vtraque parte consideratis firmauit Sena-*

tus

*tas Pedemont. vt testatur Thesaur. decis. 162. per tot. hanc etiam opinionem vti veriorem sequuta fuit Rota in causa Romana iuris succedendi 10. Aprilis 1592. coram Card. Blanchetto, & in causa Romana successionis 1. Iulij 1602. coram Illustriss. Mellino.* Ratio autem
5 assignatur, quia Ius † Authent. quo nepotes cum Patruo in stirpes admittuntur, est iuris antiqui correctorium, per quod Patruus vti proximior nepotes excludebat. *l. 1. ff. si pars hered. pet. cum alijs adductis in causa Romana iuris succedendi coram Cardinali Blanchetto.* Et Patruo non existente succedebant
6 † nepotes omnes in capita. *l. 2. §. hereditas. ff. de sui. & legit. l. fin. §. fin. C. de legit. hered.* Vnde cum ius
7 antiquum † in primo tantum casu correctum reperiatur, quando videlicet nepotes cum patruo concurrunt, In altero quando soli nepotes in pari gradu reperiuntur, seruari debet ius antiquum. *l. precipimus in fin. C. de appellat. cum simil.* Verum quia pro par-
8 te Pauli excipiebatur Assisij Statutum † Honorio, & Domitio prædictis obstare, Domini particulariter de illo videndum reseruarunt &c.

# Eodem Cardinali Verospio In eadem Lunæ 13. Martij 1617.

### *SVMMARIA.*

1 *Nepotes ex fratre, & nepotes ex sorore simul succedunt in capita ab intestato, nisi obstet Statutum excludens fœminas num. 2.*

3 *Statutum exclusiuum fœminarum non comprehendit forenses, & debent bona, & personæ subiacere Statuto, vt illo ligentur, num. 4. etiam si persona defuncta esset subdita Statuto num. 5. Fallit, vt num. 6.*

### DECISIO XLVII.

FVIT de anno 1615. die 9. Decembris coram me resolutum ad successionem Camillæ de Oliuis
1 ab intestato, tam Paulum † ex fratre, quàm Domitium, & Honorium ex sorore nepotes in capita non in stirpes esse admittendos. Quia sicut dictæ Camillæ omnes erant in pari gradu coniuncti, ita æqualiter omnes ad eius hæreditatẽ succedere debebant agnationis, & cognationis discrimine sublato ex allegatis in decisione.

Verùm cum hæreditas prędicta consisteret in non-
2 nullis bonis in Territorio Assisij † existentibus dubium successiuè proposui, An dicti loci Statutum fœminas dotatas à successione fratris excludens obstaret Domitio, & Honorio tanquam ex sorore ipsius Camillæ descendentibus.

Et Domini fuerunt negatiuam partem amplexi,
3 ipsi enim Paulus, Domitius, & Honorius † vti forenses non comprehenduntur Assisij Statuto, cuius intentio fuit suorum ciuium dumtaxat, non autem exterorum agnationibus prospicere. *Alex. cons. 41. lib. 7. Ias. cons. 80. num. 2. vers. sed premissis. lib. 3. Socc. cons. 128. num. 3. lib. 4. Crot. in l. omnes populi. num. 244. in fine. vers. sed hec ratio. ff. de iust. & iur. Socc. iun. cons 80. num. 9. lib. 4. & cons. 49. num. 3. & 4. lib. 4. Ruyn. cons. 195. num. 9. vers. nec etiam. & cons. 200. num. 12. lib. 2. Honded. cons. 5. num. 13. in princ. & cons. 11. num. 22. Marzar. cons. 15. Peregr cons. 90. num. 13. Put. decis. 31. lib. 2. in nou. Rota decis. 673. num. 2. par. 2. diuers. & resolutum fuit in Camerinen. hereditatis 29. Ianuarij 1588. coram bo. mem. Card. Pamphilio, in Balneoregien. bonorum 2. Iunij 1591. coram eodem, & in causa Collen. hereditatis 10. Iunij preteriti coram R. P. D. meo Buratto.*

Nec Statutum potest habere locum nisi eidem
4 copulatiuè bona, † & personæ subiaceant, *vt fuit dictum in eisdem Camerinen. hereditatis, & Balneoregien. bonorum coram Card. Pamphilio, in Ciuitatis Castelli hereditatis 10. Maij 1606. coram Illustriss. Card. Ludouisio, & in allegata Collen. hereditatis R. P. D. meo Buratto.*

Quod similiter procedit etiam si defuncta Statuto
5 † subiaceret, dum illi, inter quos de successione agitur, sunt forenses, cum in huiusmodi successionibus per Statutum ab intestato delatis non veniat habenda ratio defuncti, sed vocatorum. *Alex. cons. 44. num. 15. lib. 5. & in allegatis Camerinen. & Balneoregien. coram Card. Pamphilio.*

Non obstant Doctores contrarium sentientes.
6 Quia vel non loquuntur † vbi omnes, qui succedere debent, sunt forenses, vt in casu nostro, sed quando vnus tantum modo est forensis, alter subditus, vel procedunt in diuersis terminis, vt per Informantes, qui omnibus sigillatim respondent.

Et ita fuit decisum Honorio, & Domitio solum informantibus.

# Manzanedo Perusina reintegrationis Lunæ 1. Iunij 1613.

### *SVMMARIA.*

1 *Filia exclusa à Statuto propter masculos reintegratur extincta linea masculina ex Statuto Perusino, & Monasteria ex earum personis, & per tot.*

2 *Quousque dictio importat temporalitatem.*

3 *Permissum ad tempus censetur post tempus prohibitum, & è contra.*

### DECISIO XLVIII.

PROPOSITO dubio, an Moniales Monasteriorum S. Mariæ Magdalenæ de Perusio, & S. Bernardini de Viterbio sint reintegranda ad bona paterna, & materna q. Io: Antonij Vibij, & Leontiæ coniugum de Perusia mediantibus personis Eusebiæ, & Gismeniæ suarum filiarum, & postea Monialium in dictis Monasterijs, Domini in affirmatiuam sententiam venerunt. Nam cum ex prædictis coniugibus
1 † remanserint filij masculi Vincentius, Cæsar, Fabritius, Mutius, & Camillus, & fœminæ prædictæ Eusebia, & Gismenia, & ex istis omnes decesserint sine liberis, & sic masculi non extant, Vnde prædicta Monasteria ex persona Dominarum Eusebiæ, & Gismeniæ intentarunt dictam reintegrationem ad prædicta

bona paterna, & materna, vigore Statuti Perusię;
2 † quod excludit fœminas à successione parentum
propter existentiam masculorum, quousque masculi
extent, illis verò deficientibus fœminas reintegrari
vult, quod Statutum ad fauorem dictorum Monaste-
riorum pro dicta reintegratione benè intrare visum
fuit, cum prædicti omnes masculi defecerint, & Sta-
tutum non in perpetuum fœminas excludat, sed ad
tempus nempe quousque masculi extabunt, quod
operatur illa dictio quousque, *vt not. Bar. in l. fin. §. quando. num. 1. ff. ad Tertull. per tex. in l. 1. §. fin. ff. de ventr. in poss. mitten. & in l. fine. §. tamdiu de*
3 *cond. furt.* & facit, quia † permissum ad tempus intel-
ligitur post tempus prohibitum, & è contra. *l. Impe-
rator. ff. de pol. iul. l. statu liber à ceteris. ff. de stat. ho-*
4 *min.* Ex quibus talia Statuta † sic intelligenda dixit.
*Bart. vbi sup* affirmando, quod ita est veritas, *& Bal. in l quibus. num. 3. C. de sec. nupt. & Anchar. in cons. 120. num. 2. & Capr aliis relatis cons. 71. per tot. & Franc. Aret. hanc dicens communem in cons. 144. & plurimos pro hac sententia congerit: Albert. Brun. de stat. excluden. fœm. art. 10. num 67. 68. & seq. &*
5 *vt Bal. vbi supra notat.* istud Statutum loquitur † per
verba, quæ non possunt verificari momento tempo-
ris, sed quæ requirunt perseuerantiam liberorum, ad
hoc vt fœminę excludantur, quo casu potius est quæ-
dam temporalis suspensio, quàm præcisa exclusio, &
ideo cessante d. temporali suspensione per deficien-
tiam masculorum successio redit ad fœminas tempo-
raliter tantummodò exclusas, & quousque masculi
extarent. *arg. tex. in auth. de non eligen. secund. nub. §. Gregoria & in auth. de nupt. §. quoniam infirmari. & inter. istiusmet Statuti Perusię illud ita intelligendum resoluit Rota coram bo. me. Pegna in vna Perusina reintegrationis 6. Nouembris 1595.*
Ex quibus ista resolutum fuit.

# Reuerēdiss. Coccino Decano Perusina fideicommissi de Alphanis Mercurij 17. Martij 1621.

### SVMMARIA.

1 *Dos filiæ debita per masculos est detrahenda de legitima, & per tot.*
2 *Dos vbi succedit loco legitimæ, est detrahenda de legitima.*
3 *Dos succedit loco legitimæ in Statuto Perusino, & tolluntur obiecta num. seqq.*
4 *Legitimæ quantitas potest minui per Statutum.*
6 *Fœminæ excluduntur à Statuto Perusino, si sint dotatæ.*
7 *Fœminæ faciunt partem, vel non faciunt prout est vtile masculis, Declara vt ibi.*

### DECISIO XLIX.

DVBIVM originale in hac causa fuit, An Dotes
1 filiarum testatoris essent detrahendæ † ex legi-
tima, vel ex tota hæreditate tanquam æs alienum te-
statoris. Et cum fuerit resolutum coram Sanctiss.
D. N. 15. Iunij 1612. dotes esse detrahendas ex legi-
tima, eadem sententia etiam hodie placuit Dominis.
2 Quia cum vigore Statuti Perusini † dos succedat loco
legitimæ de ipsa legitima dos est detrahenda, *vt est communis opinio Ang. in l planè 34. §. duobus num. 4. Aret. col 6. vers. & est subtilis quæstio. ff. de legat. 1. Corn. cons. 197. num. 22. vbi de comm. lib. 1. Curt. sen. cons 5. præsertim num. 3. & omnes hanc sententiam admittere dicit Cephal. cons. 245. post num. 33. vers. 5. lib. 2. Thesaur. decis. 159. num. 6. vbi etiam de comm. Ludou. Morot. cons. 23. num. 24.*
Quod autem vigore Statuti dos succedat loco le-
3 gitimæ † satis patet, quia Statutum excludit fœmi-
nas ab intestato ab hæreditate Patris, fratris, & alio-
rum ascendentium, si erunt dotatæ, quo casu cessan-
te dote non adest difficultas, quod eis est præseruata
successio ab intestato, quare eis est debita legitima,
quæ est portio portionis debitæ ab intestato, *auth. nouissima C. de inoff. testam.* à causa enim intestati ini-
tium sumit, & ab ea regulatur. *glos. in l. Papinianus. §. vnde si quis. verb. deberetur. ff de inoff. testam. Socc. iun. cons. 67. num. 61. vol. 2.* ergo fit, quod dos suc-
cedat loco legitimæ, quia de iure regulariter dos suc-
cedit loco legitimæ. *l. quoniam nouella. C. de inoff. testam. Ias. in auth. nouissima num. 60. C. eod. tit. Rip. in l. 1. num. 64. ff. sol. matr. Assict. decis. 313. n. 10. vers. & per hoc. Alciat. de præsumption. reg. 1. præsumpt. 26. num. 4. Ceph. cons. 280. num. 11. vol. 2.*
Nec est facienda vis, quod dos non sit vsque ad
4 quantitatem † portionis debitæ ab intestato, quia
quicquid sit in hac facti specie in iure est conclusio,
quod si colligi potest Statutum velle filiam esse con-
tentam dote sibi relicta, censetur minuere quantita-
tem legitimæ; quod potest facere. *Rota decis. 1. num. 4. de consuet. in nou. Crass. in §. legitima q. 42.* vel filia posset petere supplementum. *ex allegatis per Crass. d. §. legitima q. 3. num. 6. vsque ad 8.* secus
5 tamen esset si Statutum † excluderet fœminas pro-
pter masculos & mandaret dotari, quia tunc nō esset
permissa successio ab intestato, sed potest agere ad
dotem, vnde illa dos non succedit loco legitimæ,
quia non habet successionem ab intestato ex supradi-
ctis. *hæc distinctio est Castr. in l. titio centum. §. titio genero num. 8. vers. ego pluries. ff. de cond. & demonstr. & in cons. 275. num. 2. lib. 1. & cons. vltimo lib. 2. num. 4. vers. super tertio, & vltimo, quem sequitur. Socc. iun. in cons. 75. num. 8. vsque ad fin. lib. 3. vbi latissimè comprobat hanc distinctionem, tandem differentiam constituit Cuman. cons. 35. num. 2. vers. in contrarium. Corn. cons. 199. num. 2. vers. tamen his minimè lib. 3. Alex. cons. 13. num. 12. lib. 3. & cons. 179. num. 8. & seq. lib. 5. Paris. cons. 25. num. 39. lib. 2. & cons. 53. num. 76. lib. 3. Ruyn. cons. 152. post num. 7. lib. 5. Bero. cons. 138. num. 12. & seq. lib. 2. Gabr. cons. 11. num. 4. & seq. lib. 1. Ioseph. de sess. decis. Aragon. 26. num. 60. ante finem. vers. sicut in Statuto. & num. 61. par. 1. Ludou. Morot. cons. 23. num. 2. & latissimè Peregr. de fideic. art. 38. num. 21. & seqq. & alios moderniores allegat Alex. Galuanus cons. 31. num. 12. & hanc sententiam tenuit pluries Rota, & vltra decisiones allegatas in prima decisione, in Albanen. legitimæ 22. Maij 1579. coram recol. me. Laurentio Card. Blanchetto, & in Collen. Dotis 11. Decembris*

*cembris 1598. & 24. Maij 1599. coram bo. me. Orano, & in Perusina Dotis 10. Maij 1602. coram Illustris. D. meo Card. Mellino.*

6 Neque obstat, quod Statutum disponat † per hæc verba, si qua mulier nata, vel nascitura fuerit, vel erit dotata, nam & si Statutum disponat de fœminis natis, & nascituris, & de dotatis, & dotandis non propterea sequitur, quod sint simpliciter exclusæ ab intestato, quo casu, vt dictum est, dos non succedit loco legitimæ, sed ex lectura Statuti manifestè patet non esse exclusas ab intestato nisi sint dotatæ, vel nisi parentes, & alij ascendentes dotauerint, & sic semper intrat ratio prædicta, quod cum non sint simpliciter exclusæ ab intestato, sed sub conditione dotis, dos succedit loco legitimæ.

7 Neque facit ad punctum, quod fœminæ faciant partem, vel non faciant, † prout magis proficuum est masculis, quia ista conclusio non procedit, quando dos succedit loco legitimæ; tunc enim indubitatum est dotem debere detrahi ex legitima, *vt dicunt Doctores in princ. allegati*; si verò non succedit loco legitimæ, fęminæ computantur in numero ad augendam legitimam, si prosit masculis aliàs secus. *Rub. Alex. cons. 122. num. 3. Socc. sen. cons. 84. num. 9. lib. 1. vbi de magis comm. Brun. de stat. art. 13. q. 3. num. 45. & 46. Ludou. Morot. cons. 23. num. 23.* Sed iste non est casus noster, quia vt supra probatum est, dos
8 † succedit loco legitimæ, & ideo ex legitima est detrahenda.

Et ita &c.

## Cardinali Caualerio Perusina donationis de Ansideis Veneris 21. Iunij 1613.

*SVMMARIA.*

1 *Minoris donatio cum iuramento sustinetur. Fallit si sit facta Romæ ex Statuto num. 2. & per tot.*
3 *Iuramentum non operatur in contractu, vbi Statutum præsumit illud vi, & metu extortum, & num. seq.*
4 *Statutum confirmatum à Papa dicitur Papale.*
5 *Forenses ligantur Statuto respiciente solemnitates contractus.*
6 *Minoris contractus, in quo non interfuerunt consanguinei requisiti à Statuto, non valet, vbi fuit doctum adfuisse in Ciuitate, & non fuerint vocati.*
7 *Curator non potest dari illi, qui alium habebat.*
8 *Curator non potest dari minori ad donandum.*
9 *Curatores duo requiruntur ex Statuto Vrbis in alienationibus.*
10 *Donatio ob causam, quæ dicatur, & num. seqq.*
13 *Donator si suscipiat filios, & fuit renunciatum l. si vnquam filij non consequuntur nisi legitimam.*
14 *Decretum ex breuitate temporis non potest dici causa cognita interpositum.*
*Minoris contractus, vt valeat, debet adesse iuxta causa ex Statuto Vrbis, ibidem.*

## DECISIO L.

DOMINI concluserunt donationem factam per Pandulphum minorem Persiano fratri fuisse
1 nullam, licet enim regulariter donatio facta † à minore cum iuramento substineatur *glos. per illum tex. in auth. sacramenta puberum. in verb. contractibus. & ibi Bart. Bald. Corn. Castr. Curt. & alij C. si aduers. vendit. Honded. cons. 42. num. 16. lib. 1. Eugen. cons. 3. num. 7. Simoncell. in tract. de decret. lib. 1. tit. 2. inspect. 1. num. 14. qui testantur de communi, cum alijs innumeris etiam de comm. attestantibus, quos refert Gabriel. de minor. conclus. 5. num. 5. & tenuit Rota in alia Perusina Donationis 12. Decembris 1608. coram Reuerendiss. Bononien.*

2 Nihilominus in præsenti casu, quia donatio † facta erat in Vrbe iuramentum non suffragabatur, cum deficerent aliæ solemnitates requisitæ per Statutum
3 Vrbis *lib. 1. cap. 151.* Vnde iuramentum † ex eiusdem Statuti dispositione nihil operabatur, cum censeretur vi, & metu extortum. Potuit autem hoc Statutum licet laicorum tollere iuramẽtum, quia cum sit con-
4 firmatum † à Papa dicitur Statutum Papale. *Ceph. cons. 463. num. 34. Paris. cons. 40. num. 12. lib. 3.* præsertim, cum Statuta hæc fuerint de ordine Papę compilata à suis deputatis, & postea ab eo confirmata, *vt fuit dictum in vna Balneoregien. bonorum 30. Octobris 1589. coram Illustriss. Pamphilio, & in Romana separationis Thori 16. Ianuarij 1606. coram Reuerendiss. Lugdunen.*

5 Et cum respiciat solemnitatem † contractus, vt apparet *ex rubr. de contr. sin. cert. solem. non valitur.* ligat etiam forenses in Vrbe contrahentes. *Cæsar de Grass. decis. 2. num. 16. de donat. Caputaq. decis. 191. par. 3. & dictum fuit in Romana donationis 15. Iunij 1557. & 12. February 1586. coram bo. me. Seraph.*

6 Defectus autem solemnitatum † satis videbatur apparere ex eo, quod probabantur per testes fuisse in Vrbe de tempore contractus proximiores Pandulphi minoris donantis, qui non solum non interuenerunt, sed neque fuerunt vocati, vt Statutum disponit, vnde contractus corruit, *vt fuit in his terminis resolutum in Romana rescissionis contractus 17. Iunij 1609. coram Reuerendissimo Decano, & in Romana Pecuniaria 21. Iunij 1592. coram bo. me. Penia.*

Præterea Domini considerabant non constare de
7 deputatione legitimi † curatoris; nam licet in contractu donationis fuisset deputatus quidam Curator, tamen cum Pandulphus haberet tutores, & curatores pro tempore ex testamento paterno, non poterat ei ad hunc actum dari alius Curator alio Curatore non remoto. *iux. regulam l. Curatorem. C. qui dar. tut. vel cur. & fuit dictum in Imolen. nullitatis permutationis 29. Maij 1599. coram bo. me. Iusto.*

Accedebat præmissis, quod talis datio Curatoris
8 videtur fuisse nulla, cum Curator † non possit dari minori ad donandum. *Bal. in l. 1. num. 1. & 2. C. si aduers. donat. Alex. cons. 115. num. 2. vers. 4. & vltimo lib. 1.* vbi subdit rationem, quia scilicet Curator dandus est ex iuxta causa, sed nulla subesse potest iuxta causa dandi Curatorem ad donandum, quia donare est perdere, *quod idem sensit Ruyn. cons. 200. num. 2. lib. 1.* & licet hoc dicat in rationibus dubitandi, tamen postea in responsionibus probat, quod in casu isto

illo minor dotando sororem non donauit, quia vti hæres Patris eam dotare tenebatur, *vt num. 4. & id tenuit conf. 107. num. 12. & 16. eod. lib. cum alijs relatis per Simonc. de decr. in loco supra allegat. num. 4.*

Considerabant etiam aliqui ex Dominis, quod
9 etiam si talis † datio Curatoris subsisteret, adhuc vltra eam requirebatur specialis deputatio alterius Curatoris necessaria in alienatione stabilium, vt expressè cauetur in Statuto Vrbis *lib. 1. c. 113.*

Præterea neque causa allegata & expressa in dona-
10 tione † visa fuit iusta, & sufficiens, cur Pandulphus donare deberet, vt scilicet Persianus faciliùs, & commodiùs posset sustenrare familiam, & filios natos, & nascituros, imò potius donatio visa fuit pura, & simplex, tunc enim dicitur donatio ob causam, quando subest necessitas propter quam quis donare teneatur. *Dec. in l. vt liberis. num. 26. C. de collat. Aym. cons. 136. num. 7.* & quando continet tale commo-
11 dum † donantis, quod liberalitatem excludat. *Ang. in l. sed hoc ita. ff. de re iudic. cum alijs latè congestis in vna Romana Donationis de Cuppis 5. Iunij 1602. coram Illustriss. Pamphilio.*

In præsenti autem causa nulla suberat necessitas
12 † donandi, nec vllum subest commodum donantis, cum Pandulphus donauerit omnia bona, & iura sua reseruatis sibi tantum scutis 400. quando peruenerit ad ætatem 20. annorum, & interim cum de tempore donationis esset 15. annorum fuit sibi promissus solus victus, & vestitus cum necessarijs, bona autem donata non controuertebantur, quod erat longè maio-
13 ris valoris, vltra quod fuit etiam † in specie renunciatum. *dispositioni l. si vnquam. C. de reuoc. donat.* ita vt si Pandulphus vxorem duceret, & liberos susciperet, illi nihil possent habere nisi solam Patris legitimam. *Tiraq. in l. si vnquam in præfat. num. 87. in fin.* vnde tanto magis cessare videtur causa, cur huiusmodi donatio ita læsiua ita anctorizari potuerit. *ad tradita in Romana de Sanctacruce 29 Ianuary, & 3. Decembris 1607. coram R. P. D. meo Damasceno.*

Ex quibus cum non appareat vllam interueniss
14 iustam, & sufficientem causam † non videtur, quod Iudex potuerit donationi huic vires addere, præsertim causam non bene cognita, vt Statutum requirit, ex breuitate temporis cum eodem momento, & contextu Iudex causam intellexerit, & decretum interposuerit. *Parif. cons. 98. num. 19. lib. 1. Neuiz. cons. 85. num. 5.* vbi dicit *num. 4.* hoc casu non intrare præsumptionem pro decreto Iudicis. *Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 10. num. 6. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 75. num. 35.*

Ex quibus conclusum fuit donationẽ fuisse nullam.

## Eodem Cardinali Caualerio In eadem Veneris 15. Nouembris 1613.

*SVMMARIA.*

1 *Minoris contractus est nullus vbi non interfuerunt consanguinei ex Statuto Vrbis.*
2 *Remissoria non conceditur ad probandum id quod probatum non releuat.*
3 *Probatio super notorio est superflua.*
4 *Coniunctio sanguinis præsumitur nota coniunctis inter se.*
5 *Negatiua quomodo probetur, & num. seq.*
6 *Consanguineos non se tractasse tanquam tales, videtur probatio improbabilis, & de effectu ibidem, & num. seqq.*
7 *Consanguinitas quomodo probetur.*
8 *Curator ad donandum non potest dari.*
9 *Minoris contractus vt valeat requiritur iusta causa.*

## DECISIO LI.

QVONIAM in decisione facta in hac causa die 21. Iunij præteriti inter cætera fundamenta,
1 propter quæ resolutum fuit donationem factam † per Pandulphum Persiano fratri fuisse nullam, fuit consideratus per Dominos defectus solemnitatum, quia probatur per testes, quod de tempore contractus donationis aderant in Vrbe proximiores Pandulphi donantis, qui non solum non interuenerunt, sed neque fuerunt vocati, vt Statutum Vrbis disponit. *lib. 1. c. 151. sub rubr. de contract. sine cert. solemnit. non valit.*

Hic autem proximior dicebatur esse vnus ex Dominis nobilis familiæ de Vbaldis, propterea ad destru-
2 endum hoc motiuum † pro parte Persiani petita fuit remissoria, parte autem contradicente, cum de stylo Rota non soleat remissoriam denegare sine dubio particulari. Propterea dubitatum fuit, An esset concedenda, & Domini negatiuè responderunt, ratione improbabilitatis, & irreleuantiæ, frustra enim conceditur dilatio ad probandum illud, quod probatum non releuat. *Caputaq. decis. 66. par. 3. Cas. de Grasi. decis. 2. de dilat.*

Et examinando sigillatim tres articulos datos pro parte Persiani. Primus erat, quod in Ciuitate Perusiæ adsunt fratres de Vbaldis, & de Anfidæis, cum hoc
3 sit satis notum † nec inter ipsas partes controuertatur superflua visa fuit probatio, & ideo irreleuans.

Secundus erat, in quo articulabatur communis reputatio in eadem Ciuitate, quod inter dd. fratres prædictarum familiarũ nulla adesset coniunctio sanguinis, hic etiam articulus videbatur improbabilis, non enim censebant DD. probari posse hunc erronem communem, nam etiam quod apud vulgum probaretur, tamen non est verisimile inter tot inter se
4 coniunctos † hoc fuisse ignoratum. *l. octaui, vbi glos. vlt ff. vnd. cogn. l. de Tutela, & ibi etiam glos. in verb. ignarum. C de in integr. rest. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 24. num. 21.*

Quo ad tertium articulabatur in eo, quod à decem annis citra plures occasiones ortæ fuerunt nuptiarum, & exequiarum in dd. familijs, & tamen dd. fratres ad inuicem se non inuitarunt nulla alia ratione, nisi quia nullo vnquam tempore se reputarunt pro cognatis, nec notitiam huius cognationis habuerunt, verum huiusmodi negatiua licet restricta ad decem annos neque videtur probabilis, cum vix posset testis deponere, quod tanto spacio temporis ipse fuerit præsens singulis illis occasionibus nuptiarum, & exequiarum, & fieri non potuerit, quin si fuissent se dicti fratres inuicem inuitati, id ipse testis non sciuis-
5 set, qui est vulgatus modus † probandi negatiuam.

Dec.

*Dec. conf. 102. col. pen. num. 2. verf. debuit enim dicere. Bal. in l. 1. num. 7. verf. & re vera. C. de bon. poff fecund. tab. Ruyn. conf. 145. num. 2. lib. 5.* Nec teftes
6 poffunt † deponere concludenter non fuiffe in nuptijs, & exequijs factas huiufmodi reciprocas inuitationes, cum talis confuetudo, non fit neceffaria, fed voluntaria, & fæpè relictis propinquioribus inuitentur minus propinqui, & poteft etiam effe, quod inuitati non venerint, vnde talis negatiua non coarctata loco, & tempore impoffibile eft, quod probetur. *l. actor. C. de probat. cap. quoniam contra eod. tit. Dec. conf. 172. num. 3.*

Sed quatenus etiam contenta in hoc tertio articulo probari poffent, & probarentur adhuc talis probatio videbatur irreleuans, cum non per hoc neceffe inferatur dictos fratres non effe, vel nõ reputari con-
7 fanguineos, † cum per alios actus fe vti tales tractare potuerint puta per nominationem, & alios tractatus inter confanguineos fieri folitos. Ex quibus licet non probetur ipfa confanguinitas quo ad ius, & proprietatem, cum non reperiatur iure cautum nominationem, & tractatum probare confanguinitatem nifi in patre, & filio, viro, & vxore, non autem in alijs, *vt dicit Tiraq. de retract. confang. §. 1. glof. 16. num. 1.* Tamen fat eft, quod per nominationem, & tractatum quis conftituatur in quafi poffeffione confanguinitatis. *Alba. conf. 83. num. 21. Bal. in l. 1. §. ad quæftionem. ff. de quæft. Felyn. in c. per tuas fub num. 17. verf. 2. nota de probat.*

Tandem Domini dicebant conftare de irreleuantia probationum faciendarum; quia fuppofitis etiam folemnitatibus ftatutarijs donatio, de qua agitur, fuftineri non poteft ex alijs rationibus in dicta decifione deductis, quia fcilicet non poterat dari minori cu-
8 rator † ad donandum, cum curator teneatur vtilia facere, & inutilia prætermittere. *Bal. in l. 1. num. 1. & 2. C. fi aduerf. vend. Natt. conf. 166. num. 16. 17. & feq. & conf. 173. num. 1. & feq. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 56. num. 109.* qui omnes loquuntur etiam feruatis folemnitatibus ftatutarijs. Item quia vifa fuit
9 donatio fine vlla † iufta, & fufficienti caufa, cum maximo donantis incommodo, & charitas omnino inordinata, dum Pandulphus, vt fratris filijs fuccurreret fe ipfum bonis proprijs fpoliauit, vnde fi hodie vxorem duceret, & liberos procrearet, non haberet vnde eos alere poffet, & ex alijs rationibus in dicta decifione ponderatis, propter quas Domini remifforiam vel irreleuantem concedere noluerunt.

## Sarmiento
## Perufina hæreditatis
## Veneris 16. Ianuarij 1568.

### SVMMARIA.

1 *Fœminis extincta linea mafculina per mortem ciuilem datur reintegratio, & immiffio, per tot.*
*Mors ciuilis æquiparatur naturali ad effectum reintegrationis fœminarum, ibidem.*
2 *Immiffio fœminis non impeditur per replicationem dubiam.*

### DECISIO LII.

DVBITAVI, An mors ciuilis eius naturæ fuerit in cafu mortis filij mafculi, vt faciat locum fœminis ftante Statuto Perufino.

1 Licet Domini inclinarent, quod in crimine † læfæ maieftatis, & in condemnato ad mortem cum publicatione bannorum in cafu ifto mors ciuilis æquiparetur naturali, & per confequens intret reintegratio Statuti per allegata, & in fpecie *per Gigan. in loco alleg. per vnum ex dd. vt fcript.*

Nihilominus dixerunt, quod in iudicio petitorij
2 hoc poterit melius difcuti, † & quod quantum ad punctum poterat refolui ex eo, quia cum in cafu ifto fuerit iam facta reintegratio vigore fententiæ latæ in fauorem Blancæ, & ex aduerfo replicetur, quod ifta reintegratio non poterat fieri in cafu non fubfecuta morte naturali, cum ifta replicatio fit dubia, non debet denegari immiffio in poffeffionem fub prætextu dominij, quod reperitur dubium ftantibus fupradictis &c.

## Manzanedo
## Perufina pecuniaria
## Lunæ 11. Martij 1613.

### SVMMARIA.

1 *Notarius fcripturam productam tenetur diligenter cuftodire, & partibus exhibere.*
*Etiam quod effet nulla, vel fufpecta de falfo, num. 2.*
*Alias tenetur ad damna, & intereffe partis, num. 3. & feq.*
*Etiam quod amiferit, nifi probetur amiffio, & cafus illius, num. 5.*
5 *Amiffio fcripturæ debet probari, & cafus illius.*

### DECISIO LIII.

PROPOSITO dubio, An Notarius teneretur exhibere apocam, de qua agitur, & in cafu non exhibitionis ad intereffe, & quantum.

Domini ad primam partem dubij affirmatiuè re-
1 fponderunt, quia † Notarius ex quo dicta apoca fuit producta in eius officio, vt conftat ex propria ipfius confeffione, & ex epiftola per eum fcripta, in qua de dicta productione mentionem facit, tenebatur illam diligenter cuftodire, & partibus exhibere. *l. 2. & ibi DD. C. de eden. Dec. in c. 1. num. 46. & 53. de probat.*
2 etiam quod effet † nulla, & fufpecta de falfo, vt prætenditur. Tum quia per fententiam, quæ tranfiuit in iudicatum fuit à falfitate abfolutus Ludouicus, qui dicebatur illam commififfe. Tum quia etiam fcriptura nulla, & fufpecta debet edi à Notario. *vt eft tex. in l. qui tabulas. & l. fullo. la prima. ff. de furt. Bart. in l. 2. §. hoc interdicto. ff. de tab. exhib. Pacian. de*
3 *probat. cap. 65. num. 9.* aliàs non edendo † tenetur ad damna, & intereffe partis. *l. fi quis ex argentarijs. §. ex hoc edicto. l. argentarius. §. cum autem. ff. de eden. Ceph. conf. 170. num. 9. lib. 2.*

Quod intereffe DD. dixerunt in cafu noftro effe re-
4 ferendum ad fummam † contentam in apoca, & pro

illa

illa Notarium teneri. *iux. tex. in d. §. cum autem. & d. l. qui tabulas. & d. l. fullo in fin. ff. de furt. Bart. in l. 3. §. condemnatio. ff. de tabul. exhib.*

Quibus non obstat dictam apocam fuisse amissam,
5 † quia huiusmodi amissio, & casus illius debet plenè,
& concludenter probari per Notarium. *Bart. in l. si quis ex argentarijs. §. an verò hæredes. num. 2. & 4. ff. de eden. Hond. cons. 19. num. 17. & seq. lib. 1. & fuit dictum in Assisien. Pecuniaria 1. Iuly 1611. coram me.* Et ita resolutum.

## Eminentiss. Card. Pamphilio Perusina Terrarum Lunæ 16. Iunij 1608.

### *SVMMARIA.*

1 *Sententia afficit eum, qui illam acceptauit in vim pacti, & de acceptatione, per tot.*
2 *Acceptatio sententiæ inducitur ex non appellatione, & ex exactione fructuum iuxta illius tenorem num. 3. & ex productione in iudicio num. 4.*
5 *Sententia, vt valeat in vim pacti, requiritur simultaneus consensus, Declara vt num. seqq.*
7 *Productio in iudicio habet vim simultanei consensus.*
9 *Producens scripturam censetur in totum illam approbare.*
10 *Sententia indiuidua non potest pro parte acceptari, & pro parte non.*
11 *Procuratoris factum dicitur factum ab ipso principali.*
12 *Mulieris contractus de iure non requirit aliquas solemnitates nisi adsit Statutum.*
13 *Mulier in iudicialibus potest contrahere sine solemnitatibus Statuti.*

### DECISIO LIV.

DOMINI resoluerunt sententiam Fiumagioli afficere Cinthiam. Fundamentum resolutionis
1 † fuit, quia ista sententia fuit per ipsam acceptata, quæ acceptatio operatur, vt si non possit valere in vim sententiæ, valeat in vim pacti, vt per *glos. in l. 2. in verb. non fuit. C. comm. vtr. Iud. quam communiter approbatam dicunt Paris. cons. 46. num. 14. lib. 1. cum alijs per Gabr. de sent. conclus. 2. num. 8.*
2 De acceptatione autē † dictæ sententiæ visum fuit Dominis sufficienter constare non solum, quia Cynthia ab ea non appellauit. *cap. quo ad consultationem. vers. taliter de re iudic. Abb cons. 73. num. 2. vers. nam non appellando. par. 1. & tenuit Rota in Romana Cottimi 6. Martij 1606. coram R. P. D. meo Sacrato.*
3 Sed etiam, quia iuxta illius tenorem † fructus harum terrarum exegit, ac illas locauit. *Castr. cons. 116. col. fin. vers. restat respondere. lib. 1. Socc. cons. 220. num. 10. vers. quartum, & vltimum. lib. 2. Aym. cons. 55. num. 5. & cons. 237. num. 2.* & vlteriùs eandem sen-
4 tentiam in iudicio produxit † tum pro recuperatione sportularum pro rata tangente eius aduersario, tum pro consignatione duarū ex tribus partibus fructuum ex istis Terris recollectorum, & penes tertium depositatorum, per quam productionem absque dubio sententiam approbasse, & acceptasse censetur. *Bald. cons. 14. lib. 5. Dec. cons. 486. num. 12. vers. & agens. & in l. semper qui non prohibet. num. 9. vers. & agens. & ibi etiam Cagn. num. 17. vers. & exactione. ff. de reg. iur.*
5 Non obstat, quod in ista acceptatione † non interuenerit simultaneus consensus vtriusque partis.
6 Quia præter id, quod satis † videtur adesse ex quo ambæ partes per plures annos in possessione harum terrarum iuxta formam sententiæ continuarunt. Fuit
7 dictum stante productione † sententiæ in iudicio per Cynthiam facta non fuisse opus simultaneo consensu, *vt fuit resolutum in causa Romana Computorum 17. Iunij 1577. relata inter impressas diuers. decis. 512. n. 4. par. 1. & in causa Romana Legitimæ 17. Februarij proximè præteriti coram R. P. D. meo Ottembergo.*
8 Minus obstat, quod † pro parte Cynthiæ dicebatur sententiam nō fuisse acceptatam quoad onus re-
9 trouendendi in ea appositum, quia cum fuerit † in iudicio simpliciter producta absque vlla protestatione in totum censetur approbata, *vt fuit dictum in dicta Romana Legitimæ.* maximè, quia onus retrouenden-
10 di † non est distinctum, neque diuersum, seu separatum ab ipsa datione in solutum, quæ fuit facta cum huiusmodi onere, & per consequens sententia vti indiuidua non potuit pro parte acceptari, & pro parte non acceptari. *Mobed. decis. 10. de re iudic.*
Nec aliquid facit, quod actus acceptationis sen-
11 tentiæ † non fuerint facti ab ipsa Cynthia, quia fuerunt facti ab eius Procuratoribus habentibus speciale mandatum, ideo ab ipsa facti dicuntur. *l. item eorum. §. si decuriones. ff. quod cuiusque vniuer. nom. Felyn. in c. suborta. num. 1. de re iudic. Cassad. decis. 3. num. 2. de rescript. & fuit dictum coram me in vna Bononien. Bonorum 22 Maij 1606.*
12 Quę dicuntur de defectu † solemnitatum Dominis non placuerunt; quia de iure in contractibus mulierum aliquæ solemnitates non requiruntur, neque aliquod Statutum ostenditur, quod disponat in illis debere adhiberi aliquas solemnitates. Vltra quod su-
13 mus in iudicialibus, † in quibus huiusmodi Statutum, quatenus adesset, locum non haberet, *vt fuit dictum in supra allegata Romana Computorum n. 5.*
Et ita decisum.

## Eodem Cardinali Pamphilio In eadem Lunæ 10. Decembris 1612.

### *SVMMARIA.*

1 *Instrumentum dicitur probatio probata.*
2 *Redimendi ius potest cedi.*
3 *Cessionarius succedit in locum cedentis, & in eum transeunt omnes actiones cedenti competentes, n. 4.*
5 *Reuendere quis tenetur cessionario.*
6 *Minor non potest contrahere sine certis solemnitatibus ex Statuto Bictonij. Fallit, vt num. seqq.*
7 *Minor tenetur seruare solemnitates loci contractus in contractu facto Perusiæ, & num. seq.*
8 *Statutum Perusiæ procedit tradendo formam seruandam*

*uandam in contractibus minorum, non autem in babilitando simpliciter personam aliàs babilem.*
*Forensis tenetur seruare solemnitates Statuti loci contractus, ibidem.*
9 *Statutum Bictonij non inhabilitat simpliciter minorem, sed volentem contrahere sine certa solemnitate, & ideo non extenditur extra Territorium, & vide num. seqq.*
10 *Statutum requirens certas solemnitates non habet locum extra Territorium, nisi constet de fraude, num. seq.*
12 *Minoris contractus absque solemnitatibus Statutarijs valet, vbi est firmatus iuramento.*
13 *Minor tantum potest dicere di nullitate contractus ob non seruatas solemnitates Statuti. Potest tamen etiam hares, vt num. 14. Nisi fuerit exclusus ab hereditate, num. 15.*
15 *Mater per transitum ad secunda vota non reddita administratione tutela filij excluditur ab eius hereditate.*

## DECISIO LV.

PRO Hieronymo informante censuerunt Dominis venditionem, & cessionem illi suffragari, quia, vt constat ex instrumento venditionis, quod dicitur
1 † probatio probata. *Bal. in l. interest in vlt. notab. C. de solut.* & facit rem manifestam *in l. 1. num. 1. & ibi Iaf. num. 2. ff. de nou. oper. nunc.* Monaldenses ven-
2 ditores cesserunt † Hieronymo ne dum generaliter omnia, & singula iura, sed etiam speciale ius redimendi Terras, de quibus agitur, pro precio scutorum 407. quod absque dubio cedi potest. *Castr. cons. 1. num. 2. lib. 2. Cagn. in d. l. 2. num. 39. vers. sed contrarium. C. de pact. inter empt. & vendit. Tiraq. de retract. lignag. §. 21. glos. 3. in princ.* Vnde cum ces-
3 sionarius † succedat in locum cedentis. *l. emptor. & ibi Bal. in princ. C. de hered. & act. vend. Rim. iun.*
4 *cons. 65. num. 22.* & in eum † transeant omnia iura, & actiones penès cedentem existentes. *Bero. cons. 189. num. 19. lib. 1. & cons. 43. num. 22. lib. 3. Rim. iun. d. cons. 65. num. 22.* Tenetur Cynthia retrouendere
5 dictas terras † Hieronymo pro eodem precio scutorum 407. prout erat obligata retrouendere Monaldensibus, vt apparet ex sententia de partibus, quam afficere D. Cynthiam etiam quo ad onus retrouendendi, *tenuit Rota sub die 16. Iunij 1608. coram me.*
6 Neque obstat, quod contractus venditionis † fuerit celebratus absque solemnitatibus Statutarijs loci Bictonij, quæ saltem erant necessariæ respectu Melchioris vnius ex venditoribus tunc minoris 25. annis.
Quia fuit responsum contractum huiusmodi fuisse
7 † celebratum in Ciuitate Perusiæ, in quo propterea sufficit interuenisse solénitates Statuti Perusini, cum in respicientibus formam, & solemnitatem actus, attendatur locus contractus. *Bart. in l. 1. num. 14. & ibi Iaf. num. 17. vers. & circa primum in 1. lectur. & num. 56. in 2. C. de summ. Trinit. & fid. Cath. Massin. in l. fin. num. 53. ff. de iurisd. omn. iud. Gayl. obseruat. 123. num. 2. lib. 2. & fuit dictum in causa Romana Donationis de Cincijs 13. Iunij 1586. coram bo. me. Card. Pamphilio.*
8 Quod maximè procedit in casu † nostro, quia cum Statutum Perusiæ disponat tradendo formam seruandam in contractibus minorum, non autem inhabilitando simpliciter personam aliàs de iure communi habilem, comprehendit etiam forenses in dicta Ciuitate contrahentes. *Bart. in l. 1. num. 8. ff. de tut. & curat. Iaf. post alios in d. l. cunctos populos. num. 19. C. de summ. Trinit. & fid. Cath. & fuit resolutum in causa Romana Fideicommissi 10. Ianuarij 1585. coram*
9 *Orano.* Prout etiam Statutum † Bictonij non inhabilitat simpliciter personam minoris contrahentis, sed minores volentes contrahere sine certa solemnitate, quo casu non extenditur extra Territorium. *Bart. in d. l. 1. num. 32. q. 6. C. de sum. Trinit. & fid. Cath. & fuit etiam dictum in causa Valentina Mercedis 2. Iunij, & 17. Nouembris 1603. coram R. P. D. meo Decano, & aliàs sæpè.*
10 Nec refragatur, quod contractus † fuerit celebratus extra Territorium ad euitãdas solemnitates Statuti Bictonij, & in fraudem illius.
11 Quia in casu isto † non constat de fraude, prout constare deberet. *Aret. cons. 54. num. 2. in fin. primi dubij. vers. ex quo est concludendum,* quinimò patet contractum fuisse celebratum in Ciuitate Perusię ex eo, quod Hieronymus emptor est ciuis Perusinus, & ibi habet domicilium, quo casu cessante suspicione fraudis contractus celebratus extra Territorium est validus, *vt fuit dictum in dicta causa Valentina Mercedis 2. Iunij 1603.*
Præterea dicebant Domini cessare difficultatem.
12 Nam præterquamquod iste contractus † est iuratus, in quo propterea non sunt necessariæ solemnitates Statutariæ. *Io: Andr. in addit. ad speculat. tit. de sent. §. vt autem. sub num. 5. vers. procedere. Imol. in cap. cum contingat. num. 38. & 50. de iure iur. Alex. cons. 37. num. 27. in fin. lib. 2. & cons. 38. num. 10. lib. 3. Gabr. cons. 13. num. 2. in fin. & num. 3. lib. 1. Ant. Gabr. de iure iur. conclus. 5. num. 14. & seq.* Fuit etiam
13 dictum, quod de ista nullitate † non potest opponere Cynthia, sed tantum Melchior tunc minor, cuius fauore solemnitates per Statutum in illa venditione requirebantur, & sic ipso non contradicente contractus substinetur. *l. Iulianus. §. si quis à Pupillo. ff. de act. empt. Iaf. in l. cum ij. §. iam eam transactionem. num. 2. ff. de transact. Tiraq. de legib. connub. glos. 8. num. 1. vers. & propterea. & in tract. de mort. Saisit. Leuis. par. 7. declar. 1. num. 6. Pinell. in l. 1. par. 3. num. 32. C. de bon. matern.*
14 Non obstat, quod Cynthia † possit opponere de huiusmodi nullitate tanquam hæres Melchioris eius filij.
15 Quia ab illius hereditate † dicitur exclusa propter transitum ad secunda vota non reddita ratione administrationis tutelæ dicti sui filij. *Bald. cons. 61. in princ. & cons. 366. num. 1. lib. 4. Soc. cons. 39. sub num. 11. lib. 1.*
Et ita decisum.

# Penia
# Perusina Bonorum
# Lunæ 16. Martij 1592.

## SVMMARIA.

1 *Matri debetur hæreditas filij ab intestato exclusa*
*auia paterna, & propterea immissio, & per tot.*
2 *Mater excluditur à Statuto Hyspelli contemplatio-*
*ne agnatorum, & cognatorum tantum, & num. 5.*
*cum seqq. & num. 9. & seq.*
3 *Mater non est agnata filio.*
4 *Auia non est agnata filio.*
*Filius sequitur familiam patris, non matris, ibid.*
5 *Exclusio propter aliquem an possit opponi ab alio,*
*& num. seqq.*
7 *Statuentes ciuibus suis, eorumque familijs, non fo-*
*rensibus prospicere voluisse censetur.*
*Forenses non gaudent beneficijs Statutorum, ibid.*
8 *Exceptio iuris tertij quando possit à tertio opponi.*
9 *Statutum excludit fœminas propter personas spe-*
*cialiter expressas, & non possunt alia contra ius*
*commune opponere, num. 10.*
12 *Legitima debetur matri iure naturæ.*
13 *Ratione vna cessante altera remanente non cessat*
*dispositio, limita, vt num. 14.*
15 *Forensis ligatur Statuto quoad bona in loco Statu-*
*ti sita. Sed contra num. 16. & 17.*

## DECISIO LVI.

DAstor Balleonus senior ex D. Gineuria Saluia-
ta Guidum vnicum filium procreauit, quo &
matre superstitibus Astor obijt, Guidus ex D. Mar-
gherita Sanctæcruce legitima vxore Astorem iunio-
rem suscepit, & pariter eisdem viuentibus Guidus
moritur, nō multo post in pupillari ætate Astor quo-
que iunior decessit, superstitibus Margherita matre,
1 & Gineura auia, quæ cum de † succedendo in bonis
prędicti Astoris tam existentibus in Territorio Peru-
sino, quàm sitis in Castris Hyspelli, & Bastiæ inter se
decertarent, visum fuit seorsum agere de bonis sitis
extra Territorium Perusinum, de quibus dedi dubium
aliàs coram R. P. D. Comitulo tunc Rotæ Auditore,
nunc Episcopo Perusino propositum, An D. Marghe-
rita foret immittenda in possessionem bonorum ex-
tra Territorium Perusinum existentium.

Et quantū ad bona sita in Territorio Hyspelli DD.
2 censuerunt Margheritam † fuisse immittendam.

Quia cum sit mater fundatam habet intentionem
in iure communi. *auth. defuncto. C. ad S.C. Tertull.*

3 Neque Statutum † Hyspelli Margheritæ obstare
videbatur.

Quia non excludit matrem simpliciter à succes-
sione filij ab intestato decedentis, sed contemplatio-
ne masculorum agnatorum, quibus non extantibus
Statutum vocat agnatos proximiores, idest fœminas
natas in familia, quæ verba non conueniunt D. Gine-
4 uriæ, quæ non est agnata † Astori iuniori nepoti ex
filio, nam si mater non est agnata filio. *§. 1. Inst. de
S.C. Tertull.* Auia minus nepoti ex filio poterit agna-
ta censeri. *l. pronunciatio. §. fin. & l. familia. §. fœ-
minarum. ff. de verb. sign.* nec filij sunt in familia ma-
trum, nam qui nascuntur, *vt ait Imperator in §. atque
Instit. de leg. agn. tut.* Patris non matris familiam,
idest agnationem sequuntur.

5 Non obstat dicere alios extare † agnatos, quorum
contemplatione D. Margherita, quæ transiuit ad se-
cundas nuptias, intelligebatur exclusa, quasi eis ex-
tantibus nullum ei ius competere possit, nisi haberet
cessionem à proximioribus, vel probaretur eos repu-
diatione, aut tempore exclusos fuisse. *l. 2. ff. si pars
hæred. pet. Crau. cons. 166 num. 14.*

6 Quoniam dicebatur fortassis ista † locum habere
posse, si D. Margherita veniret ex Statuto, in quo ta-
men non se fundabat, sed in iure communi, & ideo
non poterat ei opponi de Statuto, nisi ab eo, qui es-
set inclusus in Statuto propter exclusionem alterius,
qualis non est D. Gineuria, cum esset forensis, nec
7 sub verbis, vel mente Statuti † comprehenderetur,
cum sæpè alias Rota cēsuerit statuentes in huiusmo-
di successionibus solum ciuibus suis, eorumque fami-
lijs non forensibus prospicere voluisse, *vt fuit dictum
in ista causa die 8. & 13. Iunij 1590. coram R. P. D.
meo Comitulo, & in illa Balneoregien. die 7. Iunij co-
ram R. P. D. meo Pamphilio.*

8 Quibus accedebat, quod D. Gineuria † non po-
terat opponere de iure tertij, cum non esset exclusi-
uum ipso iure intentionis agentis siue tertius vellet,
siue nollet, quod cum pendeat ab illius voluntate, de
illa opponere debuit. *Rim. sen. cons. 599. num. 8. lib.
3. Grat. cons. 14. num. 14. lib. 2.*

9 Præterea Statutum † non excludit matrem à suc-
cessione filij, nisi propter personas specialiter expres-
sas. *Alex. cons. 204. num. 14. lib. 2. Corn. cons. 22.
10 num. 5. lib. 3.* In casu proposito dum mater † exclu-
ditur à Statuto non includitur Auia, quæ propterea
non potest de Statuto opponere cōtra Margheritam,
quæ nititur iure communi. *Rol. cons. 24. num. 29. lib.
3. Socc. iun. cons. 80. num. 14. lib. 4. Ruyn. cons. 48.
num. 4. lib. 3. Alex. cons. 44. num. 15. lib. 5.*

11 Quantum ad bona sita in Territorio Bastiæ † simi-
liter DD. censuerunt Margheritam in eorum posses-
sionem esse immittendam, non obstante Statuto sub
rubr. 59. disponente, ne mater succedat filijs ab in-
testato morientibus, sed sit exclusa etiam à legitima,
si ad secundas transierit nuptias, & successio ad pro-
ximiores agnatos decedentis masculos deuoluantur,
nam cum in hac etiam parte mater excluderetur fa-
uore conseruandæ agnationis, si tales masculi non
extarent, non censeretur mater exclusa, nec D. Gi-
neuria non agnata, nec sub Statuto comprehensa
potuit Margheritam excludere.

12 Quod Statutum † in parte fauore agnationis non
excluderit matrem à legitima iure ita consultum, quia
noluit sine rationabili causa solo agnationis intuitu
matrem excludere à legitima iure naturæ debita, *c. si
pater de testam. lib. 6.* quod tamen voluit si mater se-
cundis nuptijs copularetur, sed non ideo subuertitur
dispositio iuris communis præferentis matrem auiæ
in successione filij præsertim in hoc casu, in quo cum
D. Gineuria velit excludere Margheritam per Statu-
tum, debet esse de personis in Statuto specificatis, &
militare in ea ratio conseruandæ agnationis, quod
est præcipuum Statuti fundamentum.

13 Nec refert, si diceretur sufficere † alteram subesse
rationem.

rationem. *Iuxta tex. in §. affinitatis Inst. de nupt. & in l. si non lex ff. de hered. instit.*

14 Nam procedit quando † quælibet esset principalis, & per se sufficeret ad inducẽdam legis dispositionem, secus si vtraque ratio coniunctim requireretur. *arg. l. si plures. ff. de cond. instit. Rip. in l. 1. num. 125. ff. sol. matr.*

Non obstat, quod cum bona, de quorum succes-
15 sione tractatur, sunt † in loco Statuti, tunc Statutum liget etiam forenses, *ad trad. per Anchar. & alios in c. canonum Statuta de Constit.*

16 Quia Rota contrariam † sententiam sequi solet, *& ita etiam loquuntur DD. allegati per Rol. in d. cons. 24. num. 29. lib. 3.* Quod maximè dicendum videba-
17 tur † in terminis istorum Statutorum, videlicet, quod non comprehenderent forenses, cum eorum verba in personas mulierum dirigerentur, vt in Statuto Hyspelli, ibi, quod quæcumque personæ Terræ Hyspelli, & in Statuto Bastiæ tam in rubr. quàm in dispositione, ibi, quod mater non succedat filijs, vnde cum per talia Statuta nec habilitentur, nec inhabilitentur forenses: *Alex. d. cons. 44. num. 15. vers. nec prædictis. lib. 5. & Socc. iun. cons. 80. num. 4. lib. 4.* conclusum D. Margheritam matrem iure communi munitam in possessionem vtrorumque bonorum Hyspelli, & Bastiæ fore immittendam &c.

## Reuerẽdiss. Coccino Decano Perusina bonorum Lunæ 8. Martij 1627.

*SVMMARIA.*

1 *Spolium vt detur aduersus factum Iudicis requiritur aut nullitas, aut notoria iniustitia, & n. 2.*

3 *Sententiæ validitas deducitur ex reuolutione actorum.*

4 *Sententia non lata in die, in qua cadebat citatio, sed postea, est nulla.*

*Fallit, si sit pronunciatum, prout in cedula, & aperta tempore congruo ex stylo Ciuitatis Perusiæ & litteris Nepotis Summi Pontificis n. 5. & 6.*

*Fides Collegij Procuratorum probat, ibidem.*

7 *Mandatum præsumitur ex productione iurium, & obseruantia sententiæ.*

8 *Mandatum præsumptum suffragatur, etiam si constet de expresso, vt num. 9.*

10 *Euictionis promissio intrat lata sententia, & sequuta immissione, & veniunt damna, & interesse, num. 11. maximè si adsit obligatio rem esse liberam, num. 12. & interesse dicitur precium rei, num. 13.*

14 *Appellationẽ omittens censetur consentire sententiæ.*

### DECISIO LVII.

1 DVBITAVI, An sententia, & executio sint nullæ, & iniustæ, ita vt hæredes † Cleophæ sint restituendi. Et negatiuè fuit resolutum.

Quia ad hunc effectum requiritur aut nullitas, aut
2 † notoria iniustitia. *Rot. decis. 646. num. 1. & 2. par. 2. in recent.*

3 Hic autem constat de validitate † sententiæ ex reuolutione actorum, ac de illius iustitia non obstantibus, quæ in contrarium opponuntur.

Quantum enim attinet ad nullitates. Illa, quę op-
4 ponitur ex defectu citationis † ex quo sententia non fuit lata in die, in qua cadebat citatio, sed post quinque dies *contra tex. in l. 1. & 2. C. de sent. ex breuil. recit.*

5 Cessat, quia fuit pronunciatum † prout in cedula, & cedula fuit aperta in tempore congruo, iuxta stylum Ciuitatis Perusiæ, qui satis fuit probatus ex attestationibus Procuratorum Collegij, quæ probatio sufficit, vbi agitur de probando stylo, iuxta ordinatoria iudicij. *Rot. decis. 644. num. 4. par. 1. in recent. & fuit dictum in Ferrarien. Decimarum 21. Aprilis*
6 *1621. coram bo. me. Vbaldo*, concurrentibus † præsertim litteris bo. me. Card. S. Sixti nepotis san. me. Gregorij XIII. & quod idem stylus fuerit seruatus in sententia lata ad fauorem dictorum hæredum.

7 Non obstat alia nullitas ex defectu † mandati Procuratoris Cleophæ. Quia cum post citationes ferè semper comparuerit Bartholomæus Gilianus, qui etiam exhibuit iura, & postea interuenerit obseruantia sententię intrat ex his omnibus prę sumptio mandati. *Cassad. decis. vltima num. 4. & 5. de Procurat. Put. in nou. decis 209. lib. 2. qui loquitur in puncto. Rot. decis. 440. num. 6. par. 2. in recent. Afflict. decis. 308. num. 8. & 9.*

8 Neque potest fieri vis in constitutione † Procuratoris, ex qua cessat mandatum præsumptum.

Quia cum duo mandata concurrere possint man-
9 datum † præsumptum suffragatur, etiam si constet de expresso facto extra tempus, *vt fuit resolutum in causa Firmana Iurispatronatus 28. Ianuarij 1602. coram bo. me. Card. Pamphilio.*

10 Quantum enim attinet ad iustitiam. De ea † satis etiam constat, quia cum super prædio vendito Alphani tanquam fideicommissarij obtinuerint sententiam pro immissione, & possessionem etiam ceperint, intrat promissio Cleophæ, quæ expressè se obligauit, de euictione tam in petitorio, quàm in possessorio, vnde erat locus dictę obligationi. *Thesaur. decis. 102.*
11 *num. 2.* & veniunt † damna, interesse, & expensæ. *Seraph. decis. 787. num. 6.* cumque D. Cleophes pro-
12 miserit quoque rem † esse liberam stante fideicommisso, in hoc etiam casu videtur intrare obligatio ad damna, expensas, & interesse etiam non ablata possessione. *Seraph. d. decis. 787. num. 3. & 7.* quæ qui-
13 dem † damna, & interesse si attendamus precium rei venditæ non egent liquidatione san. me. Greg. *decis.*
14 *88. n. 10.* eoque magis, quia † Cleophes non appellando consensit dictæ sententiæ, quæ habuit effectum.

Et ita conclusum vtraque parte Informante.

## R. P. D. Merlino Perusina laudi Lunæ 16. Martij 1626.

*SVMMARIA.*

1 *Laudum latum in vim compromissi nulli est nullum, & non est exequendum num. 2.*

3 *Minor non potest compromittere sine solemnitatibus Constitutionum Marchiæ, & num. 6. sed vide num. seqq.*
*Egidiana Constitutio est confirmata à Paulo III. & alijs per totum Statum Ecclesiasticum, ibid.*
4 *Compromissum est species alienationis.*
5 *Compromittere non possunt, qui non possunt alienare.*
7 *Solemnitates Statutariæ non sunt adhibendæ in actu necessario.*
*Compromissum facere cogit Statutum Perusinum ibidem.*
*Sed præsumitur voluntarium, nisi sit dictum, quod in vim Statuti, & seruata illius forma fuerit, ibidem.*

## DECISIO LVIII.

VISVM est Dominis laudum inter Hieronymum, & Vincentium filios q. Bernardini latum vigore Compromissi per eosdem facti sub die 23. Augusti
1 1623. non † esse exequendum ex capite nullitatis pro Hieronymo deductæ ob inualiditatem Compromissi, à quo regulatur laudum, & ideo si Compromissum fuit nullum eodem etiam nullitatis vitio laudum ipsum censetur laborare, *ex trad. per Bald. cons. 309. num. 3. lib. 1. Alex. cons. 84. num. 3. lib. 5. Castren. cons. 422. num. 3. lib. 1. Dec. cons. 10. num. 2. vers. 3. principaliter. Io: Bapt. Perus. de arbitr. lib. 2. cap. 4.*
2 *num. 25.* nec inde † executioni potest demandari. *l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. l. si cum nulla. ff. eod. tit. Rom. cons. 14. in princ.*

Inualiditas autem Compromissi deducitur, quia
3 † Hieronymus alter, ex Compromittentibus tempore Compromissi erat minor 25. annis, nec in eo seruatæ fuerunt solemnitates requisitę in alienationibus faciendis per minores, vt cautum est in Constitutione Marchiæ Cardinalis Egidij, quæ Constitutio extenta fuit ad totum Statum Ecclesiasticum per Bullam Pauli III. & aliorum.

4 Compromissum autem † est species alienationis, cum quod Arbitri dari iubent, alienari dicatur. *Paris. cons. 134. num. 15. lib. 4. Lap. alleg. 102. num. 3. vers. hinc est. vbi etiam Mandos. in verb. Compromittere*
5 *in fin.* Ac inde, qui non † possunt alienare, nec possunt consequenter compromittere. *Abb. in cap. cum tempore. num. 3. de arbitr. Dec. cons. 44. num. 2. & 5. & seq. per tot. Ferret. cons. 102. num. 15. Caputaq. decis. 165. per tot. par. 1.* Eædemque solemnitates,
6 nempe † Iudicis decretum, interuentus consanguineorum, & insinuatio, quæ in dicta Constitutio Egidiana *lib 5. cap. 25.* requiruntur, adhibendæ erant in hoc Compromisso. *Rom. cons. 173. sub num. 1. & cons. 175. num. 3. & cons. 369. sub num. 18. & ibi Mandos. ver. compromittere. vers. quo fit. Socc. sen. cons. 18. num. 33. & seqq. lib. 1. cum alys per Io: Bapt. Perus. de arbitr. lib. 2. cap. 4. num. 3. 4. 5. & 7.* Quæ solemnitates præter decretum Iudicis desiderantur in præsenti Compromisso.

Neque obstat, quod dicitur Compromissum hu-
7 iusmodi † censeri factum ex causa necessaria, cum Statutum Perusinum mandet fieri compromissa inter coniunctos, qua cogente necessitate non est opus solemnitatibus iuris. *Lambert. de contract. sine cert. solemn. glos. 1. 361. & 362. cum allegatis.* Cessat enim obiectum, ex quo huiusmodi compromissa possunt etiam esse voluntaria, ac tale præsumendum est compromissum, de quo agitur, quia in eo nullum fuit factum verbum, quod partes compromiserint vigore Statuti Perusini. *iux. doctr. Alciati in l. si quis maior. num. 26. & seqq. C. de transact. & Cas. de Grass. decis. 11. num. 12. & 13. de probat.* nec dicti Statuti forma seruata fuit &c.

Et ita vtraque parte Informante &c.

# Cardinali Sacrato
## Clusina, seu Perusina Exemptionis
## Lunæ 3. Martij 1608.

### SVMMARIA.

1 *Princeps recognoscens Superiorem non potest prohibere subditis asportationem victualium ad Statum Ecclesiasticum.*
2 *Nec libertatem, quæ de iure communi competit.*
3 *Gabbella non potest imponi à Principe recognoscente Superiorem.*
4 *Priuilegia ex causa onerosa habent vim contractus. Clusij habitatores habent multa priuilegia, & exceptiones, ibidem.*

## DECISIO LIX.

INFORMANTE tantùm Communitate Clusij fuit resolutum homines dictę Communitatis minimè
1 posse per D. Marchionem † prohiberi, quominus extra dictum Territorium ad Statum Ecclesiasticum exportent eorum bona, & victualia, & multo minus, quod pro hoc faciendo soluant aliquam gabbellam.

Et quantum ad primum mouit Dominos, quod ne-
2 gari non potest talem † prohibitionem esse valdè præiudicialem subditis, & pecunia æstimabilem, & tollere illis eam libertatem, quæ aliàs eisdem de iure communi competeret, vnde non possunt ad hoc per Principem recognoscentem Superiorem arctari. *ex latè cumulatis per Couar. in reg. possessor. 2. par. relect. §. 4. num. 7. vbi de communi, & probat in specie Nauar. cons. 8. tit. de censib.*

3 Quoad impositionem Gabbellarum † res procedit de plano ex proximè dictis, *& notatur in specie in l. vectigalia. ff. de public. & vectig.* & super hoc adest Bulla in Cœna Domini.

4 Et hæc eo magis visa fuerunt admittenda † in casu proposito, stantibus priuilegijs, & exemptionibus concessis istis habitatoribus ex causa onerosa, hoc est, vt venirent ad habitandum, & reducerent Territorium ad Culturam, quæ propterea habet vim contractus, & de potestate ordinaria minimè reuocari possunt. *Bar. in l. omnes populi. num. 30. vbi Addent. infinitos cumulant. ff. de iust. & iur.*

R.P.D.

## R. P. D. Dunozetto
## Perusina Bonorum
## Lunæ 3. Iulij 1628.

### SVMMARIA.

1 *Fructus liquidantur per testes, qui fuerunt coloni, & laboratores, & per tot.*
3 *Probationes leuiores sufficiunt in materia liquidationis fructuum.*
4 *Fructuum valor probatur ex partitis librorū Communitatis Perusiæ.*
5 *Quantitas probatur ex calculo, seu relatione Periti.*

### DECISIO LX.

CVM Pyrrhus Bontempus iuxta decretum Reuerendiss. D. M. Patriarchæ Pamphilij teneatur
1 † restituere DD. Ludouico, & filijs de Oddis fructus cuiusdam prædij per ipsum attentatè possessi. Proposui dubium, An & pro qua summa esset relaxandum mandatum pro fructibus liquidatis; & DD. resoluerunt esse relaxandum pro summa scut. 1267. 14.
2 Nam constat de annua quantitate † fructuum in 24. salmis frumenti, salma vna cum dimidia bladæ, vna milij, in mina vna cum dimidia fabarum, & in alijs paucis fructibus, prout deponunt testes formiter examinati, vt in summ. num. 2. qui concorditer deponunt de prædicta annua quantitate fructuum ab anno 1607. vsque ad annum 1619. computato anno fertili cum sterili, & optimè reddunt causam scientiæ, quia fuerunt coloni, & laboratores, vnde plenè probant,
3 cum ad hunc effectum † leuiores probationes sufficerent. *Seraph. decis.* 1245. *num.* 7. *Rot. decis.* 343. *n.* 5. *& decis.* 551. *num.* 1. *par.* 1. *recent.*
4 Valor enim dictorum fructuum remanet † probatus ex partitis librorum Communitatis Perusiæ, quibus de iure statur. *ad tradita per Bart. in l. quadam. § nummularios. num.* 3. *ff. de eden. Seraph. decis.* 1245. *num.* 8.
5 Quantitas denique † in scutis 1267. 14. remanet etiam probata ex calculo, seu relatione facta à Perito deputato à Rota. *Seraph. decis.* 665. *num.* 2. *Greg. XV. decis.* 536. *num.* 1.

Et ita &c.

## R. P. D. Pirouano
## Perusina fideicommissi de Baptistis
## Mercurij 28. Maij 1627.

### SVMMARIA.

1 *Immissio non datur non vocato vel ab homine, vel à lege.*
2 *Possessori sufficit excipere de non iure agentis.*
3 *Legitimatus siue in vita Patris, siue post, non venit appellatione descendentium legitimorum, & de legitimo matrimonio natorum.*
4 *Statuta non intrant, vbi agitur de causa testati ad subuertendum morientium voluntates, & num.* 14. *& num.* 21.
5 *Frater legitimatus excludit sororem vtrinque coniunctam ab intestato ex Statuto Perusino, & quando, per tot.*
7 *Pater potest testari pro filijs impuberibus faciendo substitutionem pupillarem quoad omnia bona vndecumque filio quæsita.*
8 *Substitutio facta, casu quo deficerent aliqui, est compendiosa continens pupillarem etiam quod non adsit dictio, Quandocumque.*
9 *Pupillaris quando dicatur adesse, & num. seqq.*
11 *Deficere dicuntur tam nati, quàm non nati, & vide num. seqq.*
15 *Substitutio restricta ad bona testatoris quando contineat pupillarem, & num. seqq.*
19 *Actionis vnius electione quis sibi præiudicat in alia, & vide num. seq.*
*Ex fideicommissaria agens non potest redire ad pupillarem, vide ibidem.*
22 *Legitimatio cum clausula sine præiudicio venientium ab intestato, præseruat iura venientibus ab intestato, ac si legitimatio non emanasset, & vide per tot.*
23 *Clausula sine præiudicio venientium ab intestato, apponitur in dispensationibus.*
24 *Statutum non operatur contra tenorem legitimationis.*
25 *Legitimatio non extenditur nisi ad id, quod per patrem fuerit relictum.*
26 *Legitimatio post mortem patris, & post ius quæsitum substitutis, & contra patris voluntatem non valet, & num. seqq.*

### DECISIO LXI.

DICTVM fuit D. Antinoro non esse dandam immissionem in bonis, de quibus agitur, quia
1 † non docet se vocatum vel ab homine, vel à lege, vt inde intrent remedia. *l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. vel Quorum bonorum.* Interim autem D. Beatrici, quæ
2 possidet, & conuenitur † sufficit excipere de non iure agentis ad excludendum ex vtroque remedio immissionem. *Soc. sen. cons.* 63. *num.* 14. *lib.* 3. *Crau. cons.* 161. *num.* 16. *Seraph. decis.* 1486. *num.* 1. *& decis.* 432. *num.* 2. *par.* 2. *recent.*

Nam si vocationem suam deducit ex testamento
3 Petri Iacobi, in quo hæredes † fuerunt instituti Io: Baptista, & Hieronymus eius filij, & qui postea decesserunt, tantum abest, quod eis decedentibus, vel descendentibus ab eis deficientibus vocatus fuerit Antinorus, vt imò particulari legato eidem relicto voluerit, vt nihil amplius petere posset vigore legitimæ, vnciæ, alimentorum, vel per quamcumque aliam causam, aut rationem substituendo inter descendentes eos tantum, qui essent legitimi, & de legitimo matrimonio nati, quorum appellatione Antinorus siue in vita Petri Iacobi patris, siue post legitimatus venire non potest. *Socc iun. cons.* 110. *num.* 25. *& cons.* 145. *num.* 39. *lib.* 3. *Menoch. præsumpt* 79. *num.* 21. *lib.* 4. *Rota decis.* 300. *num.* 6. *par.* 1. *recent.* & dum
4 agitur de causa testati, † atque ita de expressa dispositione certum est, quod Statuta locorum nō intrant

ad subuertendum morientium voluntates. *Bald. in l. quicumque. num. 13. C. de seru. fugit. Put. decis. 193. num. 2. lib. 2. in nou. Socc. sen. cons. 30. num. 32. lib. 1.*

5 Si verò præsupponit se à lege † vocatum, nempe, quia Io: Baptista decesserit sine prole, & Hieronymus vltimo loco in pupillari ætate, & consequenter intestatus obierit, in cuius successione, & concursu cum Beatrice sorore præferendus sit ipse Antinorus frater naturalis, sed legitimatus ex dispositione Statuti Pe-
6 rusini *lib. 2. rub. 45.* Duo principaliter † sunt discutienda. An per mortem Hieronymi euenerit casus intestatæ successionis. Secundò, An legitimationes eiusdem Antinori tam in vita patris, quàm post emanatæ releuent.

7 Quantum ad primam inspectionem visum fuit † per testamentum patris, qui expressè filijs suis pupillariter substituit ibi, & si aliquis ex filijs suis decederet in pupillari ætate &c. prouisum fuisse successioni filiorum in pupillari ætate decedentium, & potuisse prouideri, quia hoc permissum est patribus, vt pro impuberibus filijs testari possint. *l. 2. ff. de vulg. & pup. substitut. §. igitur Institut. de pup. subst. Bar. in d. l. 2. num. 30. Honded. cons. 75. num. 34. lib. 1. Surd. cons. 48. num. 6. Peregr. de fideic. art. 11. n. 15.* qui eandem conclusioné firmant nedum quo ad bona Patris, sed ad alia quæcumque filio quæsita. *& idem tenuit Rota in Bononien. Pecuniaria 14 Decembris 1615. coram bo. me. Vbaldo.* Rursus ex alijs verbis
8 † eiusdem testamenti fuit etiam prouisum filijs per pupillarem, ibi, *& casu quo deficerent omnes descendentes masculi legitimi, & naturales, & de legitimo matrimonio nati &c.* quæ verba dubitari non potest, quin inferant compendiosam continentem pupillarem, dum isti descendentes deficere potuerunt, & ante aditam hæreditatem, & post aditam in ætate pupillari existentes, ac demum facti puberes etiam si dictum non sit quandocumque. *secundum glos. in c. si Pater. in verb. absque deductione de testam. in 6. Crasi. de successi. §. substitutio. q. 60 num. 10. Surd. decis. 37. num. 8. Gabr cons. 130 num. 2. lib. 1.*

9 Non obstat, quod pupillaris expressa † restricta sit ad filios primi gradus, ex quibus si alter eorum decesserit, non vocatur Beatrix, sed alij filij superuiuentes, & descendentes ab eis, aut eius, qui obijsset. Alia verò pupillaris tacita resultans ex compendiosa adaptari non possit, ex quo filiæ fœminæ non fuerunt substitutæ Hieronymo filio, sed vltimo masculo deficienti ex ipsius Hieronymi descendentibus, qui non erat certus, An esset recasurus in potestatem substituentis, prout erat necessarium. *secundum Bart. in d. l. 2. num. 8. de vulg.*

10 Quia expressa pupillaris † non propterea defuit, dum testator non terminauit substitutionem pupillarem in personas filiorum superuiuentium, & descendentium ab eis, sed continuando eundem sermonem, & præuidendo casum non existentię aliorum filiorum superuiuentium, & descendentium ab eis substituit filias fœminas natas ex ipso testatore, & ex proprijs filijs, quæ tunc extabunt, quo casu non minus dicuntur substitutæ fœminæ in casum pupillaris, quàm ipsi filij, aut descendentes superuiuentes subordinatè tamen in casu non existentiæ illorum, *ita Bal. cons. 27. num. 2. vol. 2.* dicens propter coniunctionem sermonis, & propter continuationem debere intelligi repetitam pupillarem. *Crau. cons. 208. num. 6. Thesaur. decis. 200. num. 10. sequutus Bald. & Crauett. Menoch. cons. 106. num. 370. & cons. 148. num. 18.* Sed magis ad terminos nostros *Peregr. cons. 32. num. 24. lib. 2.* dicens hoc esse ex ipsa natura substitutionis, quæ intrat gradum deficientium. Tacita verò pupil-
11 laris † ex compendiosa desumpta, & ipsa substineri potest, quia non minus dicuntur deficere descendentes masculi ante extinctam, & omnino defectam lineam rectam masculinam, quando iam nati moriuntur, quàm si non nascantur, quia coincidunt casus deficientiæ, & non natiuitatis. *iux. veriorem, de qua per Menoch. præsumpt. 65. num. 2. lib. 4. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 6. num. 1. & seqq. Marzar. in epitom. fideic. q. 13. par. 2. Surd. decis. 37. num. 26. Ladercb. cons. 62. num. 2. & 4. & hanc partem sequitur Rota in decis. 453. num. 6 par. 2. recent. & in Bononien. bonorum de Grifonibus 18. Februarij 1619. coram bo. me. Buratto.*

12 Nec refert si dicatur conclusionem † procedere, quando non vigent contrariæ præsumptiones, secus autem si concurrant, *vt admittit idem Menoch. d. præsumpt. 65. num. 29. & 33.* Et concurrere diceba-
13 tur vehemens † deducta ex superexistentia Antinori filij legitimati de consensu, & ad instantiam patris, cui ex Statuto prædicto successio defertur exclusis fœminis.

14 Quia persona legitimati † deseruire non potest ad tollendum effectum approbatæ conclusionis, dum à successione paterna fuit exclusus, & Statutum nihil defert legitimatis, quando præcedit causa testati, vt supra dictum fuit.

15 Nec minus releuat, † quod de pupillari non sit agendum, postquam substitutio reperitur facta in omnibus bonis, & in tota hæreditate ipsius testatoris, quæ non conuenit pupillari, in qua veniunt etiam bona pupilli. *Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 3. num. 18. Peregrin. de fideic. art. 34. num. 44. Rot. decis. 504. par. 4. diuers.*

16 Quia huic obiecto pluribus modis † occurrit. *Peregr. cons. 32. num. 42. lib. 2.* dicens, quod effectus pupillaris non impeditur ob id, quia testator dixerit succedat mihi, succedat in bonis meis, aut in hæreditate mea, & esse tex. expressum *in l. si ita scriptum. §. qui filio. ff. de bon. poss. sec. tab.* & ita ibi tex. illum intellexisse. *Bart. & Bald. & alios ab eo allegatos*, ea ratione, quia istæ hæreditates patris, & filij vna dicitur, & reputatur, propterea non inconuenit, vt de paterna fiat substitutio. Secundò addit responsionem
17 † quando, vt hic non legitur, taxatiua tantùm, postquam vna hæreditas confunditur cum altera, & potest denominari sub vtroque nomine, nisi distinguatur per taxatiuam per supradicta, & hanc responsionem approbauit *Rota decis. 373. num. 11. par. 2. recent. & alij allegati per Moder. Brixien. de substit. q. 241. num. 63.* Ac demum tertiò respondit, quod
18 vbi testator, † vt hic compendiosè substituit eo casu inest pupillaris, quia alias non omnia bona peruenirent in substitutum propter detractiones legitimæ, & trebellianicæ, quæ minuunt hæreditatem, *& ita præcisè respondet Bart. in l. centurio. num. 27. ff. de vulg. & alij per eundem Peregr. sub num. 44. allegati.*

19 Nec impotentia succedendi ex capite † Pupillaris, quæ allegatur contra Beatricem, videtur obstare; nam

nam & si in commissione videatur se restrinxisse ad
fideicommissariam, & per electionem vnius actionis
non posset reuerti ad aliam, *vt sensisse videtur Bart.
in ead. l. centurio. num. 38. ff. de vulg. Gabr. de act.
conclus. 2.*

20 Attamen cum hodie non agat, † sed excipiat, &
se defendat Beatrix, nihil prohibet, quin & in vim pu-
pillaris iure directo hanc hereditatem retinere possit.
*Ang. in §. illud per illum tex. quem dicit singularem,
num. 22. vers. vel dic quod quando de trien. & semiss.
& ita Gabr. d. conclus. 2. limitat regulam num. 23. qui
est finalis illius conclusionis.*

Prædictis autem sic stantibus, quamuis superfluum
21 sit ingredi disputationem † secundæ inspectionis, cum
non agatur de causa intestatæ dispositionis, in qua
cadit Statutum. Attamen vbi de ea esset agendum
DD. nihilominus dixerunt legitimationes Antinori
non etiam releuare.

22 Prima namque, quæ contingit in vita patris, † &
de eiusdem consensu, & instantia legitur cum restri-
ctiua sine præiudicio venientium ab intestato, quæ
clausula præseruat iura Beatricis ab intestato fratri
succedentis *per auth. defuncto. C. ad Tertull. & §. 1.
de hered. quæ ab int. defer.* ac si legitimatio non ema-
nasset. *Gabr. cons. 30. num. 29. lib. 1. Honded. cons.
64. num. 22. lib. 2. Lup. de illegit. comm. 3. §. 1. num.
58. Rot. decis. 135. num. 10. & 201. num. 4. coram
Papa Greg. XV. & 145. num. 16. & 282. num. 8. p. 1.
recent.*

23 Non obstat, quod Statutum † vocet ne dum legi-
timatos, sed etiam dispensatos ad exclusionem fœ-
minarum, vt propterea intelligendum sit de tenore,
& valore legitimationum, alias quàm ex dicta clau-
sula solita, & debita apponi in dispensationibus vigo-
re regulæ Cancell. 45. *vt per Rot. in Romana de Zam-
beccarijs 28. Iunij 1589. coram Comitulo.*

24 Quia quicquid desideret Statutum, † certum est,
quod operari non potest contra tenorem legitima-
tionis, in qua si præseruentur iura venientium ab in-
testato non potest Statutum tollere hanc facultatem
25 à Principe † in eorundem fauorem concessam, quin-
imò & patris petentis legitimationem commodum,
vt non nisi habilitatio legitimati ad id extendatur, ad
quod per patrem fuerit relictum. *Decian. cons. 40.
num. 23. lib. 3. Rot. ead. decis. 135. num. 10. & de-
cis. 201. num. 4. coram Papa Greg. XV.*

26 Secunda verò legitimatio, † quam obtinuit Anti-
norus post mortem patris à DD. de Campegijs non
etiam suffragari potest, quia superuenit post ius quæ-
27 situm substitutis, & contra voluntatem patris † in-
quantũ derogat clausulæ sine præiudicio venientium
ab intestato, quæ tam de iure communi in hac parte
remanent sine effectu. *cap. susceptum de rescript. in 6.
Alciat. cons. 5. num. 9. lib. 4. Rot. decis. 145. num. 14.
28 par. 1. recent.* quàm vigore † Constitutionis Pij IV.
præseruantis præiudicium vocatorum, quam in hunc
sensum intellexit. *Rota ead. decis. 145. num. 16.* &
29 quæ euitari † non potest ex responsione data, vt sci-
licet non applicetur, quando agitur de effectu, qui
non sit contra voluntatem Patris, vt dicebatur in
præsenti esse, quando agitur de succedendo Hiero-
nymo ab intestato, vbi voluntas Patris contraria non
30 reperitur, quia semper obstat præseruatiua † primæ
legitimationis sine præiudicio venientium ab intesta-
to, quæ declarat mentem testatoris, vt legitimatus
non succedere debeat, nisi in quantum fuerit à Patre
institutus per supradicta.

Et ita &c. vtraque &c.

# Buratto
# Perusina Reintegrationis
# de Ninis
# Lunæ 26. Iunij 1623.

## *SVMMARIA.*

1 *Fœmina, & eius descendentes, qui petunt reinte-
grationem ob defectum lineæ masculinæ ex Sta-
tuto Perusino debent probare legitimationem per-
sonæ, si sit de ea oppositum, & quod sit probata
per tot.*

2 *Filiatio probatur testibus, & num. seqq. vbi de le-
gitima, & naturali filiatione.*

3 *Filiatio probatur ex nominatione parentum, & per
tractatum, & communem reputationem tam Pa-
rentum, quam aliorum.*

4 *Filiationis probatio respectu matris ex pregnantia
dicitur necessaria.*

6 *Filiatio antiqua probatur ex publica voce, & fa-
ma etiam sine adminiculis.*

7 *Antiquum tempus in materia testium dicitur 60.
annorum.*

8 *Filiatio probatur ex dotatione tanquam de filia, &
alijs actibus proportionabilibus filiationi, & num.
seqq.*

11 *Dotis solutio probatur ex confessione de recepto, vbi
non agitur ad restitutionem, & stante praceden-
te promissione num 12.*

13 *Archiuista extrahit scripturas sine compulsoriali-
bus.*

14 *Archiuista creditur de eius deputatione de stylo Ro-
tæ.*

15 *Remissoria potest à Rota dirigi laico, vbi causa est
profana, & res laici, & num. 16.*

17 *Testes pauperes, & viles si sint bonæ famæ non reij-
ciuntur.*

18 *Testium defectus supplentur ab alijs, qui nullam
patiuntur exceptionem.*

19 *Filiatio, & descendentia debet probari per gradus
distinctos.*

*Ad filiationem probandam coniunguntur singula,
quæ de per se possunt pati aliquam difficultatem,
ibid. maximè ad effectum successionis num. 20.*

20 *Probationes leuiores sufficiunt ad effectum succes-
sionis.*

## DECISIO LXII.

INTENTATO per DD. de Ninis, & Danzettis re-
medio Statuti † Perusini reintegratorij fœmina-
1 rum, & descendentium ab eis ad successionẽ Bernar-
dini proaui materni, & Cæsaris, & Constantini eius
filiorum ob defectum eorundem lineæ masculinæ fuit
per reos conuentos oppositum de legitimatione per-
sonarum, de qua tamen fuit hodie resolutum cõstare.

2 Nam filiatio legitima, & naturalis † tam masculorum, quàm fœminarum de Ninis ex Theseo, & Lauinia coniugibus, nec non sororum de Danzettis ex Constantia, & Rodulpho similiter coniugibus probatur ex testibus in eorum summ. num. 6. & 7.

3 Filiationem verò † Thesei, & Constantiæ ex Lucretia, & Hieronymo probant iijdem testes d. summ. num. 5. qui benè visi fuerunt dictas filiationes probare, cùm deponant non solum de nominatione parentum, & præsertim dictæ Lucretiæ tanquam filiorum legitimorum, & naturalium, sed etiam de tractatu, & communi reputatione tam dictorum parentum, quàm aliorum. *iux. tex. in c. per tuas de probat. & ibi omnes. Glos. in c. Michael. verò: constiterit de filijs presbyterorum. Butr. in c. transmissa. num. 10. vers. quandoque qui fil. sint legit. Alex. cons. 88. num. 9. lib. 7. Gozad. cons. 13 num. 34. Ruyn. cons. 128. num. 11. lib. 4. Paris. cons 29. num. 9. lib. 2. Menoch. de arbitr. cas. 89. num. 69. Surd. cons. 1. num. 46. Rota decis. 347. num. 2. par. 1. recent. benè Mantic. decis. 317. num. 1. fuit dictum in Romana Bonorum coram me 17 Maij 1621. & in alijs.*

4 Imò 18. testis dicit † vidisse Lauiniam coniugem d. Thesei, dum erat prægnans omnium ferè illorum de Ninis, & 56. testis deponit se fuisse præsentem natiuitati dd. sororum de Danzettis, quæ respectu Constantiæ matris dicitur probatio necessaria. *iux. doctr. Bal. in l. 1. num. 34. C. de his qui accus. non poss.*

5 Quod autem Lucretia fuerit filia † legitima, & naturalis Bernardini deducebatur ex iisdem testibus d. summ. num. 4. deponentibus non solum de tractatu, & communi reputatione eorum, qui dictam Lucretiam cognoscebant, qui probant ex supra deductis.

6 Sed etiam de publica † voce, & fama, quæ in probanda filiatione antiqua sufficit etiam sine adminiculis. *Salic. in l. 3. num. 12. vers. in casibus. ff. de testib. & in l. eadem quidem. num. 140. C. de accusat. Prob. ad Monach. in §. scienti. num. 15. de reg. iur. cum relatis per Peregr. d. art. 43. num. 88. & in d. Romana*

7 *bonorum*, & tempus † antiquum in materia testium esse 60. annorum secundum opinionem Rotæ testantur; *Caput. decis. 5. num 3. par. 3. Seraph. decis. 75. num. 2. & Farinacc. de testib. q. 69. num. 145. & in puncto fuit resolutum coram Put. decis. 506. num. 1. & 3. lib. 2. in nou. latè Cas. de Grass. d. decis. 6. n. 2. & 10. qui fil. sint legit.*

8 Et eorum dicta confirmabantur † ex pactis matrimonialibus de anno 1532. in quibus d. Bernardinus, & Elisabeth coniux promittunt dare in vxorē dictam Lucretiam eorum filiam legitimam, & naturalem cum dote florenorum 800. Hieronymo de Ninis, & anno sequenti fecerunt de eadem promissione dotis publicum instrumentum, cum confessione Hieronymi se accepisse ad computum dotis florenos 500. & cum eadem enunciatiua, quod Lucretia erat eorum filia legitima, & naturalis, & demum de anno 1538. d. Hieronymus facit quietantiam de residuo d. dotis, vt in summ. dd. actorum num. 1. 2. & 3. qui cum sint

9 † actus proportionabiles filiationi iuncta filiatione pluriès repetita valdè cōferunt ad illam probandam. *Bar. in l. 1. §. quod Senatus. num. 3. vers. vnum ego. ff. de liber. agnosc. Bald. in c. ex transmissa num. 4. de restit. spoliat. Aret. in c. per tuas num. 23. Felyn. num. 17. de probat. Prepos. in d. transmissa in fin. qui fil. sint legit. Alex. cons. 88. num. 8. lib. 7. Ruyn. cons. 53. num. 6. & 7. lib. 5. Natt. cons. 235. num. 1. & seq. Ceph. cons. 48. num. 15. Surd. d. cons. 1. num. 47. Menoch. de præsumpt. 53. num. 39. Peregr. de fideic. art. 43. num. 78. Rot. decis. 347. num. 72. & 472. num. 8. par. 1. recent. & in his terminis Rot. dicta decis. 472. num. 2. & fuit dictum in Romana de Iauellis 13. Nouembris 1613. coram R. P. D. meo V baldo, & in Collen. Hæreditatis 26. Februarij 1612. coram me. Gratian. discept. forens. 562. num. 72. & 653. num. 70.*

10 Et quamuis collatio † in matrimonium, & constitutio dotis alijs, quàm filiabus conuenire posse videatur, tamen ad hunc effectum sufficit, quod à communiter accidentibus filiæ, vel descendentes tantum dotari soleant, *vt in his ter. Rot. decis. 1. num. 3. par. 1. diuers.*

11 Non obstat, quod de dotis solutione † non constet, nisi per confessionem de recepto, quia vltra quod
12 non agitur ad restitutionem stante præcedente † promissione satis probatur solutio. *Afflict. decis. 402. num. 9. vers. sed in contrarium. Rot. decis. 485. n. 5. lib. 2. par. 3. & decis 324. num. 3. par. 2. recent. & coram Sanctiss. decis. 491. num. 7. & fuit dictum in Romana augumenti dotis 20. Nouembris 1589. coram bo. me. Gypsio, & in alijs.*

13 Prout non obstant, quæ dicebantur contra extractionem † dd. scripturarum, quia cum sint extractæ ab Archiuista, vt d. summ. num. 2. & 3. probant quamuis sine compulsorialibus. *ad not. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. Caputaq. decis. 351. num. 3. & 4.*
14 *par. 2.* & de eius deputatione constat † ex propria attestatione, cui de stylo Rotæ creditur. *Caput. decis. 245. num. 1. par. 2. & decis. 27. num. 1. par. 2. recent. & in alijs.*

15 Nec visa fuit attendenda noua oppositio † facta testium examini, ex eo, quod remissoria Rotalis directa fuerit Auditori Rotæ Perusiæ laico.

16 Quia cum causa sit profana, † & rei sint laici, sufficit examen commissum fuisse habenti iurisdictionem. *iux. auth. apud eloquentissimum, & ibi Glos. 1. & DD. C. de fid. instr. & §. quoniam. auth. de testib. & ibi Bart. num. 10. & 11.* & Rota passim in causis profanis Iudices laicos solita est subdelegare, prout Auditorem Rotæ Perusiæ subdelegauit *in Clusina Postæ Puteoli coram me, & nuper in alia Perusina fideicommissi de Gratianis coram R. P. D. Caualerio.*

Neque quod aliqui ex prædictis testibus sint pau-
17 peres, † & viles, cum sint bonæ famæ, & ob id non reijciantur. *c. si qui. vbi Butr. & Felyn. num. 8. de testib. Speculat. eod. tit. §. 1. num. 61. Cas. de Grass. d. decis. 9. num. 5. & decis. 12. num. 1. qui fil. sint legit. Rot. decis. 444. num. 1. & 2. par. 1. recent. & fuit dictum in Signina Pœnarum 28. Iunij 1621. coram me.*

18 Et alij defectus † quamuis non viderentur benè in facto iustificari supplebantur tamen ab eis, qui nullam patiebantur exceptionem. *Alex. cons. 1. num. 11. Neuiz. cons. 47. num. 28. & seqq. Gabr. conclus. 5. de testib. Seraph. decis. 241. num. 2. & fuit dictum coram me in Colimbrien. Matrimonij 14. Decembris 1613. & in Ferentina Bubalarum 4. Iulij 1618. & in Placentina Caitanearum 15. Nouembris 1621.*

Et nihilominus quatenus singula de per se aliquam
19 pati possent difficultatem † simul iuncta, prout iungi

debent visa fuerunt Dominis exuberare ad legitimam filiationem, & descendentiam etiam per gradus distinctos probandam. *Corn. cons. 1. num. 22. vers. ex quibus. vol. 3. Rol. d. cons. 22. num. 27. lib. 3. Menoch. de arbitr. cas. 89. num. 66 Surd. d. cons. 1. num. 52. vers. & quamuis. & fuit dictum in allegata Romana Bonorum, & Regien. Cappellaniæ 22. Maij prate-*
20 *riti coram me*, & præsertim, quia agitur † ad effectum successionis, & leuiores sufficiunt probationes. *iux. cons Geminian. 27. à Rota passim approbatum. Cas. de Grass. d. decis. 6. num. 1. qui fil. sint legit. Seraph. decis. 1099. num. 1. & 1282. num. 6. Rot. decis. 337. num. 1. & 10. par. 1. & decis. 34. num. 19. par. 2. diuers. & decis. 198. & 310. num. 1. & 406. num. 8. par. 1. recent. & perpetuò Rotam sequi fuit dictum in repetita Romana Bonorum 17. May 1621. coram me.*

Et ita decisum vtraque parte informante &c.

# Eodem Buratto In eadem Perusina Reintegrationis Veneris 31. Maij 1624.

## *SVMMARIA.*

1 *Fœmina dotata excluditur à successione quousque superuixerint masculi, sed illis non existentibus reintegratur ipsa, & descendentes ipsius ex Statuto Perusino, & per tot.*
2 *Tam in bonis ascendentis num. 4. quàm transuersalium num. 13.*
*Etiam si fœmina decessisset ante extinctionem lineæ masculinæ, quia vocantur eius descendentes ex Statuto nouo num. 5. & seqq.*
9 *Hæres semel potest desinere esse hæres ex Statuto.*
10 *Fœminarum exclusio quando non dicatur perpetua ex Statuto, & num. seqq.*
*Fœmina in bonis transuersalium aliunde prouentis admittitur ad successionem cum masculis in tertia parte d. num. 10.*

## DECISIO LXIII.

DOMINI censuerunt esse locum Statuto Perusi-
1 no † *de dotib. & dotat. mulier. &c.* ad fauorem actorum in hæreditatibus Bernardini senioris illorum Proaui materni, & Cæsaris, & Constantini eius filiorum, qui fuerunt Patrui magni dictorum actorum, & descendentia, ac legitimatio personarum firmata fuit 26. Iunij præteriti.

Fundamentum fuit clarissima dispositio dicti Sta-
2 tuti, † quod mulier dotata à patre, vel quocumque ascendente de bonis proprijs dotantis non possit, nec ab ea descendétes admitti ab intestato ad successionem dotantis, vel alicuius ex eis descendentis in bonis ab eadem persona dotante ad descendentes prouentis quousque superuixerit masculus descendens à persona dotante per lineam masculinam. *& in § item statuimus*, quod fœminæ, & ipsis non existentibus earum filij, vel nepotes quandocumque concepti, vel nati possint venire ad successionem parentum, fratrum, & aliarum personarum, ad quarum successionem de iure vocantur, si descendentes per lineam ma-
3 sculinam masculi non supersint. † Et ideo cum sit in confesso Lucretiam eorundem actorum Auiam fuisse à Bernardino patre dotatam, & dotem à dictis Cæsare, & Constantino solutam, & defectus omnium filiorum masculorum dicti Bernardini, & mors dictæ Lucretiæ, quæ si superstes fuisset reintegrari debebat, videtur intrare dispositio dicti Statuti.

Et primò quoad bona d. Bernardini senioris, quia
4 exclusio Lucretiæ non fuit † perpetua, sed temporalis, & potius quædam suspensio ex claris verbis Statuti, ibi quousque superuixerit masculus descédens ab ipsa persona dotante per lineam masculinam, *vt in ter. d. Statuti dixit Bar. in l fin. § quando. num. 1. & 2. ff. ad Tertull. Bal. cons. 426. num. 1. lib. 3. quem Ias. cons. 105. num. 3. lib. 4. Corn. cons. 160. num. 9. lib. 4. Capr. cons. 71. & cons 117. Alber. Brun. de Stat. exclus. fœm. art. 10. num. 67. & 68. qui alios refert, & Rot. decis. 475. par. 2. recent per tot.*

5 Nec opus transmissione, † cum Lucretia prædecesserit ante extinctionem lineæ masculinæ, & sic non potuerit hæreditatem non delatam transmittere.

6 Quia quicquid sit in hoc puncto † transmissionis de opinione *Honded. cons. 16. num. 29. lib. 1. & cons. 14. num. 16. & 72. lib. 2. Gabr. cons. 42. num. 54. lib. 2.* contra quos concludunt *Bar. & Ias. supracitati. Menoch. cons. 105. num. 78. lib. 1. vbi de comm.* Cessat
7 difficultas, † quia *in d. §. item statuimus*. vocantur non existentibus fœminis earum filij, & nepotes quandocumque concepti, vel nati, & sic ex proprijs personis, *& in istis ter. Put. decis. 139. lib. 2. in nou. &*
8 *consilia Honded. & Gabr.* loquuntur † in ter. Statuti antiqui, in quo nulla erat facta mentio de filijs, & descendentibus fœminarum, vt ex eorum lectura, *& cons. Colleg. Bononien. impresso post d. cons. Honded. 14. lib. 2* Nec inconuenit, quod ex dispositione di-
9 cti Statuti † masculi licet semel hæredes desinant esse, & admittantur fœminæ illis sublatis, *vt considerat Bar. in d. l fin. § 1. num. 2. in fin. ff. ad Tertull. Brun. vbi supra art. 10. num. 68. Corn. d. cons. 160. num. 9. lib. 4.*

10 Nec subsistit, quod exclusio fœminarum † dotatarum sit perpetua, vt in princ. Statuti reformantis, & illa verba quousque &c. non sint referenda ad principium Statuti, quando fœmina fuit dotata ab ascendente de illius bonis, sed ad proximè præcedentem particulam dicti Statuti *in § in alijs autem*, in qua disponitur, quod quoad bona aliunde prouenta descendenti ab ipso dotante, in quibus mulier admittitur ad successionem in tertia parte quousque superuixerit masculus, quæ dispositio non applicatur casui nostro, in quo Lucretia fuit dotata à Bernardino seniore, nec tractatur de bonis aliunde peruentis ad dictos filios, in quibus dicitur intrare exclusionem temporalem.

Quia intellectus iste non placuit Dominis, cum di-
11 cta exclusio † temporalis sit referenda etiam ad casum magis frequentem, quando tractatur de bonis dotantis, in quo casu est longè maior ratio reintegrandi fœminas dotatas ad bona dotantis extincta illius linea masculina, quàm vigeat in bonis aliunde prouentis, cum ita reducatur ad ius commune, quo inspecto par est conditio fœminarum in successione parentum. *vulg. l. maximum vitium. C. de liber. præter.*

& ideo

& ideo in illis habent intentionem fundatam. *l. in suis ff. de lib. & posth. l. cum ratio. C. de bon. damnat.* Et
12 tollitur penitùs differentia † ex illa particula Statuti *in d. §. item statuimus.* vbi quod fœminæ possint venire ad successionem parentum, si descendentes masculi per lineam masculinam masculi non supersint, nec vlla sit distinctio inter bona propria ascendentiũ, siue dotantium, siue aliunde prouentorum.

Quę dispositio Statuti videtur solidum fundamen-
13 tum pro Actoribus † ad effectum reintegrationis ad successionem etiam in bonis Cæsaris, & Constantini eorum patruorum magnorum, cum Statutum expressè vocet filios, & nepotes fœminarum quandocumque conceptos, vel natos ad hæreditatem parentum, fratrum, & aliarum personarum, ad quarum successionem de iure vocantur, & ideò sicuti si extaret, linea masculina per obitum Bernardini iunioris nunc extincta, Lucretia soror dictis Cæsaris, & Constantini fuisset reintegrata in eorum bonis, eodem iure sunt reintegrandi eius nepotes, & descendentes.

An autem cesset dictum Statutum propter existentiam † Margheritæ filię Modestæ sororis dictorũ Cęsaris, & Constantini, vel propter existentiam M. Antonij filij, vt supponitur, dictus Cæsaris per ingressum Religionis legitimati Domini reseruarũt ad aliam inspectionem.

Et ita &c. vtraque parte informante.

# Eodem Buratto In eadem Perusina Reintegrationis Lunæ 14. Aprilis 1625.

## SVMMARIA.

1 *Fœminarum reintegrationi est locus ex Statuto Perusino extincta linea masculina, & tolluntur obiecta, per tot.*

3 *Fœminarum descendentes reintegrantur ex persona propria non ex iure transmisso ex Statuto nouo Perusino.*

4 *Testamentum vltimi masculi non excludit reintegrationem Statutariam, sicut nec fideicommissum excluditur per testamentum grauati, & num. seqq.*

8 *Alienationis probibitio, quando non comprehendat alienationem per viam vltimæ voluntatis.*

9 *Fœminæ reintegrantur ad bona dotantis, & quid aliorum num. seqq.*

11 *Fœminæ ad successionem fratrum in bonis aliunde prouentis admittuntur pro tertia parte, & ideo reintegrantur in casu extinctionis ad duas tertias.*

12 *Fœminis datur reintegratio in illis bonis, in quibus præcessit exclusio.*

14 *Fœminæ reintegrantur etiam, quod vltimus masculus reliquerit filiam hæredem institutam, & num. 16.*

15 *Filia non facit deficere conditionem si sine filijs masculis.*

## DECISIO LXIV.

1 DOMINI steterunt in decisis *sub die 31. Maij anni præteriti* † pro reintegratione actorum ad bona Bernardini senioris proaui, & Cæsaris, & Constantini eius filiorum ob defectum illorum lineæ masculinæ, iuxta dispositionem Statuti Perusini, ex rationibus, & fundamentis decisionis, quæ in omnibus placuerunt.

Nec obstare dixerunt motiua nouiter excitata.

2 Nam primum, quod non sit locus † transmissioni ex eo, quod linea masculina extincta fuerit viuente adhuc Lucretia auia dictorum actorum. Quia quic-
3 quid sit circa dictam transmissionem,† illi reintegrationem prætendunt ex proprijs personis, & vti nepotes dictæ Lucretiæ, ex verbis claris moderni Statuti comprahensi, in quibus terminis rem nullam habere dubitationem admittit. *Honded. cons. 16. num. 12. vers. & licet postea. & num. 13. vol. 1. & cons. 14. num. 15. vol. 2. & ibidem Colleg. Bonon. num. 69. vers. statutum verò. & firmatur in alia decisione.*

4 Non obstat secundum quod vltimus † masculus condiderit testamentum, & sic videatur cessare reintegratio, quæ in successione ab intestato tantùm à Statuto conceditur. *ex Ancbar. cons. 300. Non. cons. 8. Honded. cons. 57. in princ.*

5 Quia non tractatur † de bonis, & successione vltimi descendentis masculi, in quibus ter. loquitur Non. & Honded. sed de reintegratione ad bona dictorum proaui, & filiorum, qui omnes decesserunt intestati, & propterea finita linea masculina nihil refert, quod vltimus testatus fuerit, *vt in hoc Statuto admittit Honded. cons. 6. num. 21. & num. 39. lib. 1.* & alias
6 Statutum redderetur omnino † elusorium, & esset in facultate grauati deludere fœminas per Statutum vocatas, siue substitutas, quod non est dicendum, vt in ter. substituti per fideicommissum videtur tex. *in l. fideicommissum. ff. de cond. & demonstr. latè Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 14. num. 19.* Anchar. verò
7 *d. cons. 300.* loquitur † in Statuto simpliciter exclusiuo fœminarum propter agnatos, & sic perpetuò, non autem temporaliter, vt in casu nostro ex alleg. in decis.

Tertium verò motiuum, quod licet per Statutum
8 † detur reintegratio etiã ad bona alienata, id tamen intelligi non debeat de alienatis in vltima voluntate per viam institutionis procedere dicebatur, quando prohibitio alienationis facta fuit simpliciter, vel fauore ipsius alienantis, secus quando est facta fauore substituti, siue certarum personarum, ad quas testator post mortem grauati rem voluit peruenire, vt in hoc casu fauore fœminarũ in defectum masculorum, *vt distinguunt DD. in l. peto. §. fratre. & ibi præsertim Bar. num. 2. & Alberic. num. 4. & 5. vbi de comm. ff. de leg. 2. & in l. filiusfamilias. §. diui. ff. eod. & ibi Rip. num. 99. Alciat. num. 41. vers. quod si testator. Crot. num. 111. Soc. iun. num. 102. Bal. cons. 83. num. 2. vol. 2. & hanc esse communem omnium opinionem testatur plures alios cumulando. Odd. de fideic. q. 17. num. 111.*

Ad quartum, quod Statutum reintegrationem
9 concedat † ad bona tantùm dotantis, Lucretia verò ex cuius persona actores reintegrationem prætendunt fuit dotata à Patre, non autem à dictis Cæsare, & Constantino

& Constantino fratribus, & propterea tanquam ab eorum successione non exclusa quoad eorum bona non sit reintegranda.

10 Responsum fuit, quod bona † in eos à Patre dotante peruenta suo tempore liquidanda, obiectum non applicari, quia Statutum in omnibus fœminas excludit,& per consequens ad omnia competit rein-
11 tegratio. Quò verò ad bona † propria dictorum fratrum. & aliunde prouenta Statutum fœminas vocat ad successionem tertiæ partis, & propter dotem habitam à Patre illas excludit à duabus ex tribus partibus, ad quos propterea reintegratio denegari non potest, *vt in similibus Statutis. Aret. cons. 143. in prine. Corn. cons. 133. num. 12. lib. 4. Socc. iun. cons. 82. num. 7. eod. lib. Rimin. iun. post alios quos refert cons 31. num. 19. lib. 1. Gabr. cons. 7. num. 8 vsque ad 12. lib. 2. Honded. cons 14. num. 1. & cons. 40. n. 40.*
12 *lib. 2.* & regulare est † reintegrationem dari in illis bonis, in quibus præcessit exclusio. *c. 1. 2. & 3. q. 1. l. 1. §. cum qui in fin. & §. quod autem. ff. de vi, & vi arm. Paris. cons. 105. num. 2. lib. 3.*

Nec tandem obstare visum fuit, quod vltimus ma-
13 sculus † decesserint relicta filia hærede instituta.

14 Quia cum sola causa † exclusionis fœminarum fuerit fauor masculorum, masculis cessantibus fœminæ, quæ aliàs successissent, debent reintegrari, vt inter. Statut. Senen. *Soc. cons. 10. num. 9. vol. 3.* & de hoc Statuto. *Put cons. 197. lib. 2. in antiq. & dictum fuit in alia Perusina reintegrationis 6. Nouembris 1595. coram bo. me. Penia, & in alia Perusina 1. Iulij 1613 coram Reuerendiss Patriarcha impress. decis. 475. num. 1. & 2. par. 2. recent.* Sicut prædicta
15 ratione, † quando sic substitutio alicui facta fuit si sine filijs masculis decesserit, fœmina non facit deficere conditionem. *iux. doctr. Bart. in l. cum auus. ff. de cond. & demon. quam communiter receptam esse testatur ibi Soc. num. 26. & post alios Paris. cons. 18. num. 37. & cons. 39. num. 3. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 26. sub num.* 21. & propterea cum dicta fœmina
16 † de iure prædictos actores à successione dictorum Proaui, & Cæsaris, & Constantini excludere non possit, de illa nulla videtur habenda ratio, vt in simili persona quamuis proximiori vltimo masculo dictũ fuit in alias allegata *Perusina Reintegrationis 6. Nouembris 1595 coram bo. me. Penia.*

Cætera visa fuerunt ex decisione, & per Informantes sublata. Et ita decisum vtraque parte Informante &c.

## Eodem Buratto
## In eadem Perusina Reintegrationis
## Lunæ 9. Iunij 1625.

### SVMMARIA.

1 *Fœminarum descendentes ex Statuto Perusino reintegrantur extincta linea masculina, non obstante superexistetia alterius fœmina proximioris per tot. vbi declaratur clausula ad successionem ad quam de iure vocentur.*

7 *Reintegratio præsupponit exclusionem.*

8 *Dictio, Ipsa, est personalissima.*

10 *Præcedentia recipiunt declarationem à sequentibus.*

12 *Fœmina non dotata non potest petere reintegrationem.*

13 *Legitimatio per Ingressum Religionis successit in locum legitim. suonis per oblationem Curiæ.*
*Legitimatus per oblationem Curiæ acquirit ius succedendi soli Patri, non autem alijs agnatis, ibid.*

15 *Religionem non dicitur quis ingressus sine professione.*

16 *Legitimatus post mortem patris non excludit fœminas.*

17 *Legitimus quis non efficitur per ingressum Religionis quo ad effectum successionis, & num. seq.*

18 *Naturalibus filijs debetur vncia vigore Statuti Perusini.*

### DECISIO LXV.

1 FVIT per duas decisiones resolutum factum esse locum Statuto † Perusino de dot. & dotat. mulier. ad fauorem actorum in bonis Bernardini proaui materni, & Cæsaris, & Constantini eius filiorum, qui eorundem actorum fuerunt patrui magni.

2 Et quia in prima decisione fuit † reseruatum, vt videretur, An dictum Statutum cessaret propter existentiam Margheritæ Monialis assertæ filiæ Mineruæ sororis dicti Cæsaris, & Constantini, vel propter existentiam M. Antonij filij Cæsaris per ingressum Religionis, vt dicitur, legitimati.

3 Ideo proposui dictam causam † super reseruatis,& Domini responderunt extantiam dictis Margharitæ, & M. Antonij non impedire reintegrationem, vt infra.

4 Fundamentum † fuit dispositio clara Statuti. *in §. saluo quod. & in §. item statuimus*, vbi fœminæ, & ipsis non existentibus earum filij, vel nepotes quandocumque concepti, vel nati possint venire ad successionem parentum, fratrum, & aliarum personarum ad quarum successionem de iure vocantur, si descendentes per lineam masculinam masculi non supersint, & sic cũ Lucretia fœmina exclusa auia actorum non extiterit tempore mortis Bernardini iunioris vltimi masculi, debent illi reintegrari vti nepotes dictæ Lucretiæ, & verbis expressis à Statuto vocati, vt in dictis decisionibus fuit comprobatum.

5 Non obstat, quod dictum Statutum † fœminis non existentibus reintegrat filios, vel nepotes ad successionem, ad quam de iure vocantur, & sic cum Monialis tanquam neptis Bernardini,& dictorũ Cæsaris, & Constantini ex filia, & sorore respectiuè sit in gradu proximior de iure excludat dictos actores pronepotes, quod est præcipuum fundamentum pro reis.

6 Nam quicquid sit de legitimatione, † & identitate personæ dictæ Margheritæ, illam clausulam Statuti, ad quam de iure, dixerunt Domini non esse referendam ad dictos filios, vel nepotes, sed ad ipsas fœminas exclusas propter existentiam masculorum, ita vt sensus sit, quod fœminis non existentibus filij, vel nepotes ex propria persona per viam reintegrationis succedant in illa portione, quæ de iure erat debita fœminæ, si à Statuto exclusa non fuisset. Qui intelle-

ctus

7 ctus † comprobatur ponderando verba eiusdem Statuti. Et primò, dum concedit reintegrationem ad bona parentum, & fratrum., quæ non conueniunt, nec conuenire possunt filijs, & nepotibus fœminæ, cum Statutum nō excluserit illos à successione propriorum parentum, vel fratrum, & consequenter illis non potest applicari reintegratio, quæ præsupponit exclusionem, & sic priuationem. *vulg. l. decem de verb. oblig. Bal. cons. 304. num. 6. vers. an qui produxit. lib. 3. Alex. cons. 152. num. 2. vers. 2. probatur*
8 *lib. 6.* Secundò, dictus intellectus comprobatur † ex finalibus verbis d. §. eundem sermonem vocationis continuantis, ibi, *& hoc non obstante alienatione facta per dictos masculos de bonis, a quibus ipsæ mulieres per superexistentiam masculorum fuerant exclusæ*, quæ sunt personalissima propter illam dictionem, *ipsæ*, quæ legitur etiam in alijs locis Statuti tam reformati, quàm reformantis summ. Actorum n. 2. & 3. *Bald. cons. 304 in princ. & num. 1. circa fin. lib. 5. Rot. recent. decis. 300. num 21. circa med. par. 1.* & si-
9 cuti ista verba † non possunt referri nisi circa exclusionem, & priuationem ipsarum fœminarum, ita & alia præcedentia denotantia vocationem, & sic habitum ad ipsos tantum referri debent, non autem ad ipsarum filios. *Gabr. cons. 14. num. 8. & 9. lib. 2.* cum
10 præcedentia † à sequentibus declarationem recipiant, & in alijs verbis eiusdem Statuti. *Thob. Non. cons. 49. num. 15. Honded. cons. 2. num. 14. cons. 8. num. 32. cons. 9. num. 17. cons. 12. num. 15. & cons. 13. num. 39. lib. 1.*

11 Secundò principaliter dicebatur extantiam † D. Margheritæ non obstare. Aut enim prætendit portionem aliquam debitam Mineruæ eius matri, & respectu dictis Cæsaris, & Constantini vana est prætensio, tum quia ipsa eis præcessit, Lucretia verò actorum auia superstes remansit, vt ex arbore pro eis dato d. summ. actorum num. 4. Aut prætendit succes-
12 sionem, † quasi ipsa met fuerit exclusa, & cum Statutum reintegret fœminas dotatas à parentibus, fratribus, vel eorum descendentibus, & ipsa non fuerit dotata à Bernardino seniore, nec à prædictis Cæsare, vel Constantino, prætensio pariter non subsistit, *vt in similibus. Aret. cons. 143. in princ. Dec. cons. 377. num. 1. in fin vers. & alterius. Corn. cons. 273. lib. 12. num. 4. Soc. iun. post alios quos refert cons. 31. num. 9. lib. 1. Gabr. cons. 7. num. 8. & seq. lib. 2.* & in hoc Statuto *Thob. Non. cons. 1. num. 56. vers. quia respondetur. & Honded. cons. 14. num. 10. & 11. vol. 2.*

13 Vltra quod tempore obitus † dictorū Bernardini, Cæsaris, & Constantini Margherita non præcedebat in gradu dictam Lucretiam, sed imo ipsa erat proximior cum esset filia, & soror illorum respectiuè.

14 Nec pariter dixerunt DD. obstare † existentiam M. Antonij. Nam quoad portionem Constantini res visa fuit indubitata, quia per legitimationem per oblationem Curiæ, ad cuius instar successit legitimatio per ingressum Religionis, & oblationem Curiæ cœlesti filius acquirebat iura succedendi soli patri, non autem alijs transuersalibus. *§. filium verò. Auth. quib. mod. nat. eff. su. l. communium. vbi Bal. & alij C. de aut. liber. Ang. cons. 17. num. 5. circa med. vers. item talis legitimatus. Soc. iun. cons. 142. num. 33. & 37. Rustic. ad l. cum auus. lib. 2. cap. 17. num. 26, Lap. de illegit, com. 3. in præfat. num. 150.*

15 Sed nec etiam quoad successionem † patris. Primò, quia non constat, quod emiserit professionem de anno 1580. quo Cæsar eius pater decessit summ. actorum num. 4. quia nec testes aliquid dicunt de professione, sine qua non dicitur ingressus. *c. consulti*
16 *cum seq. & c. statuimus de regul.* & si legitimatus † esset post mortē patris fœminas non excluderet. *Brun. post alios in tract. quod stant. mascul. art. 12. num. 81. vers. 5. limitari. Gabr. cons. 103. num. 7. lib. 2. Seraph. decis. 1331. num. 6.*

17 Secundò, quia quicquid sit, an ipse † sit naturalis, vel spurius, & omissis in hoc opinionibus controuersis ex hinc inde allegatis, placuit Dominis conclusio, quod per ingressum Religionis quis non efficiatur legitimus quoad effectum successionis. *Socc. iun. cons. 48. num. 18. & seq. lib. 4. Bero. cons. 163. num. 29. & seqq. lib. 2. Gulielm. de Bened. in c. Raynutius. in ver. uxorem nomine Adelasiam. par. 1. num. 200. Rodriquez Suar. alleg. 25. num. 10. Couar. in epitom. 4. decretal. cap. 2. cap. 8. §. 7. num. 4. & tenuit Rot. coram Card. Mantic. decis. 32. num. 4.* & tanquam ille-
18 gitimus, † & incapax successionis videtur declaratus, & habitus in cessione, quam reportauit Bernardinus auctor D. Comitissæ teæ conuentæ, qui concordauit cum Monasterio pro vna vncia, quæ est debita naturalibus vigore Statuti Perusini *lib. 2. rub. 47.*

Et ita resolutum vtraque parte informante &c.

# Eodem Buratto In eadem Perusina Reintegrationis Veneris 29. Maij 1626.

## *SVMMARIA.*

1 *Religionis ingressu quis non efficitur legitimus ad effectum successionis.*

2 *Fœmina non reintegratur ad portionem à qua non fuit exclusa, & sic ad portionem sororis ad quam reintegrantur eius descendentes, non obstante superexistentia alterius fœminæ proximioris, & per tot.*

3 *Fœmina reintegratur extincta linea masculina, vbi qualitatem à Statuto requisitam habet.*

8 *Fœminarum in reintegratione qualis proximitas attendatur, & per tot.*

12 *Relatiuum non refertur nisi ad personas præcedentes.*

15 *Fœminæ ex Statuto Perusino non excluduntur perpetuò, sed suspenditur earum successio quousque existit masculus.*

17 *Statuti obseruantia probatur ex fide Aduocatorum.*

18 *Verbum præsentis temporis aliquando importat præteritum.*

20 *Restitutio non debet plus tribuere, quàm abstulerit læsio.*

*Fœminæ descendentes non reintegrantur ad portionem alterius fœminæ, ibidem.*

21 *Filij sororum in successione auunculorum repræsentant matrem.*

## DECISIO LXVI.

IN vtroque capite DD. steterunt in decisis *sub die 9. Iunij præteriti*. Et quo ad vltimum scilicet,
1 quod existentia M. Antonij † filij Cæsaris non obstet nihil fuit in hac positione dubitatum, ex quo ille erat naturalis, & per ingressum Religionis ad instar oblationis Curiæ ad effectum successionis non intelligebatur legitimatus ex pluribus auctoritatibus in decisione adductis.

2 Quo verò ad primum, quod non obstet † existentia Margheritæ placuit iterum fundamentum desumptum ex Statuto Perusiæ *rub. de dot. & dotat. mulier. & successi. ab intest. in §. statuimus.* reintegrante, seu restituente fęminas per priorem partem eiusdem Statuti exclusas, earumque descendentes ad successiones, seu hæreditates eis per dictum Statutum ademptas, Vnde cum D. Margherita non possit dici per per Statutum exclusa ab ea portione hæreditatis, in qua circumscripto eodem Statuto non ipsa, sed Lucretia de iure successisset, minusque ea à dicta Lucre-
3 tia exclusa descendat, † vtique ipsa sicuti nullam potuisset prætendere reintegrationem, cum qualitatem à dicto Statuto ad hoc requisitam non haberet. *Dec. cons. 261. num. 21, Surd. cons. 45. num. 31. & seq. & cons. 138. num. 1. cum allegat. per Brun. de stat. q. 6. num. 321.* ita multò minus potuit impedire reinte-
4 grationem † DD. de Ninis, & Danzettis à D. Lucretia exclusa descendentium.

5 Quod autem dispositio huius Statuti † *in d. §. statuimus.* contineat admissionem, seu reintegrationem tantum fœminarum prius exclusarum, earumque descendentium apparet tum ex eo, quod ibi admissio, seu reintegratio huiusmodi fœminarum fit cum hac qualitate remittendo, vel cedendo in hæreditate dotes habitas, vel promissas ipsis, Vnde hæc pars loquitur solum de fœminis dotatis, quæ sunt exclusæ per pręcedentem dispositionem eiusdem Statuti, tum
6 & clariùs ex illis verbis subsequentibus. † Declarando, quod bona alienata per masculos, vel aliquem eorum, à quibus ipsæ mulieres per superexistentiam masculorum fuerunt exclusæ à tertijs possessoribus non possint auocari &c. tum demum ex eo, quod ad-
7 missio, † seu reintegratio huiusmodi statutaria non erat necessaria nisi quo ad personas, quæ ab ipso Statuto exclusæ sunt, nam aliæ, cum de iure admittantur, ope Statuti non egent.

8 Non obstat, quod ista reintegratio † fœminarum exclusarum, earumque descendentium ad successionem parentum, fratrum, & aliarum personarum in defectu masculorum per lineam masculinam descendentium non sit facta simpliciter, sed cum hac expressa limitatione, ad quarum successionem de iure vocantur, & proinde cum dicta Margherita masculis vltimò defunctis proximior esset, quàm illi de Ninis, & Danzettis, vtique ei non autem istis successio de iure delata fuerit.

9 Nam denuo pro responsione † placuit intellectus, quod illa verba, ad quarum successionem &c. referantur solum ad fœminas exclusas, & ad tempus ipsius exclusionis, ita vt sensus sit, quod deficientibus descendentibus masculis per lineam masculinam fœminæ ipsæ ab initio exclusæ, vel eis tunc non existentibus filij, vel nepotes earum superstites succedant, & restituantur ad illam eandem portionem, ad quam dictæ fœminæ ab initio vigore Statuti exclusæ de iure vocatæ erant. Hæc interpretatio ex pluribus colligitur.

10 Primò ex verbis subsequentibus † eiusdem §. *statuimus* supra relatis, à quibus ipsę mulieres per superexistentiam masculorum fuerunt exclusæ &c. quæ cum sit personalissima propter illam dictionem, ipsæ, referuntur tantum ad dictas fœminas, & sic etiam ad easdem relata intelligi debent priora disposita in eodem §. cum præcedentia à subsequentibus declarationem recipiant. *Thob. Non. cons. 49. num. 15. cum alijs pleniùs cumulatis in decisione.*

Secundò, quia quemadmodum illa antecedentia
11 † verba, possunt venire ad successionem parentum, fratrum, & aliarum personarum &c. non possunt intelligi de parentibus, & fratribus proprijs ipsorum nepotum, & descendentium fœminarum exclusarum, cum illi ab hęreditatibus dictarum personarum vigore Statuti non essent exclusi, & per consequens nec admissione, seu restitutione egerent, cum restitutio præsupponat priuationem. *arg. l. 1. §. eleganter. ff. de pos. Surd. cons. 251. num. 10. in fin.* ita sanè nec di-
12 cta posteriora † verba, ad quarum successionem possunt trahi ad successionem propriorū parentum, & fratrum dictorum descendentium à fœminis exclusis, nam relatiuum illud, *ad quarum*, non refertur nisi ad personas præcedentes, & supra comprehensas. *Bero. cons. 66. num. 14. & 15. lib. 2. Surd. cons. 336. num. 17. in fin. & 18.*

Tertiò ex eo, quod cum vt ex supradictis ostensum
13 est, dispositio † illius §. *statuimus.* nihil aliud contineat, quàm reintegrationem, & restitutionem fœminarum exclusarum, & earum descendentium ad hæreditatem eis per dictum Statutum ablatam, sequitur, dictorum verba, *Ad quarum successionem de iure vocantur*, referenda esse ad eam successionem, quę dictis fœminis exclusis de tempore ipsius exclusionis de iure debita erat, vt sic restitutio, & reintegratio fiat ad eandem ipsam hæreditatem, & successionem, quæ fuit illis per Statutum adempta. Hæc enim fuit
14 intentio † statuentium, vt totum id, quod fœminis propter existentiam masculorum abstulerunt &c. ob eorundem deficientiam illis, vel earum descendentibus restitueretur, quod non contingeret, si dicta verba ad quarum successionem &c. intelligerentur de ea successione, quæ filijs, & nepotibus ab exclusis fœminis descendentibus competeret inspecto tempore deficientiæ masculorum. tunc enim vel propter existentiam proximiorum possent in totum exclusi remanere, vel propter concursum parinm in gradu non ad totam hæreditatem ablatam restitui.

15 Quartò, quia cum hoc Statutum Perusiæ † non inducat exclusionem perpetuam fœminarum, sed temporalem, seu potius quandam suspensionem successionis earum, quousque existit masculus. *Bart. in l. fin. num. 1. & seq. ff. ad S. C. Tertull. Bald. cons. 69. sub num. 1. vers. in contrarium. lib. 1. Thob. Non. cons. 8. num. 6. Eugen. cons. 39. num. 3. & post alios plures firmatum fuit in prima decisione huius causæ sub die 30. Maij 1624.* & in alio simili Statuto plenè. *Gabr. cons. 7. num. 5. & seq. lib. 2.* deficiente mascu-
16 lo † fœmina admittitur, seu restituitur ad ipsam successionem non inspecta proximitate de tempore mortis

mortis ipsius masculi, qui ab initio non censetur fuisse hæres in ea portione nisi ad tempus, *ut benè in punclo explicat Bar. prætitat. in d.l. fin. ff. ad Tertull.* & sic reintegratio huiusmodi refertur ad tempus exclusionis ipsius fœminæ, non autem ad tempus exclusionis masculorum.

Postremò omnis difficultas remouetur ex obser-
17 uantia, † quæ hoc modo semper interpretata est dictum Statutum, vt retulerunt plures Aduocati celebres in ipsa Ciuitate Perusij, prout in eorum attestatione, cui obseruantiæ plurimum defertur in declaratione legum, & Statutorum. *l. de quib. ff. de legib. cum similibus.*

Et his stantibus non obstat, quod dicta verba
18 † de iure vocantur, sint præsentis temporis, Nam ex prædictis apparet in proposito importare tēpus præteritum. *Glos. in l. verbum oportebit. ff. de verb. signif.* Cum enim Statutum in hoc *§. statuimus.* procedens, vt pluries dictum est, per viam reintegrationis, considerauerit casum successionis hæreditatis parentum, vel fratrum fœminarum exclusarum tanquam præsentem non secus, ac si illæ nunc eis succederent secundum iuris dispositionem, ideò congruè loquitur per verba præsentis temporis.

Ex prædictis etiam cessant, quæ dicuntur de repræ-
19 sentatione, † & de attendenda proximitate grauati, quia stante dicta reintegratione ad tempus exclusionis debet regulari successio secundum illud tempus, non autem secundum præsens ex supradictis.

20 Et propterea DD. steterunt in decisis, quoad † solam tamen portionem ipsius Lucretiæ auię dictorum de Ninis, & Danzettis, nam aliàs vltra portionem dictæ Lucretiæ tenuerunt Domini existentiam dictæ Margheritæ quatenus probaretur eam esse filiam Mineruæ obstare dictis de Ninis, & Danzettis actoribus, qui concurrere non possunt nec ex persona propria, cum sint remotiores, nec per viam dictæ reintegrationis statutariæ, cum per eam non possint plus obtinere, quàm fuerit illis per Statutum ablatum, ne plus tribuat restitutio, quàm abstulerit læsio. *ad trad. per Odd. de restit. in integr. q. 1. num. 52. Gayl. obseru. 61. num. 14. lib. 2. latè Surd. cons. 79. num. 8. & seq.*

Nec obstat, quod Minerua mater dictæ Marghe-
21 ritæ † de tempore obitus fratrum iam decessisset, & dicta Lucretia eius soror superstes esset, quia filij sororum in successione auunculorum, repræsentant eorum matres. *auth. cessante. C. de leg. hered. Gabr. de success. ab intest. conclus. 1. num. 13.* quæ repræsentatio non videtur sublata, imò conseruata per dictum Statutum.

Et ita decisum vtraque parte informante.

## R. P. D. Pirouano
## In eadem Perusina Reintegrationis
## Veneris 12. Nouemb. 1627.

### SVMMARIA.

1 *Fœminæ excluduntur à Statuto Perusino extantibus masculis, & reintegrantur extinctâ linea masculina, & per tot.*
7 *Fœminarum reintegratio, & illarum descendentium non impeditur per existentiam transuersalium.*
9 *Reintegratio tantum restituit, quantum probatur ablatum.*
11 *Statuti qualitas debet probari ab eo, qui in Statuto se fundat.*
12 *Proximior præfertur in successione, sed vide per tot. præsertim num. 19.*
14 *Reintegratio est in priorem statum repositio.*
16 *In Statutis debet euitari violatio litteræ.*
17 *Tempus præsens in iure se compatitur cum præterito, attenta subiecta materia, & num. 18.*

### DECISIO LXVII.

STATVTO Perusino *de dot. & dotat. mulier. & success. ab intest. lib. 2. rubr. 45.* cauetur † in pri-
1 ma parte, quod mulier dotata à patre, vel à matre, vel alio quocumque ascendente, & descendentes ab ab ea non possit admitti, neque reuerti ad hæreditatem dotantis, vel alterius descendentis ab eo, in rebus à dotante prouentis quousque superuixerit masculus descendens à persona dotante per lineam masculinam. In vltima vero eiusdem Statuti parte incipiente, *Item statuimus*, disponitur, quod fœminæ, & illis non extantibus eorum filij, & nepotes quandocumque concepti, vel nati, possint venire ad successionem parentum, fratrum, & aliarum personarum, ad quarum successionem de iure vocantur, si descendentes per lineam masculinam masculi non superfint, remittendo tamen, vel cedendo dotes habitas.

2 Contingit Bernardinum Ansidæum † decessisse de anno 1537. relictis post se Annibale, qui decessit de anno 1586. relicto Bernardino iuniore mortuo anno 1621. Cæsare mortuo de anno 1580. relicto M. Antonio naturali professo, Constantino mortuo anno 1590. Lucretia mortua de anno 1597. relictis ex Theseo filio prædefuncto anno 1591. & Constantia filia prædefuncta anno 1593. Ninis, & Danzettis, & demum Minerua, quæ decessit anno 1573. relicta Margherita professa, & defuncta anno 1521.

3 Vnde cum prætenderetur esse factum locum † Statuto prædicto ob mortem Bernardini iunioris de anno 1621. qui fuit vltimus masculus ex linea descendentia Bernardini senioris, Nini, & Danzetti nepotes Lucretiæ ex Theseo, & Constantia respectiuè filij petierunt reintegrari ad hæreditatem, seu hæreditates delatas Lucretiæ eorum auiæ, respectu Bernardini proauí, & Cæsaris, & Constantini eiusdem Lucretiæ fratrum, & articulo discusso 31. Maij 1624. & iterum 14. Aprilis 1625. firmatum fuit coram bo. me. Buratto tunc huius causæ Ponente, factum esse locum Statuto prædicto ad fauorem actorum in bonis Bernardini proaui, & Cæsaris, & Constantini, reseruato
4 tamen videre, † An Statutum cessaret propter existentiam Margheritæ filiæ Mineruæ, & M. Antonij
5 naturalis filij Cæsaris, parte autem † reseruata disputata, nec etiam obstare fuit responsum 9. Iunij 1625. & iterum 29. Maij 1626.

6 Cæterum reis non acquiescentibus † placuit Dominis

minis nonam concedere audientiam super postremis decisionibus respectu Margherite, & causa posita, consueuerunt standum esse in decisis ex eisdem rationibus, & fundamentis.

7 Nam cum Statuti verba † sint clara *in §. item statuimus*, vbi fœminæ, & illis non existentibus earum filij, vel nepotes quandocumque concepti, vel nati possunt venire ad successionem parentum, fratrum, & aliarum personarum, ad quarum successionem de iure vocantur, si descendentes per lineam masculinam non supersint, certa est, & indubitata istorum descendentium vocatio, quæ per aliorum transuersalium existentiam impediri non potest, *ut ex deductis in primis decisionibus, & expresse responderunt Honded. conf. 16. num. 12. lib. 1. conf. 14. num. 69. lib. 2. Gabr. conf. 14. num. 8. & 42. & 47. lib. 2.*

Præterea si Margherita tanquam filia Mineruæ,
8 † & proximior in gradu cum Bernardino, & Cæsare, & Constantino intendit succedere ex propria persona, Statutum illi deseruire non potest nisi in portione Mineruæ suæ matris, in qua posset contingere exclusio, non autem in portione Lucretiæ sororis, à qua non fuit exclusa, aliàs non esset reintegratio, sed noua vocatio, quam non intendit facere Statutum, & de directo contradiceret naturæ reintegrationis, quæ
9 tantum restituit, † quantum probatur ablatum, & non amplius. *l. 1. §. eleganter. ff. de pos. Odd. de rest. in integr. par. 1. q. 1. num. 45. Gayl. obseru. 65. num.*
10 *15. lib. 2. Surd. conf. 79. num. 8.* propterea † Rota in decisione 29. Maij 1626. quæ est vltima in hac causa, restrinxit resolutionem respectu illorum de Ninis, & Danzettis quoad portionem Lucretiæ eorum auiæ, in qua cadebat effectus reintegrationis, & quo ad portionem Mineruæ denegauit successionem, propterea, quod ab ea non fuerat exclusa Lucretia, nec per consequens concurrebat qualitas Statuti neces-
11 sariò probanda ab eo, † qui se in ea fundat. *Dec conf. 261. num. 2. Surd. conf. 45. num. 31. & conf. 138. num. 1.*

12 Non obstat principalis difficultas, † & quæ semper fuit opposita, quod in præsenti, siue agatur de succedendo Bernardino iuniori vltimo masculo de linea Bernardini senioris, siue eidem Bernardino seniori, Cæsari, & Constantino ex persona tamen propria ipsorum actorum, quod ex verbis eiusdem Statuti, ibi *ad quarum successionem de iure communi vocantur, si descendentes per lineam masculinam masculi non supersint*, successio sit deferenda Margheritæ, quæ
13 vtrique gradui proximior † est, & per consequens alijs præferenda, secundum iuris communis determinationem. *Auth. post fratres, fratrumque, filios. C. de legit. hæred. §. his etenim. §. si plures inst. de leg. agnat. success. Bert. conf. 26. num. 1. Surd. conf. 125 num. 31. & seq. Honded. conf. 4. num. 12. lib. 1.*

13 Quia retentis conclusionibus † firmatis in decisione 31. Maij 1624. & 14. Aprilis 1625. quando fuit disputatus articulus, An esset locus Statuto prædicto ad fauorem actorum, & cum quibus præsens reuidetur, ocipe, quod Statutum reintegrat fœminas ad portionem exclusam masculis descendentibus non existentibus, & eorum filios, & nepotes, quamuis postea conceptos, & natos, hoc enim casu non potest esse quæstio de prælatione proximiorum collateralium secundum iuris communis dispositionem, sed

14 † de illis tantum, qui sunt in linea descendentia fœminarum exclusarum, postquam illis tantummodo conuenit terminus reintegrationis per exclusionem matris, non autem alijs transuersalibus. *c. 1. 3. q. 1. Paris. conf. 105. num. 2. & 3. lib. 3. Capr. conf. 39. & 76. num. 8. Tiraq. de retract. consang. §. 32. glos. vn.*
15 *num. 69.* propterea decisiones † vltimæ, quæ reuidentur benè respondent, quod verba illa, *ad quarum successionem de iure communi vocantur*, referri debeant ad actiuam successionem fœminæ exclusæ, & ad tempus eius exclusionis, ita vt sensus sit, quod deficientibus masculis per lineam masculinam descendentibus fœminæ ab initio exclusæ, vel eis non existentibus filij, vel nepotes earum superstites succedant, & restituantur ad illam eandem portionem, ad quam dicta fœminæ ab initio vigore Statuti exclusæ de iure vocatæ erant.

Non obstat, quod si retineatur huiusmodi sensus
16 † repugnet verbum vocantur, quod est præsentis temporis, vnde dicebatur vocationem esse sumendam de tempore, quo hæreditas defertur, & sic in die obitus vltimi masculi, de quo tempore Margherita est proximior de iure, alias debuisset dicere, vocabantur, vel vocatæ fuerant ad euitandam violationem litteræ in Statutis. *Bal. conf. 339. in princ. lib. 1. Ang. conf. 226. in fin. & conf. 338. in princ.*

17 Quia vltra quod in iure † tempus præsens se compatitur cum præterito attenta subiecta materia. *l. verbum 123. vers. quemadmodum. & ibi Glos. ver. sed ad præteritum ff. de verb. signif.* & quæ materia
18 † hic est proportionabilis propter effectum reintegrationis, per quam efficitur, vt vnum tempus insit alteri. *c. si Paulus. vbi glos. in ver. sede 32. q. 5. Alciat. in d. l. verbum. num. 2. ff. de verb. signif.* Fuit respon-
19 sum, si etiam ageretur † de succedendo prout nunc, quæstio proximioritatis esset attendenda inter descendentes fœminarum exclusarum, non autem simultaneè cum alijs transuersalibus, quibus non conuenit prouisio Statuti iam declarata pro actoribus in primis decisionibus, quibus suppositis disputatur præsens dubium de obstantia existentiæ Margheritæ, atque ita descendentes Mineruæ nunquam possunt impedire successionem descendentibus exclusarum per Statutum conseruatam vti illis alienam, & impertinentem.

Et ita &c.

## Eodem R. P. D. Pirouano In eadem Lunæ 29. Maij 1628.

### SVMMARIA.

1 *Fœminæ, & earum descendentes vbi sunt reintegrandæ illis datur immissio in possessionem bonorum, & num. seqq. vbi de bonis, & quota.*
2 *Fœmina succedunt vna cum masculis in bonis paternis, & fraternis ab intestato circumscripto Statuto.*
3 *Succedentibus ab intestato datur remedium Quorum bonorum.*
3 *Possessio probatur ex testibus deponentibus de acti-*



*bus*

*bus possessorijs.*
7 *Identitas probatur ex duobus confinibus assignatis in vnoquoque corpore. Maximè vbi concurrit continuata, & successiua possessio num. 8.*
9 *Successio ab intestato defertur secundum numerum concurrentium ad successionem.*

## DECISIO LXVIII.

1 FIRMATO prius in hac causa factum esse locum Statuto Perusino reintegranti † fęminas cessantibus masculis, quorum contemplatione ab initio fuerunt exclusæ à successione parentum, & fratrum. Dubitatum fuit, An Dominis de Ninis, & Danzettis sit danda immissio, & ad quæ bona.

Et quo ad immissionem dixerunt Domini esse dan-
2 dam, † quia circumscripto Statuti impedimento fœminis debetur successio in bonis parentum, & fratrum iure hæreditario, & ab intestato. *Honded. cons. 16. num. 34. lib. 1. & cons. 14. num. 2. lib. 2.* pro qua
3 † competit remedium quorum bonorum. *l. 1. C. quorum bonorum. Dec. cons. 424. num. 10. latissimè Menoch. comprobans de adipisc. rem. 1. num. 33. Rot. decis. 115. num. 1. par. 1. recent.*

Pro quibus autem bonis dictum fuit immissionem
4 † esse dandam ad bona petita, nempe domum Perusiæ, prædium Pontis Vallis Cipporum, domum, & prædium Castri Diruti, prædium S. Gilij, prædium Castri Ripæ, prædium, & alia bona Castri Montis Bagnoli, bona in pertinentijs Castri Pilonici, prædium Villæ S. Mariæ de Pitignano; Quia de prædictis de-
5 ponunt † testes dati, & quidem concludenter per rationes possessioni conuenientes firum, & confines narrantes, & à primis possessoribus vsque ad Comitissam Isabellam hodie prædictorum bonorum detentricem, possessionem probantes, nempe incipiendo à Cæsare, Annibale, & Constantino fratribus Lucretiæ, à qua Nini, & Danzetti iura sua desumunt, mortuo autem Cæsare ab Annibale, & Constantino, defuncto postmodum Annibale ab eodem Constantino, & Bernardino Annibalis filio, & post obitum Constantini ab ipso Bernardino, demum ab ipsa Comitis-
6 sa Isabella; nam habitare, locare, † fructus, & pensiones percipere, vt dicunt testes dati, hæc omnia pertinent ad visum rei, in quo consistit possessio. *Angel. in l. celsus. num. 4. & ibidem Bart. num. 20. ff. de vsucap. Rim. iun. cons. 226. num. 9. vol. 2. Menoch. de retinen. rem. 3. num. 563. & seq. & idem fuit firmatum in Albanen. Confin. 21. Iunij 1620. coram me.*
7 Bonorum identitas † probatur ex confinibus duobus per dictos testes assignatis in vnoquoque corpore bonorum. *Bart. in l. demonstratio falsa. num. 14. ff. de condition. & demonstr. Crauett. cons. 112. num. 3. & cons. 198. num. 2. Natt. cons. 235. num. 15. Surd. cons. 44. num. 20. & latissimè fuit firmatum in Romana deuolutionis Domus 14. Nouembris 1623. coram me,*
8 ac demum concurrit † continuata, ac successiua possessio, quæ minori indiget probatione. *Peregr. de fideic. art. 44. num. 19. & 20. Menoch. præsumpt. 15. num. 34. lib. 6. & in Bononien. fideicommissi de Mangiolis 31. Martij 1623. coram me idem fuit dictum.*

Nec visum fuit necessarium intrare quæstionem,
9 pro qua quota sit danda † immissio, quia cum numerus succedentium sit certus, nempe Cæsar, Annibal, Constantinus, Lucretia, Minerua, & seu Margherita eius filia, mortuo Cæsare intrant pro quarta parte, mortuo Constantino intrant pro tertia parte, atque ita nulla cadit hæsitatio respectu portionum, ad quas Domini de Ninis, & Danzettis, iuxta formam decisionum sunt admittendi.

Et ita &c.

## Buratto Perusina Pecuniaria Lunæ 10. Iunij 1613.

### SVMMARIA.

1 *Facti narratio.*
2 *Creditum probatur ex instrumento.*
3 *In præscriptione attenditur Statutum loci contractus, & iudicij.*
4 *Præscriptio interrumpitur per citationem, etiam præscriptio statutaria num. 5. & perpetuatur ad 40. annos num. 6. vbi idem de statutaria, & vide num. 7.*
8 *Instrumentum habet executionem paratam pro summa expressa non obstante remissione in arbitros, si ipsi nihil declararunt, & num. 9.*
*Compromissum, si non sit sequutum laudum non nocet executioni instrumenti, ibid.*
10 *Non implementi exceptio impedit executionem obligationis Cameralis. Declara vt num. 12.*
11 *Notario referenti aliud instrumentum quamuis dicat à se visum, & lectum non creditur, vbi de mandato.*
12 *Promissio resoluitur causa finali, & correspectiua, non sequuta.*
13 *Connexa dicuntur, quæ ad eundem finem tendunt.*
14 *Decoctus non potest agere, sed actiones transeunt in creditores.*
15 *Mandatum relaxatur ad effectum deponendi, vbi obligatio est deliberando à molestijs, & non constat de extinctione debitorum, & num. 16.*

## DECISIO LXIX.

ANNO 1583. 23. Iulij Benedictus Pantanus Perusinus recognouit se debitorem M. Antonij,
1 & fratrum de Taschis Bergomen. † varijs de causis in instrumento contentis pro summa scut. 2500. quam soluere promisit per totum Mensem Maij proximè venturi, & vlterius pro solutione scut. 1500. facere accedere Hieronymum eius fratrem, & versa vice pro parte illorum de Taschis promissum fuit excomputare ex prædicta summa totum id, quod per Reuerendiss. Corneum, & Cusanum Cameræ Apostolicæ Clericos, quos ad hoc in arbitros, & arbitratores elegerunt, fuerit declaratum esse excomputandum; & declarationem fieri debere voluerunt per totum Mensem Ianuarij proximè venturi, ita quod lapso termino, & aliqua declaratione non sequuta prædictus Benedictus huiusmodi exceptione excomputationis se iuuare minimè posset: Pacto adiecto, vt possent arbitri terminum semel prorogare. Et vlterius promissum, quod Benedictus pro summa excomputanda, & declaranda

declarāda vllo modo in futurum molestabitur à quanis persona in ampla forma, vtque pro dicta excomputatione facienda esset eidem Benedicto cautum, promissum fuit obligationi pro dicta excomputatione facienda facere accedere inter alios Federicum Cusanum intra duos menses proximos, vt latiùs ex instrumento, in quo dictus Hieronymus pro dicta summa scutorum 1500. accessit se principalem etiam in forma Cameræ constituendo. Verùm cum arbitri semel etiam prorogato compromisso nihil declarassent, actum fuit contra Hieronymum fideiussorem pro solutione scutorum 1500. contra quem 13. Iunij 1589. fuit expeditum mandatum, cumque nomine assertorum hæredum de Taschis peteretur à me, tunc A. C. Locumtenente, deinde deputato duplicatum prædicti mandati concedi, vel aliud relaxari. Proposito dubio in Rota resolutum fuit legitimatis personis mandatum relaxandum.

2 De credito enim M. Antonij, & fratrum † dubitari non potest ex relato instrumento iuramento, & Camerali obligatione vallato, quod habet executionem paratam.

3 Non obstant exceptiones, † Nam præscriptio 16. annorum ex Statuto Vrbis *lib. 1. c. 158.* attendenda tam ratione contractus in Vrbe celebrati, quàm ratione iudicij in Curia pendentis, excluditur ex rela-
4 xatione † mandati executiui vsque de anno 1589. ex quo sequitur ne dum illam fuisse interruptam per citationem, quæ sola sufficit in hac præscriptione inducta ex negligentia creditoris. *l. cum notissimi. vbi glos. in verb. solam coniunctionem de præscript. 30. vel 40. annor. Bart. in l. ex hoc edicto. num. 4. ff. de eo per quem fact. er. quem ibi ceteri sequuntur, præcipuè Bal. num. 5. Ias. num. 7.* & in præscriptione statutaria
5 † breuiori, quàm iuris communis tradit. *Bar. in l. 2. §. si rem. num. 2. ff. pro emptor. Roman. in d. l. ex hoc edicto. num. 6. vers. est, & aliud. vbi Soc. num. 22. Iacobin. qui de comm. testatur num. 19. & 20 Alex. qui etiam dicit communem. num. 9. & 10. Ias. num 5. vers. secundò extende. & num. 6. Bou. de Statutar. Vrb. præscript. glos. 21. num. 2.* Sed etiam actionem
6 † fuisse perpetuatam ad annos 40. *iux. tex. in l. fin. vers. quod nos, vbi omnes not. C. de præscript. 30. ann.* & in præscriptione Statutaria minoris temporis *tenuit Rota in Romana de Porcarys coram Robusterio inter impress. diuers. decis. 86. par. 1. & voluit Imol. in d. l. 2. §. si rem. ff. pro empt. Iacobin. in d. l. ex hoc edicto. num. 21. Soc. num. 23. Alex. num. 11. vers. sed contrarium. Bou. d. glos. 21. num. 15. de magis communi Legistarum, & Canonistarum. Corn. cons. 180. num. 5. lib. 3. lit. D. Balb. de præscript. par. 4. par. vlt. princ. num. 8. vers. quartò verò*, licet in hoc
7 casu † tenendo etiam contrariam opinionem. *Ang. in d. l. 2. §. si rem. ff. pro empt.* quod debeat incipere noua præscriptio Statutaria additis decem annis, excludatur præscriptio, cum non adsit talis lapsum 26. annorum ab anno 1589.

8 Pactum de excomputando † ex hac summa quicquid per RR. PP. DD. Corneum, & Curanum fuisset declaratum, non videbatur obstare. Quia cum nihil fuerit declaratum, instrumentum habere debet executionem paratam pro summa expressa, *ita Soc. in l. pecuniariam. num. 19.* vbi se pluries obtinuisse testatur ff. si cert. pet. *ibique Dec. num. 8. ex tex. in l. 2. ff. de in diem adiect. Gramm. decis. 18. num. 1* t. qui lo-
9 quuntur † quando non fuit præstitutum certum tempus ad faciendum calculum, sed promissum sub absoluta conditione resolutiua, nisi aliter facto calculo appareret. Vnde tanto faciliùs in præsenti casu, quo arbitris certo tempore præfixo adiectum fuit pactū, quod declaratione non sequuta exceptio excomputationis non prodesset.

10 Exceptioni non adimplementi, † quæ agentem quoque ex Camerali obligatione à limine Iudicij repellit. *Put. decis. 357. lib. 3.* & deducebatur ex eo, quod Cusanus non accessit infra duos menses iuxta formam obligationis in eodem instrumento contente, imò nec post, quia instrumentum productum continet accessionem quorundam nomine Cusani, enunciato mandato rogato per alium Notarium, de quo
11 non constat, cum tamen Notario † referenti aliud instrumentum, quamuis dicat à se visum, & lectum non credatur, *vt not. DD. in auth. si quis in aliquo. vbi Cagn. num. 82. & 87.* & in mandato *num. 96 C. de eden. Corn. cons. 243. num. 2. lib. 2.* Responsum
12 fuit, quod cum accessio † Cusani fuit promissa, vt debitoribus esset magis cautum pro excomputatione facienda, cum excomputatio, quæ erat causa finalis sequuta non fuerit, resoluta videbatur etiam promissio. *Rom. cons. 417. sub num. 1. vers. hoc quidem. Tiraq. cessan. caus. par. 1. num. 224. vers. promissionis causa.* quasi origo, & causa obligationis attendatur. *l. si procuratorem dedero in princ. ff. mandat. cum vulgar.* & tanquam correspectiuæ excomputationi, illa cessante deficiat. *l. etiam. §. ex causa. ff. de minor. cum simil.* quæ placebant in hac facti specie, qua conuentum fuit nō posse debitorem promissione excomputationis se iuuare illa infra tempus non sequuta. Vnde nec iuuari posse dicēdum est promissione dandi fideiussorem pro illa, tanquam ad eandem excom-
13 putationis finem † tendente, & sic excomputationi connexa. *l. quid ergo. §. penult. ff. de contrar. & vtil. act. tut. l. cum actum. vers. planè si quid. ff. de neg. gest. cum alys per Menoch. de arbitr. cas. 95. num. 6. & 9.*

14 Exceptioni carentiæ † actionis prætextu, quod Taschi decoxerint, quo casu actiones abdicantur à decocto, qui bonis cessit, & transeunt in creditores. *l. item si vnus. ff. de decept. arbitr. pot. in l. is, qui bonis. & in l. qui bonis. ff. de cession. bonor.* dicebatur non constare de tali decoctione.

15 Non obstare denique visum † fuit, quod ex summa promissa mille erant debita pro liberatione à molestijs occasione census, septingenta pro liberatione à molestijs occasione societatis officij, in quibus instrumentis Taschi accesserant, vt ex narratiua instrumenti, de quo agitur, quos census, & societatem non constat à Taschis extinctos fuisse, adeo vt Benedictus remaneat adhuc obligatus.

16 Quia si non constabit de extinctione, † mandatum relaxabitur ad effectum deponendi pro extinctione, ita vt prospectum sit Benedicti hæredibus, ne possint vigore prædictorum instrumentorum molestari.

Sed quia personæ agentium non erant legitimatæ, ideo capta resolutio cum restrictiua, illis prius legitimatis &c.

## Eminentiss. Card. Pamphilio
## Perusina Bonorum
## Veneris 29. Aprilis 1616.

*SVMMARIA.*

1 *Appellatio datur in possessorio, vbi sententia est nulla non obstante Egidiana.*
2 *Iudex appellationis non potest pronunciare prout in prima, sed tantum declarare primam sententiam fuisse iustam, vel iniustam, maximè non præcedente libello num. 3.*
3 *Libellus requiritur, vt valeat sententia.*
4 *Egidiana probibens appellationem in causis possessorijs quando non intret.*

### DECISIO LXX.

DPyrrhus, & litis consortes obtinuerunt in partibus in vim Saluiani pro eorum credito se immitti in possessionem fundi, de quo agitur contra DD. de Oddis, ad quorum instantiam fuit postmodum introducta causa coram A. C. seu illius deputato, qui per eius sententiam prædictos de Oddis ad eorum possessionem reintegrandos declarauit, à qua sententia, cum appellatum fuerit, & causa mihi commissa cum clausula, quatenus sit locus Egidianæ, supradicta die proposito super hoc particulari dubio,
1 DD. censuerunt non esse † locum Egidianæ, quia sententia deputati ab A.C. super spolio lata est nulla. *Put. decis. 4. de Egid. Ant. August. de probibit. appellat. num. 7. vers. si sententia reuocari potest, & fuit dictum in causa Romana Saluiani interdicti* 14. *Decembris* 1598. *coram Illustriss. D. Card. Lancellotto, &*
2 *alias sæpe.* De nullitate † autem satis constare visum fuit ex eo, quia coram A. C. fuit introducta causa in gradu appellationis vigore citationis cum inhibitione, & propterea illius deputatus non poterat pronunciare tanquam in prima prout fecit, sed tantum declarare priorem sententiam fuisse iustam, vel iniustam *l. eos qui in princ. C. de appell. Put. decis.* 184. *lib.* 2.

3 Et in omnem euentum non potuisset † pronunciare prout in prima, nisi præcedente libello, qui tamen pro sententiæ validitate requiritur necessario. *c.* 1. *de libell. oblat. Bal. cons.* 366. *sub num.* 3. *vers. sed dicendum. lib.* 3. *Ancbar. cons.* 33. *num.* 3. *cum alijs allegatis.*

Deducebatur etiam pro parte D. Pyrrhi, & litis
4 consortum † ad excludendum Egidianam, quod versamur in causa fori Ecclesiastici, & vlterius dicta sententia patiebatur nullitatem ex defectu iurisdictionis, mandati procuræ, ac etiam notoriam iniustitiam, cum spolium in ea canonizatum excluderetur ex eo, quod Pyrrhus, & litis consortes reperiantur immissi auctoritate Iudicis, pro quo præsumitur. Sed quia supradicta nullitas est clara, & sufficiens visum fuit in alijs non esse insistendum.

Et ita decisum &c.

## Manzanedo
## Bononiensis Dotis
## Veneris 7. Februarij 1620.

*SVMMARIA.*

1 *Dotis lucro censetur per maritum renunciatum, si promiserit restituere dotem plenè, & integrè.*
*Et idem si dederit facultatem babëdi regressum contra bona ipsius vsque ad integram dotis restitutionem num.* 2.
*Maximè si illa verba sint apposita in principali dispositione, ibidem.*
*Item si fuerit renunciatum omni legum, & Statutorum auxilio num.* 3. *etiam quod sit posita bac renunciatio in parte exeeutiua num.* 4.
4 *Clausula etiam in parte executiua posita roborat, & declarat dispositionem principalem, & mentem contrabentium.*
5 *Statutum Bononiæ tribuit marito tantum medietatem dotis pro lucro, aliam medietatem filijs primi matrimonij restitui iubet.*
6 *Statutum domicilij viri attenditur in restitutione dotis. Non autem Statutum loci vbi matrimonium fuit contractum num.* 7.
*Forensis non gaudet beneficio Statuti, ibidem.*
8 *Statuto Bononiæ disponitur, vt idem ius seruetur forensi, quod, & quale redderetur Bononiensi in Ciuitate illius forensis, sed vide num. seqq. pro declaratione.*
9 *Forenses non dicuntur filij agentes ad bæreditatem matris.*

### DECISIO LXXI.

FVIT resolutum sententiam esse infirmandam,
1 cum de eius iniustitia † appareat ex eo, quod absoluit Gandulphum à petita restitutione dotis, ad quam hæredibus, & filijs primi matrimonij Elisabetthæ vxoris præmortuæ tenebatur vigore specialis pacti. Cum enim promiserit dotem restituere cum pacto, quod quandocumque casus euenisset dotis restituendæ liceret eidem Elisabetthæ, & suis hæredibus, & successoribus capere possessionem suorum bonorum, donec esset de dote plenè, & integrè satisfactum, nihil de dicta dote prætendere potest, quia per illa verba plenè, & integrè videtur cuicumque lucro dotali renunciasse. *Alex. cons.* 5. *num.* 15. *lib.* 3. *Natt. cons.* 582. *num.* 27. *Menoch. cons.* 191. *num.* 13. *Pedroc. cons.* 28. *num.* 28. *Rol. de lucr. dot. q.* 39. *num.* 18. *Phanut. eod. tract. glos.* 14. *num.* 1.

Nec refert, quod in casu nostro Gandulphus non
2 promiserit † dotem restituere integrè, sed solùm dederit facultatem habendi regressum cōtra bona propria vsque ad integram restitutionem, quia in vtroque casu dicta verba operantur eundem effectum, *vt not. Purpurat. cons.* 570. *num.* 1. cum præsertim illa fuerint apposita in principali dispositione, & obligatione restituendi dotem, non autem in clausula executiua hypothecæ, & constituti.

Quæ faciliùs procedunt, quia idem Gandulphus
3 † vltra dictam promissionem renunciauit etiam omni iuris

iuris, legum, & statutorum auxilio, quo casu non potest iuuari beneficio Statuti de lucro dotali, sed illud remisisse censetur. *Ias. cons. 90. num. 6. & seq. lib. 3. Rol. de lucr. dot. q. 42. num. 1. & seq.* Quæ renunciatio licet fuerit posita † in clausulis executiuis, tamen
4 negari non potest, quin confirmet, & toboret promissionem restituendi dotem supra positam, & declaret, qualis fuerit mens Gandulphi in dicta promissione, quia clausula etiam in parte executiua posita roborat, & declarat dispositionem principalem, & mentem contrahentium. *Bal. in l. eam quam. num. 36. C. de fideic. Dec. cons. 423. in fin. Curt. iun. cons. 3. num. 3. vers. ad istud. Rot. decis. 532. num. 7 par. 1. diuers.*
5 Vlterius vbi præmissa cessarent adhuc † non poterit dictus Gandulphus à peritis absolui, cum saltem cōdemnari deberet ad restitutionem medietatis dotis, ex quo Stat. Bonon. *in rub. de dot. restit. §. si verò ex ea. fol.* 227. prædecedente vxore defert solum secundo viro lucrum medietatis dotis, aliam verò
6 medietatem † filijs primi matrimonij restitui iubet, quod quidem Statutum, cum sit domicilij viri est attendendum in restitutione dotis. *l. exigere dotem. ff. de iudic. vbi Cagn. num. 4. & 5. Afflict. decis. 226 num. 9. Rol. d. tract. de lucr. dot. q. 13. num. 3. & seq. Phanuc. eod. tract. glos. 9. num. 1.* Non autem Statutum
7 † Florentiæ, vbi matrimonium fuit contractum, defetens totam dotem secundo viro, cuius beneficio forensis gaudere non debet. *Paris. cons. 34. num. 14. & seq. lib. 3. Phanuc. d. glos. 9. num. 27.* prout in terminis *tradit Caccialup. in l. cunctos populos, num. 107. C. de sum. Trin. & fid. Cath.*

Quibus non obstat aliud Statutum Bononien. *lib.*
8 *2. in rubr. † quomod. & qual. forens. agent. ius reddat.* disponens, vt idem ius seruetur forensi agenti in Ciuitate Bononiæ, quod & quale redderetur Bononiensi agenti in Ciuitate illius forensis, quasi propterea filijs primi matrimonij Florentinis sit seruādum Statutum Florentiæ, quod Bononiensi seruaretur agenti Florentiæ.

Quia respondetur prædictum Statutum loquens
9 † de forensibus non habere locum in filijs agentibus ad hæreditatem matris Bononiæ habitantis, & defunctæ, qui pro forensibus non habentur, nec sub dicto Statuto comprehenduntur, vt in puncto similis Statuti de forensibus. *not. Bursatt. cons. 8. num. 33. Surd. cons. 461. num. 13. Seraph. decis. 843. num. 3.* & in ter. huius Statuti Bonon. *Rim. iun. cons. 501. num. 35.*
10 Secundò respondetur prædictum Statutum † ad hoc, vt intret pro forma duo copulatiuè requirere, videlicet, vt hoc objiciatur à Ciue Bononiense, & si per forensem agentem infra terminum à iudice assignandum probetur, quod & quale ius reddatur in
11 Patria sua, † vnde licet in casu nostro primum fuerit seruatum, cum Gandulphus de hoc opposuerit, tamen, quia deficit secundum, cum filij Elisabetthæ actores non probauerint quale ius redderetur Florentiæ non potest Gandulphus allegate prædictum Statutum, vt in puncto huius Statut. Bonon. *not. Rim. iun. cons. 501. num. 27. & seq. Rot. Bononien. super Stat. decis. 34. num. 31. & seq.* succedit altera disposi-
12 tio † eiusdem Statuti *vers. quo non probato,* vt hoc casu debeat ius reddi forensibus secūdum dispositio-

nem iuris communis, De iure autem communi in restitutione dotis debet seruari Statutum domicilij viri, & sic Bononien. *d. l. exigere dotem, cum alijs supra adductis,* & secundum dictum Statutum erit iudicandum, non autem seruandum Statutum Florentinum.

Et ita resolutum &c.

## Remboldo
## Romana fructuum dotis
## Mercurij 13. Nouemb. 1624.

### SVMMARIA.

1 *Dotis fructus taxans calculus, quod sit excessiuus respectu minoris summæ dotis, & num. seqq.*
3 *Dotis quantitatem præsumitur scire uxor stante cohabitatione cum viro.*
6 *Dotis fructus debent taxari ad quantitatem concordiæ, & num. seqq.*
9 *Dotis fructus taxantur à Statuto Vrbis, & quando intret, & num. seqq. vbi de interpellatione.*
10 *Statuti Rubrica non extendit Statutum in nigro, vbi non habet orationem perfectam, & nigrum specialiter disponit, & num. 11.*
12 *Dotis fructus debitos mulieri à domo mariti ciuitas taxat Statutum Vrbis.*
13 *Statutum particulare vbi adest, non attenditur generale.*

### DECISIO LXXII.

DOMINI steterunt in decisis, quod mandata A. C. cum omnibus inde † sequutis sint reuo-
1 canda, quia quicquid sit, quoad primum fundamentum, de quo in dicta decisione, quod dicta mandata sint nulla ratione incertitudinis, subsistunt alia tria fundamenta, ex quibus tunc fuit resolutum dicta mandata esse iniusta.

2 Nam dicta mandata fuerunt relaxata † iuxta calculum in actis exhibitum, & etiam quod attendi debeat calculus tertij periti, vt ponderant scribentes pro D. Catherina, tamen dictus quoque calculus est erroneus. Primò, quia in eo fuerunt calculati fructus scut. 20604. cum tamen calculari debuissent fructus scut. 16569. tantum, quia tempore dicti calculi non erat maturata adhuc vltima paga, & sic eo tempore non ascendebat debitum DD. Hæredum Marchionis nisi ad summam 16569. vt fuit in alia decisione ostensum.

3 Nec obstat, quod in quodam instrumento † celebrato inter D. Ducem patrem D. Catherinæ, & D. Marchionem Hippolytum, dictæ partes declararunt D. Ducem remanere pro vltimo termino debitorem scut. 5000. tantum, & sic falsæ fuerunt totum residuum, quod erat scut. 55000. fuisse solutum, quia in primis non subsistit, quod dictæ partes fassæ fuerint fuisse solutum residuum per dictum D. Ducem, quinimò apertè colligitur ex lectura eiusdem instrumenti, quod dictus D. Dux non solum remanebat debitor dicti vltimi termini, sed etiam alterius termini.

Et quod dictum terminum vltimum partes dixe-
4 runt esse scut. 5000. quia † sciebant dotē scut. 60000.



fuisse

ſtiſſe de ipſarum conſenſu redactum ad ſcut. 58000.
per apocam ab ipſis partibus ſubſcriptam,qua atten-
ta, prout verè attendi debet, remanebat D. Dux pro
dicto vltimo termino debitor ſcut. 5000. quatenus
verò nõ attendi debuiſſet dicta apoca dictus vltimus
terminus erat ſcut. 7000. & ſic in effectu dempto vl-
timo termino ſiue ſit ſcut. 5000. ſiue 7000. dos D.
Catherinæ erat ſcut. 53000. tantum, pro quibus in
omnem euentum calculari debebant dictos fructus,
non verò ſcut. 55000. pro quibus calculauit dictos
fructus dictus tertius peritus.

Non obſtat, quod dicta apoca non fuit producta
5 † ante relationem dictorum peritorum, quia hoc ob-
iectum tollitur ex facto, cum de eius productione
conſtet ex annotatione à tergo originalis dictæ apo-
cæ, & non poteſt D. Catherina prætendere ignoran-
tiam dictæ apocæ, quia dicta apoca fuit facta eodem
die, quo fuit promiſſa dos ſcut. 60000. & mulier præ-
ſumitur certiorata de quantitate ſuæ dotis, ſtante
præſertim cohabitatione cum viro. *Barboſ. in l. ſi con-
ſtante. num. 71. ff. ſol. matr. Ceph. conſ. 33. num. 19.
Rol. conſ. 19. num. 39. & ſeqq. lib. 1. & conſ. 4. num.
33. lib. 2. & fuit dictum in Veneta Cenſus 10. Decem-
bris* 1610. *coram Reuerendiſs. Lugdunen.*

Quin etiam eadem apoca fuit per bo. me. Mar-
chionem contra D. Catherinam producta vſque de
anno 1618.

Secundò fuit etiam erroneus dictus calculus, quia
dicti fructus decurſi poſt mortem bo. me. Marchio-
6 nis Hippolyti † fuerunt calculati ad rationem ſcut. 7.
cum dimidio pro quolibet centenario, nulla habita
ratione concordiæ inter dictũ bo. me. Marchionem,
& D. Catherinam initæ, in qua dictæ partes conue-
nerunt, quod dicti fructus ſoluerentur ad rationem
locorum montium, in quibus dos D. Catherinæ re-
periebatur inueſtita.

7 Nec obſtat, quod dicta concordia expirauit † per
mortem dicti bo. me. Marchionis, quia hoc non
probatur, & contrarium oſtendunt verba in illa deci-
ſione ponderata.

Nec obſtat, quod in eadem concordia D. Marchio
8 Iulius, & D. Catherina quietant † D. Marchionem
Hippolytum de quibuſuis prætenſionibus durante vi-
ta ipſius, cum pacto de aliud non petendo durante
eadem vita, quia ex reſtrictiua dictæ quietantiæ ap-
poſita non benè infertur, quod dictæ partes volue-
rint reſtringere etiam concordiam initam ſuper fru-
ctibus, & alimentis ad vitam dicti D. Marchionis,
quinimò hoc argumentum poſſet retorqueri, quia
ſcilicet ſi talis fuiſſet intentio dictarum partium quo
ad dictos fructus, & alimenta, id expreſsiſſent, prout
fecerunt quietando dictum bo. me. Marchionem de
alijs eorum prætenſionibus.

Tertiò eſt erroneus dictus calculus, quia etiam
9 quod dicta concordia non † porrigeretur vltra vitam
bo. me. Marchionis Hippolyti, non tamen dicti fru-
ctus potuiſſent calculari ad dictam rationem ſcut. 7.
cum dimidio pro centenario, quia tunc ſaltem non
erat locus Statuto Vrbis *c.* 137. *lib.* 1. quo diſponitur,
quod fructus dotis calculentur ad dictam rationem.
Dictum enim Statutum loquitur de vidua, qualis non
erat D. Catherina, & requirit vlterius iudicialem in-
terpellationem, quæ in hoc caſu minimè interuenit.

Non obſtat, quod attenta generalitate rubricæ di-
10 ctum Statutum † locum habeat in quocumque caſu
reſtitutionis dotis, quia generalitas dictæ rubricæ,
cum non habeat orationem perfectam reſtringitur ad
nigrum ſpecialiter diſponens. *Alex. conſ. 6. num. 3.
lib. 7. Euerard. in loc. à rubr. ſub num. 11. in verſ.
quid autem è contra.*

11 Nec refert, quod idem Statutum redeat † ad gene-
ralitatem, ibi donec dos à quocumque debita fuerit
reſtituta, quia id debet intelligi retentis iiſdem ter-
minis, hoc eſt in caſibus ſupra expreſsis, videlicet de
dote debita marito, vel vxori viduæ, quos caſus am-
plectitur dictum Statutum.

12 Et ceſſat difficultas, quia adeſt Statutum † parti-
culare, quo prouidetur mulieri conſtante matrimo-
nio à domo mariti eiectæ, in quo tamen non taxan-
tur fructus ad dictam rationem ſcut. 7. cum dimidio,
ſed diſponitur, quod dentur mulieri competentia ali-
menta, vel dos in tuto collocetur, vbi enim adeſt Sta-
tutum particulare non attenditur generale. *Caccia-
lup. in l. omnes populi. num. 119. ff. de iuſt. & iur. Bal.
conſ. 201. ſub num. 2. verſ. in contrarium. lib. 5. Card.
Seraph. decif. 343. num. 2.*

13 Deficit etiam aliud requiſitum dicti Statuti † *cap.*
137. quia ſcilicet non interuenerit Iudicialis interpel-
latio per Statutum, vt dictum eſt, requiſita.

14 Nec obſtant, quod fuerunt petita alimenta † à bo.
me. Marchione Hippolyto præſtanda, quia à dicto
Iudicio fuit receſſum per concordiam poſtquam non
conſtat de alia interpellatione, quæ tamen erat ne-
ceſſaria quamuis prætendatur dictam concordiam
expiraſſe &c.

## Orano
## Perusina de Vbaldis
## Lunæ 4. Maij 1587.

### SVMMARIA.

1 *Appellatio nõ datur à ſententia in poſſeſſorio ex Egi-
diana etiam in his cauſis, in quibus de iure ciuili
permitteretur, & de ratione num. 2. Fallit vbi
adeſt mixtura, vt num. 5. & vide num. ſeqq.*

3 *Immiſſio ex Carboniano fit ſimpliciter data cautio-
ne non adiecta clauſula vſque in tempus pubertatis,
licet differatur quæſtio filiationis in dictũ tempus.*

4 *In Carboniano Edicto quomodo pronuncietur ibid.
Et exceptio, quod non ſit filius, non admittitur,
ſed differtur in tempus pubertatis.*

### DECISIO LXXIII.

FVIT per DD. firmata regula pro Io: Andrea, quod
1 à ſententia lata in poſſeſſorio † vigore Egidianæ
non detur appellatio, quæ quidem procedit in omni
poſſeſſorio, ac etiam ne dum in cauſis, in quibus de
iure canonico eſt permiſſa appellatio, ſed etiã in his,
in quibus de iure ciuili in aliquo caſu permitteretur
in poſſeſſorio. Nam Egidiana expreſsè, & generali-
2 ter † tollit in quocumque poſſeſſorio beneficium ap-
pellationis. *Neguſ. de pignor. par. 8. memb. 1. num. 5.
Benintend. decif. 17. in fin.* Neque prætendi poteſt
3 iniuſtitia, † ſiue quod ſimpliciter declaretur in ea im-
mittendum

mittendum esse Io:Andream in possessionem non ad-
iecta clausula vsque ad tempus pubertatis, prout est
de natura Carboniani. *l. 2. C. de Carbon. edict.* quia in
Carboniano fit immissio simpliciter data cautione,
licet differatur quæstio filiationis ad tempus puber-
tatis, ita quod tunc probatione sequuta illum non es-
se filium, immissio reuocetur; sic nec refragatur ad-
4 missio † exceptionis contra Io: Andream, quod non
esset filius, quia hæc exceptio non debuit admitti, sed
differri in tempus pubertatis. *l. 3. §. causa. ff. eod. de
Carbon. edict.*

5 Quod autem in sententia † habetur Io: Andream
vel filium admittendum, non potest dici contincre
mixturam, & propterea reddere causam appellabi-
lem. *iux. Bal. cons. 330. num. 5. & seq. lib. 1.* quia il-
6 la verba † sunt demonstratiuè, & incidenter apposita.
*Dec. in l. 1. num. 6. vers retenta. C. de bon. poss. sec.
7 tab. Put. decis. 228. lib. 2.* ac prolata † ad effectum
possessorij tantùm. *iux. doctr. Dec. cons. 28. Bero. cons.
2. & cons. 3. num. 6. lib. 3.* & possint diuidi ad effe-
ctum possessorij. *Caput. decis. 223. num. 5.* præsertim
cum non possint.

## Cardinali Lancellotto Tudertina Damnorum Datorum Veneris 24. Maij 1602.

### *SVMMARIA.*

1 *Episcopus potest exercere ordinariam iurisdictionem
in sua Diœcesi, & qualibet sui parte, & ideo po-
test deputare custodes pro damnis datis in bonis Ec-
clesiasticis, & personarum Ecclesiasticarum.*
2 *Clerici agentes tenentur sequi forum laici. Fallit,
vbi agitur de re Ecclesia, ac personarum Ecclesia-
sticarum, quia potest laicus coram Iudice Ecclesia-
stico conueniri num. 3. & in damno dato in bonis
Ecclesia num. 4. & seqq. vbi tolluntur obiecta.*
6 *Præscriptio immemorabilis non potest per scripturas
probari, & requirit scientiam, & acquiescentiam
illius contra quem allegatur.*

### DECISIO LXXIV.

1 DVBITAVI an Episcopus Tudertinus † habeat
iurisdictionem, & facultatem deputandi Cu-
stodes in Territorio Castri Baschij Tudertinæ Diœ-
cesis pro damnis datis in bonis Ecclesiasticis, & per-
sonarum Ecclesiasticarum, & causa per Dominos di-
scussa resolutum fuit huiusmodi iurisdictionem, & fa-
cultatem competere Episcopo. Cum enim indubi-
tatum sit Territorium Castri Baschij esse in Diœcesi
Tudertina, sequitur Episcopum in eo exercere posse
ordinariam iurisdictionem, quam habet in tota sua
Diœcesi, & qualibet sui parte. *iux. tex. in c. Episco-
pus. de off. ordin. lib. 6. & ibi id not. Gemin. Franc.
Butr. & alij, clem. 1. vbi Glos. in ver. aut earum par-
te. & in ver. per alium. & in ver. exhibi de for. compet.
Caputaq. decis. 306. par. 1.*
2 Neque obstat, quod damnum dantes sint † laici,
ità vt Clerici damnificati contra laicos agentes eo-
rum forum sequi teneantur. *c. si clericus laicum de for.
compet.*
3 Quia cum agatur de re † Ecclesiæ, & personarum
Ecclesiasticarum potest laicus coram Iudice Eccle-
siastico conueniri. *c. cum sit generale eod. tit. vbi post
glos. in ver. malefactores tradunt Abb. & alij, idem
Abb. in d. c. si Clericus laicum. num. 2. Anchar. cons.
4 15. num. 2.* & in ter. damni † illati in bonis Ecclesiæ.
*not. Abb. per illum tex. in c. cum olim. il primo. num.
5 2. de off. deleg.* Nec contrarium † dicitur *in d. c. si cle-
ricus laicum de for. compet.* quia vt ibi animaduertit.
*Abb. in princ.* procedit quando probabiliter negatur
rem esse Ecclesiasticam, secus verò quando hoc non
controuertitur, quia tunc potest laicus coram Eccle-
siastico Iudice conueniri.
6 Non obstat præscriptio allegata † pro parte Co-
mitis, quia immemorabilis non probatur per testes,
& per scripturas probari non potest, & actus, qui dan-
tur non releuant, cum non probetur scientia, & ac-
quiescentia Episcopi. *Calder. cons. 8. de consuet. lit. 3.
de his, quæ fiunt à Præl. sine cons. capit. &c.*

## Eodem In eadem Lunæ 9. Decembris 1602.

### *SVMMARIA.*

1 *Episcopi Fiscus consequitur pœnas damnorum dato-
rum in bonis Ecclesiasticis, & debent applicari lo-
cis pijs ex Concilio num. 4.
Episcopus de iure, vel saltem de consuetudine habet
Fiscum, ibidem.*
2 *Pœna soluenda est ei, qui condemnat, & num. 3.*

### DECISIO LXXV.

1 FVIT resolutum pœnas damnorum † datorum in
bonis Ecclesiasticis, & personarum Ecclesiasti-
carum spectare ad Fiscum Episcopi, quia cum Epi-
scopus de iure, vel saltem de communi consuetudine
habeat Fiscum, *vt latè deducit Felyn. in c. irrefraga-
bili. §. veterum. num. 10. de off. ordi. & est decis. Ro-
tæ 7. de testam. in antiq.* & cum iam fuerit resolutum
2 † iurisdictionem deputandi Custodes pro damnis da-
tis ad Episcopum spectare, vtique condemnatio, siue
pœnarum exactio, & applicatio ad eiusdem Fiscum
pertinere debet, cum pœna ei soluenda sit, qui con-
demnat. *c. statuimus. & ibi glos. in ver. bannum 16.
q. 1. c. quisquis 17. q. 4. c. dilectus de off. ord. c. 2. de
delict. pueror. Abb. in c. licet. num. 8 de pæn. Felyn.
in d. c. irrefragabili. & facit Host. in summ. de maled.
§. fin. num. 7. Rom. sing. 448. Cagn. in l. 1. num. 25.
ff. si quis ius die non obtemp. cum alijs alleg.* Absurdum
3 enim esset, quod Episcopus † mulctaret, & Iudex se-
cularis mulctam acciperet. *Socin. in c. 2. num. 45.
4 de maled.* maximè cum huiusmodi † pœnæ debeant
pijs locis applicari, quod etiam hodie decreto Sacri
Concilij *sess. 25. cap. 3.* Statutum est, & sic apparet
5 † cauendum esse ab opinione *Anchar.* qui in contra-
rium allegatur *in cons. 15.* cum eius opinio, & sequa-
cium.

cium, quatenus supradictis contradicit, sit communiter reprobata, *ut per Felyn. in c. allegato irrefragabili de off. ordi. &c.*

## Iusto
## Perusina Expensarum, seu Census
## Veneris 14. Decembris 1601.

*SVMMARIA.*

1 *Expensæ litis prioris instantia non veniunt in sententia secunda condemnatoria in expensis, si in prima victus fuit absolutus.*
*Secus si in prima fuisset omissa condemnatio, & absolutio, quia venirent num. 2.*
3 *Iudex appellationis potest condemnare in expensis tam factis in prima, quàm in secunda instantia.*
4 *Expensæ litis de stylo Rotæ non taxantur per Auditorem nisi illæ coram se factæ, quando non adest commissio.*

### DECISIO LXXVI.

LICET in sententia R. P. D. mei Cordubæ fuerit Rodulphinus condemnatus in omnibus expensis, nihilominus Domini dixerunt non esse relaxandum mandatum contra ipsum pro expensis factis in partibus. Ratiò fuit, quia in sententia lata Perusij fuit ab expensis absolutus, & distinctio vera est, quod
1 aut prior † sententia absoluit ab expensis, & tunc alia sententia, quæ continet condemnationem in omnibus expensis non refertur ad illas expensas, à quibus fuit absolutus. *Put. decis. 246. lib. 2.* Aut in prima
2 sententia † fuit omissa condemnatio, & absolutio, & tunc sententia in causa appellationis, quæ condemnat in expensis, complectitur tam expensas primæ, quàm sequentis instantiæ. *Felyn. in cap. significauit. num. 7. de except. Dec. in c. sæpe. num. 34. de appellat. Mars. sing. 684. Rebuff. tom. 3. constit. de appell. Glos. vn. tit. 9. num. 29. & in d. decis. Put. 246. lib. 2.*

Neque videtur habere difficultatem Iudicem ap-
3 pellationis † posse condemnare in expensis tam factis in prima, quàm in secunda instantia. *Rot. decis. 25. de re iudic. in antiq.* & maximè quando adest clausula, Quam, & Quas, *vt fuit dictum coram R. P. D. meo Decano in Romana Expensarum 9. February* 1558.
4 quamuis de stylo † Rotæ attestetur *decis. 44. eod. tit. in antiq.* quo ad taxationem non fieri per Auditorem nisi quo ad expensas coram se factas, si per commissionem non est data facultas, vt quotidie fit, & de praxi testatur. *Vestr. lib. 8. cap. vltim. sub num. 11. vers. ideoque.*

Quapropter cum simus in primo capite distinctionis decisum fuit expensas sententiæ de partibus non comprehendi in condemnatione sententiæ in Rota prolatæ &c.

## Buratto
## Recanatensis Successionis
## 6. Iunij 1618.

*SVMMARIA.*

1 *Renunciatio impedit petitionem successionis, quando est valida, & per tot.*
3 *Renunciatio successioni viuentis non comprehenditur in Statuto requirente certas solemnitates.*
4 *Insinuatio non requiritur, vbi agitur de iure quærendo tunc non competente nec re, nec spe. Fallit in hæreditate delata licet non adita num. 5.*
6 *Constitutio Marchiæ non intrat, vbi adest Statutum particulare. Fallit respectu insinuationis n. 7. Sed contra stante dictione, Nisi in Statuto num. 8. & seq.*

### DECISIO LXXVII.

FVIT 19. Februarij resolutum Margheritæ petenti
1 † successionem in hæreditate q. Petri eius fratris intestati, vna cum sorore, patruo, & nepotibus concurrendo obstare renunciationem propriam, quæ
2 tamen † dicebatur nulla ex defectu insinuationis in contractibus mulierum requisitæ per Constitutiones Marchiæ, qui articulus fuit tunc reseruatus. Dubioque proposito Domini tenuerunt defectum insinuationis non obstare.
3 Primò, quia † dicta Constitutio, quæ loquitur de donationibus, venditionibus, quietationibus rerum, actionum, & iurium sub quacumque forma contractuum, vel verborum non comprehendit ex mente, vel verbis renunciationem, de qua agitur, de bonis paternis, maternis, & fraternis, cum verbis amplissimis, quæ cum fuerit facta ad fauorem fratrum tunc viuentium, & præsertim dicti q. Petri, à quibus fuit ei dos constituta, resoluitur in pactum de non succedendo eisdem fratribus tunc viuentibus, in quorum hæreditate nullum ius dictæ Margheritæ cōpetebat, nec competere poterat, ne dum re, sed nec spe. *l. post emancipationem 7. §. illud. vbi Bart. num. 2. ff. de liber. legat. idem Bart. in l. fin. q. vltima. num. 18. de pact.* vbi dicit huiusmodi spem successionis viuentis vanam esse, & non attendendam, *cum quo transierunt ibi comm. DD. vt testatur Curt. ibi num. 66. Gabr.*
4 *cons. 6. num. 9. lib. 2.* & sic dicta renunciatio † non continetur in dicta Constitutione, cum sit iuris quærendi, tunc non competentis nec re, nec spe, & quæ obuiat penitus initio acquisitionis in terminis insinuationis *tradit Bald. in l. illud. num. 21. vers. quid ergo. C. de sacros. Eccles. latè Gabr. d. cons. 6. num. 3.* vbi etiam allegat quandam Rotæ decisionem in qua conclusum fuit in Statuto Vrbis in contractibus mulierum non comprehendi renunciationem iuris quærendi per doctrinam *Bald. in l. illud.* quam declarat procedere, quando ius non competit spe. *vt num. 6. & 8. & Baio. sequuntur plures allegati per Tiraq. in l. si vnquam. C. de reuoc. donat. ver. donatione largitus num. 180. & de legib. connub. ad quem locum se remisit. num. 182. Canar. de insinuat. q. 18. num. 21. in fin. Barbat. cons. 42. num. 32. lib. 1. quos Gabr. de donat.*

donat. conclus. 1. num. 82. Gomez. in puncto insinuationis de contractibus cap. 4. de donat. num. 10. vers. item etiam predicta habent locum. & vers. 2. infero. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 5. num. 15. & eandem doctrinam Bald. sequuta est Rota coram R. P. D. meo Remboldo in Viterbien. Terra Vetralla 14. Decembris 1615.

5 Et ita tolluntur decisiones *Illustriss. Mellini* † *in Auximana Bonorum 2. Aprilis 1603. & in Romana Paragij Dotis 12. Iunij 1615. coram me*, in quibus hæreditas erat iam delata, licet non adita, *imò in dicta Romana Paragij Dotis* fuit fundatum, quod non solum erat delata, & ideo necessariæ erant solemnitates Statuti, & ita etiam dictam Constitutionem intellexit *Glosator ad eam glos. num.* 21. dum ampliat, vt procedat in muliere repudiante donationem, vel aliud sibi absenti relictum ante illius acceptationem, quia constitutio ne dum prohibet alienationem, & venditionem acquisitorum, sed etiam non quæsitorum, videlicet iurium, & actionum, quas habet ad aliquam rem, & ita videtur exclusa renunciatio iuris non competentis.

6 Secundò moti fuerunt Domini, quia † cum in Ciuitate Recineti adsit particulare Statutum super solemnitatibus, illud, & non Constitutio generalis Marchiæ est attendenda. *l. fin. C. de testam. vbi Ang. in fin. Salic. num. 3. in fin. Bart. in l. 1. num. 41. C. quæ sit long. consuet. Socc. cons. 7. num. 7. lib. 1. Menoch. cons. 27. num. 75.* & in specie nostra in hoc Statuto, *Seraph. decis. 343. aliàs 384. par. 1. diuers. relata per Gratian. discept. forens. cap. 474. num. 2. & 3.*

7 Nec obstat, quod Statutum Recanetense, † & Constitutio Marchiæ se ad inuicem compatiantur, & propterea cum Statutum nihil dicat de insinuatione, Constitutio verò de ea disponat, seruari debeat Constitutio, quæ loquitur in specie de insinuatione, & *fuit dictum in Perusina Fideiussionis 26. Nouembris 1611. coram R. P. D. Pamphilio, & in Camerinensis Transactionis 24. Maij 1606. coram Illustriss. Ludouisio.*

8 Nam cum dictum Statutum post orationem † negatiuam subdat dictionem, *Nisi*, & sensus sit, quod donationes seruata forma Statuti valeant, quæ est virtus duarum negatiuarum. *iux. doctr. Bart. comm. receptam in l. actionum. num. 1. C. de transact. latissimè in Firmana Hæreditatis 12. Decembris 1614. coram me*, sequitur verba Statuti, & Constitutionis non esse compatibilia, & ita sufficere obseruantiam dicti Statuti, *vt in terminis nostris declarat Seraph. d. decis. 343. & Gratian. discept. cap. 474. num. 3. & 4.*

Et ita vtraque parte &c.

## Remboldo
## Ciuitatis Castelli Pecuniaria
## Mercurij 5. Maij 1621.

### SVMMARIA.

1 *Minoris fideiussio absque insinuatione est nulla ex Constitutione Marchia, & per tot.*

2 *Statutum vbi non se compatitur cum Constitutione Marchia, illud debet seruari, & non Constitutio. Fallit respectu insinuationis, vt num. 3. & seq.*

3 *Constitutio Marchia de cotractibus minorum comprehendit omnes contractus, & sic fideiussionem.*

6 *Filius familias minor comprehenditur in Statuto de minoribus.*

7 *Constitutio Marchia fuit extensa per totum Statum Ecclesiasticum.*

8 *Insinuationem supplet præsentia Iudicis. Fallit in terminis Constitutionis Marchia num. 9.*

### DECISIO LXXVIII.

1 FVIT dubitatum, An mandatum A.C. contra Raphaelem esset executioni † demandandum. Et Domini responderunt negatiuè, quia constat dictum mandatum fuisse iniustum, cum fuerit relaxatum vigore obligationis dicti Raphaelis nullæ ex defectu insinuationis potissimum per Constitutionem March. *lib. 5. cap. 25.* in omnibus contractibus minorum requisitæ, vt in puncto contractus fideiussionis factæ à minore, qualis est iste, de quo agitur, *fuit dictum in Perusina Fideiussionis 26. Nouembris 1611. coram R. P. D. meo Pamphilio confirmata 2. Aprilis 1612. coram eodem, quæ est decis. 385. par. 2. in recent. licet ibi fit impressa sub nomine R. P. D. mei Manzanedi.*

2 Non obstat, quod videatur sufficere, † quod in dicto contractu fuerint seruatæ solemnitates Statuti Ciuitatis Castelli, & maximè, quia in dicto Statuto disponitur, *quod nullus minor 20. annis possit se aliquo contractu obligare sine præsentia, & consensu duorum suorum consanguineorum, & præsentia Iudicis, & si contrafecerit contractus, non valeat nec obligatio*, vt in particula Statuti, quæ datur summ. Alberic. num. 2. videtur à contrario sensu dictum Statutum disponere, quod contractus cum dictis solemnitatibus factus sit validus, sicque dictum Statutum non se compatiatur cum dicta Constitutione Marchiæ requirente insinuationem, quo casu potius Statutum particulare, quàm Constitutio generalis attendi debet. *iux. decis. Card. Seraph. 343. cum alijs per Gratian. discept. forens. lib. 3. cap. 464. num. 2. & seq.*

3 Quia fuit responsum, † quod dictum Statutum loquitur de solemnitatibus requisitis in ipsa celebratione contractus; de solemnitatibus autem requisitis post dictam celebrationem nihil disponit, ac propterea etiam si admittatur, quod dictum Statutum disponat, quod contractus cum dictis solemnitatibus celebratus valeat, inde non sequitur, quod non requiratur etiam insinuatio, quia dispositio intelligi debet, quoad solemnitates intrinsecas, & in ipsa celebratione adhibendas, non autem quoad solemnitates adhibendas post celebrationem, qualis est insinuatio, quæ potest fieri ex interuallo, & manu etiam alterius Notarij, *vt in puncto simili obiectioni respondit Rota in dicta decis. Perusina Fideiussionis coram R. P. D. meo Pamphilio.*

Nec obstat allegata decisio *Card. Seraphin. 343.*

4 † quia illa loquitur in Statuto Recanetensi, quo præscribitur certa forma etiã quoad insinuationem faciendam, ac propterea mirum non est, quod se non compatiatur cum dicta Constitutione disponente sic pro eadem solemnitate adhibenda, & in casu isto Statutum Ciuitatis Castelli nihil, vt dictum est, disponit

de

de insinuatione facienda, ideoque bene se compatia-
tur cum dicta Constitutione; quia potest stare simul,
quod seruentur solemnitates requisitæ à dicto Statu-
to,& quod contractus cum dictis solemnitatibus ce-
lebrati insinuentur iuxta Constitutionem Marchiæ,
*vt de Statuto Perusino fuit dictum in dicta Perusina*
*Fideiussionis coram R.P.D.meo Pamphilio*,vbi etiam
5 dicitur, quod dicta Constitutio † habeat locum in
quocumque contractu minorum etiam fideiussionis,
licet inter contractus in dicta Constitutione expres-
sos non fuerit connumeratus contractus fideiussio-
6 nis, quodque procedit † etiam in contractibus mi-
7 noris filij familias, & quod dicta Constitutio † fuit
extensa per Paulum III. per totum Statum Ecclesia-
sticum.

8 Nec potest dici,quod instrumentum † celebratum
coram Iudice, iuxta dictum Statutum Ciuitatis Ca-
stelli, satis videatur insinuatum propter Iudicis præ-
sentiam interponentis decretum super contractu.
9 Quia Constitutio Marchiæ † *in d. cap.25. lib.5.* vltra
Iudicis decretum requirit insinuationem, & expressè
disponit, quod contractus aliter factus sit nullus, vn-
de ad effectum, vt sit validus, debent hæc duo copu-
latiuè interuenire, videlicet præsentia Iudicis in ipsa
celebratione contractus, & insinuatio post dictis
contractus celebrationem, *vt latè per Boccat. super*
*d. cap. 25. Glos. 5, num. 11.*

## Bo. me. Vbaldo
## Perusina Dotis
## Lunæ 9. Iunij 1614.

### *SVMMARIA.*

1 *Dotis solutio probatur ex confessione mariti praece-*
*dente promissione.*
2 *Viduæ debentur fructus dotis, vbi non habet aliun-*
*de, & fecit diligentiam pro dote consequenda, &*
*de probatione requisitorum num. seqq.*
5 *Dotis fructus, vbi non adest Statutum particulare,*
*debent taxari iuxta consuetudinem Regionis, &*
*Ciuitatis. Perusiæ taxantur de consuetudine ad*
*rationem septem, vel octo pro centenario num. 6.*
7 *Dotis restitutio fit super bonis mariti.*
8 *Hæreditario nomine quis præsumitur possidere bo-*
*na defuncti.*
9 *Mandatum de manutenendo, vel de associando,*
*datur creditori contra tertium probata possessione*
*debitoris cum clausula constituti.*
10 *Saluianum contra bona debitoris probatis extre-*
*mis, datur etiam contra tertios possessores n. 11.*
12 *Fideicommissi exceptio non obstat in possessorys, vbi*
*non constat euenisse casum fideicommissi, & quia*
*requirit altiorem indaginem num. 13.*
14 *Dotis causa possunt alienari bona subiecta fideicom-*
*misso in subsidium, vbi non fuit alienatio prohibi-*
*ta in dictam causam, non solum pro constituenda,*
*sed etiam pro illa restituenda num. 15. Etiam si*
*grauatus consumpserit legitimam, & trebellliani-*
*cam num. 16.*
17 *Possessio non potest dici acquisita vigore sententiæ*
*non executa, & notorie iniustæ.*
18 *Alienare prohibitus, si alienat non cadit nisi à par-*
*te alienata, maximè ex verbis testamenti n. 19.*
20 *Iocalia, quod remanserint penès vxorem debet pro-*
*bari.*

### DECISIO LXXIX.

DVBIVM in hac causa propositum habet tres
partes.
Prima erat an esset locus restitutioni dotis.
Secunda an esset locus vna cum fructibus dotali-
bus.
Tertia super quibus bonis esset facienda restitu-
tio.
Circa primam partem fuit dictum esse locum re-
1 stitutioni dotis. Quia de dote † constat ex confes-
sione mariti, cui statur præcedente promissione. *iux.*
*decis. Afflict. 402. num. 14. Couar. lib. 4. var. resolut.*
*cap. 7. num. 6. cum alys per Surd. cons. 397. num. 3.*
*lib. 3. & sequitur Rota, vt in causa Romana Dotis 3.*
*Nouembris 1602. coram Reuerendiss. Attrebaten.*
*& in Romana Dotis, seu Pecuniaria 17. Iuny eiusdem*
*anni coram Reuerendissimo Bononien. & sæpe in alys*,
præsertim cum confessio viri sit repetita in eius te-
stamento, & est factus locus restitutioni per mortem
viri, de qua benè deponunt testes, & pars admittit.
Quo verò ad secundam partem Domini censebant
2 deberi † fructus dotales concurrentibus duobus ad
hoc requisitis, videlicet, quod D. Camilla non ha-
beret aliunde, vnde viuere posset, & quod fecerit di-
ligentiam pro dote consequenda. *iux. tradit. per Bal.*
*Ang. Ias. & alios in l. diuortio ff sol. matrim. Alex.*
*cons. 141. num. 7. lib. 5. Aym. cons. 189. num. 6. in*
*6. casu. vers est verum. Afflict. decis. 284. num. 2. Pa-*
*ris. cons. 64. num. 1. & seqq vbi de comm. lib. 4. Surd.*
*cons. 194. num. 5. & sub num. 16. vers. responderi item*
*potest. & cons. 269. num. 21. & seq. & fuit dictum in*
*causa Ciuitatis Castelli hæreditatis, seu nullitatis lau-*
*di 14. January 1605. coram Reuerendiss. Bononien.*
*& in Spoletana vsusfructus 16. Marty 1592. coram*
*bo. me. Card. Mantica, & in Romana fructuum do-*
*tis 27. February, & 2. Iuny 1606. coram bo. me. Pe-*
*nia.*
3 Et quidem de primo requisito † satis fuit visum
constare ex testibus deponentibus de summa pauper-
tate Camillæ, quibus moti Domini alias semel, & ite-
rum mandauerunt illi subministrari tanquam paupe-
ri sumptus litis vigore Commissionis Rotalis, sed
4 quia quoad secundum † requisitum non constabat de
alijs diligentijs factis per Camillam, Domini dixerunt
debere fructus à die motæ præsentis litis: qui quidem
5 fructus, vbicumque † nullum adest Statutum parti-
culare, debent taxari iuxta consuetudinem Regionis,
& Ciuitatis, *vt fuit dictum in Interamnen. fructuum*
*dotis de anno 1596. coram Gypsio, in Senogalien. fru-*
*ctuum 20. Nouembris 1598. coram Illustrissimo Card.*
*Lancellotto, & in Asculana prædy 22. Iuny 1609. co-*
*ram Reuerendiss. D. Damasceno.* De consuetudine
6 † autem taxandi fructus dotis in Ciuitate Perusiæ ad
rationem septem, vel octo pro quolibet centenario
testatur *Corn. cons. 44. num. 3. lib. 2. & cons. 71. num.*
*12. lib. 4.*
Circa tertiam verò partem fuit dictum restitutio-
7 nem esse † faciendā super bonis nunc per Gerundam
possessis.

possessis; nam testes probant eadem bona fuisse pos-
sessa per Marioctum maritum Camillæ, & sic obno-
xia dotis restitutioni, qui instituit hæredem Gerun-
dam sororem suam, quæ adepta est possessionem bo-
norum post obitum fratris, vt benè deponunt testes,
præsertim septimus super 5. art. & duodecimus super
8 6. & cum ipsa † non doceat de alio titulo, præsumi-
tur titulo hæreditario possidere. *l. 1. vbi not. C. de re-
pud. hæredit.* Accedit etiam, quod si possideret alio
9 titulo, tamen probata possessione † Marioctí cum
clausula Constituti ad fauorẽ Camillæ in instrumen-
tis dotalibus, competit Camillæ, vel mandatum de
associando etiam contra tertium possessorem. *Tiraq.
de iur. constit. poss. par. 1. num. 43. Ruyn. cons. 127.
num. 1. vbi de communi lib. 5. Neuiz. cons. 82. num.
15. & seq. Menoch. de adipisc. rem. 5. num. 140. cum
alijs deductis in causa Bononien. de Zacchaleis 13. Iunij
1611. & rursus 4. Iulij 1612. coram me, & in Bono-
nien. de Gozadinis 26. Iunij 1613. coram R.P.D. meo*
10 *Manzanedo*, vel saltem vtile remedium † Saluiani
interdicti, cum ambo extrema sint probata. *Bar. in
lit. num. 3. ff. de Salu. interd. Rol. cons. 114. num. 160.
& seqq. Surd. cons. 131. num. 1. lib. 1. cum alijs cumu-
latis in Romana Saluiani 10. Ianuarij 1611. coram me,*
11 vbi in specie dicitur dictum remedium † competere
contra tertios possessores. *Put. decis. 207. num. 2. lib.
1. Menoch. d. rem. 3. num. 57. Rota decis. 34. num.
34. vbi de comm. par. 2. diuers.*

12 Non obstat exceptio fideicommissi † allegata per
Gerundam, tũ quia non constat euenisse casum fidei-
commissi ad eius fauorem, vt latè deducunt in facto
pro Camilla, quæ prætendit Marioctum suum virum
potuisse de omnibus bonis adlibitum disponere, &
consequenter donationem ad sui fauorem ab eo fa-
ctam substineri, de quo erit particulariter videndum.
13 Tum quia exceptio fideicommissi † tanquam requi-
rens altiorem indaginem nõ impedit remedium Sal-
uiani interdicti. *Sarm. de redd. Eccles. par. 3. num. 23.
Menoch. de adipisc. rem. 3. num. 180. in fin. Rota de-
cis. 34. num. 25. par. 2. diuers. & fuit sæpè decisum.*

Quibus accedit, quod cum non appareat fuisse à
14 fideicommittente prohibitam † alienationem pro
constituenda, vel restituenda dote, talis restitutio
non censetur prohibita. *iux. Bart. in l. filiusfamilias.
§. diui. num. 10. & ibi DD. comm. ff. de leg. 1. Crast.
in §. fideicommissum. q. 57. num. 2. cum alijs per Bur-
satt. cons. 180. num. 17. vbi de comm. lib. 2. & per
Surd. decis. 62. num. 5.* ac propterea quatenus non
15 extarent alia bona † Marioctí, qui pro restitutione
dotis omnia sua bona obligauit, posset in subsidium
dos detrahi à fideicommisso Adriani. *iux. Auth. res
quæ. C. comm. delegat.* cuius dispositio habet locum,
siue agatur de constituenda, seu de restituenda dote.
*Rol. cons. 85. num. 29. & 30. lib. 1. Couar. var. resol.
lib. 3. cap. 6. vers. 4. Surd. d. decis. 62. num. 1. & seqq.
Rot. decis. 37. num. 1. & seq. par. 1.* etiam si graua-
16 tus consumpserit legitimam, † & trebellianicam, vt
in hoc casu Gerunda prætendit consumpsisse Mario-
ctum. *Castr. in d. auth. res quæ. num. 11. Natt. cons.
61. num. 4. & fuit latè deductum in causa Montis Fa-
lisci fideicommissi 6. Iunij 1606. coram Reuerendissimo
Bononien.*

Nec etiam videtur obstare, quod Gerunda dicat
17 † possidere bona q. Marioctí, vigore sententiæ, per
quam fuit declaratum dicta bona ob alienationes per
Marioctum factas, vigore fideicommissi fuisse ad Ge-
rundam deuoluta.

Nam de executione dictæ sententiæ non constat,
quia potius ex testibus datis in summ. Camillæ con-
stat possessionem dictorum bonorum fuisse à Gerun-
da captam post mortem Marioctí, vt supra dictum
est, & addunt aliqui tanquam à sorore, & hærede
eiusdem Marioctí, & in omnem casum prædicta sen-
18 tentia † non potest saluari à notoria iniustitia, cum
etiam si Gerunda fuisset vocata ad fideicommissum
ob dictas alienationes per Marioctum factas, non fu-
isset vocata nisi ad bona alienata, non autem ad alia
bona tunc per Marioctum possessa, & fideicommisso
subiecta non solum vigore iuris communis, cum re-
gulariter prohibitus alienare, si alienet, non cadit nisi
à parte alienata. *Ias. in l. ait prætor in princ. num. 4.
& seqq. ff. de iure iur. Federic. Loaz. in §. diui. num.
192. Ruyn. cons. 119. num. 12. vers. sed contrarium.
lib. 2. Menoch. cons. 164. num. 22. lib. 2. vbi de comm.
& fuit dictum in causa Perusina Bonorum 22. Maij
1588. coram bo. me. Card. Platto, in Romana fidei-
commissi de Iacobtaijs 20. Iunij 1605. coram Reueren-
diss. Bononien. & in Firmana fideicommissi 27. Iunij
1611. coram R. P. D. meo Caualerio, & in Romana
de Theodolis 20. Aprilis 1597. coram Orano impressi.
post cons. Honded. 78. num. 87. & seqq. lib. 1.* Sed
19 etiam quia verba † testamenti, dum in euentum alie-
nationis alium vocant, sunt restricta ad rem aliena-
tam tantum, vt patet ex eorum lectura, *vt fuit con-
sideratum in decis. 379. num. 3. vers. septima. par. 1.
diuers. & fuit dictum in dicta Perusina bonorum co-
ram Card. Platto.*

Quæ dicuntur in ista dotem esse compensanda sal-
20 tem iocalia, † quæ prætenduntur remansisse penès
mulierem non verificantur in facto.

Et ita fuit decisum &c.

## Dunozet
## Camerinensis, seu Calliensis Pecuniaria
## Lunæ 26. Iunij 1617.

### SVMMARIA.

1 *Fœmina de iure communi cum masculis concurrunt in successione matris ab intestato.*

2 *Statutum excludens fœminas propter masculos non habet locum in sororibus vterinis, qui succedunt cum fratribus vterinis matri, & per tot.*

3 *Statuta excludẽtia fœminas censentur facta pro conseruatione familiarum, & agnationis, & num. 6.*

4 *Cessante causa cessat effectus.*

5 *Statuta excludentia fœminas sunt exorbitantia, & non sunt trahenda de casu ad casum.*

7 *Vterini fratres non dicuntur descendere à linea masculina, sed fœminina.*

8 *Vxor, & eius hæredes quando possint agere pro solutione dotis, & num. seqq.*

## DECISIO LXXX.

IOANNES Ludouicus, & Hieronymus de Innocentijs filij q. Erminiæ egerunt coram A. C. pro solutione dotis promissæ per Ludouicum patrem dictæ Erminiæ, ipsorum patri contra hæredes dicti Ludouici, mandataque executiua pro scutis 1200. obtinuerunt. Verum cum eadem Erminia prius nupta fuisset Vincentio Sanctacrucio, & ex primo matrimonio tres filias suscepisset, ideo dictæ filiæ insurrexerunt, cœperuntque prætendere partem dictæ dotis promissæ Erminiæ sibi competere tanquam vocatis ad hæreditatem ab intestato communis matris æquo iure cum fratribus vterinis, non obstantibus Constitutionibus Serenissimorũ Ducum Vrbini, Statutisque excludentibus fœminas propter masculos. Sed cum dictæ fœminæ, quæ pro eorum interesse coram eodem A. C. fuerant ad causam admissæ repulsam passæ fuissent, Causa in gradu appellationis mihi commissa; Dubitaui vtrum stantibus supradictis Constitutionibus, & Statuto Callij fœminæ stantibus fratribus vterinis à successione matris censeantur exclusæ. Quo dubio proposito, DD. negatiuè responderunt

1 † ea maximè ratione, quia de iure communi nulla habita sexus differentia fœminæ, masculique æqua lance in successione matris ab intestato concurrunt. *l. maximum vitium. C. de liber. præterit.*

2 Non obstant prædictæ Constitutiones † vna cum Statuto Calliensi in summar. dictarum fœminarum datæ, quibus fœminæ extantibus masculis à successione vtriusque parentis arcentur.

Non enim habet locum in sororibus vterinis, volentibus succedere vna cum fratribus vterinis in successione communis matris, *vt in ter. Socc. cons.* 84. *num* 1. *in fin. & seq. lib.* 1. vbi dicit ita conclusum fuisse per celeberrimos V. I. Consultos, *idem Soccin. cons.* 24. *num.*8. *in fin. lib.* 2. *& in l. cum vir. num.* 2. *ff. de cond. & demon. Bald. cons.* 316. *lib.* 2. *Brun. de Statut. art.* 12. *num.*98. 99. *&* 250. *& seq. cum multis alijs fusissimè allegatis in vna Firmana Pecuniaria* 10. *Iunij* 1613. *coram R. P. D. Verospio, vbi hanc opinionem Rota amplexa est reprobata Gabr. & Honded. contraria opinione.*

3 Huiusmodi enim Statuta † regulariter censentur facta pro conseruatione familiarum, & agnationis, *vt latè per Brun. d. tract. art.* 3. *in princ. per tot. & art.* 12. *num.* 250. *&* 251. *Menoch. cons.*426. *num.*6.

4 Sicque cum ratio † considerata per statuentes cesset in concursu fratrum vterinorum, per quos dici non potest familiæ, & agnationis decus propagari posse, vt est notorium, dispositio quoque Constitutionum, aut Statuti cessare debet ex vulgari regula cessante causa cessat effectus, quæ tanto magis habet locum,

5 quia huiusmodi † Statuta sunt exorbitantia à iure communi, & ita non sunt trahenda de casu ad casum, sed stricta fieri debet interpretatio vulgatis iuribus.

6 Quod autem dictum Callij Statutum, † & huiusmodi Constitutiones Serenissimorum Ducum Vrbini factæ fuerint pro conseruatione agnationis, satis visum fuit colligi ex verbis præfationis, ex quibus mẽs, & dispositio statuentium deprehendi solet. *arg. l. fin. C. de hæred. instit. cum similibus. Non. in his ter. cons.* 12. *num.* 6. *&* 7. Verba siquidem dictarum Constitutionum sunt clara, & clariora ipsius Statuti, dum expressa fit mentio conseruationis familiarum, seu agnationis, per quæ verba Statuti, si adesset dubietas in verbis Constitutionum venirent declaranda, *vt in ter. Surd. cons.* 568. *num.* 9. *& seq.*

Consideratum denique fuit per dictum Statutum,

7 † & dictas Constitutiones non excludi fœminas per masculos quoscumque purè, & simpliciter, sed solummodò per descendentes per lineam masculinam, & ideo non extendi debent ad fratres vterinos, qui non descendunt à linea masculina, sed fœminina. *Fulgos. cons.*54. *num.*2. *vers. in oppositum. Brun. d. tract. art.* 8. *num.* 52. *cum allegatis per informantes.*

Nec etiã obstat dictos fratres de Innocentijs egisse coram A. C. † petijsseque dotem Erminiæ matris

8 non vt eius hæredes, sed tanquam hæredes patris, cui dos à Ludouico fuerat promissa. Responsum enim fuit, vel ex æquitate, aut implorato Iudicis officio admitti potuisse præmortuo marito vxorem, vel eius hæredes ad petendam dotem (quicquid sit de rigore iuris) ab eo, qui eam soluere fuit obligatus *secundum decis. Guid q.* 375. *per tot.* vel saltem negari non posse ipsi vxori, & hæredibus actionem hypothecariam competere contra bona promittentis dotem. *l. vnica. C. de rei vx. act. Franc. decis.*33. *num.*5. Et quod omnem penitùs difficultatem tollit, cum hodie dos

9 dictæ Erminiæ, † vigore mandatorum ab A. C. relaxatorum sit exacta per filios, & hæredes secundi mariti, rationi congruit, vt sicut deberet hodie restitui hæredibus vxoris per maritum, ita eo mortuo exacta dos ab ipsius hæredibus debet restitui filiabus, & hæredibus ab intestato dictæ vxoris pro ea parte, in qua dictæ filiæ cum fratribus vterinis matri succedunt, qui dictam dotem exegerunt. Totus enim circuitus

10 dandi † actionem viro inductus est in fauorem ipsius vxoris, ne alias remaneat indotata. *DD. in l. si pro te. C. de dot. promiss. Corn. cons.* 183. *in princ. lib.* 4. *& cons.*318. *num.*3. *lib.* 3. *Bal. nouell. de dot. par.*8. *priu.* 24. *&* 25. *inter tract. cum allegatis.*

Quæ dicuntur de non transportatione actorum, & legitimatione personarum hodie sublata videntur ex reuolutione actorum, & testium depositionibus datis in summar. pro parte Vrsolinæ, & sororum.

Et ita decisum vtraque parte informante &c.

## Remboldo
## Romana legitimæ
## Lunæ 25. Iunij 1618.

### SVMMARIA.

1 *Fœminæ, & masculi in successione parentum ab intestato absque differentia admittuntur de iure communi.*

2 *Legitimæ supplementum non competit minus fœminis, quàm masculis.*

3 *Legitimæ detractio non potest à parẽtibus prohiberi.*

4 *Legitimæ non præiudicat acceptatio legati cum prohibitione de plus non petendo, quia requiritur expressa renunciatio num.* 5.

6 *Statutum exclusiuum fœminarum non excludit sororem vterinam propter fratrem vterinum, & num. seqq.*

7 *Statutum*

7 *Statutum exclusiuum fœminarum tanquam iuris communis correctorium est interpretandum strictè, & minus corrigat ius commune.*
8 *Statutum exclusiuum fœminarum est fundatum in fauore agnationis.*
9 *Frater vterinus non est agnatus sorori vterinæ, & non venit appellatione fratris germani num. 10.*
12 *Statuti vna pars aliam declarat.*

## DECISIO LXXXI.

LAVRENTIA scripto sibi hærede vniuersali Stephano, quem ex secundo matrimonio susceperat, reliquit Brigidæ primi matrimonij filiæ scut. 200. pro toto eo, quod in eius hæreditate tam ratione legitimæ, quam alias prætendere poterat, adiecta etiam prohibitione, quod nihil vltra petere posset. Vnde dubitari contingit, An dicta dispositione stante debeatur dictæ Brigidæ supplementum legitimæ.

Et Domini ipsa sola informate affirmatiuè responderunt. Quia de iure communi nulla † est in successionibus parentum, quæ ab intestato deferuntur, inter masculum, & fœminam differentia. *l. maximum vitium. & ibi Alex. num. 2. C. de liber. præterit. §. si igitur. Auth. de hæred. ab intest. auth. itaque. C. comm. de success.* ac propterea sicuti æqua lance ad dictam successionem omnes vocantur, ita † & eadem ratione competit quoque fœminæ non minus, ac masculo ius petendi supplementum legitimæ, quia scilicet illud prout est ius contratabulandi, & quærelandi testamentum regulatur à successione ab intestato. *l. 1. §. vocantur ibi eo iure, & ordine. & §. penult. & l. de adoptione. ff. contra tab. cum alijs per Corn. cons. 37. num. 4. & cons. 116. num. 2. lib 2. Soc. iun. cons. 87. num. 2. & 7. lib. 4.* vbi quod legitima sumit initium à successione ab intestato.

1
2

Nec obstat prohibitio Brigidæ facta, quod nihil posset vltra dicta scuta 200. in matris † hæreditate, tam ratione legitimæ, quam alias prætendere, quia illa respectu legitimæ non tenet. *l. quoniam in prioribus. C. de inoff. test. Bal. in l. si quando. §. generaliter. C. eod. Gabr. de legit. conclus. 1. num. 9. Peregr. de fideic. art. 36. num. 94.* atque hoc locum † quoque habet etiam si D. Brigida probaretur acceptasse legatum etiam cum dicta prohibitione factum. *Castren. cons. 73. num. 2. vol. 1. & cons. 193. num. 3. vol. 2. Ruyn. cons. 60. num. 4. vol. 2. Cephal. cons. 95. num. 7. & seq. lib. 1. Gabr. cons. 96. num. 1. lib. 1. Surd. cons. 192. num. 17. lib. 2.* Nam ad hunc effectum requiritur expressa † legitimæ renunciatio. *l. si quando. §. & generaliter. & ibi Ias. num. 1. C. de inoff. testam Ruyn. cons. 56. à num. 8. vsque ad 96. lib. 2. Card. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 8. num. 8. cum alijs cumulatis in vna Romana legitima 27. Iunij 1614. coram R. P. D. meo Verospio, & in eadem 16. Decembris 1616. coram Reuerendiss. D. meo Damasceno.*

3
4
5

6 Minus obstat Statutum † Vrbis c. 145. *lib. 1.* quod excludit sorores dotatas ab hæreditate paterna, & materna propter fratres, & patruos.

7 Quia cum dictum Statutum † sit iuris communis correctorium, ac propterea strictè interpretandum, vt minus quam fieri possit lædat ius commune. *Socc. iun. cons. 122. num. 5. lib. 2. Aym. cons. 259. num. 2.* intelligi debet de fratribus vtrinque coniunctis non verò vterinis, *vt in terminis similis Statuti post Bal. cons. 316 num. 1. in fin. & seq. lib. 2. late tradit Brun. de Statut. quod stant masc. art 12. num. 98 & 150. cum seqq. cum pluribus per eum citatis*, quorum sententiam vti magis communiter receptam (*reprobata opinione Gabr. cons. 13. num. 40. & seq. lib. 1. & cons. 18. num. 44. lib. 2. & aliorum contrarium sentientium*) amplexa est *Rota in vna Firmana Pecuniaria 10. Iunij 1613. coram R. P. D. meo Verospio, & in causa Camerinen seu Callien. Pecuniaria 26. Iuny 1617. coram R. P. D. meo Dunozet.* Illaque eò magis in terminis dicti Statuti Vrbis procedit, tum quia illud

8 excludit fœminas † propter masculos fauore agnationis, *vt fuit sæpius resolutum, & præsertim in vna Romana Successionis de Girona 23. Ianuarij 1573. coram Robustero, & in Romana Hæreditatis de Sellis 16. Ianuarij 1608. coram Reuerendiss. Attrebaten.* Nam

9 cum frater vterinus † non sit agnatus sorori vterinæ, *Bald. cons. 4. num. 3. lib. 1. & cons. 61. lib. 4. Corn. cons. 2. num. 22. lib. 1.* cessat inter ipsos ratio dicti

10 † Statuti, & per consequens etiam eiusdem dispositio, *vt in puncto tradit Alex. in l. ex facto. num. 45. ff. de vulg. & pupill. Bald. cons. 30. num. 4. lib. 1. & admittit ipse quoque Gabr. d. cons. 13. num. 38. & seq.*

11 *lib. 1.* Tum etiam, quia dum † Statutum post exclusionem filiarum dotatarum ad fauorem fratrum idem quoque disponit in non dotatis extantibus fratribus germanis, quæ dispositio sicuti in vterinis verificari non potest *ad notata per Bald. in l. lege 12. tabul num. 7. C de legit. hæredib.* ita declarat, de quibus fratri-

12 bus supra intellexerit, quia vna pars Statuti † aliam declarat. *l. si seruus plurium. §. si numerus, cum ibi notat. ff. de legat. 1. Surd. cons. 53. num. 10. Ruyn. cons. 201. num. 5. vol. 1. Paris. cons. 54. num. 10. vol. 2.*

## Eminentissimo Card. Virili
## Perusina Hæreditatis
## de Cincijs.
## Mercurij 15. Decemb. 1627.

### SVMMARIA.

1 *Mutus, & surdus à natiuitate non potest condere testamentum. Fallit in militibus num. 6.*
2 *Fallit vbi est intellectu capax ita vt nutu, & signis bene intelligat quid agat, & concurrente auctoritate Papæ cum num. seqq. vbi tolluntur obiecta etiam quod sit septuagenarius num. 24. & non requiritur citatio venientium ab intestato n. 25.*
5 *Muti, & surdi à natiuitate, vbi percipiunt, quæ geruntur æquiparantur maioribus, & loquentibus, & possunt esse testes num. 8. & contrahere matrimonium num. 9.*
10 *Testamentum non permisissent condi persona qualificata à non capace intellectus.*
*Muti, & surdi capacitas deducitur ibidem, & num. seqq.*
15 *Testamenti faciendi facultas non trahitur ad iam factum, vbi declaratur.*
17 *Gratia, vt non dicatur subreptitia, sufficit, quod quod verificetur, & sit verum id, in quo se Papa fundauit.*

18 *Sententia ſubſtinetur etiam quod aliquid ſit factum poſtea vbi in illo non fundatur ſententia.*
*Dictio, Præſertim, ſtat ampliatiuè ibidem.*
19 *Pluralitas in reiterabilibus præſumitur.*
20 *Sententia non eſt nulla etiam quod cedula ſit publicata poſt prolationem ſententiæ ex ſtylo Perusiæ probato per fidem Procuratorum Collegiatorum.*
21 *Curator non poteſt hæres inſtitui ab eo, cuius curam gerit. Sed contra veritas num. 22. maximè in filijs curatoris.*
25 *Subſtitutus habet ius ex cauſa de præterito, ſecus venientes ab inteſtato.*
*Venientes ab inteſtato habent ſolum ius in ſpe, quod non eſt conſiderabile, ibidem.*

## DECISIO LXXXII.

RESPONDERVNT Domini non conſtare de inualiditate teſtamenti q. Olimpiæ de Cincijs;
1 licet enim ſurda, † & muta à natiuitate non poſſit facere teſtamentum. *l. diſcretis. C. qui teſtam. fac. poſſ. §. item ſurdus. inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. Pariſ. conſ. 63. num. 15. lib. 4. Gomeſ. ad l. Tauri 3. num. 16. Nepos à Monte Albano in tract. de except.*
2 *art. 20. num. 10.* tamen cum iſta inhabilitas † ad teſtandum proueniat, ex diſpoſitione *d. l. diſcretis.* & ſic meri iuris poſitiui, non naturalis, ſi muta, & ſurda à natiuitate ſit intellectu capax, ita vt nutu, & ſignis benè intelligat quid agat, illa inhabilitas auctoritate Papæ tollitur, & teſtari poteſt. *l. qui in poteſtate. §. ſurdus, & mutus. l. ſi mutus. ff. de teſtam. Gloſ. in d. l. diſcretis. in verb. qui pœnitus. vb. Cin. in princ. Bald. num. 2. Salic. num. 1. Roman. in princ. Corn. num. 5. Alex. num. 4. Tiraq. de priuileg. piæ cauſ. priuileg. 9. Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 1. §. 1. num. 171. Dilect. de arte teſtan. tit. de his, qui non habent teſtam. fact. cautel. 9. num. 3.*
Vnde cum Gregorius XV. fel. rec. commiſerit Vi-
3 cario Perusino, † vt quatenus dicta Olimpia capax ſit, approbet, & confirmet eius teſtamentum, conſequenter data intellectus capacitate auctoritas Papæ tollit inhabilitatem iuris poſitiui, & ſuſtinetur teſtamentum.
3 Nec facit, quod aliqui Doctores teneant, quod muti, & ſurdi à natiuitate etiam intellectu capaces non poſſint teſtari, ex quo æquiparentur defunctis, ſiue infantibus, & furioſis, & ideò ex defectu conſenſus excludantur à facultate teſtandi, nec Principis licentia ſuffragari poſſit, cum muti, & ſurdi à natiuitate non agnoſcant, quid ſit teſtamentum, & hæredis inſtitutio, & rogitus Notarij, & ideò non poſſint licentiam, & facultatem à Principe impetrare, quia
4 fuit reſponſum illos † loqui, vel in caſu capacitatis intellectus, quando non adeſt licentia Principis, vel ſi adeſt licentia Principis, concurrit incapacitas, & defectus intellectus, & ſic obſtaculum iuris naturalis, at vbi in ſimul datur capacitas, & licentia Principis, verior, & magis recepta eſt opinio, quod teſtamentum ſurdi, & muti à natiuitate valeat. *Alex. in l. fin. num. 4. & ſeq. ff. de teſtam. milit. & in d. l. diſcretis. num. 4. C. qui teſtam. fac. poſſ. vbi Dec. num. 4. Tiraq. d. priuil. 9. verſ. ſunt qui has opiniones. Vaſq. controu. illuſt. lib. 3. cap. 103. num. 6. & 7. & de ſucceſſ. progreſſ. lib. 1. §. 1. num. 172.* in illis enim intellectu
5 † capacibus, & habentibus vſum rationis, ac intelligentibus ſignis, & nutu quicquid agitur, ceſſat ratio, quod deficiat conſenſus, & æquiparentur defunctis, infantibus, & furioſis, & ideo de licentia Principis, quæ tollit inhabilitatem prouenientem de iure poſitiuo poterunt validè teſtari, nam vbi muti, & ſurdi à natiuitate percipiunt, quæ geruntur æquiparantur maioribus, & loquentibus. *Bart. in l. mutus. ff. de acquir. hæred. Alciat. in l. 1. num. 51. ff. de verb. oblig. Vaſq. de ſucceſſ. progr. d. lib. 1. §. 1. num. 172.* vbi refert de quodam Figueroa Volliſoletano à natiuitate muto, & ſurdo perſpicaciſſimi ingenij, qui nutu, & ſignis omnia intelligebat, prout quælibet perſona ſa-
6 gax, ſicuti enim lex mutis, † & ſurdis militibus dum ſunt in Caſtris, concedit facultatem teſtandi nutibus, & ſignis. *l. iure militari ff. de teſtam. milit.* ita & Prin-
7 ceps ſi mutus, † & ſurdus habet vſum rationis, poteſt hoc ei concedere cum ſit lex animata in terris. *Vaſq. de ſucceſſ. progr. d. §. 1. num. 169.* & ideò hu-
8 iuſmodi muti, † & ſurdi capaces poſſunt eſſe teſtes. *Faber. in §. teſtis inſtit. de teſtam.* poſſunt ingredi Religionem, & profiteri. *Alberic. in l. vbi non voce. n. 1. & ibi Cagn. num. 1. & 2. de regul. iur. Angel. in d. l. diſcretis. num. 2. Sanch. ſuper decalog. lib. 7. cap. 12.*
9 *num. 32.* & poſſunt † contrahere matrimonium. *cap. cum apud de ſponſal. Cagn. in d. l. vbi non voce. num. 1. Couarr. de ſponſ. 2 par. cap. 4. in princ. Sanch. de matrim. lib. 1. diſput. 8. num. 12.*
10 De capacitate autem Olimpiæ teſtatricis † videtur ſatis conſtare, cum illa probari debeat per ſigna, & nutus, ac demonſtrationes; fuerunt enim conuocati ſeptem teſtes domeſtici, Notarius, ac quinque Sacerdotes, qui diu confeſſionem audiuerunt, & Sacramenta adminiſtrarunt, ac etiam Iudex, ita vt domeſtici, & Sacerdotes ob ſolitam conuerſationem eſſent experti, & practici de ſignis, & demonſtrationibus ipſius Olimpiæ, & ex numero, & qualitate perſonarum omnis ſiniſtra ſuſpicio excluditur, cum non permiſiſſent, vt conficeretur inſtrumentum teſtamenti, ſi ſufficientia ſigna, & coniecturæ teſtandi non adfuiſſent. *Bcec. conſ. 102. num. 27. Surd. conſ. 132. num. 24. & fuit dictum in Rauennaten. Pecuniaria 6. Nouembris 1624. coram R. P. D. meo Merlino;*
11 & ex conuocatione, † ac interuentu domeſticorum, ac Sacerdotum, qui ſigna, & demonſtrationes mutæ, & ſurdæ ſoliti erant intelligere, fuit ſeruata forma requiſita in teſtamento illius, vt apparere poſſet de capacitate, & voluntate ſurdæ, & mutæ per ſigna *de quo per Bart. in l. mutum. num. 2. & 3. ff. de acquiren. hæredit. Benedict. in cap. Raynutius. ver. mortuo teſtatore. num. 366. de teſtam. Neuizan. conſ. 64. num. 8. Bellam. conſ. 1. num. 38. & ſeq.* Signa enim
12 data per teſtatricem † videntur eſſe concludentia; quia hæredes ſolos inſtitutos, & non alios amplexa fuit cum ſignis denotantibus inſtitutionem hæredis, ac digitis quantitatem legatorum demonſtrabat, & dum de orphanis intelligebat, veſtem ceruleam, quo colore orphani induebantur amplectebatur, & teſtes benè informati de illius capacitate, & ſagacitate, & de voluntate deponunt, & vlterius concurrit aucto-
13 ritas † Vicarij Iudicis delegati, qui pro capacitate pronunciauit, cuius arbitrio ad modum ſtandum videtur. *Abb. in cap. cum apud in fin. de ſponſ. Pariſ. conſ. 63. num. 8. lib. 4. Sanch. de matrimon. d. lib. 1.*

*disp. 8. num. 12. vers. poterit autem Iudex.* & cum
14 testamentum † ritè, & rectè, ac prudenter reperiatur factum substinetur etiam si posset dubitari, an mutus, & surdus haberet sensum, & intellectum, nam ex actu benè gesto arguitur, quod capacitas concurrit. *Vasq. controuers. illustr. lib. 3. cap. 103. num. 6.*

15 Non obstat, quod licentia Principis † suffragetur in testamento faciendo, secus hic in testamento iam facto. *Verall. decis. 258. par. 3.* quia procederet, si fuisset petita facultas faciendi testamentum, sed hic fuit facta expressio Papæ, quod testamentum erat factum sub beneplacito Apostolico, & fuit petita confirmatio, & Papa apposuit clausulam quatenus dicta Olimpia sit capax, vnde verificata capacitate confirmatio, & facultas data à Papa, compræhendit etiam testamentum iam factum cum de voluntate Papæ concedentis appareat. *Castr. in l. si iam facta. num. 2. ff. de condit. & demonstr. Alex. cons. 95. num. 4. lib. 7. Surd. cons. 461. num. 20. & seq.*

16 Nec placuit Dominis intellectus, † quod illa clausula apposita in confirmatione, quatenus Olimpia sit capax, intelligitur de capacitate iuris, & sic quatenus mutus, & surdus habeat testamenti factionem, quia Papa intellexit de capacitate doli, & discursus, ac intellectus, ex nutu, & signis, iuxta materiam subiectam, nam si narratur defectus surditatis, & mutitatis à natiuitate inepta fuisset restrictiua ad capacitatem iuris, cum Papa non errer in Iure, & confirmatio esset superflua, & præsertim cum Greg. XV. fel. rec. esset Iurisconsultus eminentissimus, & fuerit Rotæ Auditor Primarius, itaut dispositionem iuris benè intelligeret.

17 Gratia confirmationis † non videtur subreptitia, quia narrata, in quibus verisimiliter Papa se fundauit probant testes, nempè, quod hæredes institutos diligebat, quibus transmittebat triticum, & vinum, & quod signis patefaciebat voluntatem, vt illi essent sui hæredes, & cum Papa se restringat ad capacitatem, & in ea fundet gratiam sat est illam esse veram. *Papazon. ad decis. 7. de rescript. in nou. Rot. decis. 697. num. 3. par. 2. recent. Angel. Aret. cons. 107. num. 6. & 7. Seraphin. decis. 1432. num. 9. Cassad. decis. 12. num. 15. de praben.* non enim omnis subreptio vitiat gratiam, sed ea, quæ dolosè fit ad monendum Principem. *Put. decis. 17. num. 1. lib. 3. Aegid. decis. 4. num. 1. Seraph. decis. 1007. num. 6.*

18 Non obstat, quod sententia Vicarij delegati † fuerit sub die 10. Maij, & accessus Iudicis appareat sub die 12. & sic fuerit post sententiam, tum quia sententia fundatur in testibus, & quoad visitationem dicit,
19 & præsertim, vnde ampliatiuè loquitur, tum † quia cùm accessus sit actus reiterabilis, præsumitur pluralitas, & quod alter accessus antea interuenerit. *Seraph. decis. 1115. num. 1. & 2. Alciat. reg. 3. præsumpt. 42. num. 1. & seq. Greg. decis. 282. num. 7.* tum quia Vicario delegato non fuit iniunctum à Papa, vt faceret accessum.

20 Non obstat nullitas sententiæ dicti Vicarij, † quia ex fide Procuratorum Collegiatorum Perusiæ cedulæ publicantur alijs diebus subsequentibus, qui stylus attenditur ad euitandam nullitatem sententiæ, *vt in Ferrarien. Decimarum 21. April. 1621. coram bo. me. Vbaldo*, & quatenus adesset nullitas, intrat *Clem. Auditor*, cuius vigore Rota potest exequi gratiam Papæ.

21 Non obstat, quod hæredes instituti † essent filij curatoris, quia licet aliqui teneant, quod curator non possit institui hæres ab eo, cuius curam gerit. *Menoch. cons. 1073. Marta voto Pisano 198. num. 5.*
22 *& 6.* tamen contraria opinio † est verior, maximè quando cessat suspitio fraudis, vel metus, prout hic *Galuan. cons. 42. Peregrin. cons. 59. lib. 6.* vltra quod hic non fuit institutus curator, sed filij curatoris, in quo casu non loquitur *nec Menoch. nec Marta.*

23 Non obstat, quod hæredis institutio † debeat fieri voce, quia in muto, & surdo à natiuitate sufficiunt signa. *Alber. in suo Dictionario in verb. mutus. cum alijs supra citatis.*

24 Non obstat, quod † versemur in muliere septuagenaria, quia stante capacitate intellectus, mulier quoque habilitatur ex priuilegio Principis. *Dec. in reg. 2. num. 5. & 6. de reg. iur.*

25 Non obstat, quod essent citandi † venientes ab intestato. *Paris. cons. 63. num. 11. lib. 4.* quia *Paris.* loquitur in substituto, qui habet ius ex causa de præterito radicatum in testamento, secus est in venientibus ab intestato, qui habent solum ius in spe, quod non est considerabile, cum vnicuique sit data libera facultas disponendi de rebus suis. *Dec. cons. 507. num. 2. Seraph. decis. 325. num. 24.*

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum &c.

## Cardinali Mellino
## Perusina de Oddis
## Lunæ 28. Iunij 1604.

### SVMMARIA.

1 *Statuti existentia de certo tempore deducitur.*

2 *Confirmatio Statuti firmatur, & declaratur clausula quatenus sit in vsu num. 3. & clausula quatenus sint licita, & honesta num. 4.*

3 *Statuta ante confirmationem sunt inualida.*

4 *Statuta exclusiua fœminarum propter fauorè agnationis habentur pro iustis, & rationabilibus, maximè vbi prouident in casu obitus filiarum sine filijs.*

### DECISIO LXXXIII.

FVIT resolutum constare de confirmatione Sta-
1 tuti, quia de illius existentia † de anno 1511. non potest dubitari, quoniam in Indice Rubricarum Statutorum, qui fuit factus de illo anno à Notario publico reperitur adnotatum hoc Statutum *sub rubr. 146.* quod etiam hodie reperitur in libro Statutorum sub eadem *rubr. 146.* Et hoc eò magis dicendum est propter adminicula, & coniecturas, quæ benè dedu-
2 cantur per informantes, & firmata † existentia Statuti de illo tempore materia est clara, quia vltra alias confirmationes posteriores, adest confirmatio fel. recor. Clementis VII. de anno 1524.

3 Non obstat, quod habeat clausulam † *quatenus sint in vsu.* Quia iuxta resolutiones factas *in causa Asculana dotis coram Illustriss. D. Card. Blanchetto, & in causa Amerina successionis coram R. P. D. Decano* illa

clausula refertur ad priuilegia, quæ etiam confirmantur, & non ad Statuta, quoniam cum ante confirmationem Statuta sint inualida, gratia confirmationis non potest esse fundata in isto abusu de facto, sine authoritate Sedis Apostolicæ, qui potius est causa denegandi, quàm concedendi confirmationem.

4 Non obstat alia clausula † *quatenus sint iusta, & rationabilia*. Quoniam similia Statuta propter fauorem agnationis, cui prouident, habentur pro iustis, & rationabilibus, *vt fuit resolutum in causa Vrbeuetana Castrorum coram Illustriss. Card. Blanchetto, & in causa Nucerina Successionis 29. Martij 1602. coram R. P. D. Sacrato, & in dicta causa Amerina*, &
5 tanto magis † cum istud Statutum prouideat solum in casum obitus filiarum sine filijs &c.

## Cardinali Marcomontio Assisiensis Hæreditatis Mercurij 31. Maij 1606.

### SVMMARIA.

1 *Substitutus excluditur per Monasterium durante vita naturali Monialis antea vocata, & per tot.*
2 *Monasterium non succedit vbi testator disposuit, vt bona remanerent in familia. Sed contra num. 4. & vide num. seqq.*
9 *Statutum debet produci.*
10 *Statutum in Terris Ecclesiæ non valet, absque auctoritate Papæ, & vbi est contra libertatem Ecclesiasticam.*
11 *Confirmatio generalis Statutorum non trahitur ad illud, quod est contra libertatem Ecclesiasticam.*
12 *Statuti de facto obseruati dispositioni censetur quis se conformare. Declara vt num. seqq.*
14 *Statutum disponens de successione ab intestato non attenditur quando agitur de succedendo ex fideicommisso conditionali.*

### DECISIO LXXXIV.

BERNARDINVS Bistichius duos habens filios Petrum Paulum, & Salustium, deducta è bonis suis quadam portione assignata Salustio, reliqua bona præsentia, & futura donauit Petro Paulo, addita prohibitione alienationis ex quauis causa, quia voluit bona donata semper in familia, & posteritate remanere, & vetuit illorum proprietatem, & possessionem de nomine, & genere suo in alios transferri, deficiente autem posteritate masculina voluit ea deuenire ad fœminam, & vltimo loco ad cippum domus, quem declarauit esse Iulium Cæsarem Galeottum. Post obitum Bernardini, & Petri Pauli eiusque filiorum masculorum, fuit orta lis inter prædictum Iulium
1 Cæsarem, & Monasterium † Monialium de Episcopis Assisij, in quo Clara Petri Pauli filia emisit professionem, fuitque dubitatum, An Moniales, & Monasterium excludant Iulium Cæsarem, quo dubio vtraque parte informante proposito DD. dixerunt Iulium Cæsarem excludi durante vita Claræ Monialis.
2 Ratio decisionis fuit, † quia Clara, quæ est ex posteritate Bernardini, fuit vocata ante Iuliũ Cæsarem, ideoque & si illum perpetuò non excludebat, tamen quamdiu saltem erit superstes, Monasterium, in quo professionem emisit, debet possidere bona fideicommissaria restituenda Cæsari post Monialis mortem naturalem. *Felyn. in c. in præsentia. num. 55. & 56. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 9. num. 11. Illustrissimo Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 7. num. 4. Ruin. cons. 85. num. 4. lib. 2.*

Non obstat, quod Bernardinus disponens, vt bo-
3 na † remaneant in familia, & posteritate sua, censeatur tacitè prohibuisse Monasterijs successionem. *Dec. cons. 258. num. 2. Alciat. cons. 53. lib. 9. Illustriss. Mantic. vbi supra num. 18. Couar. num. 11. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 83. num. 45.*
4 Nam vltra quod illa opinio † non caret contradictoribus, vt patet, *ex Caput. decis. 15. lib. 1. & ex cumulatis per Peregr. de fideic. art. 28. num. 71. & 81.* non
5 comprehendit casum, de quo agitur, † cum, vt dictum est, Clara sit de posteritate Bernardini, enimuerò, cum post alienationis prohibitionem, & appositam illi rationem, vt bona stent in familia, Bernardinus disposuerit, quod deficiente posteritate masculina bona deueniant ad fœminam. Clarum est il-
6 lam † rationem non intelligi, donec extet familia effectiua, neque amplius esse locum considerationi,
7 quam prææallegati Doctores faciunt † ex agnationis conseruatione quandoquidem, & illius ratio vltra casum à donatore expressum non debet extendi, *vt fuit dictum in causa Amerinen. Successionis 28. Maij 1597. coram R. P. D. meo Decano*, & ex illa fœmina-
8 rum vocatione † resultat testatorem non habuisse rationem agnationis. *Card. Mantic. lib. 6. tit. 5. num. 9. Aym. cons. 306.* licet post fœminas cippus vocatus sit. *Paris. cons. 35. lib. 3. & fuit dictum in causa Romana Fideicommissi de Gallis 26. Nouembris 1587. coram Illustriss. Pamphilio*, cum bona potuissent mediante posteritate fœminarum permanere extra familiam per quamplurimos annos, ita quod cum in illa parte dispositionis, in qua fœminæ posteritas vocatur, cesset ratio conseruationis familiæ, cessare etiam debet exclusio Monasterij, cum illa exclusio inducatur fauore familiæ, quæ supprimitur, & abolitur ex successione Monasterij, *vt deducit Molin. de primog. Hisp. lib. 1. cap. 13. num. 90. & 93.*
9 Non obstat assertum Assisij Statutum, † quia nec fuit productum, nec vbi produceretur posset de illo
10 haberi † aliqua ratio, vt potè condito in Terris Ecclesiæ absque Papæ auctoritate, & contra libertatem Ecclesiasticam. *Felyn in d. c. in præsentia. num. 38. Menoch. de præsumpt. 83. num. 55. lib. 4.* Vnde nec
11 ad illud extenderetur † Apostolica confirmatio, si quæ adesset generalis omnium Assisij Statutorum. *Felyn. in c. 2. num. 40. & seq. de rescript.*

Non obstat, quod disponens censeatur se voluisse
12 conformare dispositioni † Statuti etiam de facto obseruati. *Alex. cons. 502. & 635. Menoch d. num. 53. Peregr. d. art. 28. num 92.* Nam quicquid sit de illa
13 opinione, † & de huius Statuti obseruatione, quæ deberet probari in terminis huius causæ, v. g. quando Monasterium succedere vult durante dumtaxat vita Monialis, & quando agitur de excludenda nepte ex filia ad fauorem vnius agnati remotissimi, satis
14 est, quod hoc casu † tam Monasterium, quàm Iulius Cæsar veniunt ex fideicommisso conditionali; & per

consequens

consequens non attendendum Statutum disponens de successionibus ab intestato. *Alex. consil. 131. num. 3. lib. 1. Put. decis. 122. num. 5. lib. 2.*

# Litta Perusina de Vibijs Lunæ 14. Iunij 1604.

*SVMMARIA.*

1 *Fructuum liquidatio quo ad certum tempus deducitur.*
2 *Ponens dicitur fateri expressa in positionibus.*
3 *Confessio nocet hæredi, & singulari successori.*
4 *Fructus liquidantur ex instrumento locationis.*
5 *Fructus liquidantur de consensu partium ad effugiendas expensas.*
6 *Fructuum valor probatur ex libris Communis scriptis à publicè deputatis.*

DECISIO LXXXV.

HABITA per Vibios de anno præterito reintegratione ad bona, quibus fuerant spoliati de anno 1566. cum iuxta formam sententiæ illis deberentur fructus percepti à die spolij, quatenus extarent, vel eorum valor, dubitari obtinuerunt, An constaret de liquidatione fructuum, & vsque ad quam summam, & ex probationibus allatis fuit solùm firmatum constare de liquidatione à die spolij vsque ad annum 1558. & ab anno 1594. vsque ad annum 1601.
1 fundamentum decisionis respectu † temporis faciebant Domini super confessione illarum mulierum, à quibus habet causam Signorellus, quæ de anno 1558. 11. Ianuar. produxerunt positiones cōtinentes quantitatem fructuum recollectorum pro illo tempore, de qua confessione data fuit copia in summarijs illorum de Vibijs num. 4. ex qua apparebat fructus respectu grani deductis expensis adscendere ad salm. 36. fabarum salm. 2. ordei salm. 1. vini baril. 100. olei mediolena 30. Cum igitur tertia pars istorum bonorum spectaret ad Vibios, ad eosdem etiam spectabat tertia pars fructuum sic liquidatorum, notissimum enim
2 est enim, qui ponit † dici fateri expressa per eum in positionibus. *Canon. in c. fin. de iuretur. in 6. cum alijs per Alex. consil. 172. num. 1. lib. 7.* prout etiam est in-
3 dubitatum, auctoris confessionem † nocere hæredi. *l. si mater. §. fin. ff. de except. rei iudic.* & etiam singulari successori. *Aret. consil. 36. num. 3. vers. 2. dico. Aym. consil. 125. num. 2. & tenuit Rota in vna Pistorien. deuolutionis bonorum 5. Martij 1588. coram Card. Seraphino, quæ est diuers. 776. par. 1. in Romana domus 8. May 1592. coram D. meo Mellino, & alias sæpius.*
Liquidationem verò ab anno 1594. ad anno 1601.
4 fundabant † DD. super quodam instrumento locationis ad septennium factæ per D. Faustinam de Aptis de prædio S. Sixti empto à Signorello pendente lite super spolio pro annuo affictu salm. 7. grani, & 8. mediolenorum olei, quorum tertia pariter spectat ad Vibios, cuius locationis effectuatio non reuocabatur in dubium, & liquidationem fructuum elici ex instrumentis locationum apparebat *ex decisione aliàs facta in vna Perusina Exequutionis 19. Nouembris 1597. coram Card. Seraphino*, in hac enim materia ob probationis difficultatem exuberat arbitrium Iudicis, *vt sæpè dictum fuit*.
Pro reliquo verò tempore placebat Dominis fieri
5 taxationem de consensu † partium ad parcendum sumptibus, & euitandam difficultatem, quæ erat patens, si faciendæ hodie erant probationes pro liquidandis fructibus perceptis ab anno 1588. ad anno 1594.
Quantum ad valorem fructus tam liquidatorum, quàm liquidandorum fuit dictum standum esse libris
6 Communis Perusiæ, † in quibus annotatur singulis hebdomadis, & diebus mercati precium singulorum fructuum, cum sint scripti à publicè deputatis, quibus ratione officij creditur ex allegatis in præcitata Perusina exequutionis &c.

# Ortembergo Asisiensis Hæreditatis Veneris 14. Decembris 1607.

*SVMMARIA.*

1 *Statutum Abastiæ exclusiuum fœminarum non valet, & per tot.*
2 *Statutum in Terris Ecclesiæ non valet nisi à Præside Prouinciæ sit confirmatum, maximè stante Egidiana num. 7.*
3 *Statutum exclusiuum fœminarum est contrarium iuri communi.*
4 *Statutum contra ius commune non potest condi à Populo recognoscente Superiorem.*
5 *Confirmatio Statuti à Barone, qui non habet merum imperium non suffragatur, & num. seq.*
8 *Statuti inualidi obseruantia, & tolerantia Officialium, quando faciat Statutum valere, & num. seqq.*
*Principis scientia arguitur ex scientia Officialium, ibid. cum seqq. vbi declaratur.*
12 *Decretum irritans inficit, & irritat omnia in contrarium facta.*
13 *Confirmatio quoad vnum capitulum Statuti non trahitur ad alia, cum num. seq.*
15 *Confirmatio Statuti correctorij iuris communis debet esse ex certa scientia.*
16 *Statutum insertum in libro Statutorum præsumitur cum omnibus qualitatibus. Declara vt num. 17.*

DECISIO LXXXVI.

DVBITAVI an adsit Statutum Terræ Abastiæ,
1 † quod suffragetur ad excludendas filias à successione paterna in fauorem patruorum, quod negatiuè resolutum fuit.
Nam & si fuerit productum quoddam assertum
2 † Statutum illud visum fuit non suffragari. Cum enim Abastia sit immediatè subiecta Sedi Apostolicæ, nullam planè statuendi potestarem, habet ex hactenus obseruata consuetudine, qua omnis Status, & Statuta

 Ciuitatum,

Ciuitatum,& Terrę Ecclesiæ à Superiore dependent, & nisi à Præside Prouinciæ confirmentur non valent secundum opinionem. *Compostell. in cap. cum omnes. num. 7. de constit. de qua testatur Bal. in l. omnes populi. num 14. vers. & hæc opinio. ff. de iust. & iur. & cons. 407. num. 1. lib. 2. Corn. cons. 163. num. 2. propè fin. lib. 1.* idque contra *Innoc. in c. cum accessissent num. 2. vers. de alijs tamen de constit. & sequaces, inter quos est Bart. in l. 1. num. 3. vers. quacumque. ff. de damn. infect. Iacob. Butrig. in l. 3. num. 3. vers. quod ergo. ff. quod quisque iur. Bal. vbi sup.*

Secundò hoc Statutum est contrarium iuri com-
3 muni † *l. maximum vitium. C. de liber. præter. l. cum initio ff. de bon. damn. §. 2. instit. de hæred. quæ ab intest. defer. Bart. in l. 1. num. 33. C. de summ. Trinit. Gozad. cons. 37. num. 12. & fuit dictum in causa Montis Falisci hæreditatis 19. Maij 1584. quæ est diuers. 780. num. 7. & seq. par. 1.* quare huiusmodi Statu-
4 tum † condi non potest à Populo recognoscente Principem. *c. cum inferior de maior. obed. l. formam. C. de off. præf. prætor. Innoc. in c cum P. Tabellio. num. 3. de fid. instr. Alex. in l. nemo potest. num. 4. ff. de leg. 1. Socc. sen. cons. 272. num. 5. vers. 4. lib. 2.*

Nec releuat confirmatio Dominorum de Balleo-
5 nibus,† qui eo tempore Vicarij Ecclesiæ Terræ Abastiæ dominabantur, quo tempore non erat immediatè subiecta.

6 Quia & si Barones possint confirmare † Statuta, vbi habent merum imperium, non tamen possunt confirmare Statuta contra ius, & contra leges, vel Constitutiones Principis. *not. in l. 1. & ibi Bal. n. 2. C. de monop. & in l. nulli. num. 1. in fin. C. de sent. & inter loc. om. n. Iudic. Rom. cons. 216. num. 4. Afflict. in Constit. Regn. in prælud. num. 4.*

7 Deinde Constitutio † Egidiana, quæ fuit extensa ad totum Statum Ecclesiasticum per Paulum III. nō solùm prohibet condi noua Statuta, sed etiam facta seruari sine assensu Præsidis Prouinciæ, quia Statuta Ciuitatum per subiectionem annullantur, cum peruenerint ad eum Statum, à quo incipere non potuissent. *Roman. cons. 216. ante num. 2.*

8 Nec obstat obseruantia, & tolerantia † Officialium Sedis Apostolicæ, ex qua arguitur scientia Principis. *Bar. in l. si publicanus, §. vltimo. num. 2. ff. de public. Aym. de antiq. temp. sect. Absolutis num. 23.*

9 Quia huiusmodi obseruantia † non est clara, sed redditur turbida ex testibus datis in summar. Angelæ num. 7. & seqq. & in specie in tertio teste in summar. num. 10. qui recenset plures ex actibus articulatis fu-
10 isse in lite, & controuersia. Neque constat † de scientia, & tolerantia Officialium, quia non præsumitur, quod habeant scientiam omnium, quæ continentur in Codicibus librorum. *Alex. cons. 84. num. 5. vers. nec prædictis obstat. lib. 1.* & dicta opinio *Bart.*
11 multos † habet contradictores, quia scientia Officialis non est scientia Domini. *l. vulgo. ff. pro empt. Glos. in cap. cum ad sedem. vers. interdictum de restit. spoliat. & in l. si res obligata. vers. si nesciat. de leg. 1. Alex. d. cons. 84. num. 5. Ruin. cons. 45. in fin. vers. sed dato vel 4. & alij quos enumerat Aym. loco cit.*

12 Postremò decretum irritans † positum in Constitutione Egidiana inficit, & irritat omnia in contrarium facta, *vt fuit resolutum in vna Auximana Parochialis S. Eusebij 14. Febr. 1583. coram bo. me. Brauo,*

13 Nec obstat, quod Gregorius XIII. reduxerit † antiquum Statutū Terræ Abastiæ de damno dato, quod fuerat mutatum per Dominos de Balleonibus.

14 Quia non sequitur ex quo alia † Statuta non abrogauit censetur illa confirmasse, quia potiùs posset dici, quod Papa concedendo confirmationem quoad vnum capitulum, quoad reliqua denegauerit.

15 Vltra quod non constat Papam habuisse † notitiam in specie Statuti, de quo agitur, prout est necesse stante eius iniustitiâ, requiritur enim confirmatio concessa ex certa scientia, *vt dicitur in dicta decisione Montis Falisci.*

16 Nec facit, quod hoc Statutum † reperitur insertum in libro Statutorum, quæ insertiō præsumitur facta cum omnibus qualitatibus. *Bero. cons. 173. num. 54. lib. 1. & fuit dictum in Asculana supplementi legitimæ 16. Nouembris 1579. quæ est diuers. 536. num. 2. par. 1.*

17 Quia nescitur, quo tempore facta † fuerit ista insertio, & tertius testis in summ. Angelæ dicit, quod capitulum Statuti reperitur adiunctum, & scriptum diuersa manu &c.

Quare &c.

## Penia
## Perusina Exequutionis
## 23. Martij 1594.

*SVMMARIA.*

1 *Petens plus debito condemnatur in expensis. Amplia vt ibi.*
2 *Sententia præsumitur reuocata ex eisdem actis.*
*Expensas tenetur reficere victus, vbi sententia reuocatur ex eisdem actis, ibidem.*

### DECISIO LXXXVII.

CENSVERVNT Domini deberi expensas, de quibus agebatur, tum quia D. Marchio à Cornea
1 petierat plus debito, quo casu † de iure veniebat condemnandus in expensas, præsertim cum sententia, quam reportauerat fuisset executioni demandata, *cap. 1. vbi Abb. num. 11. de plus petit. Hostiens. & Azzo. in summ. eod. tit. num. 2.* quod procedit quamuis plus petatur sine fraude. *Io. de Plat. §. in duplum num. 9. vers. sed per temeritatem inst. de action.* Tum etiam, quia cum R. P. D. meus Blanchettus non ex-
2 presserit in sententia, † quod reuocabat latā ab A. C. ex nouiter deductis, ex eisdem actis visum fuit eam reuocasse, cum Rotæ stylus sit exprimere, quando reuocat ex nouiter deductis, *vt fuit resolutum in illa Gerunden. molestationum, siue nullitatis censurarum 14. Octobris 1552. coram bo. me. Reomano,* & consequenter expensæ debebantur.

Et licet hoc motiuum videretur aliquibus DD. satis firmum. Primum tamen de plus debito petito tollebat difficultatem, vt non foret necessarium quærere, An esset, vel non esset processum ex nouiter deductis.

R. P. D.

## R. P. D. Durano Perusina laudi de Cantuccijs Lunæ 13. Martij 1628.

### SVMMARIA.

1 *Laudum censetur tacitè emologatum, vbi non fuit appellatum. Item vbi fuit mandatum spontè executioni num. 2.*

3 *Laudum emologatum expressè dicitur, vbi fuit subscriptum, & approbatum, cum promissione obseruandi omnia in eo contenta etiam medio iuramento.*

4 *Subscribens se alicui scripturæ, censetur approbare omnia contenta in ea, & præsumitur habere notitiam contentorum, nisi contrarium concludenter probetur num. 7.*

5 *Laudum vbi est emologatum est exequendum.*

8 *Laudum nullum, vbi est emologatum, valet in vim pacti.*

### DECISIO LXXXVIII.

DIE 11. Ianuarij 1627. fuit resolutum relaxandum mandatum contra Io: Antonium ad fauorem Iosephi, prout in decisione desuper extensa.

Sed quia fuit prætensum super prædictis extare laudum à Iosepho emologatum. Dubitaui hodie, An constet de emologatione, & fuit resolutũ de ea constare tam tacitè, quàm expressè.

1 De tacita emologatione constat, † quia Ioseph à tempore scientiæ laudi nõ appellauit intra terminum iuris, *vt post alios Io: Bapt. de S. Blaxio in tract. de arbitr. q. 71. num. 44. par. 2. Lancellott. de attent. appellat. pend. par. 2. cap. 12. limit. 50. num. 110. Modern. de appellat. q. 112. num. 114.*

2 Et multò magis, quia Ioseph spontè † dimisit Io: Antonio quædam bona stabilia in executionem laudi, imò & claues cum effectu tradidit, vt benè testes concludunt, vnde resultat tacita emologatio Iosephi facto ipso. *ad l. in l. si pars. §. illud. ff. de inoff. test. & in puncto Paul. de Castr. cons. 116. num. 3. ad fin. lib. 1. Cran. cons. 237. num. 2.*

3 De expressa autem emologatione constat † ex quo laudum fuit à partibus subscriptum, & approbatum cum promissione obseruandi omnia in eo contenta etiam medio iuramento. *l. ne in arbitris. §. fin autem vbi Bal. num. 12. vers. vlterius. & Aret. in princ. C. de arbitr.* prout generaliter † subscribens alicui scripturæ, censetur approbare omnia contenta in ea, dum non docet se deceptum, aut dolo inductum ad ita subscribendum. *Bar. in l. 1. §. si quis neget. num. 11. ff. quemadm. test. aper. & in l. emptor. §. lucius per illum tex. vbi etiam DD. ff. de pact. Paul. de Castr. cons. 216. num. 3. lib. 1. Cran. cons. 73. num. 40. Modern. de probat. conclus. 1342. num. 12.* Vnde stante

5 dicta emologatione † standum est laudo, & illud est exequendum. *d. l. ne in arbitris. & l. cum antea. C. de arbitr. Dec. cons. 60. num. 3. Paris. cons. 89. num. 9. lib. 1. Surd. cons. 447. num. 8. Henaed. cons. 61. num. 12. lib. 1. & Modern. Roman. discept. forens. cap. 755. num. 34. & seqq.*

6 Nec obstat, quod laudum, vt prætendit Ioseph, fuerit subscriptum eo † non viso, nec lecto. Quia, vltra quod ex traditione possessionis, & omissione appellationis post habitam scientiam contentorum in eo, *vt supra dictum est*, inducta fuit sufficiens emologatio facto ipso. Adhuc etiam, quod non extaret

7 dicta tacita † emologatio, cum præsumptio sit contra Iosephum, ex quo se subscribens alicui scripturæ censetur habere notitiam omnium contentorum in ea. *Bart. l. sicut. §. non videtur in princ. not. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solut. Ias. in l. si ita stipulatus. §. Crisogonus. num. 14. vers. aduerte contrarium. ff. de verb. oblig. Gabr. tit. de præsumpt. conclus. 3. num. 29. & 30. & Rot. apud Greg. XV. decis. 328. num. 1.* esset per Iosephum concludenter probandum contrarium, quod tamen non probat.

8 Vnde non obstant nullitates † prætensæ contra laudum, quia in omnem casum laudum emologatum valet in vim pacti. *Glos. in l. 2. & ibi DD. C. comm. vtr. Iudic. Socc. cons. 85. in princ. lib. 3. Paris. cons. 46. num. 16. lib. 1. Modern. Roman. discept. forens. vbi supra num. 35. & Rota decis. 588. num. 1. par. 2. recent.*

Et ita vtraque &c.

## Manzanedo Fulginatensis Pecuniaria 30. Maij 1619.

### SVMMARIA.

1 *Donatio non seruata forma Statuti confirmati est nulla, & non est mandanda executioni.*

2 *Ampliæ etiam quod sit facta fratri, & quod sit renunciatum Statuto num. 3. & interuenerit iuramentum, vt num. 4.*

3 *Statuti solemnitatibus inductis pro forma non potest renunciari.*

4 *Iuramentum non operatur, vbi Statutum præsumit fictionem, & num. 5.*

5 *Statutum laicorum potest per indirectum tollere vires iuramento reputando contractum fictum, & simulatum.*

6 *Insinuatio quando suppleatur per iuramentum.*

7 *Iuramentum non supplet plures defectus cumulatiuè.*

8 *Statutum præsumitur in vsu.*

### DECISIO LXXXIX.

FVIT conclusum mandatum A. C. esse reuocandum, quia fuit relaxatum pro summa contenta in donatione, de qua agitur, in qua cum non fuerit

1 seruata † forma præscripta per Statutum Fulginatense Apostolica auctoritate confirmatum, & seruanda in donationibus, talis donatio est nulla, vnde retardatur illius executio, nec illi locus est. *iux. Bal. in l. si absentis. num. 21. ver. vnde scias. C. si cert. pet. Bar. in l. 1. §. si quis ita in fin. Ias. num. 31. de verb. oblig. idem Ias. in cons. 70. num. 32. vers. & si diceretur. lib. 2. Galles. qui alios citat de form. Cam. oblig. particul. 1. q. 3. num. 3. 4. & seqq.*

Nec

Ciuitatum, & Terræ Ecclesiæ à Superiore dependent, & nisi à Præside Prouinciæ confirmentur non valent secundum opinionem. *Compostell. in cap. cum omnes. num. 7. de constit. de qua testatur Bal. in l. omnes populi. num 14. vers. & hac opinio. ff. de iust. & iur. & cons. 407. num. 2. lib. 2. Corn. cons. 163. num. 2. propè fin. lib. 1.* idque contra *Innoc. in c. cum accessissent num. 2. vers. de alijs tamen de consiit. & sequaces, inter quos est Bart. in l. 1. num. 3. vers. quamquam. ff. de damn. infect. Iacob. Butrig. in l. 3. num. 3. vers. quod ergo. ff quod quisque iur. Bal. vbi sup.*

Secundò hoc statutum est contrarium iuri com-
3 muni † *l. maximum vitium. C. de liber. preter. l. cum intestato ff de bon. damn. §. 2. instit. de hered. quæ ab intest. defer. Bart. in l. 1. num. 33. C. de summ. Trinit. Gozad. cons. 37 num. 12. & fuit dictum in causa Montis Falisci hereditatis 19. May 1584. quæ est diuers. 780. num. 7. & seq. par. 1.* quare huiusmodi statu-
4 tum † condi non potest à Populo recognoscente Principem. *c. cum inferior de maior. obed. l. formam. C. de off. præf. prætor. Innoc. in c cum P. Tabellio. num. 3. de fid. instr. Alex. in l. nemo potest. num. 4. ff de leg. 1. Socc. sen. cons. 272. num. 5. vers. 4. lib. 2.*

Nec releuat confirmatio Dominorum de Balleo-
5 nibus, † qui eo tempore Vicarij Ecclesiæ Terræ Abastiæ dominabantur, quo tempore non erat immediatè subiecta.

6 Quia & si Barones possint confirmare † Statuta, vbi habent merum imperium, non tamen possunt confirmare Statuta contra ius, & contra leges, vel Constitutiones Principis. *not. in l. 1. & ibi Bal. n. 2. C. de monop. & in l. nulli. num. 1. in fin. C. de sent. & inter loc. omn. Iudic. Rom. cons. 216. num. 4. Afflict. in Constit. Regn. in prælud. num. 4.*

7 Deinde Constitutio † Egidiana, quæ fuit extensa ad totum Statum Ecclesiasticum per Paulum III. nō solùm prohibet condi noua Statuta, sed etiam facta seruari sine assensu Præsidis Prouinciæ, quia Statuta Ciuitatum per subiectionem annullantur, cum peruenerint ad eum Statum, à quo incipere non potuissent. *Roman. cons. 216 ante num. 2.*

8 Nec obstat obseruantia, & tolerantia † Officialium Sedis Apostolicæ, ex qua arguitur scientia Principis. *Bar. in l. si publicanus, §. vltimo. num. 2. ff. de public. Aym. de antiq temp. sect. Absolutis num. 23.*

9 Quia huiusmodi obseruantia † non est clara, sed redditur turbida ex testibus datis in summar. Angelæ num. 7. & seqq. & in specie in tertio teste in summar. num. 10. qui recenset plures ex actibus articulatis fu-
10 isse in lite, & controuersia. Neque constat † de scientia, & tolerantia Officialium, quæ non præsumitur, quod habeant scientiam omnium, quæ continentur in Codicibus librorum. *Alex. cons. 84. num. 5. vers. nec prædictis obstat. lib. 1.* & dicta opinio *Bart.*
11 multos † habet contradictores, quia scientia Officialis non est scientia Domini. *l. vulgo. ff. pro empt. Glos. in cap. cum ad sedem. vers. interdictum de restit. spoliat. & in l. si res obligata. vers. si nesciat. de leg. 1, Alex. d. cons. 84. num. 5. Rum. cons. 45. in fin. vers. sed dato vel 4. & alij quos enumerat Aym. loco cit.*

12 Postremò decretum irritans † positum in Constitutione Egidiana inficit, & irritat omnia in contrarium facta, *vt fuit resolutum in vna Auximana Parochialis S. Eusebij 14. Febr. 1583. coram bo. me. Brauo,*

13 Nec obstat, quod Gregorius XIII. reduxerit † antiquum Statutum Terræ Abastiæ de damno dato, quod fuerat mutatum per Dominos de Balleonibus.

14 Quia non sequitur ex quo alia † Statuta non abrogauit censetur illa confirmasse, quia potiùs posset dici, quod Papa concedendo confirmationem quoad vnum capitulum, quoad reliqua denegauerit.

15 Vltra quod non constat Papam habuisse † notitiam in specie Statuti, de quo agitur, prout est necesse stante eius iniustitiâ, requiritur enim confirmatio concessa ex certa scientia, *vt dicitur in dicta decisione Montis Falisci.*

16 Nec facit, quod hoc Statutum † reperitur insertum in libro Statutorum, quæ insertio præsumitur facta cum omnibus qualitatibus. *Bero. cons. 173. num. 54. lib. 1. & fuit dictum in Asculana supplementi legitimæ 16. Nouembris 1579. quæ est diuers. 336. num. 2. par. 1.*

17 Quia nescitur, quo tempore facta † fuerit ista insertio, & tertius testis in summ. Angelæ dicit, quod capitulum Statuti reperitur adiunctum, & scriptum diuersa manu &c.

Quare &c.

## Penia
## Perusina Exequutionis
## 23. Martij 1594.

### SVMMARIA.

1 *Petens plus debito condemnatur in expensis. Amplia vt ibi.*

2 *Sententia præsumitur reuocata ex eisdem actis.*
*Expensas tenetur reficere victus, vbi sententia reuocatur ex eisdem actis, ibidem.*

### DECISIO LXXXVII.

CENSVERVNT Domini deberi expensas, de quibus agebatur, tum quia D. Marchio à Cornea
1 petierat plus debito, quo casu † de iure veniebat condemnandus in expensas, præsertim cum sententia, quam reportauerat fuisset executioni demandata, *cap. 1. vbi Abb. num. 11. de plus petit. Hostiens. & Azzo. in summ. eod. tit. num. 2.* quod procedit quamuis plus petatur sine fraude. *Io. de Plat. §. in duplum num. 9. vers. sed per temeritatem inst. de action.* Tum etiam, quia cum R. P. D. meus Blanchettus non ex-
2 presserit in sententia, † quod reuocabat latã ab A. C. ex nouiter deductis, ex eisdem actis visum fuit eam reuocasse, cum Rotæ stylus sit exprimere, quando reuocat ex nouiter deductis, *vt fuit resolutum in illa Gerunden. molestationum, siue nullitatis censurarum 14. Octobris 1552. coram bo. me. Reomano*, & consequenter expensæ debebantur.

Et licet hoc motiuum videretur aliquibus DD. satis firmum. Primum tamen de plus debito petito tollebat difficultatem, vt non foret necessarium quærere, An esset, vel non esset processum ex nouiter deductis.

R. P. D.

## R. P. D. Durano
## Perusina laudi de Cantuccijs
## Lunæ 13. Martij 1628.

*SVMMARIA.*

1 *Laudum censetur tacitè emologatum, vbi non fuit appellatum. Item vbi fuit mandatum sponté executioni num. 2.*

3 *Laudum emologatum expreßè dicitur, vbi fuit subscriptum, & approbatum, cum promissione obseruandi omnia in eo contenta etiam medio iuramento.*

4 *Subscribens se alicui scripturæ, censetur approbare omnia contenta in ea, & præsumitur habere notitiam contentorum, nisi contrarium concludenter probetur num. 7.*

5 *Laudum vbi est emologatum est exequendum.*

8 *Laudum nullum, vbi est emologatum, valet in vim pacti.*

### DECISIO LXXXVIII.

DIE 11. Ianuarij 1627. fuit resolutum relaxandum mandatum contra Io: Antonium ad fauorem Iosephi, prout in decisione desuper extensa.

Sed quia fuit prætensum super prædictis extare laudum à Iosepho emologatum. Dubitaui hodie, An constet de emologatione, & fuit resolutū de ea constare tam tacitè, quàm expreßè.

1 De tacita emologatione constat, † quia Ioseph à tempore scientiæ laudi nō appellauit intra terminum iuris. *vt post alios Io: Bapt. de S. Blaxio in tract. de arbitr. q. 21. num. 44. par. 2. Lancellott. de attent. appellat. pend. par. 2. cap. 12. limit. 50. num. 110. Modern. de appellat. q. 112. num. 114.*

2 Et multò magis, quia Ioseph sponte † dimisit Io: Antonio quædam bona stabilia in executionem laudi, imò & claues cum effectu tradidit, vt benè testes concludunt, vnde resultat tacita emologatio Iosephi facto ipso. *ad l. in l. si pars. §. illud. ff. de inoff. testam. & in puncto Paul. de Castr. cons. 110. num. 3. ad fin. lib. 1. Cran. cons. 237. num. 2.*

3 De expressa autem emologatione constat † ex quo laudum fuit à partibus subscriptum, & approbatum cum promissione obseruandi omnia in eo contenta etiam medio iuramento. *l. ne in arbitris. §. fin autem vbi Bal. num. 12. vers. vlterius. & Aret. in princ. C.*
4 *de arbitr.* prout generaliter se subscribens alicui † scripturæ, censetur approbare omnia contenta in ea, dum non docet se deceptum, aut dolo inductum ad ita subscribendum. *Bar. in l. 1. §. si quis neget. num. 11. ff. quemadm. test. aper. & in l. emptor. §. lucius per illum tex. vbi etiam DD. ff. de pact. Paul. de Castr. cons. 216. num. 3. lib. 2. Cran. cons. 73. num. 40. Modern. de probat. conclus. 1342. num. 12.* Vnde stante
5 dicta emologatione † standum est laudo, & illud est exequendum. *d. l. ne in arbitris. & l. cum antea. C. de arbitr. Dec. cons. 60. num. 3. Parif. cons. 89. num. 9. lib. 1. Surd. cons. 447. num. 8. Honded. cons. 61. num. 12. lib. 1. & Modern. Roman. discept. forens. cap. 755. num. 34. & seqq.*

Nec obstat, quod laudum, vt prætendit Ioseph,
6 fuerit subscriptum eo † non viso, nec lecto. Quia vltra quod ex traditione possessionis, & omissione appellationis post habitam scientiam contentorum in eo, *vt supra dictum est*, inducta fuit sufficiens emologatio facto ipso. Adhuc etiam, quod non extaret
7 dicta tacita † emologatio, cum præsumptio sit contra Iosephum, ex quo se subscribens alicui scripturæ censetur habere notitiam omnium contentorum in ea. *Bart. l. sicut. §. non videtur in princ. not. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solut. Ias. in l. si ita stipulatus. §. Crisogonus. num. 14. vers. aduerte contrarium. ff. de verb. oblig. Gabr. tit. de præsumpt. conclus. 3. num. 29. & 30. & Rot. apud Greg. XV. decis. 328. num. 1.* esset per Iosephum concludenter probandum contrarium, quod tamen non probat.

8 Vnde non obstant nullitates † prætensæ contra laudum, quia in omnem casum laudum emologatum valet in vim pacti. *Glos. in l. 2. & ibi DD. C. comm. vtr. Iudic. Soce. cons. 85. in princ. lib. 1. Paris. cons. 40. num. 16. lib. 1. Modern. Roman. discept. forens. vbi supra num. 35. & Rota decis. 588. num. 1. par. 2. recent.*

Et ita vtraque &c.

## Manzanedo
## Fulginatensis Pecuniaria
## 30. Maij 1619.

*SVMMARIA.*

1 *Donatio non seruata forma Statuti confirmati est nulla, & non est mandanda executioni.*

2 *Amplia etiam quod sit facta fratri, & quod sit renunciatum Statuto num. 3. & interuenerit iuramentum, vt num. 4.*

3 *Statuti solemnitatibus inductis pro forma non potest renunciari.*

4 *Iuramentum non operatur, vbi Statutum præsumit fictionem, & num. 5.*

5 *Statutum laicorum potest per indirectum tollere vires iuramento reputando contractum fictum, & simulatum.*

6 *Insinuatio quando suppleatur per iuramentum.*

7 *Iuramentum non supplet plures defectus cumulatiuè.*

8 *Statutum præsumitur in vsu.*

### DECISIO LXXXIX.

FVIT conclusum mandatum A. C. esse reuocandum, quia fuit relaxatum pro summa contenta in donatione, de qua agitur, in qua cum non fuerit
1 seruata † forma præscripta per Statutum Fulginatense Apostolica auctoritate confirmatum, & seruanda in donationibus, talis donatio est nulla, vnde retardatur illius executio, nec illi locus est. *iux. Bal. in l. si absentis. num. 21. ver. vnde scias. C. si cert. pet. Bar. in l. 1. §. si quis ita in fin. Ias. num. 31. de verb. oblig. idem Ias. in cons. 70. num 32. vers & si diceretur. lib. 2. Galles. qui alios citat de form. Cam. oblig. particul. 1. q. 3. num. 3. 4. & seqq.*

Nec

2 Nec obstat, quod soror donauerit fratri, † quia nihilominus locũ habet Statutum. *ad notata per Bal. in l. de tutela. num. 1. C. de in integr restitut. & per Castr in cons 432. num. 3. lib. 1. vbi respondet iuribus contrarijs nempe textui in l. voluntas. C. de fideicom. & c. ex insinuatione de iur. patron. cum alys, & refert, & sequitur Lamberteng. de contract. mulier. glos. fin. num. 115.*

Minus obstat, quod in dicta donatione fuerit ex-
3 pressè renunciatum † huic Statuto, cum solemnitatibus Statuti inductis pro forma non possint contrahentes renunciare, *vt per Bart. in l. ius publicum in princ. ff de pact. & in l. de his. num. 3. & 4. ff. de transact. Alex. cons. 99. num. 3. lib. 4. Natt. cons. 463. num. 3.* & in simili Statuto Mediolanensi *tradit Mandel. cons. 612. num. 28. Lamberteng vbi sup. d. glosa final. in 1. quæst. num. 1. & seq. & fuit dictum in Tolentina Donationis 17. May 1596. coram Illustriss. Arrigonio tunc Rotæ Auditore*, & maximè cum illud Statutum, vt dixi, sit confirmatum auctoritate Apostolica.

4 Nec etiam obstat, quod donatio † sit iurata, quia cum Statutum præsumat donationem factam nõ seruatis solemnitatibus esse fictitiè factam, cum deficiat veritatis fundamentum non potest iuramentum aliquid operari. *Abb. in c. cum contingat. num. 10. de iureiur. Corn. cons. 135. num. 2. & seq. lib. 1. Anchar. cons. 138. num. 3. Rol. cons. 99. num. 19. lib. 3. Soccin. cons 3. num. 34. & seq. lib. 2. Gabr. cons. 13. num. 6. & 7. lib. 1. Seraph. de priuil. iuram. priuil 73. num. 55. vbi de communi.*

Ex quibus infertur responsio ad obiectum, quod
5 Statutum † sit factum à laicis, cum ipsi per indirectum possint vires iuramento tollere reputando contractum, in quo desunt solemnitates ab ipsis inductæ pro ficto, & simulato. *Abb. & Corn. vbi sup.* & sic intrat in hoc casu ius canonicum auferens vires iuramento, vbicumque est dolus verus, vel præsumptus. *vt not. Gabr. d. cons. 3. num. 6. & 7.*

Vlterius deficit etiam istius donationis insinuatio,
6 † quem defectum nec iuramentum supplet, tum quia tunc illud supplet, quando fuisset in specie renunciatum insinuationi cum iuramento, quod non fuit factum in casu nostro. *Corn. cons. 69. num. 16. lib. 2. Cephal. cons. 208. num. 16. vol. 2. Gozadin. cons. 87. num. 13. Thob. Non. cons. 108. num. 8. Gabr. de donat. conclus. 1. num. 9. & seq. & fuit dictum in allegata Tolentina donationis*, tum etiam, quia iuramen-
7 tum † non supplet tot defectus cumulatiuè. *Castren. cons. 7. num. 26. Ias. cons. 118. num. 8. vers. & si contra prædicta opponatur. lib. 4. & seq. Surd. decis. 154. num. 12. & seq.*

Non obstat tandem, quod dictum Statutum dica-
8 tur † non esse in vsu, cum de hoc non constet, & contrarium præsumitur. *Gabr. cons. 84. num. 60. lib. 2. Curt. iun. cons. 129. num. 12. Gozadin. cons. 16. num. 56.*

Ex quibus sic fuit resolutum &c.

## R. P. D. Pirouano
## Assisiensis, seu Perusina Molendinorum
## Lunæ 23. Ianuarij 1623.

### SVMMARIA.

1 *Compulsata iura, vt sint in forma probanti, quæ requirantur, & num. seqq.*
2 *Archiuium dat robur scripturæ in eo existenti, & num seqq. & de probatione existentiæ in Archiuio.*
4 *Recognitio scripturæ ex Statuto Perusino quomodo fiat.*
5 *Notariorum scriptura non subscripta, quando probent ex Statuto Perusino.*
6 *Recognitio manus Notarij in antiquis non requiritur.*
7 *Obseruantia deducitur ex conformitate actorum.*
8 *Obseruantia facit, vt plena fides adhibeatur scripturæ.*

### DECISIO LC.

COMMVNITATE Cannariæ solummodo infor-
1 mante dictum fuit iura compulsata † esse in forma probanti. Nam quoad validitatem extractionis illa probatur, quia de iurisdictione Iudicis delegati ex commissione cõstat, & similiter de citatione ad collationandum, auscultandum, & decreta interponendum parte citata fuit ostensum, ita vt concurrãt omnia requisita, de quibus *per Vestr. in prax. lib. 6. cap. 1. num. 14. quem sæpe Rota recepit vt decis. 330. num. 8. par. 1. in recent. & coram me in Tolstana Iurisdictionis 12. Decembris præteriti.*

2 Quo verò ad formam probantem † iurium, & processus de ea patet ex facie illorum, & contextu, cum sint benè ordinati, & compositi, & in Archiuio, seu Mansionibus Collegij Notariorum inter alios processus innumeros conseruati, ex quibus, & Archiuio simul recipiunt fidem, & robur. *Rot. decis. 27. par. 2. recent. & decis. 581. num. 4. eadem par.* Neque dubi-
3 tari potest † de vera existentia illorum in dictis mansionibus, quia & perquisitio, & exhibitio dicti processus facta fuit de ordine Priorum Collegij Notariorum, sub quorum custodia remanent processus conseruati, vt ex instantia, præcepto, & relatione, quæ data fuerunt in summarijs Communitatis constare videtur.

Non obstat defectus recognitionis, quia Statutum
4 † Perusinum dat certam formam in similibus recognitionibus faciendam, & illam fuisse obseruatam probatur ex datis in summar. & sufficere testantur. *Guidopap. decis. 2. num. 2. Crauett. de antiq. temp. post par. 3. in cap. solemnitas extrinseca. Seraph. decis. 1481. num. 2. vbi etiam allegatur alia decisio Mediolanen. matrimony 29. Nouembris 1602. coram bo. me.*
5 *Penia.* Statutum namque † determinat, quod rogationes, & prothocolla Notariorum, qui publicè artem Notariæ exercuerunt in Ciuitate, vel Comitatu Perusiæ mortuis ipsis Notarijs, licet subscriptionem ipsorum Notariorum non habeant, perinde tamen valent,

valent, ac si subscriptionem dictorum Notariorum habeterent, dummodo per Priores Consortij Notariorum præstito iuramento dictas rogationes, & prothocolla per comparationem literarum factam, & habitam per eos ad publica instrumenta, & cum publicis instrumẽtis ipsorum Notariorum defunctorum approbentur, iuxta formulam Priores Collegij seruarunt, & eorum laudum, & approbationem super processu, & iuribus, de quibus agitur, dederunt.

Et prædictis accedat etiam vehemens adminiculum

6 ex antiquitate † temporis desumptum, ex quo processus, & iura prædicta octuaginta ab hinc annis deducta, & compilata respectiuè fuerunt, ita vt verisimiliter homines eius ætatis reperiri non possint, qui habeant notam manum ipsius Notarij, cum deberent esse ætatis annorum 94. & tunc iura non egere recognitione manus Notarij per eandem rationem tenuit *Rota in causa Viterbien. Castrorum 15. Iunij 1615. & in Mediolanen. Decimarum de Varisio coram me die 18. Aprilis 1617.*

7 Concurrit præterea conformitas actorum † nempe commissionis appellationis interpositæ per DD. de Balleonibus à sententia lata pro Communitate, cum citatione, & inhibitione exequuta contra eandem Communitatem, & in Rota reproducta, quæ apta est probare obseruãtiam gestorum in dicto pro-

8 cessu, & ab ea † scripturas informes ne dum pro adminiculo fidẽm recipere, vt hic, sed etiam quo ad plenam probationem. *Crauett. cons. 101. num. 4. & cons. 158. num. 1. Cephal. cons. 251. num. 90. Ioseph. Ludouic. conclus. 38. vers. infertur quintò. Rota decis. 123. par. 1. diuers. Seraphin. decis. 228. num. 2. & decis. 1232. num. 3.*

Ex quibus omnibus saltem simul iunctis visum fuit Dominis constare de forma probanti iurium, & processus, de quibus agitur.

Et ita &c.

## Manzanedo
## Fulginatensis Pecuniaria
## Veneris 25. Iunij 1621.

*S V M M A R I A.*

1 *Mater prohibetur se obligare pro filio. Sed non procedit vbi cum iuramento num. 2. & quandò pro liberando eum, vel maritum à carceribus, vel imminenti periculo carcerationis num. 3. & quid si remaneat indotata num. seqq.*

3 *Mulieris obligatio pro filio, vel marito est valida vbi cum iuramento, & pro liberando filium, vel maritum à carceratione, vel imminenti periculo carcerationis, & num. seqq. vbi quid si remanere indotatam prætendatur.*

8 *Mulier potest se obligare absque solemnitatibus, si non adsit Statutum, nec intrat Constitutio Marchiæ extra Prouinciam num. 9.*

9 *Constitutio Marchiæ de solemnitatibus requisitis in contractibus mulierum non habet locum extra dictam Prouinciam.*

DECISIO XCI.

FVIT resolutum informante tantum Equite Petro Aloysio sententiam R.P.D. Astalli condemnantem Victoriam ad solutionem summę per ipsam promissæ esse confirmandam; quia licet regulariter ma-

1 ter † prohibeatur se obligare pro filio. *l. 3. C. ad Vel-*

2 *leian.* id tamen nõ procedit de iure canonico † quando se obligat cum iuramento, vt fecit in casu nostro Victoria. *Castr. cons. 8. per tot. lib. 2. Thesaur. decis. 223. num. 18. Surd. cons. 367. num. 13. Afflict. decis. 311. num. 4. & fuit pluries resolutum in Rota, præsertim in illa Interamnen. Mercium 4. Iunij 1597. coram bo. me. Penia, & in Romana Saluiani 11. Ianuarij 1616. coram me.*

3 Prout nec minus procedit † quando mulier se obligat pro filio, seu alio, vt puta marito pro illum liberando à carceribus, vel imminenti periculo carcerationis, sicuti fecit Victoria, quæ se obligauit pro liberandis filijs, qui metu mandatorum contra ipsos relaxatorum aufugerant, & latitabant. *Surd. d. cons. 367. num. 18. Rimin. sen. cons. 772. num. 16. & seq. & fuit dictum in allegata Romana Saluiani.*

4 Nec obstat prædicta non procedere quando † mulier remaneret pænitus indotata, quo casu non tenet, nec obligatur iuramento. *Abb. cons. 8. num. 6. par. 2. Thesaur. vbi supra num. 13. & fuit resolutum in causa Romana Fideiussionis 5. Iulij 1595. coram bo. mem. Card. Arrigonio.*

5 Quia de hoc deberet constare † concludenter probando, quod non remaneret Victoriæ dimidia suæ dotis *Thesaur. vbi sup. num. 3. & fuit dictum in dicta Interamnen. Mercium*, quod nullo modo probatum fuit per dictam Victoriam. Nam fides, quod valor

6 bonorum stabilium † ipsius adnotatorum in Catastro ascendant ad summam, & quantitatem florenorum 7656. non percutit tẽpus suæ obligationis anni 1606. quod in hac materia attenditur. *Rota in dicta Inte-*

7 *ramnen. Mercium*, † neque ex dicta fide excluduntur census, mobilia, & alia bona extra Territorium, quæ posset habere.

8 Non obstat defectus consanguineorum, † & aliarum solemnitatum in dicta obligatione. Quia non constat in Ciuitate Fulginatensi adesse aliquod Statutum, quod illas requirat, nec in dicta Ciuitate

9 † habet locum Constitutio Marchiæ *lib. 5. cap. 25.* in ea parte, in qua fuit extensa etiam ad mulieres per Cardinalem Carpensem, quia dicta extensio Cardinalis non obligat extra Prouinciam Marchiæ, cum solum in illa esset Legatus, & iurisdictionem haberet, vt apparet ex secunda approbatione Pauli III. *& fuit dictum in Esina de Georginis 14. May 1604. coram bo. me. Pena, & in alia Viterbien. Terræ Vetrallæ 14. Martij 1614. coram R. P. D. meo Pirouano.*

## Orano
## Perusina Appaltus
## Lunæ 16. Martij 1592.

*S V M M A R I A.*

1 *Locator Arbitrij dicitur tradidisse, & adimplenisse pro*

*pro parte sua, ex eo, quod cessit iura sua, & in locum suum conductorem substituit.*
*Cessio in corporalibus habetur pro traditione, ibid.*
2 *Locator ubi nihil promisit non tenetur removi molestias precedentes.*
*Item nec liberare à molestijs, qua facto Principis accidunt, seu tertij, quem non potuit impedire n. 3.*
4 *Conductor praesumitur scivisse qualitatem rei, super qua contraxit, maximè si ita asseruit in instrumento num. 5.*

## DECISIO XCII.

PAVLVS Falconerius à Camera Apostolica Administrator Archiuij totius Status Ecclesiastici deputatus, cum locasset Petro Alberto Archiuium Ciuitatis Perusinæ, & ab eo precium conuentum consequi non valeret, sub prætextu, quod promissis in locatione non satisfecisset coram A. C. iudicium intentauit, vbi sententiam ad sui fauorem pronunciari obtinuit, causa verò appellationis ab eo coram me introducta, dubitari obtinuit, An constaret de non implemento per eum promissorum. Domini absque contradictione concluserunt non constare; quia, cum locauerit Petro Archiuium Perusinum, cum omnibus emolumentis, & priuilegijs sibi in generali concessione Archiuij assignatis, ipsumque in omnibus, & per omnia in locum suum suffecerit, ita quod posset facere, quicquid ipse poterat, itaque satis dicitur adimpleuisse promissa. Etenim ex hoc,
1 quod locator † cessit iura sua conductori, & eum in locum suum substituit, dicitur tradidisse, & impleuisse pro parte sua. Nam in incorporalibus cessio habetur pro traditione *Bal. in l. si ea lege. C. de vsur. num.*
2 *2. ad fin. vers. ergo locator.* cui non potest † quis imaginari tepugnare molestias emanatas ex declaratione Cameræ, quia certum est illas præcessisse locationem factam Petro, ideoque necessarium est, quod ipsius damno cedant, cum locator nihil promiserit, sed tantummodo posuerit Conductorem in suum locum, communicando eidem facultates sibi à Camera Apostolica datas, & patientiam vtendi præstando. *Gozad. cons. 27. num. 5. vers. preterea.* Vltra quod
3 cum facto Principis † molestiæ acciderint, habentur pro casu fortuito, de quo non tenetur locator, ex quo causatæ sunt ex facto tertij, quem non potuit impedire. *Bar. in l. cotem ferro. § qui maximos. num. 8. ff. de publica. Gozad. d. cons. 27. num. 20. in fin.* Minus est releuans, quod conductor prætendit
4 † ignorantiam prædictæ declarationis; nam illi prævalet præsumptio scientiæ qualitatum rei, super qua fuit contractum. *Dec. in l. qui cum alio. num. 1. vers. & in hoc. ff. de reg. iur. Grat. cons. 91. num. 29. lib. 1. & cons. 42. num. 18. & seq. lib. 2.* maximè cum in in-
5 strumento asseruerit † se de dictis bannis tanquam publicis, & notorijs, plenam, & amplam notitiam habuisse. *Bal. in l. 2. q. 7. num. 10. in fin. C. de rescind. vend. Dec. cons. 180. num. 4. vers. quintò quia.*

Ad reliqua benè fuit responsum per informantes pro Falconerio &c.

## Penia
## Romana Pecuniaria
## Mercurij 1. Iulij 1598.

### SVMMARIA.

1 *Locator pro affictu decurso potest agere contra animalia, & fructus in bonis locatis, etiam quod sint subconductoris ex Statuto Vrbis, & per tot.*
2 *Statutum quamuis rigidum, & asperum est seruandum.*
3 *Conductor secundus de iure communi non tenetur nisi pro rata pro qua conduxit, & pro ea tantum bona inuecta sunt obligata.*
4 *Statuti verba clara non recipiunt interpretationem.*
5 *Integraliter verbum omnem diminutionem excludit.*
6 *Statutum generaliter loquens, generaliter est intelligendum.*
7 *Statutum debet interpretari, ne sit elusorium.*
8 *Statuti obseruantia attenditur, sed non est opus vbi verba sunt clara.*
9 *Statutum exorbitãs à iure communi est seruandum, maximè vbi fuit confirmatum à Summo Pontifice.*

## DECISIO XCIII.

LOCAVERAT D. Flauia Nara de Gabrielibus tutrix D. Antonij sui filij anno 1587. Honorio Trincio ad nouem annos Casale nuncupatũ Camassano, pro annua pensione scutorum 650. certis temporibus persoluenda, dictus Honorius Trincius anno 1595. idem Casale sublocauerat DD. Benedicto, & Hieronymo de Spinolis, cum verò paulò post Honorius premente fortuna foro cessisset, & D. Antonius
1 Gabrielius † prætenderet ratione affictus remansisse creditor scutorum 800. pro annis decursis, vigore Statuti artis Agriculturæ cap. 37. coram Consulibus eiusdem artis, contra Dominos Spinolas iudicium mouit pro consequendis scut. 800. quę per Trincium priorem conductorem sibi debere prætendebat.

Cum autem in hoc iudicio Domini Spinolæ succubuissent, & Domini Reuisores Consulum sententiam confirmassent, & Spinolæ prætenderent se esse grauatos habito recursu ad Sanctissimum obtinuerunt, iterum audiri ab Illustrissimo D. Senatore cum suffragio Rotæ, itaque dato dubio, an mandata, siue sententiæ Consulum, & Reuisorum Agriculturæ essent reuocandæ, vel infirmandæ, ad effectum, de quo agebatur.

Rota cum duobus præsuppositis, quod Spinolæ subconduxerunt à Trincio totum Casale, & quod D. Antonius Gabrielius sufficienter docuit de prætenso eius credito, sententiam, & mandatum Consulum Agriculturæ confirmandum censuit.

2 Quamuis enim agnouerit Statutum † nimis rigidum, & asperum, quatenus disponit licere Domino tenimenti per satisfactionem affictus agere contra animalia pascentia, & commorantia, vel quomodocumque affidata, vel sata frumenta in dicto tenimento, & Consules ad instantiam petentis debere dicta animalia, vel segetes, & frumẽta in tenimento locato existentia

existentia arrestari, seu remitti facere, donec Domino tenimenti integraliter de eius credito, ratione locationis, seu venditionis fuerit satisfactum, quia de iure communi † secundus conductor non tenetur nisi pro rata, pro qua conduxit, pro eaque tantum bona inuecta sunt obligata. *l. solutum. §. soluta. vbi Bart. num. 8. Salyc. num. 6. & Aret. num. 9. notab. 4. ff. de pign. act. Paul. de Castr. in l. si in l. §. si colonus. ff. locat. Gomez. in §. item seruiana instituta de act. n. 5.*

4 Nihilominus verba Statuti visa fuerunt † Dominis adeo clara, vt non esset opus alijs subtilibus interpretationibus, quas commemorabant informantes pro Dominis de Spinolis. *l. ille aut ille. ff. de leg. 3. Aret. cons. 115. num. 2. Natt. cons. 318. in princ. lib. 2.* Statutum enim animalia, vel segetes, & frumenta in tenimento locato existentia obligata esse vult, & arrestari deberi, donec integraliter Domino tenimenti de suo credito fuerit satisfactum. Dum enim inte-
5 graliter † satisfieri iubet omnem diminutionem excludit, quam vigore iuris communis prætendere possent subconductores. *l. pœnales. §. fin. ff. ad l. falcid. Paris. cons. 93. num. 4. lib. 2. Ruyn. cons. 65. num. 6. lib. 1.*

Neque enim placuit intellectus indicatus per informantes pro Dominis de Spinolis, quod Statutum debeat intelligi solum pro eo tempore, quo subconductor possedit Casale, seu tenimentum, tum quia Sta-
6 tutum † loquitur generaliter, & indistinctè, & consequenter cum generale sit non est restringendum ad illum casum tantum. *l. 1. § generaliter. ff. de leg. præ-*
7 *stan.* tum etiam, quia Statutum † hoc modo intellectum esset elusorium, nam si conductor sublocauit tenimentum pro toto tempore non est dubium, quin subconductor teneatur ad soluendũ pensiones etiam pro toto tempore.

8 Argumentum ex obseruantia Statuti † subsequuta, vt pro toto tempore affictus secundus conductor teneatur Domino tenimenti, si fuisset probata, difficultatem omnem sustulisset quamquam ex prædictis apparebat non oportuisse probari obseruantiam, quia verba Statuti sunt clara.

9 Et quamuis Statutum † sit exorbitans à iure communi nihilominus est seruandum, maximè cum fuerit à Summo Pontifice confirmatum, cum prædictis tamen præsuppositis, quod totum tenimentum, seu Casale sublocetur, & quod Dominus tenimẽti de suo
10 credito sufficienter docere teneatur; iniquum † enim est, vt quandò pars tenimenti sublocaretur, quod subconductor ad pensiones totius tenimenti decursas teneretur, & quod Dominus tenimenti non teneretur de suo credito sufficienter docere, cum inde possent fraudes, & collusiones oriri.

## Eminentissimo Card. Virili Perusina Hæreditatis Lunæ 7. Iunij 1627.

### SVMMARIA.

1 *Monasterio competit immissio ex persona Monialium in eo professarum, in possessionem bonorum ex successione ad eas deuolutorum, & per tot. vbi tollitur renunciatio.*

2 *Filio datur immissio ex remedio quorũ bonorum, defuncto patre ab intestato.*

4 *Monasterio capaci debetur successio ex persona professi in eo.*

5 *Renunciationes vti stricti iuris debent strictè interpretari, & non est facienda in eis extensio n. 9.*

6 *Renunciationum generalitas restringitur ex verbis immediatè subsequentibus.*

7 *Renunciationes restricta ad legitimam non debent extendi ad alia bona non renunciata.*

8 *Renunciationum verba generalissima intelliguntur ex causa de præterito, vel de præsenti, non autem de futuro.*

*Successio paterna, vel materna ab intestato dicitur ius ex causa de futuro, ibid.*

10 *Immissio non retardatur propter exceptionem renunciationis turbidam, & requirentem altiorem indaginem.*

### DECISIO XCIV.

DEFVNCTO Ludouico Montemellino relictis inter quatuor filias Catherina Moniali in Monasterio S. Julianæ, & Margherita Moniali in Mona-
1 sterio S. Mariæ Pauperum, Monasteria † prædicta ex remedio quorum bonorum intentarunt iudicium immissionis contra Iacobam filiam eiusdem Ludouici, & quia Iacoba prætendebat excludere Monasteria, cum renunciationibus factis per dictas Moniales ad fauorem Ludouici patris, ideo dedi dubium, An Monasterijs danda esset immissio pro duabus ex quatuor partibus bonorum Ludouici, & pro immissione vtraque parte informante Domini responderunt.

Nam sicuti filiabus Ludouici ab intestato defuncti
2 † si esset in seculo daretur immissio ex remedio quorum bonorum. *Bar. in l. 1. num. 2. ff. quorum bonor. Menoch. de adipisc. rem. 1. num. 97.* Ita stante pro-
3 fessione filiarum Monasterijs capacibus † debetur immissio. *Menoch. de adipisc. rem. 4. num. 293. & seq. & fuit dictum in Bononien. Hæreditatis de Armis 14. Aprilis 1622. coram R. P. D. Merlino*, successio
4 enim spectat ad Monasteria † capacia, in quibus filiæ Ludouici fecerunt professionem. *l. Deo nobis. §. hoc etiam. vbi Bart. C. de Episc. & Cler. Rota decis. 180. num. 2. par. 2. diuers. & decis. 109. num. 1. par. 2. in recent.*

Non obstant renunciationes supradictarum Mo-
5 nialium, † quia illæ vti stricti iuris strictè debent interpretari. *l. quicquid astringendæ. ff. de verb. obligat. Rota decis. 624. num. 1. & decis. 806. num. 7. par. 1. diuers. & decis. 115. num. 9. par. 1. recent. & fuit dictum in supradicta Bononien de Armis.*

Et consequenter licet renunciationes videantur
6 amplæ † quoad actiones, & iura competentia, & competitura super quibuscumque bonis, iuribus, & actionibus tam Ludouici patris, quàm Isabellæ matris, tamen ista generalitas restringitur ex verbis immediatè subsequentibus ratione legitimæ, vel illius supplementi. *Paul. de Castr. cons. 25. num. 1. in fine. lib. 1. Surd. cons. 401. num. 13. & seq. lib. 3. Corn. cons. 100. num. 4. lib. 1.* Vnde renunciationes restri-
7 ctæ ad legitimam, † & eius supplementum non debent extendi ad alia bona non renunciata. *Calderin. cons.*

*conf. 5. de praeben. Alex. conf. 115. num. 1. lib. 5. Bece. conf. 106. num. 45. Surd. d. conf. 431. num. 13. & seq. Seraphin. decis. 658. num. 2. Rota diuers. decis. 149. num. 8. par. 1.*

8 Nec contrarium suadent verba sequentia, † seu alias quomodocumque, & qualitercumque, & quacumque de causa, quia ista verba generalissima intelliguntur ex causa, vel de præterito, vel de præsenti, non autem de futuro, prout est successio paterna, vel materna ab intestatò. *Bar. in l. qui Roma. § duo fratres. num. 19. ff. de verb. oblig. Ias. num. 69. Bald. in l. pactum quod dotale num. 16. C. de collat. Surd. conf. 70. in fin. & d. conf. 431. num. 14. & seq. Seraph. decis. 963. num. 7. Rot. decis. 549. par. 1. & decis. 624. num. 2. par. 2. recent. Gregor. decis. 265. & ibi addi-*
9 *tio*, maximè in materia † renunciationum, in quibus non est facienda extensio, sed stricta interpretatio. *Bal. conf. 437. num. 2. lib. 1. Rota d. decis. 624. num. 1. & decis. 806. num. 7. par. 1. diuers. Seraph. decis. 658. num. 2. Peregr. de fideic. art. 52. num. 25.*

10 Vltra quod ne impediatur immissiò sufficit, † quod exceptio renunciationis sit turbida, & requirat altiorem indaginem. *Menoch. de adipisc. rem. 1. num 108. & fuit dictum in supradicta Bononien. Hæreditatis de Armis 18. Aprilis 1622. coram R. P. D. Merlino.*

Et ita conclusum &c.

# Eodem
# In eadem
# Lunæ 7. Februarij 1628.

## SVMMARIA.

1 *Renunciatio non restricta, sed generalissima comprehendit etiam successionem ab intestato, & per tot.*

2 *Religionem, seu Monasterium ingrediens mulier solet successioni parentum ab intestato recepta dote congruenti renunciare.*

3 *Renunciatio cum verbis amplissimis comprehendit etiam ius futurum ex causa de futuro, maxime si adsint verba ex quacumque causa n. 4. & n. 9.*

4 *Verba sunt interpretanda, vt aliquid operentur.*

5 *Renunciatio extenditur ad casum minus dubitabilem.*

*Legitima non debetur viuente patre, sed post obitum, ibidem.*

6 *Renunciatio extenditur ad maiora expressis, propter verba amplissima subsequentia.*

7 *Renunciatio amplissima extenditur, vbi aliàs non operaretur.*

8 *Renunciatio cum reseruatione præstationum annuarum, quid operetur, & num. seqq.*

11 *Renuncians iuri de præsenti iam acquisito, multò magis censetur renunciare iuri de futuro ex causa de futuro.*

12 *Renunciationis exceptio probata ex publico instrumento consistens in articulo iuris, non dicitur requirere altiorem indaginem, sed impedit immissionem.*

## DECISIO XCV.

1 RECESSERVNT Domini à decisis sub die 7. Iunij 1627. Nam renunciationes † Catherinæ, & Margheritæ non sunt restrictæ ad legitimam, & eius supplementum, nec ex causa de præterito, vel præsenti, vt supponitur, in decisione per me facta, sed sunt generalissimæ de quibuscumque bonis parentum, & ex causa successionis ab intestato de futuro. Verba enim renunciationum sunt istæ. *Renunciauit patri omnia iura, & actiones competentia, & competitura tam super quibuscumque bonis, iuribus, & actionibus patris, & matris ratione legitimæ, vel illius supplementi, seu alias quomodocumque, qualitercumque, & quacumque de causa*, ex quibus verbis clarè colligitur voluntas renunciandi etiam successioni ab intestato ex causa de futuro.

2 Primò, quia sumus in renunciatione puellarum † Monasterium ingredientium ad effectum professionis, quæ solent successioni parentum ab intestato recepta dote congruenti pro Monasterio renunciare, & propterea oritur præsumptio voluntatis earum renunciandi huiusmodi successioni ex causa de futuro. *Beuon. sen. conf. 15. num. 8. & 9. Paris. conf. 26. num. 40. & conf. 69. num. 70. lib. 3. Franc. decis. 373. Vasq. de success. creat. lib. 2. § 18. num. 100. & seqq. Rot. decis. 724. num. 2. & 9. par. 2. recent. Panciro. conf. 62. num. 14.* Similes enim renunciationes puellarum Monasteria ingredientium sunt de consuetudine. *Aym. conf. 160. num. 1. Dec. conf. 31. col. fin. Couar. in c. quamuis. par. 3. § 2. num. 5.*

3 Secundò intellectus ex causa, vel de præterito, vel de præsenti repugnat † verbis renunciationum competitura quomodocumque, qualitercumque, & quacumque de causa, quæ verba adeo prægnantia comprehendunt iura futura etiam ex causa de futuro. *Bar. in l. si de certa. Ias. num. 8. C. de transact. Dec. in l. 1. num. 32. C. de pact. Rip. in l. qui Roma. § duo fratres. num. 11. & 77. vbi Bar. num. 119. ff. de verb. oblig. Curt. iun. conf. 101. num. 1. 8. & seq. Panciro. conf. 62. num. 8. Port. Imolen. conf. 142. num. 45. & 46. Menoch. conf. 401. num. 119. Mandell. conf. 11. num. 17. & fuit dictum in Recanaten. Successionis 19. February 1618. coram bo. me. Buratto.* Non enim
4 verificantur verba † ex quacumque causa, si fieret restrictio ex causa de præsenti, vel de præterito, & ideo, vt operentur eius effectum importat etiam ex causa de futuro post obitum parentum. *l. si stipulatus. ff. de vsur. Bal. in rub. C. de contr. empt. num. 9. Rot. a. decis. 714. num. 6. par. 2. recent. Paris. conf. 26. num. 46. lib. 3. Honded. conf. 49. num. 14. & 15. lib. 1.*

5 Tertiò, quia † renunciatur legitimæ, de qua magis dubitari poterat, cum illa de iure naturæ debeatur, & propterea augumentatiuè pro casu magis dubitabili fuit expressa renunciatio legitimæ, & consequenter multò magis fuit renunciatum cæteris bonis parentum, ex renunciatione enim legitimæ arguitur mens renunciandi ex causa de futuro, cum legitima non in vita parentum, ex quo nullum ius viuente patre de præsenti competat, sed post obitum debeatur. *l. 1. § si impuberi. ff. de collat. bonor. Bart. in l. post emancipationem. § 1. num. 1. ff. de liber. legata. Bec. conf. 34. num. 17. Paul. de Monte Pico conf. 98. in fin. Surd.*

*Surd. de alim. tit. 1. q. 35. num. 14.* maximè cum post
6 renunciationem † legitimæ addantur verba amplissima, & prægnantia, seu aliàs quomodocumque, qualitercumque, & quacumque de causa, quæ ex sui natura ampliant dispositionem in iuribus maioribus, & diuersis à legitima etiam ex causa de futuro. *Aym. cons. 294. num. 1. & seq. Rol. cons. 27. num. 15. 18. & seq. lib. 4. Honded. cons. 49. num. 14. lib. 1. Menoch. cons. 335. num. 22. Soc. sen. cons. 300. num. 2. lib. 2. Rot. decis. 149. num. 3. par. 1. & d. decis. 714. num. 5. par. 2. recent.*

7 Quartò, quia cum in bonis parentum † viuentium nullum ius competat filiabus, nisi ex causa de futuro, ne renunciationes tam amplissimæ euanescant in successionibus parentum ab intestato ex causa de futuro verificari debent, præcipuè cum legitimæ argumentatiuè fuerit renunciatum. *Ias. in l. 1. num. 17. in fin. Dec. num. 32. Cagnol. num. 80. & 84. C. de pact. Soc. sen. cons. 34. num. 5. lib. 4. Paris. cons. 26. num. 44. & seq. & cons. 69. num. 65. lib. 3. Curt. iun. cons. 49. num. 14. Dec cons. 288. num. 16. vers. tertiò quod iura. Honded. cons. 63. num. 88. lib. 1. Menoch. cons. 6. num. 15. & cons. 335. num. 16. & 17. & cons. 749. num. 13. & 15. Surd cons. 267. num. 31. & 32. & cons. 562. num. 6. Rota d. decis. 714. num. 6. in fine.*

Quintò, quia tam Catherina, quàm Margherita
8 post obitum patris † reseruarunt quasdam prestationes faciendas ab hæredibus patris, ex qua reseruatione tria sequuntur. Primum, quod filiæ renunciantes se distinxerunt ab hæredibus patris, cum hæredes ipsis filiabus præstationes annuas dare debeant. *Menoch. cons. 215. num. 69. & seq.* Secundum, quod
9 adest † tractus successiuus ad futurum tempus, quo casu renunciationes comprehendunt iura ex causa de futuro. *Rota d. decis. 714. num. 1. in fin. par. 2. re-*
10 *cent.* Tertium, quod ista reseruatio † facta in casu mortis patris confirmat renunciationem ad fauorem hæredum in omnibus bonis. *l. in his. ff. de legit. l. nam quod liquidè. §. fin. ff. de pen. lega. Paris. d. cons. 69. num. 58. & 67. lib. 3.*

Vltra quod respectu bonorum maternorum cessat
11 omnis difficultas, cum † tempore renunciationis mater esset mortua, ita vt versemur in iure de præsenti iam acquisito, cui si voluerunt renunciare multò magis arguitur voluntas renunciandi iuri futuro ex causa de futuro in bonis patris propter dotem ex causa ingressus religionis, vt supra deductum est.

Renunciationes ergo supradictæ probatæ ex pu-
12 blicis instrumentis † consistentes in articulo iuris non dicuntur requirere altiorem indaginem, sed impediunt immissionem. *Rota decis. 557. num. 9. & seq. par. 1. recent. Menoch. de recuper. rem. 1. num. 223. & seq. Put. decis. 233. lib. 3. Bal. in l. ancillæ. num. 2. C. de furt. Natt. cons. 502. num. 3.*

Et ita vna tantum parte informante fuit decisum.

# Eodem
# In eadem
# Lunæ 26. Iunij 1628.

### SVMMARIA.

1 *Relatio fit singula singulis. Fallit vt ibi, & n. 2.*
*Dictiones, tam, & quàm æqualiter insolidum tribuunt copulato, ibidem.*
3 *Dictio, alias, importat casus diuersos ab expressis.*
4 *Verba, quomodocumque, qualitercumque, & quacumque de causa, stant ampliatiuè, non restrictiuè.*
5 *Verba debent interpretari, vt aliquid operentur, & num. 10.*
6 *Renunciatio filiæ hæreditati paternæ recepta dote intelligitur ab intestato.*
7 *Renunciatio facta à filia, quando non sit intelligenda ad fauorem masculorum, & num. seqq.*
*Renunciatio cum stipulatione pro hæredibus non restringitur pro descendentibus masculis, ibid.*
11 *Renunciatio bonis paternis non extenditur ad bona illa effecta fraterna.*
12 *Renunciatio non restringitur ad tempus præsens ex clausula Tenens &c. vbi verba sunt amplissima.*
13 *Legitima facit, vt filius dicatur creditor patris, sed non datur actio, nec ius, nisi post mortem patris.*
14 *Renunciatio est strictè intelligenda. Fallit quando verba sunt amplissima, & quando fit propter ingressum Religionis num. 15.*

### DECISIO XCVI.

STETERVNT Domini in decisis non obstantibus ijs, quæ exaduerso deducta fuerunt.

Et primò non obstat, quod sit facienda relatio sin-
1 gula † singulis, nempe matris de futuro, respectu patris de præsenti, vel de præterito, quia iste intellectus repugnat verbis tam super bonis paternis, quàm Isabellæ matris renunciauit, quę dictiones tam & quàm æqualiter insolidum renunciationi tribuunt. *l. sancimus. C. de testam. l. is cui legatorum in princ. & ibi not. ff. vt in poss. legat. Grat cons. 9. num. 99. Surd.*
2 *cons. 317. num. 16.* & relatio † singula singulis numquam fit, nisi quando verba aliter non possunt saluari secundum rectitudinem sermonis, vel sequeretur correctio, vel repugnantia. *Rot. decis. 54. num. 23. par. 2. diuers.*

Secundò non obstat, quod sit facienda restrictio,
3 ex quo post verba ratione † legitimæ, vel supplementi ponatur dictio seu, quia post dictionem seu, sequitur aliàs quomodocumque, qualitercumque, & quacumque de causa, dictio enim aliàs importat casus diuersos ab expressis. *Put. decis. 170. in fin. lib. 3. Ce-*
4 *ned. sing. 62. num. 5.* & verba † vniuersalia quomodocumque, qualitercumque, & quacumque de causa stant ampliatiuè non restrictiuè. *Decian. resp. 3. num. 135. in fin. & num. 136. lib. 1. Natt. cons. 410. num. 7. Honded. cons. 49. num. 15. lib. 1.* & cum fue-
5 rit renunciatum legitimæ, † seu eius supplemento verba generalissima competentia, & competitura super quibuscumque bonis, seu alias quomodocúque,

qualitercumque, & quacumque &c. nihil operarentur, nisi intelligeretur ex causa de futuro respectu successionis paternae ab intestato, & ideo ad successionem paternam ab intestato referri debent. *Rota decis. 714. num. 6. par. 2. recent. Parisi. cons. 26. num. 44. & 46. lib. 3. Honded. cons. 49. num. 14. & seq. lib. 1. Soc. sen. cons. 34. num. 5. lib. 4. Bologn. in l. 1.*
6 *num. 32. C. de pact.* Vltra quod dum filia † recepta dote renunciat haereditati paternae intelligitur ab intestato. *Gemin. in cap. quamuis de pact. in 6. in fine. vers. dicunt tamen aliqui. Couar. par. 3. §. 3. num. 5. Alex. cons. 29. num. 1. & seq. lib. 3. Paris. cons. 69. num. 25. & seq. & 32. lib. 3. Gabr. de iur. dot. concl. 1. num. 40. vers. contrarium iuncto. num. 1. Pancirol. cons. 62. num. 3.*

Nec facit, quod ista renunciatio sit intelligenda
7 † ad fauorem descendentium masculorum. Tum quia iste intellectus repugnat verbis, cum stipulatio fit pro haeredibus, & sic non sit restricta ad descendentes masculos. *Rota decis. 587. par. 1. & decis. 714. par. 2. recent. & fuit dictum in Viterbien. bonorum 2. Maij 1614. coram bo. me. Manzanedo.* Tum quia
8 renunciatio † intelligeretur pro descendentibus tam masculis, quam foeminis. *Alex. cons. 9. num. 3. vers. & quod hoc. lib. 3 Couar. d. par. 3 num. 4. post med. Gabr. cons. 155. num. 4. & seq lib. 2. Paschal. de viribus patr. potest. par 3. cap. 7. num. 49. & seq.* Vnde cum non reperiantur descedentes masculi renunciatio remanet facta ad fauorem Iacobae filiae. Tum quia
9 nec mentio agnationis † reperitur facta, imò Catherina, & Margherita reseruarunt praestationes faciendas à masculis in minori summa, & masculis non existentibus ab alijs in maiori summa, ita vt satis appareant, quod debebant esse haeredes patris, quamuis non essent descendentes masculi ad exclusionem Catherinae, & Margheritae renunciantium.

Decisio *in Cesenaten. Haereditatis 17. Maij 1617.*
10 *coram bo. me. Card. Sacrato* non applicatur; † loquitur enim in diuerso casu: nam ibi renunciatio erat respectu bonorum fratris defuncti, & in illis poterat verificari absque eo, quod traheretur ad bona fratris viuentis, nec aderant verba tam amplissima, prout in hac renunciatione, quae stante renunciatione legitimae, & supplementi nihil operarentur, nisi verificarentur in successione patris ab intestato, vt supra deductum est, nec renunciatio erat facta ex causa ingressus Religionis, prout hic.

11 Prout etiam nec applicatur † decisio *in Bononien. Haereditatis de Armis apud Merlin. de legit. decis. 47. & 48.* loquitur enim in diuerso casu, nempe quando in bonis paternis successit alter frater, tunc enim licet bona proueniant à patre per aditionem factam à fratre desinunt esse bona paterna, & efficiuntur fraterna, & ideo renunciatio quoad bona paterna non extenditur ad bona fraterna acquisita post mortem patris, quia desierunt esse paterna, qui non est casus noster.

Non obstat clausula, Ponens in locum suum, quia
12 † cum verba illa amplissima comprehendant successionem paternam ab intestato non restringitur ad tempus praesens, sed etiam ad supradictum ius de futuro porrigitur. *Menoch. praesumpt. 115. num. 67. lib. 3. Fusar. de substit. quaest. 593. num. 129.*

13 Non obstat, quod filius dicatur creditor patris † in legitima, quia post mortem patris ius filio incipit antequam nec actionem, nec ius de praesenti considerabile habere dicitur, *vt vltra adductos in prima decisione tradit Menoch. de arbitr. cas. 147. num. 23. Gram. decis. 101 num 66.*

14 Tandem non facit, quod renunciatio † sit strictè intelligenda, quia non procedit, quando verba sunt amplissima, prout hic. *Rota decis. 169. in fin. par. 1. Pancirol. cons. 62. num. 13.* & quando renunciatio fit
15 † propter ingressum Religionis. *Rota d. decis. 914. num. 5. par. 2. recent. Aym. cons. 160. num. 1.*

Et ita vtraque &c.

# Eodem
## In eadem
## Lunae 10. Decembris 1628.

### SVMMARIA.

1 *Religionis ingressus an substineat renunciationes alias inualidas.*
2 *Minorum renunciationes ex defectu insinuationis requisitae ab Egidiana declarantur inualidae, & per tot.*
*Egidiana habet locum etiam in Ciuitate Perusiae ob extensionem Papae, ibidem.*
3 *Insinuatio requiritur in contractibus minorum factis Perusiae, non obstante particulari Statuto, & num. seqq.*
4 *Insinuatio quare requiratur à Statuto, & ab Egidiana.*
5 *Insinuatio non suppletur per decretum Iudicis, & iuramentum in terminis contractus minorum.*
6 *Insinuatio probari debet ab eo, qui excipit, quia debet docere de actu valido.*
7 *Resignationem allegans debet docere de valida.*
8 *Insinuatio requiritur etiam in contractibus factis à minore cum patre.*
9 *Insinuatio requiritur etiam in renunciatione ob causam dotis, & certae annuae praestationis, vbi bona excedunt dictas causas.*
10 *Insinuatio post emissam professionem à renunciantibus, & sic mortem ciuilem non valet, & num. 15.*
11 *Insinuatio facta ab haerede donatarij non est valida. Etiam quod sit facta ad fauorem haeredum num. 14. & seqq.*
12 *Mandatum morte Procuratoris expirat, nec transit ad haeredes num. 13.*
14 *Insinuationis defectus facit, vt renunciatio interim sit nulla, nec potest fieri per haeredes insinuatio, & num seq.*
17 *Renunciatio iuris quaerendi non requirit insinuationem. Fallit in iure quaesito, & stante Egidiana num. 18. & vbi adest pactum de non petendo num. 20.*
19 *Insinuatio in renunciationibus minorum requiritur ex Egidiana, etiam vbi agitur de iure quaerendo, praesertim vbi adest pactum de non petendo num. 20.*
21 *Insinuatio ex Statuto Perusino potest quando-*

cumque

*cumque fieri ante reclamationem donantis, secus ex Egidiana.*

22 *Renunciatio non requirit formam Concilij nisi post susceptionem habitus durante anno nouitiatus.*

## DECISIO XCVII.

FIRMARVNT Domini renunciationes ex defectu
1 insinuationis fuisse inualidas. † An autem propter ingressum Religionis substineantur *ex decisione in Romana donationis de Melchiorris 16. May 1620. coram bo.me. Buratto,* particulariter esse videndum.

2 Moti fuerant, quia cum mulieres, † quæ renunciarunt, essent minores vtique ex dispositione Egidianæ lib. 5. cap. 35. requiritur insinuatio, aliàs renunciationes sunt nullæ, quæ ob extensionem Pauli III. habet locum etiam in Ciuitate Perusiæ, *vt fuit dictum in Perusina fideiussionis 26. Nouembris 1611. coram Reuerendiss. Pamphilio impress. apud Pic. decis. 8. num. 2. & decis. 385. par. 2. recent.*

3 Non obstat, quod vbi adest Statutum † particulare, Egidiana non seruetur. Nam vnum Statutum Perusinum *lib. 2. rubr. 29.* licet loquatur de contract. min. cum certis solemnitatibus nullam mentionem facit de insinuatione, quæ propterea suppleri debet, & requiritur vigore Egidianæ. *Greg. decis. 260. num. 4. & d. decis. 8. num. 6. & 7. apud Pic. & 385. num. 5. par. 2. recent. & fuit dictum in Ciuitatis Castelli Pecuniaria 5 May 1621. coram bo. me. Remboldo,* Al-
4 terum Statutum † *lib. 2. rubr. 42.* dum requirit insinuationem loquitur in maioribus ad tollendas fraudes, & suspicionem in lucratiuis, & vt ipsi Donatarij teneantur, & debeant producere donationes præuijs citationibus contra personas, quæ de iure citari debent, quare cum Egidiana loquatur in mulieribus minoribus, vt minorũ facilitati succurratur, & quod insinuatio fiat ab eo, qui de iure tenetur, consequenter Statutum, & Egidiana tendunt ad diuersum effectum, & finem, & remouetur incompatibilitas, ita vt solemnitas insinuationis in vim Egidianæ seruari debeat. *Rota d. decis. 385. num. 6. par. 2. recent. & d. decis. 8. apud Pic. & fuit dictum in supra Ciuitatis Castelli pecuniaria coram bo. me. Remboldo.*

5 Et propterea non obstat, quod adsit † decretum Iudicis, & iuramentum, quia Egidiana vltra iuramentum, & decretum Iudicis requirit insinuationem, vt in casu iuramenti. *Rot. decis. 729. num. 1. par. 4. diuers. & d. decis. 385. num. 9. par. 2. recent. & in Ariminen. legatorum 27. May 1625. coram bo. me. Manzanedo,* & in casu decreti Iudicis. *Boccacc. ad Constit. Egidian. glos. 5. num. 11. Gregor. decis. 260. num. 7. & fuit dictum in dicta Ciuitatis Castelli pecuniaria 5. May 1621. coram bo. me. Remboldo, & in S. Seuerini bonorum 18. May 1621. coram Reuerendiss. D. meo Pamphilio.*

6 Itaque insinuatio † probari debet à Iacoba hærede Ludouici, quæ excipit, & dat de renunciatione, cum in hoc sit actrix, & teneatur docere de renunciatione valida, & sic insinuata. *l. in exceptionibus. ff. de probat.* & in puncto insinuationis *fuit dictum in Senogallien. prædy 10. Iuny 1619. coram R.P.D. meo Pirouano, & in Romana fideicommissi de Gryptis 15. Nouembris 1624. coram bo. me. Remboldo,* prout qui
7 excipit, & opponit de resignatione, † debet docere de resignatione valida, & sic de publicatione. *Rota diuers. decis. 190. num. 2. par. 2. Gregor. decis. 178. num. 2.*

Nec ex eo, quod renunciationes fuerint factæ ad
8 fauorem patris, † sequitur, quod non indigeant insinuatione, quia quicquid sit in alijs solemnitatibus requisitis ad integrandam personam, certum est, quod solemnitas insinuationis requisita ad tollendas fraudes, & succurrendum facilitati minorum, requiritur etiam quando filius donat patri, *vt ita distinguit Rota in Perusina nullitatis donationis 18. Aprilis 1608. coram bo. me. Card. Lancellotto impress. apud 2. lib. consil. Farinacc. decis. 252. & in Bononien. census 20. February 1609. coram bo. me. Card. Marcomontio impress. apud Pic. decis. 60. num. 3. & in supradicta Perusina fideiussionis apud Pic. decis. 8. num. 11. & d. decis. 385. num. 3. ad fin. & 725. num. 16. par. 2. recent. Greg. d. decis. 260. num. 11. Rot. d. decis. 729. num. 2. & seq. par. 4. diuers.*

9 Rursus non facit, quod renunciationes † fuerint factæ ex causa dotis, & certæ annuæ præstationis, quia considerata hæreditate paterna, & materna, quibus fuit renunciatum, non adest causa proportionabilis, quæ æquipolleat renunciationibus, & propterea in excessu requiritur insinuatio. *Gabr. de donat. conclus. 1. num. 63. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 15. num. 31. Tiraq. in l. si vnquam. in verb. donatione largitus. num. 80. C. de reuocat. donat. & fuit dictum in Romana Donationis de Capranica 26. Iuny 1628. coram R. P. D. meo Durano, & in supradicta Romana fideicommissi de Gryptis 26. May 1625. coram bo. me. Remboldo.*

Non obstant insinuationes, quia illæ sunt inualidæ.
10 † Primò, quia cum fuerint factæ post emissam professionem à renunciantibus, vtique ob mortem ciuilem dicuntur factæ tempore inhabili, & cessat perseuerantia voluntatis in renunciantibus, quæ post professionem non habent neque velle, neque nolle, &c. ideo non iuuant. *Bald. cons. 167. num. 5. lib. 5. Rom. iun. cons. 118. num. 92. & 93. Gabr. cons. 158. num. 2. lib. 1. Boccacc. ad Constit. March glos. 5. num. 18. Rebuff. super Comment. tom. 2. tit. de donat. insinuat. art. 1. glos. vlt. num. 3. Menoch. cons. 1222. num. 3. & 4.*

11 Secundò, quia fuerunt factæ ab hærede † Ludouici donatarij, ad quem ius insinuandi non transit, & ideo non suffragantur. *Ant. de Canar. de insinuat. par. 1. quæst. 29. num. 48. Aret. cons. 123. num. 4. Menoch. d. cons. 1222. num. 4. Peregr. cons. 76. num. 23. lib. 2.*

12 Non obstat, quod vna ex filijs † renunciantibus constituerit Procuratorem Ludouicum patrem ad insinuandum, quia per mortem Ludouici mandatum expirauit. *l. si quis alicui. §. morte. ff. mand. l. si quidem. C. de act. & oblig. Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 23. num. 12. Sebast. Medic. in tract. Mors omnia soluit. par. 2. conclus. 64. num. 186. & 188.* & facultas
13 † data Ludouico patri in vnica tantum renunciatione per mortem expirata non transit ad hæredes. *Dec. in l. hæredem. num. 7. ff. de reg. iur. Aret. cons. 123. num. 4. cum alijs supra alleg.*

14 Nec facit, quod renunciationes † fuerint factæ non solum ad fauorem Ludouici patris, sed etiam eius hæredum, à quibus potuit fieri insinuatio, quia cum renunciationes ante insinuationem sint nullæ, & requi-

ratur in vita renunciantium, & lex fingat abesse consensum renonciantium, donec insinuatio superueniat, & si renunciantes ante insinuationem decedant, dicantur mori in voluntate conformi iuri communi, vt donatio sit nulla, nec per hæredes possit insinuari. *Rim. iun. cons. 118. num. 92. & 93. Bald. in l. sancimus. num. 7. C. de donat. Gabr. d. cons. 158. num. 6. lib. 1. & fuit dictum in Romana donationis 6. Februarij 1623. coram bo. me. Manzanedo*, vnde cum re-
35 nunciantes † emiserint professionem ob mortem ciuilem deficit extremum à quo, & insinuationes post professionem, vel mortem non suffragantur, *vt vltra alleg. tradit quoque Surd. cons. 9. num. 53. & 54. lib. 1. Ias. cons. 51. lib. 1. Corn. cons. 71. num. 11. & 16. lib. 2. Curt. iun. cons. 224. num. 9. Ant. de Canar. de insinuat. d. quæst. 29.*

36 Imò intentio renunciantium fuisse videtur, † quod renunciationes non inciperent ab hæredibus, sed à Ludouico patre, in quo sequuta insinuatione haberent effectum; alias caducatis renunciationibus respectu Ludouici, ex defectu insinuationis euanescerent quoque respectu hæredum, à quibus non potest fieri insinuatio. *Rim. iun. d. cons. 118. num 92. & 93. Bald. cons. 167. num. 5. lib. 5.*

Tandem non facit, quod versemur in renunciatio-
37 ne † iuris futuri quærendi, non dum quæsiti, & sic non requiratur insinuatio. *Bal. in l. illud. num. 6. vers. quid ergo dicemus. C. de sacros. Eccles. Tiraq. in l. si vnquam. in verb. donatione. num. 180. C. de reuocat. donat. Rol. de lucr. dot. quæst. 39. num. 4.* Tum quia
38 † respectu bonorum matris, quæ erat iam defuncta, agitur de bonis quæsitis; tum quia Egidiana considerat, ne minores leuiter damnificentur, & ideo etiam in remissionibus, & cessionibus iurium vult insinuationem, & cum istæ filiæ haberent spem probabilem in successione paterna opulenta, & saltem in legitima, & renunciauerint, ne dum patri, sed etiam eius hæredibus, vtique requirebatur insinuatio. *l. spem G. de donat. Rayn. cons. 204. num. 4.* & cum similes
39 † renunciationes in effectu dicantur donationes, & in renunciatione iuris futuri propter facilitatem minorum possit adesse læsio, vtique necessaria est insinuatio. *Greg. decis. 15. num. 5. & 6. Rota decis. 38. num. 3. & decis. 723. num. 12. & seq. par. 2. recent.*
20 præsertim cum renunciationes † sint cum pacto de non petendo, quo casu indigent insinuatione. *Glos. in l. si quis obligatione. ff. de reg. iur. Fulgos. cons. 100. vers. pactum autem. Clar. in §. donatio. quæst. 16. num. 2. & 3. Gabr. de donat. conclus. 1. num. 19. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 209. num. 4.*

21 Non obstat, quod vigore Statuti † Perusini possit fieri insinuatio ante reclamationem donantis, quia insinuatio de qua agitur, requiritur non vigore Statuti, sed Egidianæ, quæ intelligitur re integra, scilicet ante mortem naturalem, vel ciuilem renunciantium ex supra deductis.

22 Motiuum, quod non fuerit seruata † forma Concilij Tridentini non placuit Dominis, cum illa solum disponat de donationibus post susceptionem habitus durante anno nouitiatus.

Et ita vtraque &c.

# R. P. D. Pirouano
## Perusina Fidecommissi de Baptistis
## Veneris 15. Decembris 1628.

### SVMMARIA.

1 *Succedendi ius ex testamento, aut ab intestato non competere deducitur, & per tot.*
3 *Hæres in re certa quando dicatur substitutus deficientibus hæredibus vniuersalibus, & num. seqq.*
4 *Vocatio non arguitur ex qualitatibus tantum.*
6 *Statutum de successionibus non intrat, vbi adest prouisio expressa testatoris.*
7 *Substitutio pupillaris ex continuatione, & coniectione casus deducitur, & num seqq.*
10 *Substitutio compendiosa quomodo concipiatur.*
11 *Substitutio compendiosa comprehendit vulgarem, & pupillarem.*
12 *Substitutus per vulgarem intrat in locum anteriorum tam ex capite deficientiæ, quam non natiuitatis, & num seqq.*
13 *Substitutus in casu mortis succedit etiam in casu non natiuitatis, & num. seqq.*
16 *Substitutio vulgaris expirat per aditionem, & vide num. seqq.*
18 *Substitutio pupillaris non expirat per aditionem, imò illam requirit num. 19. & seqq.*
21 *Infantibus hæreditates delatæ solent adiri per eorum tutores, vel patres.*
23 *Legitimationes non præiudicant venientibus ab intestato stãte clausula præseruatiua, nec tollunt ius quæsitum.*

### DECISIO XCVIII.

VISVM fuit standum esse in decisis 28. Maij 1627.
1 ex eisdem † rationibus, & fundamentis: quia D. Antinorus neque ex testamento Petri Iacobi, neque ex persona Hieronymi eius filij vltimo decedentis probat sibi ius succedendi apertum esse.

2 Quoad paternam dispositionem † verè D. Antinoro dici potest, substitutio de re non loquitur; nam testator prouiso sibi de hæredibus vniuersalibus, nempe Io: Baptista, & Hieronymo, & de quocumque alio filio masculo sibi nasciture ex se, & legitima sua coniuge, altero ex dictis filijs hæredibus vniuersalibus moriente in pupillari ætate, vel alias quandocumque sine filijs, & descendentibus masculis legitimis, & de legitimo matrimonio natis, substituit alios filios masculos supradictos superuiuentes, & filios, ac descendentes masculos legitimos, & naturales de legitimo matrimonio natos ab illo, aut illis, qui iam fuissent præmortui in stirpes, & non in capita; deficientibus autem omnibus descendentibus masculis legitimis, & de legitimo matrimonio per rectã lineam masculinam ex masculis natis, & ita extincta, & deleta omnino linea recta masculina masculorum supradictorum ipsius testatoris, vltimo masculo deficienti in omnibus bonis, & hæreditate sua substituit proprias filias fœminas legitimas, & de legitimo matrimonio

ex ipso

ex ipso testatore natas, & filias fœminas, filiorum suorum inter quos à prima vocatione vsque ad vltimam non legitur compræhensa persona D. Antinori, cui de legato scutorum 4000. fuerat prouisum in separata parte, & dispositione.

Vnde non est constituendum aliquod fundamen-
3 tum, quod cum † testator honorificè tractauerit D. Antinorum honorando illum titulo legati satis ampli vti filium quamuis naturalem; propterea prole masculina legitima deficiente in substitutione videatur compræhensus concurrentibus qualitatibus, quia filius masculus, & superstes. *Menoch. præsumpt.* 60. *num.* 19 *lib.* 4. *Modern. Brixien. de subst. quæst.* 28 t.
4 *num.* 10. *cum alijs allegatis*, quia qualitates † non arguunt vocationem, sed inhærent illi, quando de ea constat, in præsenti autem de illa constare non potest, quia testator vocauit filios ex se, & coniuge sua, qualis non est D. Antinorus naturalis, qui ex soluta natus reperitur; sequentes verò substitutiones ponuntur cum relatione ad dictos filios, ibi, & si aliquis de dictis suis filijs, & hæredibus vniuersalibus moreretur, substituit alios filios masculos supradictos, & paulò infra ibi, & casu quo decederent omnes descendentes masculi, & omnino extincta remaneret linea masculina masculorum supradictorum ipsius testatoris, substituit fœminas filias, & de legitimo matrimonio natas ex ipso testatore, quarum superstes nunc est D. Beatrix; ita vt ex serie substitutionum non videatur relictus locus dubitandi de alijs personis, quam de proprijs filijs ex se, & coniuge sua natis, & de descendentibus ex legitimo matrimonio, inter quos non est connumerandus D. Antinorus.
5 Nec euitari potest sensus illius dictionis relatiuæ † supradictos, & supradictorum, quasi apta sit compræhendere omnes masculos indistinctè testatoris filios superstites & sic etiam naturales nominatos in testamento, quia littera bene se explicat per differentiam essentialem, quæ ad sensum patet, ibi, *se alcuno de' detti suoi figliuoli, & heredi vniuersali morisse*, quæ qualitas hæredis vniuersalis, cum non conueniat D. Antinoro, qui est particularis legatarius, in relatione tanquam persona diuersæ qualitatis compræhendi non potest, & nihilominus mirabiliter differentiam hanc tangit. *Bart. in l. fin. num* 2. *ff. ad trebell. quam sequuntur Rum. cons.* 158. *num* 9. *lib.* 2. *Honded. cons.* 63. *num.* 15. *lib.* 2. *Menoch. cons.* 525. *num.* 1. *& seq.*

Quo verò ad legalem dispositionem ex ea pariter
6 iuuari non potest D. Antinorus, quia dum agitur † de expressa morientium voluntate, locus non est prouisioni legum, quæ subintrant tantummodo in casibus non prouisis, non autem vt prouisos subuertant. *Bal. in l. quicumque. num.* 13. *C. de seru. fugit. Soccin. sen. cons.* 30. *num.* 32. *lib.* 1. *Put. decis.* 193. *num.* 2. *lib.* 2. Et in præsenti ex testamento eiusdem Petri Iacobi firmatum fuit in decisione causæ prouisum fuisse successioni filiorum eiusdem in pupillari ætate decedentium per substitutionem fœminarum filiarum testatoris superexistentium.

Non obstat, quod si hæc prouisio referatur ad ex-
7 pressam substitutionem pupillarem, † quod illa sit restricta inter Io: Baptistam, & Hieronymum, altero scilicet moriente succedat superstes, non autem D. D. Beatrix. Si verò tacitam pupillarem ex compendiosa desumptam inferat in casu quo deficerent omnes descendentes masculi legitimi, & naturales de legitimo matrimonio nati tunc cesset, quia substitutio fœminarum non legitur facta Hieronymo, aut Io: Baptistæ; sed vltimo masculo deficienti ex descendentibus ipsorum filiorum.

Quia in primo casu sustinetur expressa pupillaris
8 † non obstante, quod videatur apposita filijs primi gradus, quia per coniunctionem casus non existentiæ illorum videtur continuatus sermo prouisionis in casu pupillaris, vt in prima decisione fuit firmatum ex *Bal. cons.* 17. *vol.* 2. *Crau. cons.* 208. *num.* 6. *Thesaur. decis.* 200. *num.* 10. *Menoch. cons.* 106. *num* 370. *& cons.* 148. *num.* 18. *Peregr. cons.* 32. *num.* 24 *lib.* 2. quibus accedunt idem *Menoch. præsumpt.* 178. *num.* 30. *lib.* 4. *Odd. cons.* 95. *num.* 82. *& seq.* Nec euitan-
9 tur rationes, & auctoritates supradictæ ex eo, † quod Bald. & alij loquantur ad effectum inducendi repetitionem pupillaris in sequenti casu à testatore prouiso, non autem variandi casus, in quibus fit substitutio, vt scilicet fœminæ succedant filijs primi gradus per pupillarem, quibus non sunt substitutæ; sed eo in casu alij filij masculi descendentes, quia differentia forte euitaret rationem coniunctionis casuum, & continuationis sermonis, nisi concurrant ad inuicem casus deficientiæ, & non natiuitatis, prout concurrere in decisione causæ fuit firmatum ex *Menoch. Surd. Ladereb. & alijs in ea adductis*; nam tunc sublato de medio gradu filiorum non existentium; postquam de tempore obitus Hieronymi in ætate pupillari Io: Baptista non extabat, & alij nati non erant, benè conueniat subintratio vltimi gradus fœminas compræhendentis, vt latissimè aduertit, & comprobat *Ladereb. d. cons.* 72. *num.* 4.

In secundo etiam casu facilius sustinetur tacita pupillaris ex compendiosa deducta; quia sicuti ex for-
10 mulis † substitutionum, de quibus agitur non dubitatur de existentia compendiosæ; dum leguntur conceptæ sub conditione necessaria, si alter eorum decederet in pupillari ætate, vel aliàs quandocumque, & in vltima substitutione dicatur casu quo deficerent omnes descendentes masculi. *Surd. decis.* 37. *num.* 1. *Ladereb. cons.* 72. *num.* 4. *Bellon. iun. cons.* 19. *num.* 9. *Moder Brixien. de subst. quæst.* 23. *num.* 34. *Rota decis.* 519. *num.* 4. *par.* 1. *& decis.* 332. *num* 9 *par.* 2. *recent.* ita nec in dubium reuocari debet quin sub ea
11 compræhendatur † & vulgaris, & pupillaris per quas respectiuè vocati directè, succedũt pupillo, & intrant locum deficientium in gradu præcedenti. *Bart. in l. quamdiu* 68. *num.* 10. *ff. de acquir. hæred. communiter receptus. Ladereb. cons.* 72. *num.* 4. *Peregr. de fideic. art.* 15. *num.* 14. *& cons.* 32. *num.* 23. *lib.* 2. *Rot. decis.* 332. *num.* 6. *&* 7. *& decis.* 403. *num.* 10. *par.* 2. *recent.* atque ita cum D. Beatrix tanquam vocata per
12 vulgarem † intret locum anteriorum in gradu tam ex capite deficientiæ, quam non natiuitatis, vt iam fuit firmatum in decisione causæ ex *Menoch. præsumpt.* 65. *num.* 2. *lib.* 4 *& cons* 1063. *num.* 1. *&* 10. *Mantic. de coniect. lib.* 11. *tit.* 6. *num.* 1. *Surd. decis.* 37. *num.* 26. *Ladereb. cons.* 72. *num.* 2. *&* 4. *Rota decis.* 433. *num.* 6. *par.* 2. *recent. & in Bononien. bonorum de Grifonibus* 18. *February* 1619. *coram bo. me. Buratto*, decedente Hieronymo in ætate pupillari à directa successione illius excludi non potest.
13 Et quamuis † *Paris. cons.* 74. *num.* 32. *lib.* 3. *Eugen.*

*cons. 99. num. 51. Peregr. de fideic. art. 21. num. 24.* & alij adducti pro hac opinione per eundem *Peregr. art. 15. num. 16. & cons. 55. num. 7. & 35. lib. 5.* omnes moti ex rationibus *Oldradi cons. 177.* videantur firmare casum non intrare, quando testator expresse prouidit in casum mortis, & prout dicebatur factum in casu proposito ibi, & casu quo decederent omnes descendentes masculi per rectam lineam masculinam nati, ex quibus verbis inferebatur voluntas restricta ad casus expressos, non autem ad possibiles; dum considerauit testator initium, medium, & finem suæ lineæ; attamen Oldradus communiter reprobatur, & illi, qui eundem sequuti sunt; quia casus non natiuitatis semper est de casibus impotentiæ contentæ in vulgari secundum *Glos. & textum in l. penult. ff. de ventr. inspic. Bart. in l. 1. num. 35. de vulg. & pu-*
14 *pill.* & vulgaris † semper locum habet quocumque casu prior vocatus rem habere non possit. *l. cum proponas. C. de hæred. inst. Bart. in l. 3. § fin. ff. de liber. & posthum.* quinimo *Dec. cons. 227. num. 3.* sustinuit per verbum *mancassero* expressum fuisse casum non natiuitatis, sed vt dicebatur in specie reprobant Oldrad. & sequaces, infiniti, qui referuntur per *Peregr. d. art. 15. & seq. & cons. 40. num. 2. vol. 1. & 55. num. 18. vol. 2. Decian. cons. 1. vol. 1. Surd. cons. 236. num. 26. Ladereb. cons. 31. & 72.* Nec opinioni Ol-
15 dradi † inhærendum est, nisi eo casu, quo testator declarasset voluntatem suam per verba taxatiua, aut ex coniecturis bene concludentibus illa deduci posset. *Marzar. cons. 1. num. 1. & seq. & Rota cum hac declaratione transiuit in Bononien. de Grifonibus supra allegata, & Peregr. tod. art. 15. num. 16.* idem sequitur, vt propterea decisio, quæ reuidetur sentiens obiectum respondet non constare de coniecturis, ex quibus à communi regula, & opinione sit recedendum.

Non obstat, quod adhuc supposita comprahensio-
16 ne casus † non natiuitatis in tacita vulgari ex compendiosa non tamen intrat pupillaris per casum non natiuitatis, sed tacita vulgaris. *Corn. cons. 276. num. 12. vol. 3.* & vulgari locus non fit sequuta aditione per pupillum. *l. post aditam cum gloss. C. de impuber. Peregr. de fideic. art. 15. num. 3. Socin. sen. cons. 52. num. 14. vers. 3. est casus. vol. 1.* eoque aditione dicebatur in præsenti constare.

17 Quia fundamentum obiecti non probatur † ex rationibus Cornei; dicit quidem, quod substitutio facta posthumo si nasceretur militat etiam eo non nato; quia sub pupillari illa de posthumo continetur tacita vulgaris, si non nascatur per *l. qui ventri cum glos. ff. de ventr. inspic.* & est verum, quia non datur successio ex persona, quæ non fuit, sed per aliam substitutionem, nempe vulgarem capit vocatos, dum intrant locum eius, qui sperabatur nasci, nec natus fuit; sed in casu nostro D. Beatrix non agit de intrando locum Hieronymi non nati; sed in locum eorum, qui vocati fuerunt ad eius successionem ante ipsam, nec nati fuerunt; propterea per vulgarem in locum eorum subintrat sublatis eis de medio, vel per non aditionem, vel per impotentiam naturalem, aut euentualem non succedendi, & sub ingressa tunc succedit Hieronymo in pupillari ætate decedenti, ita *Bar. mirabiliter distinguit in d. l. quamdiu 88. num. 10. ff. de acquir. hæred. & illum sic intelligunt Peregr. d. art.* *15. num. 14. cum alijs ab eo alleg. & Paris. cons. 75. num. 28. lib. 3. Surd. cons. 347. num. 16. lib. 3. Ladereb. cons. 3. num. 10. & 72. num. 4.* est etiam ve-
18 rum, † quod adita hæreditate per pupillum non est locus vulgari, vt per eam pupillo succedatur; sed est etiam erroneum, quod cessante vulgari non detur intra tempora pubertatis successio ex pupillari, quia compendiosa tanquam continens plures substitutiones, & plures casus per existentiam vnius non tollitur alter; nam continet vulgarem si grauatus decesserit ante aditam, & si decesserit post aditam in pupillari ætate resultat pupillaris, & si defecerit post aditam in adulta ætate intrat fideicommissaria. *Peregr. latissime explicans de fideic. art. 34. num. 12. & cons. 32. num. 26. vol. 2.* & tradunt omnes in *l. centurio de vulg. & in l. precibus. C. de impuber.* quinimo
19 nisi pupillus adiret † hæreditatem paternam pupillariter substitutus succedere non posset, quia impossibile esset hæreditatem illam acquiri substitutis nisi prius illa fuerit quæsita pupillo per regulam, quod successor non capit, quod auctor non habuit. *l. traditio. ff. de acquir. rer. domin. Peregr. cons. 46. num.*
20 *12. lib. 1.* & si daretur, † quod adita hæreditate per pupillum expiraret pupillaris insimul facile extingueretur patris priuilegium à lege datum, vt pro filijs impuberibus testari possit, de quo in *l. 2. ff. de vulg. & in § igitur inst. de pupil. subst.* ex quo hæredita-
21 tes † etiam infantium soleant adiri per eorum tutores, aut patres per actus tacitos, & leuiores. *l. si infanti. C. de iur. delib. Bart. in l. gerit. num. 30. ff. de acquir. hæred. Grass. in § transmissio. quæst. 26. num.*
22 *2. Thesaur. decis. 88. num. 2. & 3.* & propterea † *Socin. sen. in allegato cons. 52. num. 14. vol. 1. ver. 3.* est casus, bene euitatur, quia loquitur de aditione facta per substitutum primo loco vocatum non autem de aditione pupilli, & similiter in eisdem terminis loquitur *Decian supra alleg. in cons. 81. num. 4. vol. 2.* per quam bene tollitur pupillaris per effectuationem successionis substituti in priori loco existenti, quod idem non est si ille vel defecerit, vel non fuerit natus, & posterior subintrat locum illius: quia euueniente casu pupillaris potest, sicuti poterant alij defecti succedere.

Ex quibus cum clarissime constet de non iure D. Antinori petentis immissionem, visum fuit, & à decisis non recedere, & quæstionem de releuantia legi-
23 timationum † tam in vita Petri Iacobi patris D. Antinori, quam post obtentarum non intrare, quia etiam illis suppositis præualet causa testati ad fauorem D. Beatricis, & nihilominus in prima, iura venientium ab intestato fuerunt præseruata; & secunda non potuit tollere ius iam quæsitum ipsis ab intestato venientibus post obitum Petri Iacobi testatoris, vt in prima decisione fuit firmatum, & ita fuit conclusum &c.

## R. P. D. Merlino
## Narniensis Successionis
## Lunæ 22. Maij 1628.

### SVMMARIA.

1 Fœmina succedit patri vna cum masculo de iure communi

continuenti, cui quo datur immissio. Et quid stante Statuto per tot.

4 Statutum exclusiuum fœminarum nõ comprehendit bona extra Territorium, & de ratione num. seqq. siue loquatur in rem, siue in personam num. 14. & seqq. & quod maior pars bonorum sit in loco Statutenti. 22.

5 Statutum prædictum est principaliter inductum fauore familiarum, & ideo non est odiosum cum num. seqq.

6 Statutum vt indicetur odiosum, vel fauorabile consideratur principalis intentio.

8 Statutum exclusiuum fœminarum est conforme iuri diuino, duodecim tabular. & Iuri prætorio.

9 Statuere est actus iurisdictionis, qui exercetur circa administrationem rerum suarum.

10 Princeps extra proprium Territorium est veluti priuatus.

11 Populus non potest exercere iurisdictionem in alieno Territorio.

13 Statutum etiam fauorabile non extenditur extra Territorium.

15 Statuentium facultas attenditur, & quod principaliter ipsi intelligant, non cortex verborum.

16 Verba sunt attendenda, vbi quæstio est voluntatis, non quando est potestatis.

18 Statutum potest inhabilitare personam subditam, & ita incapacem illam efficere, vt quocumque vadat semper remaneat incapax, & vinculum comprehendat bona extra Territorium. Sed vide num. seqq. præsertim num. 25.

19 Statutum an possit disponere de bonis extra Territorium, cum num. seqq.

22 Statutum quamuis in suo cortice loquatur in personam, tamen vbi disponit de successione videtur principaliter de ipsis bonis disponere, non autem de personis.

23 Bannitus, & hostis Patriæ succedit in bonis extra Territorium.

24 Dispositio coarctatur quoad bona existentia intra fines iurisdictionis disponentes, non autem quoad bona extra Territorium sita.

26 Tutor datus vno loco, est etiam tutor alio loco licet extra Territorium. Secus est in Curatore num. 28.

29 Hæreditas est quid vniuersale, & indiuiduum, nec loco circumscribitur, & debet vniformiter vbique iudicari, sed vide num. 30.

31 In Statutis verba debent interpretari cum effectu.

33 Montium loca inter bona immobilia reputantur, & in eis locum habet Statutum exclusiuum fœminarum.

34 Et veniunt etiam vacabilia appellatione bonorum.

35 Forenses non comprehenduntur in Statuto exclusiuo fœminarum, Statutum exclusiuum fœminarum non intrat respectu forensium ibid. maximè quando persona excludens est etiam forensis num. 36.

37 Statutorum coniunctio non fit ad exclusionem fœminarum, cum seqq.

39 Statutum, vt vsficiat, requiritur, vt eidem Statuto subiaceant insimul bona, & personæ, neque sufficit alterum nempe vel subiectio personarum, vel bonorum.

40 Arguere non licet à contrario sensu, præsertim in dictis Doctorum, quando absurdus resultaret intellectus.

42 Statutaria dispositio vbi deficit, subintrat semper dispositio iuris communis.

43 Statuta vtriusque loci seruanda sunt in hæreditate defuncti habentis bona in duobus locis, & vide num. seqq. Vbi de confirmatione, & subiectione eiusdem Principis.

45 Domicilium habere, & subiacere pluribus locis quis potest respectu bonorum.

47 Confirmatio Statutorum quid operetur.

48 Consuetudo quomodo sit probanda.

49 Statutum non potest condere Populus subiectus Sedi Apostolicæ sine confirmatione.

50 Consuetudinem non potest introducere absque confirmatione, qui non potest condere Statuta.

51 Ciuilitas per Priuilegium non suffragatur ei, qui non est vsus, nec habitauit, nec onera substinuit.

## DECISIO XCIX.

ANDREAS superstitibus tã filijs masculis, quam fœminis intestatus decesserat, bonaque nedum
in Territorio Narniensi, vbi degebat, sed & hic Romæ reliquit. Vnde fuit dubitatum, An in his bonis
fœminæ æqualiter admittendæ essent vna cum masculis, illisque danda immissio. Et quamuis attenta
1 iuris communis † dispositione non sit ambigendum, quin ad fœminas æqualiter, prout ad masculos spectet paterna successio. § *intestatorum inst. de hæredit. quæ ab intest. defer. l. maximum vitium. C. de liber. præterit. l. lege 12. tabularum. C. de legit. hæred. auth. nouissima. C. de suis, & legit.* Attamen difficultatem
2 faciebat, † quòd tam Narnij, vbi & testator, masculique, & fœminæ ad successionem adspirantes domicilium habent, quam hic Romæ, vbi bona reperiuntur, Statutum viget exclusiuum fœminarum extantibus masculis, & proinde quodcumque Statutum attendatur semper resultat exclusio fœminarum.
Verùm DD. responderunt in his bonis Romæ exi-
3 stentibus † dandam esse immissionem filiabus fœminis pro medietate, & sic iuris communis dispositionem in proposita facti specie esse attendendam, neutrumque ex prædictis Statutis sibi locum vendicare.
4 Non inquam Statutum Narniense, † quoniam quamuis Doctores inter se certauerint, an huiusmodi Statutum fœminarum exclusiuum comprehendat, vel extendatur ad bona extra Territorium in variasque acies diuisi sint, & distinctionibus aliqui opiniones contrarias conciliauerint, attamen semper Rota indistinctè cẽsuit bona posita extra Territorium non comprehendi Statuto quemadmodũ & magis communiter Doctores tenuerunt. *ita Bart. qui fuit auctor huius opinionis, in l. cunctos populos num. 32. Bald. ibid. num. 91. C. de sum. Trin. & fid. cath. Anchar. in c. canonum statuta. num. 214. de const. Felyn. in c. postulasti. num. 4. de for. comp. Alex. cons. 16. num. 1. & seqq. & cons. 128. lib. 1. Gozadin. cons. 49. num. 8. Brun. ad Stat. art. 8. num. 130. qui affirmat ab hac opinione non esse recedendum. Rolan. cons. 80. per tot. lib. 4. Bero. cons. 155. num 12. & seqq. lib. 2. Ios. Ludou. decis. Perus. 76. num. 8. Hond. cons. 5. num. 14. lib. 1. Peregrin. decis. Patauin. 127. num. 2. & 3. & cons.*

*conf. 7. num. 8. lib. 5. Menoch. conf. 875. per tot. & conf. 1021. num. 9. & 10. vbi 56. Doctores recenset hanc opinionem sequentes. Aldobr. conf. 2. num. 10. & seqq. lib. 1. & conf. 145. num. 8. lib. 2. D. Pachin. conf. 86. num. 4. & conf. 87. num. 1. & seqq. lib. 2. Ofasch. conf. 76. num. 19. Caball. conf. 11. num. 1. & seqq. lib. 2. qui de vera, & magis communi attestatur, & quod optimis fundamentis innitatur. Pappon. conf. 54. num. 33. Aldouin. conf. 98. num. 3. & Rota perpetuò, vt dictum est, hæsit huic opinioni, ita coram Puteo decis. 341. lib. 1. in correct. coram Card. Blanchetto in Romana, seu Terracinen. bonorum 16. Martij 1576. quæ est decis. 304. num. 3. par. 1. diuers. coram Comitulo in Perusina bonorum de Balleonibus 8. & 13. Iunij 1590. coram Brauo in Romana supplementi legitimæ 21. Octobris 1580. coram Fenia in Perusina reintegrationis 15. Ianuarij 1597. coram Card. Pamphilio in Balneoregiensis bonorum 7. Iunij 1591. & 16. Maij 1594. coram san. me. Greg. XV. decis. 255. num. 1. & seqq. & coram bo. me. Buratto in Collensis hæreditatis 10. Iunij 1616. & 5. Maij 1617. & nouissimè coram R. P. D. meo Durano in Romana, seu Bergomen. successionis 11. Maij 1626.*

5 Et quamuis Rota in conclusione assentiat † Bartolo, in duobus tamen dissentit in ratione scilicet, & in distinctione, seu declaratione: Non enim vera est ratio ab eo ponderata, quòd nempe huiusmodi Statutum non comprehendat bona extra Territorium, eo, quia sit odiosum, dum æquitati naturali repugnat, constituendo in materia successionis differentiam inter masculos, & fœminas, quod velut maximum vitium reprehendit Imperator *in d. l. maximum vitium. C. de liber. præterit.* & propterea strictè interpretandum, nec extendendum extra Territorium. Quoniam licet tale Statutum sit derogatorium iuri communi, non tamen inde odiosum, saltem odio irrationabili censendum est, fundatur enim in bono publico, nempe in motiuo conseruandi agnationes masculorum, & principaliter, & primariò non intendit exclusionem fœminarum, nec in earum odium est promulgatum, sed in fauorem familiarum, quæ diuitiarum præsidio destitutæ sordescunt, & hoc consi-
6 derari debet † ad effectum iudicandi, an aliquid sit odiosum, vel fauorabile. *l. qui exceptionem. ff. de cond. indeb. Roman. conf. 39. num. 2. & conf. 328. num. 2. Decian. conf. 17. num. 25. lib. 1. Ceph. conf. 278. num. 102. Aldobr. conf. 2. num. 141. lib. 1. Caputaq. decis. 15. num. 6. par. 2. Rot. decis. 117. num. 1. par. 1. di-*
7 *uers.* & quod huiusmodi Statutum † sit fauorabile receptiori calculo affirmant Doctores. *Alex. conf. 141. num. 10. lib. 7. Ceph. conf. 278. num. 102 & 103. Decian. conf. 1. num. 319. & conf. 17. num. 25. lib. 1. & conf. 30. num. 10. lib. 3. Gabr. conf. 15. num. 3. lib. 2. Brun. de Statut. art. 8. num. 127. vers. nec obstat. Surd. conf. 553. num. 9. & Rota pluries amplexa est hanc opinionem, vt in Nucerina bonorum 4. Martij 1612. coram bo. me. Card. Sacrato, quæ est decis. 51. par. 1. recent. & in pluribus relatis in Bononiensis successionis 9. Decembris 1622. coram bo. me. V baldo,* imo huius-
8 modi Statutum est conforme † iuri diuino duodecim tabularum, & iuri prætorio. *Crauett. conf. 243. num. 5. Decian. d. conf. 1. num. 318.*

Sed vera ratio illius conclusionis supra firmatæ ea
9 est, † quoniam statuere est actus iurisdictionis, qui exercetur circa administrationem rerum suarum. *cap. fin. de constit. in 6. l. fin. ff. & C. de iurisd. omn. Iud. & ibi DD. communiter. Alex. in l. 1. num. 10.*
10 *ff. eod.* & extra proprium † Territorium Princeps est veluti priuatus. *d. cap. fin. de constit. in 6. cap. per venerabilem, qui filij sint legit. cap. quæ contra 8. distinct. d. l. fin. ff. de iurisd. omn. Iud. l. 3. ff. de offic. Præsid. cum alijs per Bero. conf. 155. num. 14. lib. 2.* Vnde
11 nec poterit populus † exercere iurisdictionem in alieno Territorio. *ita Lap. alleg. 91. num. 7. Castr. conf. 32. num. 1. lib. 2. Rol. conf. 80. num. 25. & 26. lib. 4. Bero d. conf. 155. num. 13. & 14. Peregr. decis. Patauin. 117. num. 2. Aldobr. conf. 2. num. 10. & 15. lib. 1. Brun. de Statut. d. art. 8. num. 130. vers. quicquid autem sit. Gerard. Mazzol. conf. 36. num. 12. Bellon. iun. conf. 74. num. 103.* & per hanc rationem
12 † Rota sequitur Bartolum, vt obseruauit *Put. d. decis. 341. in fin. lib. 1. & tangit Surd. conf. 553. num. 8. Bellon. d. conf. 74. num. 104.* Imò etiam si omninò
13 esset Statutum fauorabile, † non tamen extenderetur extra Territorium. *Rol. d. conf. 80. sub num. 29. sub vers. superest modò. Bellon. ibid. num. 105.* Semper enim obstaret defectus iurisdictionis.

Distinctionem etiam *Bart. in d. l. cunctos populos. num. 33. C. de summ. Trin. & fid. cath.* an Statutum
14 loquatur † in rem, siue in personam semper reiecit. *Rota vt in d. decis. 304. num. 3. par. 1. diuers. in Balneoregiensis bonorum 16. Maij 1594. coram bo. mem. Cardinali Pamphilio, & coram san. mem. Greg. XV. decis. 255. num. 6. & in dicta Collensis hæreditatis co-*
15 *ram bo. me. Buratto,* quoniam non cortex † verborum, sed facultas statuentium, quidque principaliter intelligant ipsi attendendum est, & verba indaganda essent, si quæstio foret voluntatis, quæ verbis declaratur, & extenditur. *l. Paulus. §. non tantum verbis. ff. rem rat. hab. cap. is autem 22. q. 2. Aym. conf. 20.*
16 *num. 2.* secus autem dum quæstio † est potestatis, quæ cum sit limitata Territorio statuentium. *l. dum virum. C. de decur. lib. 10.* non potest quibuscumque verbis quoquo modo cóceptis vltra limites extendi. *Lap. d. alleg. 91 num. 8. Neguf. respons. 278. num 6. & 7. Bellon. iun. d. conf. 74. num. 107.* alioquin in fa-
17 cultate † cuiuslibet positum esset ingeniosa verborum structura alienam supplantare, & illudere, ac propriam extendere iurisdictionem vltra fines Territorij, & propterea dictam distinctionem DD. ferè omnes pro principali conclusione supra relati reprobant, & potius verbalem, quàm iuridicam redarguunt. *Aret. in l. iustè possidet. sub num. 4. vers. præterea illa differentia. ff. de acq. poss. Soc. iun. conf. 254. num. 13. in fin. lib. 3. Decian. conf. 71. num. 7. lib. 2.*

Nec suffragatur id, in quo potissimùm insistunt, qui contrarium tuentur, quod scilicet Statutum pos-
18 sit † inhabilitare personam subditam, & ita incapacem illam efficere, vt quocumque vadat, semper remaneat incapax, & sic vinculum inectum à Statuto originis comitetur personam etiam quoad bona in alieno Territorio existentia, vt censuit *Salyc. in l. cunctos populos. num. 14. vers. confirmatur secundò. C. de summ. Trin. & fid. cath. Alex. conf. 128. sub num. 2. lib. 1. Surd. conf. 535. num. 18. & conf. 553. num. 12. Ceph. conf. 309. num. 30. & 35. Gabr. de Stat. concl. 8. num. 3. & 4. Bellon. iun. d. conf. 74. num. 121. Rimin. iun. conf. 72. num. 20. & 21. Bim. conf. 91. num. 2. lib. 1.*

Quoniam

Quoniam hæc opinio firmatur à prædictis Docto-
19 ribus, † quatenus Statutum de bonis in alieno Ter-
ritorio expreſsè diſponeret, *vt per Ruyn. conſ. 39. num. 16. in fin. lib. 1. Burſatt. conſ. 39. num. 35. Surd. d. conſ. 435. num. 18. Peregrin. deciſ. Patauin. 117. num. 13. alijque ſupra allegati*, quod non adeſt in Sta-
tuto Narnienſi.
20 Verùm nec dicta opinio † tuta eſt, *& Salyc. in hoc art. poſt Tiraq. de primog. q. 46. num. 23. & ſeq. Alex. conſ. 128. lib. 1. & alios reprobauit Rota in d. deciſ. 304. par. 1. diuerſ.* vbi oſtenditur opinionem communem,
& rationem contra illum militare. Et certè dicta
concluſio fundatur in illa diſtinctione, an Statutum
loquatur in rem, ſeu in perſonam, & quando loqui-
tur in perſonam, videtur quod ſemper Statutum af-
ficiat illam perſonam ſubditam, & ſic bona vbicum-
que reperiantur, non poſſint acquiri perſonæ incapa-
ci, vnde ſic hæc diſtinctio communiter reprobatur,
vt ſupra dictum fuit, conſequenter opinio, quæ dicta
diſtinctione innititur, vt corruat neceſſe eſt, & ideo
poſt *Alex. & Signorol. Rubeus. Alex. conſ. 71. n. 10.*
21 abſolutè negat † hoc Statutum extendi extra Terri-
torium, etiam ſi expreſsè diceret, & ſequitur *Rolan. d. conſ. 80. num. 29. in fin. Menoch. conſ. 1021. ſub num. 10. in fin. & num. 11.* & ſanè Statutum quamuis
22 † in ſuo cortice loqueretur in perſonam, tamen, quia
diſponit de ſucceſſione, videtur potius principaliter
de ipſis bonis diſponere, non autem de perſonis. *Cyn. in d. l. cunctos populos. in fin. Brun. de Stat. art. 6. q. 1. num. 18. & art. 8. num. 123. in fin. Rolan. conſ. 80. num. 41. lib. 4. Soc. iun. conſ. 25. num. 13. lib. 3. Ceph. conſ. 309. num. 47. Facchin. conſ. 86. num. 2. lib. 2. idem Surd. conſ. 257. num. 15. & 343. num. 10. & conſ. 553. num. 18. Rot. deciſ. 295. num. 11. & deciſ. 304. num. 3. par. 1. diuerſ.* & videmus in fortioribus
23 terminis, quod bannitus, † & hoſtis patriæ, qui om-
ninò incapax eſt ſucceſſionis, attamen ſuccedit ab in-
teſtato in bonis extra Territorium, quia hæc bona
non ſubiacent Statuto Ciuitatis bannientis. *Caſtren. in l. 1. num. 4. C. de hered. inſt. Imol. in l. ex facto. §. 1. num. 20. verſ. in alio. ff. ad trebell. Menoch. conſ. 271. num. 19. in fin. & fuit dictum in Mantuana bonorum 27. Nouembris 1579. coram Bubalo*, & ſem-
24 per coarctatur illa † diſpoſitio quoad bona exiſten-
tia intra fines iuriſdictionis diſponentis, non autem
quoad bona extra Territorium ſita. *Caſtr. conſ. 32. num. 1. lib. 2. Rimin. iun. conſ. 5. num. 207. & conſ. 437. num. 63. Card. Seraph. deciſ. 782. num. 2.*
Et in omnem euentum illa concluſio ita tempera-
25 ri deberet, † vt Statutum poſſet quidem inhabilita-
re perſonam ſubditam, & quod hæc inhabilitas adhæ-
rebit perſonæ, quocumque in loco reperiatur etiam
in alieno Territorio, ſed tamen in illis actibus, qui
perſonæ principaliter hærent, nec extram illam exer-
centur, vt in obligationibus, diſpoſitionibus, & per-
ſonalibus pœnis, ac ſimilibus, & in his terminis pro-
cedunt *tex. in l. magis puto. §. illud. ff. de reb. eorum. l. propter litem. §. licet. ff. de excuſat. tut.* ponderati,
& inducti à præallegatis DD. concluſionem illam fir-
26 mantibus, & ideo tutor † datus vno loco, eſt etiam
tutor in alio loco, licet extra Territorium, quia ſuf-
ficit perſonam eſſe ſubiectam, & tutor datur perſonæ,
*Bart. in l. pupillo. ff. de tut. & curat. Bald. in l. 1. C.*
27 *vbi petan. tut.* ſed non reſpectu actuum, † quorum ef-
fectus principaliter oritur in rebus, & ipſas afficit, vt
eſt vocatio maſculorum, & excluſio fœminarum in
ſucceſſione bonorum, in qua materia, vt dictum eſt,
agitur principaliter de ipſis bonis, ſique Statutum
poſſet inhabilitare fœminas, & ſolum admittere ma-
ſculos ad bona extra Territorium exiſtentia, non ſo-
lum diſponeret ſuper perſona illis ſubdita, ſed illo-
rum iuriſdictio exerceretur principaliter in re, & ma-
teria, quę illis ſubiecta non eſt, vt in his terminis con-
ſiderat. *Rol. d. conſ. 80. num. 32. & 33. lib. 4. & egregiè Pappon conſ. 54. num. 34. & ſeqq. & attingit Rom. conſ. 39. num. 3. & Alderan. Maſcar. de generali interpr. Stat. concl. 6. num. 123. & 131. & benè Brun.*
28 *de Stat. art. 8. num. 13. & 131.* vbi notat, † quod li-
cet tutor datus in vno loco trahatur etiã extra Ter-
ritorium, quia datur perſonæ, ſecùs tamen eſt in cu-
ratore, quia hic datur bonis.
Non obſtat, quod hæreditas ſit quid vniuerſale,
29 † & indiuiduum, nec loco circumſcribatur, ſed con-
ſiſtat in intellectu, ita vt debeat vniformiter vbique
iudicari. *l. hereditas. ff. de reg. iur. l. ſi vt certo. §. ſi duobus. ff. commodat.* nec hæreditas, ſiue patrimo-
nium ſcindi debet, quia ex omnibus bonis conflatur
vnum tantum patrimonium, & vna hæreditas. *l. iuriſperitos. §. cum oriundus. ff. de excuſ. tut.* quemad-
modum ſcinderetur ſi reſpectu bonorum Narnij exi-
ſtentium, maſculi ſolùmmodo ſuccederent, in alijs
verò bonis, vnà cum fœminis admitterentur, *vt per Salyc. in d. l. cunctos populos. num. 14. verſ. ſi verò bona. C. de ſumm. Trin. & fid. cath. Io. de Ramponib. conſ. 34. tit. de teſtam. inter conſ. Calder. & ſequuntur plures relati per Surd. conſ. 535. num. 18. & ſeqq. conſ. 553. num. 11.*
30 Quoniam, vt dictum fuit, hæc opinio † *Salyc.* fuit
in Rota acriter examinata, vt patet *ex deciſ. 304. par. 1. diuerſ.* & concluſum fuit illam eſſe reprobatam
communiter à Doctoribus, & rationes illius non ſub-
ſiſtere, & re vera patrimonium, ſiue hæreditas tan-
quam quid intellectuale, & indiuiduum non ſcinditur
quoties bona hæreditaria ſũt ſub vno, & eodem Ter-
ritorio, ſed quoties ſunt ſeparata bona, conſideran-
tur plures hæreditates, & defunctus tot repræſentat
perſonas, quot ſunt Territoria, in quibus habet bo-
na. *Alex. conſ. 16. num. 2. & conſ. 128. num. 2. verſ. allegabat. Salyc. lib. 1. Ruyn. conſ. 48. num. 2. lib. 3. Brun. de Stat. art. 8. num. 124. Rol conſ. 80. num. 37. verſ. non obſtat. lib. 2. Gayl. pract. obſeru. cap. 124. num. 14. lib. 2. Burſatt. conſ. 8. num. 35. Aldobr. conſ. 2. num. 13. & 14. lib. 2. Menoch. conſ. 1021. ſub num. 8. Surd. conſ. 553. num. 16.* Reprobaturque meritò à
*Peregr. d. deciſ. 117. num. 18.* Illa diſtinctio de Sta-
31 tuto † loquente de hæreditate, vel de bonis, quia eſt
merè verbalis, & verba in Statutis debent interpre-
tari cum effectu, *vt per Peregr. ibid.*
32 Sique deficit poteſtas in Statuto Narnij † diſpo-
nendi de bonis extra Territorium extantibus non re-
fert, an maior pars, vel minor bonorum reperiatur
in illo, vel alio loco, quicquid dixerit *Io. de Ramponibus d. conſ. 34. de teſtam. inter conſ. Calder. Io. de Anan. conſ. 4. num. 3. Gabr. de Stat. concl. 8. num. 32.* quas reprobat *Rolan. d. conſ. 80. num. 40. verſ. non obſtat, & aliud. & num. 41. lib. 4. & Rota in Balneoregien. bonorum 11. February 1594. coram Cardinali Pamphilio.*

Quo autem ad Statutũ Vrbis, licet loca Montium
33 † tanquam perpetuò mansura in Vrbe inter bona im-
mobilia reputentur, & in eis locum habeat Statutum
exclusiuum fœminarum. Peregrin. cons. 90. num. 29.
lib. 1. Thesaur. iun. quæst. forens. lib. 2. quæst. 4. num.
36. Bellon. iun cons. 74. num. 112. & sequuta est Ro-
ta in his terminis in Collen. hæreditatis 18. Maij 1620.
34 coram bo. me. Buratto, & loca Montium † etiam si
vacabilia veniunt appellatione bonorum. Gabr. cons.
141. num. 23. lib. 2. Modern. Roman. discept. forens.
cap. 923. num. 20.

Attamen, cum tam Andreas defunctus, quàm ma-
sculi, & fœminæ, & sic exclusi, & excludentes fuerint,
35 & sint forenses, † nec subiaceant iurisdictioni Statuti
Vrbis. Imò cum statuentes ipsi per exclusionem fœ-
minarum intellexerint prospicere, dumtaxat conser-
uationi familiarum subditarum, hæc prouidentia non
respicit familias exteras. Parum enim referebat sta-
tuentibus Romanis conseruare agnationes Narnien-
ses, & propterea prædictum Statutum licet in eius
Territorio bona sint posita, non tamen intrat respe-
ctu forensium, ita Alex. cons. 112. in princ. lib. 7. &
cons. 44. num. 5. vers. hanc conclusionem. lib. 5. Crot.
in l. omnes populi. num. 244. in fin. vers. sed hæc ratio.
ff. de iust. & iur. Paris. cons. 12. num. 25. lib. 3. Ruyn.
cons. 48. num. 4. lib. 3. Crau. cons. 844. num. 1. & seqq.
per tot. Soc. sen. cons. 128. num. 5. lib. 4. Soc. iun. cons.
80. num. 9. lib. 4. Flamin. Rub. cons. 2. per tot. Ceph.
cons. 278. num. 113. vers. ad ultimum. Peregr. cons.
99. num. 13. & 20. lib. 1. & decis. Patauin. 117. num.
3. Modern. Roman. discept. forens. cap. 431. num. 26.
& Rota millies respondit, vt in Perusina de Balleoni-
bus 8. & 13. Iunij 1590. coram Comitulo, in Balneo-
regien. bonorum 7. Iunij 1590. coram Card. Pamphi-
lio, & in Ciuitatis Castelli hæreditatis coram san. me.
Gregor. XV. decis. 255. & in terminis Statuti Vrbis
apud Put. decis. 31. num. 6. & seqq. lib. 2. & apud
Card. Blanchett. decis. 295 num. 1. & 4. par. 1. diuers.
& demum coram bo. me. Buratto in dicta Collen. hære-
ditatis 10. Iunij 1616. vbi ex Thesauro monet rem
36 dubitatione carere, quoties persona † excludens est
etiam forensis, vt in casu nostro, & respondet ad vo-
ta Cardinalium Mant. & Tusci, & in Romana, seu
Caesenaten. hæreditatis 6. Nouembris 1619. coram D.
meo Pirouano, vbi firmatur id procedere ex defectu
potestatis.

Neque Statuta hæc Vrbis, & Narnij connectenda
37 † sunt, vt mutuò suppleantur ad exclusionem fœmi-
narum, ita vt quod deficit Statuto Narnij, scilicet
subiectio bonorum suppleatur ex Statuto Vrbis, &
quod deficit Statuto Vrbis, nempe subiectio perso-
narum suppleatur ex Statuto Narnij, vt post Bald in
l. 1. num. 19. vers. tamen benè teneo. C. de summ. Trin.
Castr. cons. 32. in princ. lib. 2. Soci. sen. cons. 36. sub
num. 2. vers. quod intellige. Ceph. cons. 309. num. 43.
& 81. cum alijs relatis per Surd. cons. 343. num. 20.
& cons. 553. num. 13. vers. tertiò. & Bellon. iun. d.
cons. 74. num. 99. & seqq.
38 Quoniam, cum vtrumque Statutum † de per se sit
imperfectum, & penitùs inutile, eo quod in vtroque
deficiat iurisdictio, & voluntas, vt supra probatum
fuit, non potest fieri coniunctio. Bald. in l. si quis ex
argentarijs. num. 3 ff. de eden. Ias. in l. centurio. num.
57. in fin. ff. de vulg. & pup. & ita in his terminis re-
spondit Rota in dicta Ciuitatis Castelli hæreditatis co-
ram san. me. Greg. XV. decis. 255. num. 4. & in Ro-
mana supplementi legitimæ 21. Octobris 1580. coram
Brauo, & coram bo. me. Buratto in dicta Collen. hæ-
reditatis 10. Iunij 1616. vers. ex quibus. in fin. & se-
quuntur Modern. Rom. discept. forens. cap. 431. num.
16. & pluribus seqq. quia, ad effectum, vt Statutum
39 afficiat, † requiritur, quod eidem Statuto subiaceant
in simul bona, & personæ, quæ ad successionem ad-
spirant, nec sufficit alterum, nempe vel subiectio per-
sonarum, vel bonorum, quia semper erit Statutum
penitùs inutile. Et vnum Statutum cum altero Sta-
tuto coniungi nõ debet ad correctionem iuris com-
munis. Menoch. cons. 748. num. 20.

Nec contrarium dixit Bal. in d. l. 1. licet admittat
40 † Statutum exclusiuum fœminarum non extendi ad
bona extra Territorium, vbi contraria est iuris di-
spositio, tum quia non licet arguere à contrario sen-
su, præsertim in dictis Doctorum, quando absonus
resultaret intellectus. l. 2. C. de cond. insert. l. conuen-
ticulam. C. de Episc. & Cler. cap. decet. de immunit.
Eccl. lib. 6. Roman. cons. 194. num. 8. cons. 392. num.
24. & cons. 399. num. 6. quemadmodum hic resulta-
41 ret, † si Statutum loci læderet personas non subdi-
tas, & fauerct familijs exteris, quarum conseruatio
ad illos statuentes non spectat. Tum quia satis dici-
tur extare cõtrariam iuris dispositionem; si ius com-
mune extat admittens æqualiter masculos vna cum
42 fœminis, & quotiescumque statutaria dispositio † de-
ficit, subintrat semper dispositio iuris communis. l. si
cum dotem. ff. sol. matr. l. si extraneus. ff. de cond. causa
dat. Ancharan. cons. 26. num. 2. Socc. sen. cons. 228.
sub num. 2. lib. 2.
43 Minus applicatur doctrina † Alex. d. cons. 44. lib. 5.
Soc. sen. cons. 288. num. 2. vers. & secundum. lib. 2.
Surd. cons. 343. num. 26. & cons. 553. num. 13. &
aliorum, quos latè congerit Bellon. iun. d. cons. 74.
num. 100. asserentium in hæreditate defuncti haben-
tis bona in duobus locis, vtriusque loci Statuta ser-
uanda esse, & coniungenda. Quoniam hæc conclu-
44 sio, † quatenus vera sit intelligi debet datis terminis
habilibus, scilicet dummodò non obstet defectus iu-
risdictionis, vel voluntatis, & sic quod nedum vtro-
que in loco quis habeat bona, sed & quod personæ
subiaceant iurisdictioni vtriusque loci, vt etiam con-
siderat san. me. Greg. XV. d. decis. 255. num. 4. vbi
respondet ad Castr. & alios: sique aliter hæc Docto-
ctorum assertio intelligeretur, repugnaret conclusio-
nibus supra firmatis, quæ frequentiùs à DD. receptæ
sunt, & à Rota approbantur, & sicuti quis potest ha-
45 bere † bona in pluribus locis, sic & potest habere
domicilium, & subiacere pluribus locis. ad l. ciues. C.
de incolis lib. 10. Abb. in cap. fin. num. 8. in fin. de
paroch. Felyn. in cap. dilectus. il 2. num. 12. de rescript.
Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. cas. 86. num. 21 & fuit
dictum in Toletana matrimonij 10. Decembris 1625.
coram me, & in Romana, seu Bergomen. successionis
14. May 1626. coram R. P. D. meo Durano, & hoc
casu Statutum vtriusque loci attenderetur.
46 Minus obstat, quòd vterque locus † eidem Prin-
cipi, scilicet Summo Pontifici subiaceat, & vtrum-
que Statutum sit eadem auctoritate Apostolica con-
firmatum, prout in his terminis Statutum persona-
rum, & Statutum loci coniungenda esse tradiderunt

Archiepiscopus

*Archiepiscopus Pisa cons. vlt. apud Odd. num.* 108. & 115. *Thesaur. quaest. forens. lib.* 2. *quaest.* 5. *num.* 13. *Bellon praeuileg. cons.* 74. *num.* 136. Quoniam mo-
47 tiuum vrgeret, † si Summus Pontifex per viam suae dispositionis sanxisset ad haereditatem patris masculos solummodo exclusis foeminis esse admittendos; quia tunc in toto Statu Ecclesiastico pariformiter seruanda esset Principis Constitutio. *l. leges. C. de legibus*. Verùm cum processerit confirmando singulis Ciuitatibus, & locis eorum Statuta, & sic remouendo solummodo obstaculum defectus iurisdictionis huiusmodi confirmationes regulantur iuxta terminos dispositionis confirmatae, quam nec dicuntur ampliare, & sic nec vltra fines cuiusque Ciuitatis, & loci extendere, sed solum addere robur. *l. Aurelio* §. *vlt. ff. de libert. leg. Bald. in l. nominationes in fine C. de appellat. Bero. cons* 107. *num.* 11. *lib.* 1. *Menoch. cons.* 658 *num.* 8. & *cons.* 704. *num.* 36. *Rota coram bo. me Card. Seraphino decis.* 671. *num.* 7. & *decis.* 981. *num.* 5. & *in Balneoregiensis bonorum* 11. *Februarij* 1594. *coram bo. me. Card. Pamphilio*, & ideo prudenter *Rota in dicta Ciuitatis Castelli haereditatis coram san. me. Greg. XV.* noluit coniungere, nec combinare Statutum Ciuitatis Castelli cum statuto Citernae, quamuis vterque locus Sedi Apostolicae subiaceat, & ab eadem Sede Apostolica confirmationem Statuti obtinuerit.

48 Nec obstat consuetudo, † vt etiam in bonis extra Territorium seruetur Statutum Narniense exclusiuum foeminarum, quam masculi nitebantur probare, quia defecerunt, nec probarunt concludenter cum requisitis, scilicet, quod talis consuetudo sit vniuersalis, quod fuerit in contradictorium deducta, & obtinuerit, & quod verisimiliter deuenerit ad notitiam, & frequenter id contigerit, prout opus erat. *DD. in l.* 2. *C. quae sit long. cons* & *in l. de quibus. ff. de legib. Paris. cons.* 27. *num.* 35. & *seqq. lib.* 1. *Decian. cons.* 51. *num.* 10. & *seqq. lib.* 2. *Natt. cons.* 574. *num.* 14. *Rota decis* 255. *num.* 4. & *decis.* 524. *num.* 3. *par.* 1. *recent.* & *decis.* 497 *num.* 2. *par.* 2. & quod idem casus cum iisdem qualitatibus contigerit pluries, & pro masculis fuerit resolutus. *Cancharan. cons* 339. *num* 8. *Honded. cons.* 75. *num.* 22. *lib.* 2. *Card. Mantic. decis.* 284. *num.* 7. Et in casibus, qui recensentur à testibus foeminae fuerunt fortasse exclusae ob renunciationes, quae passim per eas fieri consueuerunt, sed
49 quatenus etiam probaretur haec consuetudo, † aliqui ex Dominis dubitabant de illius validitate; cum enim Populus Narniensis sit immediatè subiectus Sedi Apostolicae, quemadmodum non posset sine confirmatione Pontificis condere Statuta. *Bal. cons.* 407. *num.* 2. *vers. quia merus est. lib.* 2. *Rota decis.* 530. & *decis.* 780. *num.* 1. *par.* 1. *diuers. cum alijs cumulatis in Bononien. successionis* 9 *Decembris* 1622. *coram bo.*
50 *me. Vbaldo*, ita & consuetudinem † absque eadem confirmatione videtur, quod non potuerit introducere praesertim contra ius; Statutis enim aequiparatur consuetudo. *ad not. in l. de quibus. ff. de legibus. Bal. in l.* 2 *num.* 5. *C. quae sit long. consuet. Alex. cons.* 173. *num.* 12. *lib.* 2.

51 Postremo nec suffragatur, quod Iacobus † vnus ex masculis fuerit à Senatu per Priuilegium Ciuitate Romana donatus; quia dicto Priuilegio non est vsus, nec vnquam habitauit, nec onera subiuit. Vnde Priuilegium non prodest, vt multis cumulatis firmauit Rota *in Roman. seu Caesenaten. haereditatis* 6. *Nouembris* 1619. & 15. *Ianuarij* 1620. *coram R. P. D. meo Pirouano*.

Et ita vnanimiter resolutum fuit, in bonis extra Territorium Narniense extantibus, foeminas aequaliter admittendas esse cum masculis, & illis dandam immissionem &c.

# Eodem R. P. D. Merlino In eadem Narniensis Successionis Mercurij 7. Februarij 1629.

*SVMMARIA.*

1 *Soror admittitur vna cum fratre ad succedendum alteri fratri ab intestato, & datur immissio in possessionem non obstante Statuto per tot.*
2 *Foemina exclusa ab haereditate patris non dicitur exclusa ab haereditate fratris etiam in bonis, quae prouenerunt à patre.*
3 *Haereditate adita successio non dicitur amplius defuncti, sed adeuntis, & idem est in bonis num.* 4.
5 *Statutum excludens foeminas intelligitur ab haereditate adeuntis. Fallit si Statutum vlterius progrediatur, vt num.* 6. & *vide num. seqq.*
8 *Alternatiua dictio disiungit, sed vide num. seqq.*
9 *Statutum exclusiuum foeminarum non admittit extensionem.*
11 *Dictio, Vel, resoluitur aliquando in coniunctionem.*
12 *Dictio, Nec, stat coniunctiuè.*
15 *Verbum vnum, & idem in eadem oratione positum diuersa significatione determinari non decet.*
16 *Omissus casus a Statuto pro omisso haberi debet, & secundum ius commune decidi. Maximè quando cum misterio videtur omissus num.* 17.
19 *Specialia non sunt multiplicanda.*
20 *Statutum exclusiuum debet intelligi, vt excludat solum ab haereditatibus nominatorum.*
22 *Dictio, Dummodo, stat restrictiuè.*
23 *Statuti qualitates, vbi non concurrunt, non intrat Statuti dispositio.*

## DECISIO C.

POSTQVAM super successione Andreae in bonis Romae existentibus resolutum fuerat ad fauorem Magdalenae, & Helenae filiarum, vt in decisione 22. Maij praeteriti, cui partes acquieuerunt, hodie Rota aggressa est disputationem super successione Iacobi fratris in bonis Narnij existentibus.

1 Et responsum fuit easdem foeminas † admittendas vna cum Petro fratre; certa est enim iuris communis conclusio; sorores aequaliter prout fratres succedere fratri ab intestato decedenti. §. *si igitur defunctus. auth. de haered. ab intestato venien. auth. itaque. C. communia de success.* eisdemque propterea sororibus ex *remedio quorum bonorum* competere immissionem in possessionem duarum ex tribus partibus bonorum Iacobi.

Nec

Nec duo Statuta Narnij fœminis obesse existima-
2 runt DD. Nam primum † Statutum *sub cap.* 32. fœ-
minas dotatas excludit solummodò ab hæreditate
patris existentibus filijs; vel nepotibus masculis, nul-
lamque de fratris successione mentionem facit, & sic
intrat receptissimum illud axioma, quod filia exclu-
sa ab hæreditate patris non dicitur exclusa ab hære-
ditate fratris, quamuis materialiter sint eadem bo-
na, quæ ex patre in fratrem deuenerunt, atque etiam
si nil aliud habeat in bonis ipse frater. *ita Bal. in c.* 1.
*§.* 1. *num.* 3. *Episc. vel Abb. in vsib. feud. Castr. cons.*
191. *num.* 2, *lib.* 3. *Corn. cons.* 97. *num.* 9. *lib.* 1. *&*
*cons.* 305. *num.* 4. *& seqq. lib.* 4. *Ias. in l.* 1. *§. vete-*
*res. num.* 20. *&* 26. *qui communem testatur, nec ab ea*
*in iudicando recedendum. ff. de acq. poss. & in l. cius,*
*qui in Prouincia. §. vlt. num.* 8. *ff. de reb. credit. Pa-*
*ris. cons* 22. *num.* 17. *& cons.* 23. *num.* 52. *lib.* 1. *Brun.*
*de Stat. exclud. fœmin. art.* 8. *num.* 86. *Philipp. Mas-*
*sin. in l. post aditam. num.* 89. *& seqq. C. de impub. &*
*alijs substitut. qui plenè articulum examinat Franch.*
*decis.* 171. *num.* 2. *&* 3. *Gabr. concl.* 7. *tit. de Statut.*
*num.* 28. *&* 36. *Eugen. cons.* 83. *num.* 31. *lib.* 1. *La-*
*derch. cons.* 37. *num.* 8. *& sequuta est Rota in Recana-*
*ten. successionis* 9. *February* 1618. *coram bo. me. Bu-*
3 *ratto*. Et ratio inconcussa est, quia non est † amplius
successio paterna, dum illa consumpta est per aditio-
nem filij, sed est fraterna, nec dicuntur bona Andreæ
olim defuncti, alioquin opus esset in definiendis suc-
cessionibus semper repetere primum parentem, sed
dicuntur bona Iacobi, qui vltimo loco decessit. *l.* 1.
*§. veteres. vbi glos. in verb. per vnum. ff. de acquir. poss.*
*§.* 1. *instit. de bared. qualit. & different. l. hæres. ff. de*
*acquir. hæred. & l. qui Titij testamentum. ff. de his quib.*
*vt indign.* vbi prohibitus succedere Titio potest nihi-
lominus succedere in ijsdem bonis postquā ad alium
titulo hæreditario peruenerunt, *& latè fuit compro-*
*batum in Bononien. hæreditatis de Armis* 12. *Decem-*
*bris* 1622. *& Romana successionis* 17. *Iuny* 1624. *co-*
*ram me.*

4 Nihilque refert Statutum loqui de bonis, † non au-
tem de hæreditate, quia nec bona amplius dicuntur
paterna, postquam filius adiuit, sed dicuntur ipsius
filij, vt per iura, & Doctores supra allegatos, & ver-
balem distinctionem hanc dixit *Peregr. decis. Patau.*
117. *num.* 8.

Aliud verò Statutum *in cap.* 40. in quo maior vi-
debatur difficultas, nec obstare credebatur, quoniam
5 fœminas † quatenus dotatæ sint excludit quidem ne
dum ab hæreditate ascendentium, sed etiam collate-
ralium, verùm æqua interpretatione temperandum
videtur, vt cum hæc exclusio sit correspectiua ad do-
tem ( iubet enim vel quod iam sint dotatæ, vel do-
tentur, & sint contentæ sua dote ) intelligi debeat
solummodò exclusa fœmina ab hæreditate dotantis
non autem aliorum, qui non dotarunt, nec iure, nec
æquitati videtur consentaneum, vt dos ab vno tradi-
ta operetur, & influat in exclusionem ab hæreditate
alterius, quemadmodum tradit *Bal. in l.* 1. *num.* 4.
*vers. modò accedit. C. de legit. hæred. Brun. de Statut.*
*exclus. art.* 8. *num.* 59. *Alciat. cons.* 1. *num.* 45. 46.
*& seqq. & cons.* 5. *num.* 1. *& seqq. lib.* 2. *Capreol. de*
*success. ab intest. lib.* 1. *num.* 440. *vbi de comm. Ceph.*
278. *num.* 95. *qui pariter de communi testatur Becc.*
*cons.* 112. *num.* 18. *Honded. cons.* 9. *num.* 14. *lib.* 2.
*Menoch. cons.* 873. *num.* 9. *vers. primus &c. Card.*
*Seraph. decis.* 396. *num.* 4. *& dixit Rota in Auxima-*
*na bonorum* 17. *February* 1620. *coram bo. me. Rein-*
*boldo*, & ideo Magdalena, & Helena dotatæ à patre
non videntur prohibitæ succedere Iacobo fratri, qui
non dotauit.

Et quamuis hæc conclusio limitetur communiter
6 à DD. nisi Statutum † vlterius progrediatur nume-
rando personas, à quarum successione excludere in-
tendit fœminas, ex eoque deprehendatur statuentes
principaliter considerasse fauorem excludentis, & so-
lum pro fœminis voluisse, quod dotem congruam ha-
berent, nec curasse, à quo dotarentur, & ideo *Bald.*
*in d. l.* 1. cautè loquutus est, vt ex illius verbis depre-
henditur, ibi, *si Statutum non diceret vltra*, & egre-
giè considerauit *Castr. cons.* 91. *num.* 2. *vers. nam re-*
*spondeo. lib.* 2. qui propterea monet hoc casu fœmi-
nam ab vno dotatam dici ab omnium successione
exclusam, & sequuntur *Ias. cons.* 205. *num.* 2. *vers.*
*nec prædictis lib.* 2. *Dec. cons.* 484. *num.* 2. *vbi quod*
*tali casu non procedit doctrina Bald. & idem Dec. in*
*repet. l. vt liberis. num.* 8. *C. de collat. Curt. iun. cons.*
65. *num.* 2. *vers. secunda communis est conclus. Abb.*
*cons.* 98. *num.* 3. *Ceph. cons.* 578. *num.* 15. *& seqq.*
*& Aldobr. qui diligenter examinat articulum. cons.* 2.
*num.* 123. *& seqq. lib.* 1. *plurésque refert antiquiores*
*concordantes Thesaur. decis.* 62. *num.* 2. *vers. & ea-*
*quidem.*

Nihilominus videbatur Dominis in Statuto Nar-
7 niensi † non posse assequi huiusmodi voluntatem, vt
fœmina à patre dotata excludatur à fratris hæredi-
tate, licet ibi fiat enumeratio personarum, à qua-
rum successione excluditur fœmina. Statutum enim
loquitur alternatiuè non solum in dotatione, sed
quod magis vrget in parte, vbi de exclusione agitur,
ibi nulla fœmina dotata à patre &c. possit, vel debeat
habere regressum ab intestato ad bona paterna, vel
matris, vel patrui, & sic Statutum excludens alter-
natiuè intelligi debet distributiuè, & diuisim, non au-
tem coniunctim, & vt eadem oratio in qualibet per-
sona de per se concepta intelligatur. *l. falsa. §. fin. ff.*
*de cond. & demonstr.* adeo vt sensus Statuti sit, Fœ-
mina dotata à patre non succedat patri, dotata à
matre eidem matri non succedat, & sic de singulis
distributiuè, prout in terminis Statuti in parte exclu-
siua alternatiuè loquentis dixerunt. *Anchar. cons.* 80.
*num.* 2. *& sequitur Capr. qui loquitur præcisè super*
*super verbis huius Statuti Narniensis cons.* 39. *Corn.*
*cons.* 317. *num.* 2. *vers. posset. lib.* 4. *Soc. sen. cons.* 36.
*num.* 11. *lib.* 4. *Rub. Alex. cons.* 71. *num.* 5. *Dec. cons.*
346. *num.* 4. *vers. in contrarium. Paris. cons.* 47. *num.*
3. *& seqq. & cons.* 49. *num.* 17. *lib.* 3. *Aleiat. d. cons.* 1.
*num.* 49. *vbi de comm. & cons.* 5. *num.* 12. *vbi de ve-*
*riori lib.* 2. *Odd. cons.* 13. *num.* 28. *Becc. cons.* 53. *num.*
3. *& clarius cons.* 112. *num.* 22. *Peregrin. cons.* 27.
*num.* 6. *lib.* 5. *& nuper Modern. Mantuan. contro-*
8 *uers.* 90. *num.* 41. *lib.* 1. Quæ quidem opinio † fulci-
tur rationibus nempe propria significatione dictio-
nis alternatiuæ, vt stet disiunctiuè, & diuisim, æqui-
tate ne ob dotem ab vno acceptam, fœmina ab alte-
rius successione excludatur: natura Statuti correcto-
rij, prout est Statutum exclusiuum fœminarum, quod
9 extensionem † non admittit, sed ad instar stipulatio-
num strictè, vt verba sonant, intelligendum est, prout
monet

monet Bal. conſ. 2. num. 4. lib. 1. Et quo minus fieri
poſſit, ſequatur correctio iuris communis, vt etiam
ratiocinantur DD. prealleg.

10 Nec Dominos fugit contrariam opinionem † plu-
res, & graues habere ſectatores, vt etiam vbi Statu-
tum in parte excluſiua loquitur alternatiuè, quod ni-
hilominus fœmina ab vno dotata ab omnium nomi-
natorum ſucceſſione excluſa cenſeatur, ita Caſtr. d.
conſ. 91. num. 2. lib. 2. Corn. conſ. 123. num. 4. &
ſeqq. lib. 2. & conſ. 42. num. 9. lib. 3. & poſt alios ple-
nè Aldobrandin. conſ. 2. num. 123. & ſeqq. & clarius
ad præſentem facti ſpeciem num. 136. Paul. à Monte
Pico conſ. 85. num. 67 & 68. & Theſaur. deciſ. 62.
num. 5. vbi licet dicat contrarium fuiſſe iudicatum
per Collegas, attamen eos reprehendit, & repropo-
ſita cauſa fuit iudicatum pro opinione Theſaur. vt in
addit. ibi ad num. 5. Menoch. conſ. 873. num. 12. &
alij, quos iſti adducunt, qui putant hoc caſu dictio-
11 nem, vel, † reſolui in coniunctiuam, prout aliquan-
do accipitur. l. cum quidam. § melius. C. de verb. ſign.
plenè Menoch. conſ. 187. num. 19. præſertim cum hic
adnecti videatur cum illo adiectiuo nulla mulier, &
ſic terminare in ſenſum negatiuum, & in dictionem,
nec, perinde ac ſi diceretur nulla mulier dotata à pa-
tre, vel matre, vel fratre, vel patruo, ſuccedat pa-
tri, nec matri, nec patruo, quæ quidem dictio, nec,
12 † tunc ſtaret coniunctiuè. l. ſi quis ita ſtipulatus. ff. de
verb. oblig. Gloſ. in §. quod autem. in verb. ſed ſi. vbi
Bart. num. 12. auth. de fideiuſſ. collat. 1. & in his ter-
minis Bellon. iun. conſ. 74. num. 46. & ſeqq. Alioquin
vt Statutum integrè ſuum conſequeretur effectum
13 in totali excluſione † fœminarum pro conſeruatio-
ne familiæ opus eſſet, quod quatuor, quinque, ſex,
& vltra dotes haberet ipſa mulier, quod abſurdum
exiſtimat. Aldobrand. d. conſ. 2. num. 134. verſ. alias
enim. Laur. de Palat. de Stat. num. 148. & Theſaur.
d. deciſ. 62. num. 4. Et Statutum Narnienſe innuere
videtur, vt vna, congrua tamen dote fœmina con-
tenta ſit, ibi, ſit contenta dote ſua ſibi ſoluta, vel pro-
miſſa, quæ verba de vna dote congrua, non autem
de pluribus apparet intellexiſſe, & Statutum princi-
paliter videtur excludere fœminam propter maſcu-
los, non autem propter dotem.

At quicquid ſit in hac controuerſia Doctorum, in
qua pro nunc Rota non putauit opus eſſe, vt ſuam
exponeret ſententiam, dictura dum poſtulabit oc-
caſio.

Ex tribus particularibus circumſtantijs ſimul iun-
ctis in hoc Statuto Narnienſi viſa fuit facilior reddi
14 reſolutio † pro non excluſione fœminarum, quarum
quarum prima eſt, quod dictio alternatiua poſita eſt
in vtraque parte, ſcilicet in dotatione, & excluſione;
vnde quemadmodum communiter fatentur Docto-
res, vbi dictio, vel, poſita eſt ſolummodo in dota-
tione, in parte verò excludente adeſt coniunctiua,
tunc ſufficit mulierem ab vno tantùm eſſe dotatam,
vt ab omnium hæreditate dicatur excluſa, & admit-
tit ipſe. Alciat. d. conſ. 5. num. 11. verſ. idem quando.
lib. 2. Theſaur. d. deciſ. 62. num. 4. Menoch. conſ.
873. num. 12. verſ. quintus eſt caſus. Surd. conſ. 100.
num. 9. quia tunc illa dictio, vel, in ſua proprietate
ſtat alternatiuè, & vno tantum contentatur, & ideo
dotatio intelligi debet diſtributiuè, excluſio verò
coniunctiuè, & Statutum interpretatur de dote ab
vno data, & de excluſione ab omnium hæreditate.
Verùm quando eadem dictio, vel, poſita eſt & in do-
tatione, & in excluſione, vtroque in loco æqualiter
accipi debet, ſcilicet diſtributiuè, & alternatiuè, ita
vt excluſa cenſeri debeat fœmina ab hæreditate tan-
tùm dotantis, alioquin dictio, vel, in dotatione ac-
ciperetur alternatiuè, in excluſione verò coniuncti-
15 uè, quod iuri repugnat, cum vnum, & idem † ver-
bum in eadem oratione poſitum, & eadem contenta
diuerſa ſignificatione determinari non deceat. arg. l.
eum, qui ædes. ff. de vſucap. cap. cognouimus 12. q. 2.
cap. quia circa de priuil. Surd. conſ. 152. num. 39. &
in terminis hoc ponderauit Bece. conſ. 53. num. 3. verſ.
nam reſpondetur. & conſ. 112. num. 12. verſ. & ma-
ximè.

Altera circumſtantia eſt, quod in parte excluſiua
16 † non fuit facta mentio de fratre, prout facta fuit in
parte dotante, & ideo ſi caſus fraternæ ſucceſſionis
fuit omiſſus à Statuto pro omiſſo haberi debet & ſe-
cundum ius commune decidi. l. commodiſſimè. ff. de
lib. & poſth. Bal. in l. teſtamentum C. de teſtam. Eu-
gen conſ. 83. num. 18. & ſeqq. lib. 1. cum alijs, præ-
ſertim, quia in prima parte Statutum fecit mentio-
nem de fratre, & data opera, & cum miſterio vide-
17 tur, quod prætermiſerit † in altera parte eundem
fratrem, quem ſi voluiſſet in hac ſecunda parte no-
minare, haud difficulter potuiſſet meminiſſe, prout
meminit in prima parte, vt in materia Statuti ar-
guunt. Dec. conſ. 442. num. 9. & 10. Corn. conſ. 134.
in princ. lib. 2. Eugen. conſ. 83. num. 48. lib. 1. Bece.
conſ. 112. num. 44. ſique admitteremus interpreta-
18 tionem, † quod in parte excludente Statutum com-
prehendat quoque excluſionem ab hæreditate fra-
terna, multiplicaremus ſpecialia ad correctionem
iuris communis, nam adderemus verbum, quod non
legitur ſcriptum in ſecunda parte Statuti, & admit-
teretur aliud ſpeciale, quod ſcilicet excluderemus
ſororem ab hæreditate fratris, à quo non fuit dotata,
& hic caſus non reperitur in verbis dicti Statuti, &
19 regulariter ſpecialia † non ſunt multiplicanda. l. cum
poſt. § genus. ff. de iur. dot. cum vulgar. Et Statutum
20 excluſiuum debet intelligi, † vt excludat ſolùm ab
hæreditatibus nominatorum, non autem illorum, qui
non ſunt expreſſi in ipſo Statuto. Dec. conſ. 589. num.
2. Pariſ. conſ. 47. num. 77. & ſeqq. Menoch. conſ. 496.
num 49. verſ. & hæc Statuta. Surd deciſ 9 num. 16.

21 Tertia circumſtantia eſt, quia idem Statutum † in
poſtremis verbis reſtringit, & declarat ſe, ibi dum-
modo ex tali patre, aut matre ſubſint filij maſculi, vel
nepotes maſculi ex filio, & patruo ſubſint filij, vel ex
fratre talis patrui maritatæ extiterint filij maſculi &c.
in quibus ponderandum eſt, quod Statutum videtur
exigere, quod extent filij, vel alij deſcendentes illius,
de cuius ſucceſſione agitur, ad effectum, vt fœmina
excludatur, & quod ab hæreditate patruorum exclu-
datur eadem fœmina, quatenus ab eis fuerit marita-
ta, quod videtur importare dotationem, & illa di-
22 ctio, † dummodo, ſtat reſtrictiuè, & qualificat ante-
cedentem diſpoſitionem. Rot. deciſ. 777. num. 6. p. 2.
recent. quorum nullum concurrit in caſu noſtro, quia
nec extant filij, ſeu deſcendentes maſculi ipſius Ia-
cobi, nec ab ipſo dotatæ fuerunt Helena, & Magda-
23 lena ſorores, & ideo cum Statuti qualitates † non
conueniant excluſioni ſororum ab hæreditate fratris,

I qui

qui non dotauit, illius dispositio non videtur posse applicari ad hunc casum, *vt per Corn. conf. 234. num. 7. Becc. conf. 53. num. 9. cum alijs.*

34 Nec obstare visa sunt verba † illa Statuti, *nulla mulier &c.* possit, vel debeat habere regressum ab intestato ad bona paterna, vel matris, vel patrui, ponderatis illis, *habere regressum* ad tradita per *Thesaur. decis. 63. num. 3. 6. & 7.* quoniam † semper vrget illa conclusio, quod postquam frater adiuit hæreditatem, non dicuntur amplius, saltem propriè loquendo, & ad effectus legales, bona paterna, sed sunt effecta patrimonium ipsius fratris, & ideo illa *habere regressum*, debent restringi ad bona paterna. scilicet quatenus agatur de succedendo patri, & in terminis Statuti Narniensis considerat. *Capr. d. conf. 73. num. 3. & 4.*

35 Thesaur. verò in d. decis. 63 † loquitur in Statuto Astensi, vbi verba erant admodum efficacia, quod perpetuò ab omnibus hæreditatibus fœmina esset exclusa, vt etiam ipse *post N att.* ponderat *num. 3. vers. 2.*

36 Quo verò ad consuetudinem † allegatam pro interpretatione Statuti Rota transiuit cum responsione data in alia decisione in hac causa vers. nec obstat consuetudo.

Et ita pro immissione fœminarum responsum fuit vtraque parte informante &c.

## Eodem R. P. D. Merlino In eadem Narniensis Succesionis Lunæ 26. Nouembris 1629.

### SVMMARIA.

1 *Statutum excludens dotatam censetur in dubio excludere ab hæreditate dotantis, nisi vlterius progrediatur.*
*Non sufficit tamen, quod Statutum enum ret plures personas, vt num. 2. Et quid si loquatur in rem num. 11. & vide per tot. vbi quod non excludat ab hæreditate fratris, qui non dotauit.*
4 *Statutum loquens alternatiuè debet alternatiuè intelligi, & num. 8.*
5 *Fœmina, quod non sit exclusa à Statuto, in dubio pronunciandum est.*
6 *Statutum excludens fœminas à successione aliquarum personarum non extenditur ad personas, quæ in verbis non sint expressæ. Nec sunt subaudienda persona, vt num. 12.*
*Nec habet locum, nisi casus sit à Statuto formaliter expressus tam ad effectum exclusionis, quàm inclusionis num. 7.*
8 *Alternatiuæ natura est, vt vno contentetur, nec omnium concursum expostulat.*
9 *Copula virtus est omnes insimul connectere, & comprehendere.*
15 *Dictio, talis, est demonstratiua ad oculum, & restringit dispositionem.*
16 *Dictio, dummodo, coarctat dispositionem secundum qualitates oppositas.*
19 *Fœmina, vt excludatur à Statuto, absurdum est vt debeat bis, vel pluries dotari. Sed vide num. seqq.*
22 *Lucrum minus fauorabile est, quàm damnum.*
23 *Dotatio est actus reiterabilis.*
25 *Successio fratris minus debita est, quàm successio parentum.*
26 *Dotata, vt dicatur filia à patre sufficit, quod ex eius bonis dotata sit.*
27 *Pater tenetur dotare filiam, & hoc onus transit cum bonis in filium num. seq.*
28 *Dos habetur loco legitima portionis filiæ debitæ ex successione patris.*
29 *Frater dotando sororem de bonis paternis, est tanquam nudus minister.*
33 *Frater tenetur dotare sororem in subsidium.*
34 *Patruus non tenetur dotare neptem ex fratre.*
35 *Aditione bona efficiuntur adeuntis.*
36 *Successio ab intestato fit per quotas, vel in vniuersum, non autem per genera bonorum.*
37 *Maritare, verbum importat collocationem in matrimonium, resoluitur tamen in dotationem.*

### DECISIO CI.

CONCORDIBVS suffragijs Domini approbarunt etiam hodie resolutionem emanatam sub die 7. Februarij proximè præteriti coram me, Helenæ scilicet, & Magdalenæ sororibus dandam esse immissionem in possessionem bonorum q. Iacobi eorum fratris, vnà cum Petro pariter fratre; Nec Statutum Narniense cap. 40. in quo totum difficultatis fundamentum positum erat, obstare. Verissimum est enim, & à nemine in controuersiam reuocatur axioma, quod Statutum † excludens dotatam censetur

1 in dubio solum excludere ab hæreditate dotantis, vt in decisione firmatum fuit. & quamuis huiusmodi conclusio communiter limitetur, quando Statutum progreditur vlteriùs, & ex contextu ipsius Statuti apparet statuentes voluisse à cuiuscumque hæreditate excludere fœminas, nec exclusionem inductam correspectiuam esse ad dotem, quodque vnica dumtaxat dos operetur omnium hæreditatum iacturam, vt *per Castr. conf. 91 num. 2. lib. 2. Aldobr. latè conf. 2. num. 121. & seqq. lib. 1. & alij in decisione etiam congesti vers. & quamuis.* Attamen aduertendum

2 † est, non sufficere ad inducendam hanc exclusionem ab omnium hæreditate, quod Statutum enumeret plures personas, à quarum hæreditate inducit exclusionem, vt videtur sensisse *Castr. d. conf. 91.* quoniam *Bald. in l. 1. num. 4. C. de legit. hæred.* qui huius opinionis antesignanus est, & quem Castr. innititur, hoc non dixit, sed docuit Statutum accipiendum esse cum hoc temperamento, quod solum excludat ab hæreditate dotantis, nisi vlteriùs progrediatur. Et ideo Bald. intelligi debet, quando ex modo, vel ex forma enumerationis, vel aliundè appareret, statuentes sensisse excludere fœminas à cuiuscumque hæreditate etiam nō dotantis, vt benè perpendit *Franc. Niconit. alleg. 6. num. 37. & Crauett. conf. 581. num. 2. vers. secundo crebior.* vbi quod Statutum excludens fœminas ab hæreditate censetur solum excludere ab hæreditate dotantis, etiam si plures recenseret personas, quia & hoc casu adhuc viget illa æquitas, vt

singula

singula singulis referantur. *Brun. de Statut. exclusiu. fœmin. art. 8. num. 63.* vbi firmat, quod & si verba Statuti valde repugnent, nisi ex toto repugnent semper facienda est interpretatio, vt fœmina excludatur tantum ab hæreditate dotantis. *Pasetb. conf. 69. num. 12.* vbi etiam si Statuti verba sint valde prægnantia, & idem videtur censuisse *Rota in Auximana bonorum 17. February 1620. coram bo. me. Remboldo, vers. atque hoc magis.*

3 In Statuto autem Narniensi † Domini non assequabantur hanc voluntatem, & mentem excludendi fœminas à cuiuscumque hæreditate, licet enumeret plures personas, immò ex multis, saltem simul iunctis desumi videbatur potius exclusionem inductam esse disiunctim, & diuisim singula singulis referendo, vt dotata à patre non succederet patri, dotata à matre, ab eiusdem matris hæreditate excluderetur, & sic de cæteris.

Primò, quia Statutum in parte excludente loqui-
4 tur † alternatiuè, ibi *nulla mulier debeat habere regressum ad bona paterna, vel matris, vel patrui*, vnde alternatiuè intelligi debent, & disiunctim singula singulis referendo, prout in alia decisione, *vers. nihilominus &c.* vbi multi congeruntur Doctores, quibus addi possunt. *Corn. conf. 48. num. 9. lib. 2. Paris. conf. 49. num. 17. lib. 3. Niconit. alleg. 6. num. 31. Io: Vinc. Anna alleg. 70. num. 32. Gabr. de Statut. conclus. 5. num. 2. vers. contrarium. & num. 9. Brun. de Statut. exclus. fœmin. d. art. 8. q. 16. num. 67. cum seqq.* & rationes etiam in eadem decisione fuerunt ponderatæ.

5 Quibus pariter accedit, quod filiæ fœminæ † causa videtur potius fauorabilior, cum ipsa habeat intentionem fundatam in dispositione iuris communis, & illius exclusio non legatur in Statuto, & in dubio pro fœmina, quod scilicet à Statuto non sit exclusa pronunciandum est, vt plenè per *Alex. Raudens. conf. 56. num. 20. lib. 1. Barz. decis. Bononien. 98. num.*
6 *22. & seqq.* Et Statutum excludens † fœminas à successione aliquarum personarum, non extenditur ad personas, quæ in verbis non sint expressæ, vt per *Bal. in l. sed & milites. num. 3. vers. & facit. ff. de excusat. tutor.* cuius dictum notandum esse dixit *Marz. conf. 29. num. 20. & conf. 30. num. 14. Alban. conf. 349. num. 10. lib. 2. Purpur. conf. 145. num. 3. lib. 1. Manent. conf. 4. num. 5. lib. 1. Modern. Mant. controuers. forens. lib. 2. cap. 400. num. 28.* Nec habet lo-
7 cum † nisi casus sit à Statuto formaliter expressus, tam ad effectum exclusionis, quàm inclusionis. *Purpur. d. conf. 145. num. 3. lib. 1. latè Honded. conf. 8. num. 13. & seqq. lib. 1.*

Secundò, quicquid sit de prædicta opinione, quæ plurimos habet contradictores, vt fuit animaduersum in decisione *vers. nec Dominos fugit &c.* In qua Doctorum dissensione, nec hodie Domini putarunt opus esse aliquid definire, in Statuto Narniensi videtur ex pluribus circumstantijs iam ponderatis in decisione facilior resolutio pro fœmina, quia Statutum
8 loquitur alternatiuè † ne dum in parte excludente, sed etiam in parte vbi de dotatione agitur, & quemadmodum si in parte dotante loqueretur alternatiuè, in exclusione verò coniunctiuè, tunc sufficeret vna dos, quia alternatiuæ natura est, vt vno contentetur, nec omnium concursum expostulat. *l. si quis ita stipulatus. ff. de verb. obligat. C. in alternatiuis de*
9 *reg. iur. in 6.* Ita etiam exclusio † resultaret in omnium nominatorum hæreditatibus, virtus enim copulæ est omnes in simul connectere, & comprahendere. *d. l. si quis ita stipulatus. ff. de verb. oblig.* prout in his terminis ratiocinatur *Bald. conf. 73. incipien. de iure communi nullum. vers. & est consideran. lib. 4. Surd. conf. 100. num. 9. Bellon. iun. conf. 74. num. 48.*
10 Sic etiam pari ratione † cum & in dotatione, & in exclusione Statutum Narniense loquatur alternatiuè, interpretari debet, vt pars excludens respondeat patri dotanti, & in simul cohereant, & sic singula singulis referendo, Statutum diuisim sit accipiendum, vt dotata à Patre non succedat patri, & dotata à matre, ab eiusdem hæreditate solummodò exclusa censeatur. vt per *Becc. conf. 53. num. 3. vers. nam respondetur. & conf. 112. num. 22. vers. & maximè. lib. 1. Brun. de Statut. exclus. fœmin. d. art. 8. num. 68.* Et certè hoc videtur sensisse *Bald. d. conf. 73. lib. 4.* dum ponderat vim alternatiuæ in parte vbi de dotatione agitur, quia eiusdem virtutis esse debet eadem alternatiua in parte vbi de exclusione agitur, & idem dixit *Niconit. d. alleg. 6. num. 31. Paris. conf. 47. num. 3. lib. 3.* benè *Alciat.* qui ita *Bald.* exponit *conf. 52. num. 12. lib. 2. Gabr. de Statut. concl. 5. num. 9. cum alijs.* Et absonum esset, quod eadem alternatiua in parte dotante acciperetur diuisim, in parte verò vbi de exclusione agitur, interpretaretur coniunctim.
11 Tertiò, quia Statutum Narniense † in parte vbi de dotatione agit non loquitur in rem, in quibus terminis loquitur Castr. vbi Statutum simpliciter dicebat, mulierem dotatam non succedere patri, vel matri, & alijs, quia tunc Statutum non potest recipere restrictionem ad hæreditatem dotantis, cum de nullo dotante mentionem faciat. Et hoc casu, vt mulier dicatur exclusa ab hæreditate cuiuscumque, sufficit esse dotatam ab aliquo, nec perquirendum à quo fuerit dotata, cum & Statutum ipsum hoc neglexerit, & verba dirigat in rem, scilicet dotationem, non autem in personas, hoc est dotantes, vt benè considerat *Castren. in d. conf. 91. num. 2. Ias. in l. vt liberis. num. 6. vers. secus si statutum. C. de collat. Alex. conf. 29. num. 6. lib. 1. Corn. conf. 134. num. 2. lib. 2. Brun. de Statut. exclus. d. art. 8. q. 16. num. 67.* plenè *Menoch. conf. 873. num. 11. vers. tertius est casus: & pleniùs Aldobrand. d. conf. 2. num. 127. & seqq.* At secus est in casu præsenti, quia Statutum enumerat personas, nedum in parte vbi de exclusione disponit, sed etiam in parte vbi disponit de dotatione, & sic vim facit in persona dotantis, & consequenter videtur admittenda æquitas illa, quod eatenus fœmina censeatur exclusa, quatenus ab eodem fuerit dotata, vt etiam videntur innuere præallegati Doctores.

Quartò, quia Statutum non facit mentionem de
12 fratre † in illa parte, vbi de exclusione agitur, & cum Statutum sit correctorium iuris communis, nec in eo exprimatur ratio conseruationis assignationis, nisi vrgente aliqua causa, non sunt sub audiendæ personæ ibi non expressæ, vt in terminis pōderabat *Capr. conf. 73. num. 4. & 5. in fin. Corn. conf. 97. num. 8. post med. & in fin. de num. 9. lib. 1. & conf. 305. num. 4. & 8. lib. 4.* & latiùs fuit ponderatum in alia decisione *vers. altera circumstantia.* & confert *addit ad Thes. decis. 63. in princ. vers. cæterum.* Præsertim quia de fra-
13 tre † Statutum mentionem facit in prima parte, vndè

si omisit in secunda parte pro omissa haberi debet ad *l. vnicam. §. sin autem. C. de caducis tollen. Honded. cons. 4. num. 77 lib. 1.* & cum misterio hoc fecisse dicendum est, vt inferius probabitur; cumque exclusio ab hac hæreditate fratris non legatur in Statuto, non videtur vllo modo facienda aliqua expensio, hæc enim exclusio habetur loco exhæredationis, quæ non infertur nisi vbi nominatim exprimitur. *l. 1. & 2. ff. de liber. & posthum.* & ita arguit post *Alciat. cons. 53. num. 23. Capr. d. cons. 39. num. 15. Menoch. cons. 873. num. 8.*

Quintò, in quo potissimum vim faciebant Domini, quia † statuentes, vt mitigarent rigorem exclusionis fœminarum, eatenus solum huiusmodi exclusionem ipsarum decreuerunt, quatenus duo concurrerent, Primum, quod extarent filij masculi illius de cuius successione agitur, alterum, quod idem defunctus dotauerit fœminam, quam masculi intendunt excludere, ibi *dummodo ex tali patre, aut matre subsint filij masculi, vel nepotes masculi ex filio, & patruo subsint filij, vel ex fratre talis patrui maritantis existerent filij masculi*, quæ verba plurimum temperant, & restringunt exclusionem fœminarum ponderando dictionem illam, *de tali patre*, quæ dictio, † *talis*, est demonstratiua ad oculum, & restringit dispositionem. *Dec. cons. 500. num. 14. vers. & reassumendo. Card. Seraph. decis. 822 num 2.* Et dictio, *dummodo*, etiam ipsa † coarctat dispositionem secundum qualitates appositas. *l. cum ab eo. ff. de contrahend. empt. Dec. in cap. ex litteris. num. 51. vers. vnde secundò meliùs. & num 52. de const. Rot. decis 777. num. 6. par. 2. diuers.* & verba illa, † *talis patrui maritantis*, præcisè indicant solum exclusionem fœminarum inductam fuisse in hæreditate personæ maritantis, & ita etiam perpendit. *Corn. d. cons. 305. num. 6. post med. vers. item potest. lib. 4.* Et sanè absurdum esset ingens, si vellemus addere Statuto exclusionem ab hereditate fratris, quæ nō legitur in ipso Statuto, atque etiam separare qualitatem illam, quatenus dotauerit, quæ in verbis exprimitur à statuentibus, & vtrumque requisitum hic deficit, quia nec extant filij masculi Iacobi, nec ipse dotauit sorores.

Sextò, quia *Capr. cons. 73. per tot. & Corn. cons. 97. num. 8. lib. 1. & cons. 305. num. 4. & seqq lib. 4.* responderunt, † hoc Statutum signanter Narniense, intelligendum esse diuisim, itaut dotata à patre non succedat patri, dotata à matre non succedat matri, & dotata à patre, siue matre adhuc succedat fratri in iisdem bonis, quæ à patre in fratrem deuenerunt, & per aditionem eiusdem fratris bona effecta sunt, vt per eos, & *Corn. d. cons. 305. num. 8. vers. nec obstat vltimo l. 4.* benè declarat hoc Statutum cap. 40. non posse dici superfluum, & aliquid operari vltra aliud Statutum cap. 32.

19 Quibus non obstat, quod absonum † videatur, vt pro inducenda totali exclusione fœminarum exigamus filiam, bis, ter, quater, & pluries dotari, cum tamen Statutum contentetur vna dote, prout *Aldobrand. d. cons. 2. num. 134. vers. alias. lib. 1. Thesaur. decis. 62. num. 4.* & alij dixerunt; Quoniam immò

20 magis absurdum, † & intolerabilius videtur, quod filia, quæ de iure naturæ, & ciuili æquè concurrit cum masculo ad successionem patris, ob vnam solam dotem excludatur à plurium hæreditatibus. *Ancharan. d. cons. 80. num. 2. Angel. cons. 126. num. 3.* vbi hoc dicit absurdum, & iniquum. *Rimin iun. cons. 31. num. 84. Alciat. cons. 1. num. 46. lib. 2. Bott. cons. 70. num. 8. Brun. d. art. 8. num. 68. vers. item quia & seqq.*

21 Et dum Statutum mandat filiam vnica dote † contentam esse, procedit in bonis eiusdem personæ, quæ dotauit. *Corn. cons. 57. num. 5. vers. sed animaduerto. lib. 2. Barz. decis. Bononien. 98. num. 18.* Et eo minus hoc absurdum permitti debet, quia fœmina

22 dum concurrit † cum masculo, & instat illius exclusionem restringi ad hæreditatem dotantis, agit de damno vitando, quia alias, vt dicebatur, ipsa de iure æquè concurrit cum masculo, dum verò is masculus intendit excludere fœminam ab omnium hæreditate, agit de lucro captando, quod minus fauorabile est. *l. non debet. vbi Dec. num. 1. ff. de reg. iur. Alex. cons. 55. num. 18. lib 5. Crauett. cons. 120. num. 2.*

23 Immò nec est ita ingens absurdum, † quod semel dotata iterum dotetur, cum dotatio sit actus reiterabilis, vt per *Surd. cons. 402. num. 34. vers. est, & aliud:* maximè ad effectum exclusionis, quia dos est loco legitimæ portionis, quæ circumscripto Statuto deberetur fœminæ.

Non obstat, quod Statutum in parte dotante faciat † mentionem de fratre ibi *à patre, matre, auo, & fratre*, in alia verò parte vbi de exclusione agitur, non meminerit de fratre, & inde deprehendatur, quod dotata à fratre saltem dici debeat exclusa ab hæreditate patris, & aliorum; & consequenter verum sit, Statutum intellexisse propter dotem acceptam ab vno excludere etiam ab hæreditate alterius, quod motiuum magnifecit. *Curt. iun. cons. 65. num. 3. vers. præterea, & fortius. Alb. cons. 98. num. 4. vers. monetur etiam. Aldobrand. d. cons. 2. num. 131. Brun. de Statut. exclus. d. art. 8. q. 16. num. 66. vers & simile statutum. Honded. cons. 10 num 45. lib. 2.* Et informantes pro Petro obiectum augebant ex eo,

25 † quod si fœminam dotatam à fratre excludere vult Statutum ab hæreditate patris, vel alterius ascendentis, multò magis dicendum est, & fœminam dotatam à patre exclusisse ab hæreditate fratris, cum minus debita sit successio fratris, quam successio parentum. *Ruin cons. 43. num. 5. & 6. lib 3. Put. decis. 127. in fin. lib. 3. Surd. cons. 535. num. 15. & seqq.*

Quoniam pro responsione admittitur quidem as-

26 sumptum, quod filia † dotata à fratre excludatur ab hæreditate patris, nam verè filia dotata etiam à fratre excluditur ab hæreditate patris, sed in hac materia, vt mulier censeatur exclusa ab hæreditate dotantis, vis non consistit in hoc, quod pater, vel frater, vel nepos dotauerit, verùm ex quibus bonis dotem præstiterint, vt per *Bald. in l. neque mater. num. 5. & 6. in fin. C. de iur. dot. Crauet. cons. 142. num. 10. & vers. ideò statutum. Paris. cons. 68. num. 7. lib. 2. Surd. cons. 402. num. 35. & seqq. Bott. cons. 70. num. 7. in fin. & num. 10.* sed clariùs in proposito. *Franc. Niconit. d. alleg. 6. num. 37. Brun. de Statut. exclus. d. art. 8. q. 16. num. 59. & seqq. Thesaur. decis. 63. num. 3. in princ. & num. 8.* Vnde cum pater tenea-

26 tur † dotare filiam, & hoc munus, & obligatio propriè inhæreat illi. *l. qui liberis. ff. de rit. nuptiarum. l. fin. C. de dot. promiss. Seraphin. decis. 451. num. 9.*

27 bonaque patris sunt huic obligationi † obnoxia, & transeunt

transeunt in filium affecta hoc eodem onere dotandi
sororem ex ipsis bonis paternis. *arg. l. si quis à liberis*
*§. item rescriptum. ff. de lib. agnoscen. Castr. in l. si ma-*
*rito. §. si voluntate. ff. solut. matrim. Card Mantic.*
*de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 18. num. 7. & seqq.*
28 quippe quod dos habetur loco † legitimæ portionis
filiæ debitæ ex successione patris. *l. quoniam nouella.*
*C. de inoff. testam. Castr. in l. Titio centum. §. Titio*
*genero. num. 8. in fin. ff. de cond. & demonstr. Alex.*
*cons. 13. num. 12. lib. 3. Paris. cons. 36. num. 4. &*
*seqq. lib. 3. latè Tiraq. in l. si vnquam. in verb. suscep-*
*peris. num. 112. C. de reuoc. donat.* Et frater quando
29 dotauit † sororem, hoc non dicitur fecisse ex propria
liberalitate, sed ex debito paterno, dotemque hanc
soror haud acceptam refert fratri, sed patri, adeò vt
propterea, licet extrinsecè filia sit dotata à fratre,
tamen verè censeatur dotata à patre, iuxta Doctores
præallegatos. Statutum namque considerat ius, &
commodum reale, quod consistit in bonis paternis
pro dote filiæ traditis, non autem actum nudi mini-
sterij, quod præstatur per fratrem soluendo dotem
ex bonis paternis, vt egregiè docet *Bald. in d. l. ne-*
*que mater. num. 5. & 6. in fin. C. de iur. dot.* Ex his
30 sequitur, quod quemadmodum filia dotata † à pa-
tre non succedit patri, ita & dotata à fratre exclada-
tur itidem ab hæreditate patris, quia ex eius bonis
fuit dotata, vt benè per *Odd. cons. 86. num. 2. & 3.*
31 & hinc assequimur statuentes cum misterio † in par-
te excludente non meminisse, nec de fratre, nec de
nepote ex filio, sed solum de patre, matre, vel pa-
truo, quia pro vno, & eodem habuerunt statuentes,
quod filia fuerit dotata à patre, vel à filio, seu à ne-
pote, præsupposuerunt enim istos ferè semper dota-
te ex bonis paternis, & ideò itidem semper excluse-
runt ab hæreditate patris, siue à patre, siue ab illius
descendentibus fœmina fuerit dotata &c. statuto-
rumque dispositiones referri debent ad id, quod fre-
quentius contingit ad *l. nam ad ea. ff. de legib.*
32 Si verò frater ex proprijs † bonis (quod de raro
contingit) nempè ex peculio Castrensi, seu alio simi-
li dotasset sororem, hoc casu exclusa quidem cense-
bitur ab hæreditate fratris, quia ex bonis proprijs
dotauit, non autem exclusa erit ab hæreditate pa-
tris, vel aliorum, qui non dotarunt, hoc enim sua-
det illa iuris æqua interpretatio, quod singula singu-
lis referantur, & quod fœmina exclusa censeatur tan-
tùm ab illa hæreditate, in qua habuit recompensam,
scilicet dotem acceptam à defuncto, & huiusmodi
statuta excludentia fœminas dotatas sic interpretan-
da sunt, vt fœminæ non succedant dotantibus. *Odd.*
*d. cons. 86 num. 3. Manent. cons. 4. num. 19. lib. 1.*
cum alijs, & ita in hac parte Statutum Narniæ intel-
ligit. *Corn. d. cons. 305. num. 3. vers. confert &c. lib. 4.*
*& itidem post Afflict. tradit Thes. d. decis. 63. num 8.*
Et potius admitti debet suppletio verbi, quam hoc
magnum absurdum, quod à Doctoribus etiam ini-
quum appellatur, vt fœmina ab vno dotata excluda-
tur à successione alterius non dotantis, ad quam de
iure erat vocata.
33 Non obstat, quod ab hæreditate patrui † excludat
fœminam, nedum existentia filiorum eiusdem patrui,
sed etiam fratris ipsius patrui, ibi *& patruo subsint fi-*
*lij, vel ex fratre talis patrui maritantis existerent filij*
*masculi*, vnde qua ratione excluditur ab hæreditate
patrui ob existentiam filij fratris eiusdem patrui, ita
ob existentiam fratris exclusa censeatur ab hæredita-
te alterius fratris; Quoniam non æqua est ratio inter
fratrem, & patruum, frater enim est in primo gradu,
patruus verò in secundo, & minus debita est succes-
sio patrui, quam fratris, atque frater in subsidium
tenetur dotare sororem. *Bald. in l. fin. C. de dot. pro-*
*miss. num. 9. Siluan. cons. 13. num. 9. Barbos. l. 1. par.*
*4. num. 128. ff. solut. matrim. Thes. decis. 191. num. 7.*
34 non autem patruus † neptem ex fratre. *Alex. cons.*
*66. num. 3. lib. 4. Rip. in l. 1. num. 86. ff. solut. ma-*
*trim. Rom. cons. 413. num. 6.* Præterea semper vrget
motiuum, quod Statutum non excludit fœminam ab
hæreditate cuiuscumque patrui, sed patrui dumta-
xat maritantis, & obiectum fortasse intraret si Iaco-
bus frater dotasset Helenam, & Magdalenam.
Non obstat, quod bona Iacobi sint eadem mate-
35 rialiter, † quæ erant bona Andreæ patris, & ideò
cum Statutum excludat à bonis patris, intelligatur,
& ab his bonis, quæ in Iacobum deuenerunt, exclu-
disse fœminas, quia non considerantur amplius tan-
quam bona paterna, & illico sequuta aditione Iacobi
effecta sunt bona eiusdem resoluto penitus pristino
statu, vt in *l. 1. §. veteres. ff. de acquir. possess. Bart.*
*in l. fin. §. 1. num. 1. & 3. ff. ad l. Tertullian. & in his*
*terminis Fab. de Anna cons. 45. num. 73.* & rectè di-
xit *Corn. cons. 97. num. 9. lib. 1. & cons. 305. num. 6.*
36 *lib. 4.* quod regulariter † ab intestato succeditur per
quotas, vel in vniuersum, non autem per genera bo-
norum, quia origo bonorum non attenditur, sed sta-
tus de tempore delatæ successionis, vt latè fuit in pri-
ma decisione firmatum, & in terminis Statuti Nar-
niensis hoc idem dixit *Capr. d. cons. 73. num. 4.*
37 Denique non obstat, quod illud verbum, † *mari-*
*tantis*, non importet dotationem, sed solum collo-
cationem in matrimonium, cum & matrimonium
esse possit sine dote, vt per *Brun. de Statut. exclus.*
*art. 6. q. 18. num. 184.* Quoniam cum regulariter,
& vt plurimum matrimonium non soleat esse sine
dote, Statutum referri debet ad id, quod frequentius
contingit non autem ad casum insolitum. *d. l. nam*
*ad ea. ff. de leg.* Et quod verbum maritare resoluatur
in dotationem dixerunt Isernia relatus à Bruno vbi
supra. *Gabr. cons. 140. num. 25. lib. 2. Bardellon. cons.*
*4. num. 90. & 93. in fin. Bellon. iun. cons. 74. num.*
*41. & Corn. d. cons. 305. num. 6. & 8. lib. 4.* intel-
ligit verbum illud Statuti, *maritantis*, pro verbo do-
tantis, & necessariò sumi debet hæc interpretatio,
quia exclusio ab hæreditate est correspectiua ad do-
tem, & quod puella fuerit in matrimonio collocata
sine dote non æquiualet exclusioni hæreditatum, &
faciunt tradita per *Bardellon. d. cons. 4. num. 94.* Et
38 demum nec constat, quod Iacobus, † de cuius hæ-
reditate modo agitur, in matrimonium collocaue-
rit Magdalenam, & Helenam, sed pater ipse colloca-
uit, vnde nullo modo suffragantur verba Statuti, *pa-*
*trui maritantis &c.* Neque sat fuisset sorores in ma-
39 trimonio † collocatas, & dotatas fuisse, quia vt di-
ctum est, opus erat, quod à Iacobo de cuius hære-
ditate agitur fuissent dotatæ, vt per *Bald. in d. l. ne-*
*que mater. num. 5. & 6. in fin. C. de iur. dot. Surd.*
*cons. 45. num. 36. & seqq. Manent. cons. 4. num. 19.*
*lib. 1.* Et hoc idem importat genitiuus ille Statuti,
*talis patrui maritantis*, infert enim, quod defunctus

ipse, de cuius hæreditate agitur, dotauerit fœminas &c.

Et ita vtraque parte informante vnanimiter Domini steterunt in decisis.

## R. P. D. Durano Bononiensis Successionis Veneris 24. Maij 1628.

### SVMMARIA.

1 *Statutum quamuis correctorium recipit declarationem à iure communi.*
2 *Statuti correctorij limitatio debet latè interpretari, cum illa restringens dispositionem Statuti sit iuri communi conformis, & num. 3. & num. 10.*
4 *Dictio, Ex, quandoque etiam ex proprietate sermonis causam immediatam denotat.*
5 *Ius commune dicitur ius municipale, quod in Prouincia seruatur; sed vide num. seqq.*
7 *Statuta Prouinciæ non sunt extendenda.*
8 *Ius commune non est strictè interpretandum.*
9 *Statuti verba ad maiorem declarationem posita non debent contrarium operari.*

### DECISIO CII.

DOMINI persisterunt in decisis *die 19. Nouembris 1627.* Nunc enim deducta, aut in decisione desuper facta fuerunt sublata, aut penitus non
1 releuant: Nam quod Statutum, † de quo agitur, sit iuris communis correctorium, nihil ad rem facit, quia nihilominus recipit declarationem à iure communi. *Rolan. cons. 80. num. 27. lib. 4. Hond. cons. 1. num. 33. lib. 1. & Magon. decis. Lucens. 22.* & in om-
2 nem casum limitatio † Statuti iuris communis correctorij, in qua versamur, debet latè interpretari, cum illa restringens dispositionem Statuti sit iuri communi conformis. *Cuman. cons. 30. num. 4. ante med. vers. tamen in except. Laderch. cons. 66. num. 4.*
3 *Curt. iun. cons. 7. num. 10.* Vnde dum Statutum † in genere corrigit ius commune in successione fratrum, in bonis autem prouentis à matre, vel à coniuncta persona per matrem vult ius commune seruari; propterea exceptio ista debet latè interpretari, & præsertim, quia lata interpretatio verbis non repugnat;
4 cum dictio, ex, † per quam prætenditur restrictio, quandoque etiam ex proprietate sermonis causam immediatam denotet, vt in dicta decisione dictum fuit.

Neque obstat, si dicatur, quod dum dictum Sta-
5 tutum † in prædicta limitatione, ibi, *exceptis bonis, quæ ad defunctam personam peruenerint ex dote, vel titulo lucratiuo, vt supra à matre, vel coniuncta persona per matrem dictarum sororum, in quibus talibus ius commune seruetur*, debet intelligi, ius commune seruetur, idest ius municipale, quod in ea Prouincia, seu districtu est ibi ius commune. *Natt. cons. 541. num. 16. Gamm. decis. 3. num. 6. & Roder. Suar. in l. quoniam in prioribus in declar. leg. Regn. in princ. C. de inoff. testam. & Lup. de donat. inter vir. & vxor. in*
6 *princ. num. 3. & 4.* quia imò † ius commune dicitur in dicto Statuto, prout contraponitur iuri municipali; quod propriè loquẽdo in ea Prouincia non ius commune, sed ius generale illius Prouinciæ nuncupetur; alias exceptio idem contineret, quod regula, & in vanum Doctores, dum Statuta exponunt, & interpretantur, passim illa restringerent, aut ampliarent, iuxta iuris communis dispositionem; quinimò præ-
7 citati Doctores, † qui Statuta Prouinciæ ius commune appellant, quando de eis loquuntur nullo modo illa extendenda esse volunt, sed solùm intelligenda esse dicunt in casibus, in quibus loquuntur, *vt idem. Suar. ibid. q. 9. num. 16. & Gamm. decis. 283. num. 4.*
8 & tamen ius commune † non est strictè interpretandum. *arg. l. non est nouum cum duabus seqq. ff. de legib. Zabar. in clem. procuratorem. num. 12. de procurat. & idem Gamm. decis. 314. num. 6.*
9 Minus obstat, quod in Statuto antiquo † excipiantur tantum bona, quæ ad defunctum peruenerunt à matre, & in nouo Statuto addatur, ex dote, vel titulo lucratiuo &c. quia cum dicta verba adrecta sint ad ampliandum, aut potius causa maioris declarationis non debent contrarium operari. *ad l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. & l. quæ dubitationes in princ.*
10 *ff. de reg. iur.* maximè cum dicta limitatio † tam in antiquo, quam in nouo Statuto reducat successionem in illo casu ad ius commune. *Hond. cons. 5. num. 60. lib. 1. cum alijs supra allegatis.*

Et ita vtraque &c.

## Marcomontio Perusina Bonorum Mercurij 22. Iunij 1605.

### SVMMARIA.

1 *Instrumenta possunt leuari per Notarios de illis rogatos etiam parte non citata, & quandocumque. Requiritur tamen recognitio manus, seu scripturæ num. 2. nec sufficit legalitas num. 3.*
2 *Recognitio manus, & scriptura Notarij non potest fieri lite pendente.*
3 *Legalitas non sufficit pro recognitione lite pendente.*
4 *Archiuista potest extrahere absque solemnitatibus. Sed requiritur recognitio manus num. 5. non obstantibus bannimentis, & constitutione, vt num. 6.*
7 *Archiuistæ creditur de officio, & vide num. 8.*
9 *Actorum transportatio non arguitur non integra ex clausula omissis alijs, & prout latius.*
10 *Actorum non integra transportatio non inducit defectum iurisdictionis.*
11 *Curator solus potest in iudicium vocari, & num. seqq.*
12 *Curator, & Procurator æquiparantur.*

### DECISIO CIII.

1 QVOAD instrumenta leuata † per proprios Notarios de illis rogatos non erat dubitandum, quin etiam parte non citata, & quandocumque fieri posset, *vt tenuit Rota in causa Dertusen. coram Illustrissimo*

*strissimo Pamphilio, & sæpè alias.*

2 Sed cum recognitio manus, † seu scripturæ Notarij necessaria sit. *Put. decis. 336. lib.* 2. & in instrumentis in hac causa productis per Eusebiam pro ea recognitione apposita sit legalitas lite iam in Rota pendente, & parte non citata. Domini censuerunt huiusmodi recognitionem non esse bonam, & legalita-
3 tem † non esse sufficientem, *vt olim fuit dictum in Beneuentana Ischia de anno 1563. coram Oradino, & nuper de anno proximè præterito in causa Literen. Beneficij coram D. meo Sacrato.*

Idem etiam tenuerunt Domini, quoad instrumen-
4 ta extracta per Archiuistam, † licet enim videretur posse extrahere in publicam formam absque solemnitate, vti successor in officio habens facultatem extrahendi vigore Constitutionis Sixti V. sine bannimentorum super eius obseruātia editorum. *Caputaq. decis. 251. par. 2.* Tamen, cum non constet huiusmodi extractionem ab ipso factam fuisse, ex quo eius ma-
5 nus † non est legitimè recognita, non potest in ea fieri aliquod fundamentum; ideoque non obstant al-
6 legata bannimenta, † & constitutio, in quibus Archiuista habet eandem facultatem, quam Notarius rogatus, cui æquiparatur, quia quicquid sit de eo, an id vsu receptum sit, & non procedat in casu, quo lis sit in Curia introducta, certum est ex prædicta Constitutione Archiuistæ nihil amplius licere, quam actuario, vnde recognitio, & legalitas apposita in instrumentis in hac causa per Archiuistam extractis perinde est sufficiens, ac illa Notariorum actuariorum, de qua supra dictum est.

Nec obstat, quod non videatur necessaria ista le-
7 galitas, † cum extrahenti, qui dicit se Archiuistam, in hoc credatur. *Verall. decis. 245. par. 2.*

8 Respondetur enim non propterea credi, † quod ea scriptura sit de eius manu, & ad id probandum necessariam esse sufficientem recognitionem. Atque ex his Domini dixerunt iura non esse in forma probanti. Sed quoad alteram dubij partem tenuerunt testes validè fuisse examinatos, si modo tempore examinis Hector erat curator.

Nam quod opponitur remissoriam sine iurisdictione fuisse relaxatam, quia acta non erant integrè
9 transportata. † Id non subsistit in facto, cum illa verba omnibus alijs, & prout latiùs apponi solita sint de stylo Notariorum ad subintelligendas clausulas ordinarias, nec ex illis de actorum non integra transportatione argui potest. Deinde non inducitur de-
10 fectus † iurisdictionis ex non integra actorum transportatione, *vt nuper dicebatur in Vlisbonen. Præeminentiarum coram R. P. D. meo Iusto*, & sæpè alias fuit dictum in Rota reiecta contraria decisione, quæ allegatur *coram Illustrissimo Blanchetto.*

Alia nullitas, quæ examini infligitur, quod ad videndum iurare testes non minor, sed solùm curator
11 † fuerit citatus, quasi iudicium non subsistat cum solo curatore absque interuentu minoris, Vltra quod nec ea in facto verificatur, est etiam expressè contra *tex. in l. 1. §. in causis autem de administ. tut.* Vbi dicitur licitum esse agentibus, vel ipsum adultum vocare, vt consensu curatoris conueniatur, vel contra curatorem agere, vt ipse litem suscipiat, † & *l. neque tutores. C. de procur.* ex aduerso adducta potius firmat hanc sententiam, quia si ibi curator potest effici dominus litis, ergo potest solus in iudicio stare, & facit æquiparatio curatoris, & procuratoris, quam ibi ex illo tex. not. Bart. & Bald.

13 Non obstat † etiam *l. 2. qua leg. pers. hab.* dum enim dicit posse adultum curatore consentiente agere, & excipere, non negat curatorem solùm posse nomine adulti conuenire, & conueniri.

# Gypsio
# Perusina Spolij
# 17. Martij 1586.

### *SVMMARIA.*

1 *Egidiana non intrat, vbi sententia sub conditione lata est, & liquidationem requirit.*

*Executio sententiæ facta contra intentionem Iudicis reuocari debet, ibidem.*

2 *Liquidatio debet præcedere executionem, maximè stante sententia.*

3 *Citatio partis est necessaria, vbi nouus processus requiritur.*

4 *Executio sententiæ non potest fieri absque citatione partis, non obstante stylo in contrarium, si non sit benè probatus.*

## DECISIO CIV.

1 EGIDIANAE locum † non esse Domini resoluerunt, his tamen prætermissis, quæ de mixtura sententiæ in Curia latæ in medium afferuntur, moti præcipuè ex eo, quod mandatum, cuius vigore Vincentia possessionem bonorum, de quibus agitur, adepta fuit, sub conditione à Iudice decretum fuit, videlicet liquidatis liquidandis, & imputatis imputandis, iuxta formam primæ sententiæ, quæ multa imputanda, & detrahenda fore statuit, quapropter non posse dubitari videbatur executionē huiusmodi prædicta liquidatione non præcedente præter Iudicis intentionem factam vti nullam, & iniustam reuocandam esse per ea, quæ scribit *Ancharan cons. 292. in princ. vers. secundò quia. Rol. cons. 5. num. 11. lib. 2.*

2 Nec dicatur, quod alia liquidatione † opus non erat, cum in prima sententia idonea liquidatio facta fuisset, quia de hoc satis non constat, nec est verisimile, stante quod Iudex ad quem illam fieri mandauerit.

Eoque magis prædicta executio, & immissio reuocari debet, quoniam vt ex tenore dictæ primæ sen-
3 tentiæ dignoscitur hoc casu nouus processus † requirebatur, quo fit, vt omnino pars citari debuisset. *Innoc. in cap. cum super de re iudic. Bar. in l. à Diuo Pio §. in venditione. vbi Alex. num. 32. de magis communi testatur. ff. eod. tit. latè prosequitur Gabr. de citat. conclus. 1. num. 121. cum pluribus seqq.*

4 Nec prædictis refragatur stylus allegatus, † quod in Ciuitate Perusiæ ad executionem sententiæ absque partis citatione procedatur, si quidem benè probatus non existit, prout requiritur *Put. decis. 242. lib. 3.*

# Eminentiss. Card. Verospio Recanatensis Hæreditatis Vener. 10. Martij 1623.

*SVMMARIA.*

1 *Sententia validitas ex reuolutione actorum, in quibus de substantialibus appareat, probatur.*

2 *Fratres amitini, & sorores patrueles defuncti æqualiter admittuntur ad successionem, non obstantibus Statutis, & per tot.*

4 *Agnatæ fœminæ cognatos non excludunt in Statuto Ciuitatis Nouæ.*

5 *Statutum exclusiuum fœminarum non procedit quo ad bona extra Territorium.*

*Nec habet locum quoad bona in Territorio sita, vbi de successione contendentes sunt forenses num. 6.*

*Amplia etiam, quod defunctus sit ciuis num. 7.*

## DECISIO CV.

FVIT per R. P. D. Torniellum confirmata Rotæ Maceratensis sententia, quæ Horatium, & alios de Scocciacampanis vti fratres, & sorores amitinos q. Amici de Lazzarinis, ad illius hæreditatem admisit æqualiter vna cum Marinotia, & alijs eiusdem Amici sororibus patruelibus, tanquam in pari gradu omnes existerent, & causa per viam appellationis ad Rotam deuoluta, visa fuit Dominis hæc sententia, tam ex capite validitatis, quàm iustitiæ confirmanda.

1 Validitas ex actorum reuolutione † probatur cum de speciali causæ commissione, citatione, & mandato procuratoris appareat. *Verall. decis. 262. par. 2.*

De iustitia pariter constat cum dicta sententia, iuxta dispositionem iuris emanauerit, ex quo defuncti

2 amitinos † vna cum eius sororibus patruelibus veluti in pari gradu æqualiter admisit. *§. si neque fratres. & § nulla verò. auth. de hered. ab intest. venien. auth. cessante. & auth. post fratres. C. de legit. hered. Surd. cons. 343. num. 2.*

3 Nec releuant Ciuitatis Nouæ Statuta † vnde oriundus erat defunctus, & alia Recanatensis Ciuitatis, vbi ille degebat, & obijt.

4 Prima enim locum non habent † quando agitur inter agnatas fœminas, & cognatos de successione, cum Statutum *sub rubr. 28. lib. 2.* fuerit reuocatum *in rubr. 33. lib. 5* quando de successione tractatur ab intestato, vbi etiam deficientibus masculis mandat cognatos reintegrari, vnde sequitur ab agnatis fœminis cognatos non excludi, & perconsequens tanquam æquali gradu coniunctos æqualiter debere, iuxta prædictam iuris communis dispositionem, concurrere.

5 Nec pariter Statutum Recanatense † venit attendendum. Nam quoad bona extra illud Territorium existentia non procedit, cum ibi statuentes iurisdictionem non habeant, vt in puncto Statuti Recanatensis. *Castr. cons. 16. num. 1. ad fin. lib. 1. Rota decis. 255. num. 1. coram Sanctiss. D. N. & post multas decisiones quas allegat, tenuit Rota in causa Collen. Hæreditatis 10. Iunij 1616. coram R. P. D. meo Buratto, quæ testatur de communi.* In bonis verò in dicto Ter-

6 ritorio † sitis, nec similiter locum habet, vbi de successione contendentes, vt in casu nostro sunt exteri, quia Statutum censetur solummodo Ciuium commoditatibus non forensium prospexisse. *Soc. cons. 128. num. 9. lib. 4. Honded. cons. 5. num. 13. in princ. & cons. 11. num. 22. lib. 1. Peregr. cons. 90. num. 13. 20. & per tot. lib. 2. necnon habetur latissimè in dicta Collen. Hæreditatis,* vbi firmatur per huiusmodi Statuta vtramque subiectionem requiri, tam ratione bonorum, quàm personarum, *& idem fuit firmatum in decis. 155. num. 3. coram Sanctiss. D. N.*

Non obstat defunctum de cuius hæreditate agitur

7 † vti Ciuem Recanatensem illi Statuto subiectum fuisse. Nam vltra quod hoc in facto controuertitur, non habent in omnem euentum huiusmodi Statuta loquentia de successione locum, vbi qui succedere debent sunt forenses, licet defunctus, & bona Statuto subiaceant, vt pluries firmauit Rota, non obstantibus in contrarium adductis, *vt in Camerinen. Hæreditatis 29. Ianuarij 1588. coram Card. Pamphilio, in Perusina Bonorum de Balleonibus 13. Iunij 1590. coram Illustrissimo Perusino, in Balneoregien. Bonorum 7. Iunij 1592. coram Card. Pamphilio, in Ciuitatis Castelli Hæreditatis, quæ est decis. 255. coram Sanctiss. D. N. Rota decis. 295. & decis. 273. in fin. par. 1. diuers. & decis. 413. num. 1. par. 4.*

Et ita &c.

# Orano Perusina Bonorum de Vbaldis Lunæ 5. Maij 1586.

*SVMMARIA.*

1 *Pupillo legitimato datur immissio ex Carboniano Edicto.*

*Et reijciuntur exceptiones altiorem indaginem requirentes, vt num. 2. & num. 9. cum seq.*

3 *Legitimatus plenè non est prohibetus contratabulare. Non obstante Statuto Perusino num. 4.*

4 *Dicto, &, stat ampliatiuè.*

5 *Legitimato non potest pater plus relinquere, quàm legitimo.*

6 *Statutum debet interpretari, ne statim se corrigat.*

*Clausula generalis sequens non tollit dispositionem certam præcedentem, ibid.*

7 *Legitimatus, si fuerit infans non transit in potestatem patris, nisi sequuta ratificatione.*

*Fallit si Comes legitimans habeat facultatem legitimandi infantes, maximè si infans non contradicat num. 9.*

10 *Filiatio ex quibus probetur.*

11 *Commissio cum clausula, Arbitrio Rotæ, intelligitur prout de iure.*

## DECISIO CVI.

1 CONCLVSVM fuit locum esse immissioni † bonorum ex Carboniano Edicto, ex quo Io. Andreas ex legitimatione fundatam habet intentionem, & præsumptionem iuris pro se. *Bero. post Ancharan. cons. 57. num. 12. Gozad. cons. 48. num. 11. Rolan. cons. 12. num. 28. lib. 1. cons. 67. num. 14. lib. 3. cons. 12. num.*

num. 19. in 4. Adeò quod aperto iure nititur, inquit
*Afflict. decis. 195. num. 3 cum similibus.*
2 Exceptiones enim altiorem indaginem † requirentes in hoc iudicio reijciuntur. *l. 3. §. cum vbi. glos. & DD. ff. de Carbon. Edict.* & contra validitatem suæ legitimationis, & mandati oppositæ sunt tales, quæ incontinenti probare non possunt, vt in terminis spurietatis, & incapacitatis tradit *Ruyn. cons. 87. ad fin. lib. 3. Bero. d. cons. 57. num. 44. Rol. cons. 22. num. 37. lib. 3. Rim. iun. cons. 69. num. 18. per tex. in l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad trebell. & glos. in l. 3. §. ibidem ad exhiben.*

Non obstat, quod non detur Carbonianum non
3 habenti facultatem † contratabulandi. *l. 1. §. eoque de Carbon. Edict. glos. in l. 1. C. eod.*

Quia, cum Io: Andreas plenam habeat legitimationem, non est prohibitus contratabulare. *Soc. cons. 226. num. 5. lib. 2. Dec. in l. posthumo. num. 28. C. de bon. possess. con. tab. de comm. idem cons. 366. num. 3. Paris. cons. 7. num. 28. lib. 2.*

4 Neque repugnat Statutum Perusinum † in verbis (*secundum voluntatem, & dispositionem sui patris, iuri tamen non contrariam*) quia ista verba veniunt ampliatiuè, quod denotat dictio, &, *l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3. Bart. in l. Gallus. §. & si parentes. ff. de lib. & posth. Dec. cons. 50. num. 4. Paris. cons. 7.*
5 *num. 28. in 3.* & verba † *iuri tamen non contrariam*, respiciunt intellectum, vt pater non possit legitimato plus relinquere, quàm legitimo, prout de iure est. *§. quando in auth. quib. mod. nat. eff. sui. Bald. in c. per tuas de maior. & obed. Curt. sen. cons. 16. Ias. cons. 303.* sed non operantur, vt possit illum sine causa exhæredare, alioquin implicaret contradictionem, cum dixerit, succedat secundum tenorem legitimationis,
6 non est enim facienda interpretatio, † per quam Statutum se statim se corrigat, & quod clausula generalis sequens tollat dispositionem certam præcedentem. *l. doli clausula de verb. oblig.*

7 Minus obstat, quod cum esset infans † per legitimationem non transierit in potestatem patris, nisi secuta illius ratificatione. *iux. § generaliter. in auth. quib. mod. nat. eff. sui.*

8 Quia quãdo facultates Comitis † specialiter comprehendunt casum legitimandi infantis cessat *d. § generaliter* dispositio, ita quod etiam valet quoad omnia legitimatio. *Bart in l. iubemus. C. de emanc. liber. Rol. cons. 61. num. 6. cum seq. lib. 1.* maximè si non contradicat. *Couar. in epit. par. 2. cap. 8. §. 2. num. 13. Achill. decis. 3. de legitim.*

Neque subsistit, quod quemadmodum Io: Andreas
9 de filiatione † summariè debet docere ad effectum, vt beneficio Carboniani iunetur, ita etiã dictus Pompeius ad probandum contrarium admitti debet.

Quia Primò de probatione sufficienti filiationis
10 † constat ex sequentibus, quia dictus Petrus illum vti filium aluit, legitimare fecit, nomine ipsius Io: Andreæ tanquam sui filij, census plures emit. *Corn. cons. 1. num. 22. vol. 3. Alex. cons. 88. num. 9. vol. 7. l. 3. §. causa cognita de Carb. Edict.* Repellitur autem D. Pompeius per replicationem Carboniani, vt supra ostensum fuit.

Nec iuuari potest dictus Pompeius commissione
11 † signata manu Sanctissimi, in qua ipse arbitrio Rotæ ad probationes admittitur, nã huiusmodi arbitrium resoluitur prout de iure. *Peregr. decis. 239. lib. 2.*

Quoniam verò opponebatur Io: Andream principali rescripto per arrogationem in alienam potestatem transijsse, Placuit Dominis videre ad partem, An eo casu Carboniano Edicto locus esset.

# Eodem
# In eadem
# Veneris 4. Iulij 1586.

## *SVMMARIA.*

1 *Infans non consentit.*
2 *Arrogatio est nulla si sit prætermissa illius forma, & num. seqq. vbi de arrogatione à Principe procedente non seruatis seruandis.*
3 *Arrogatio quibus modis à Principe procedat.*
4 *Delegatus non potest facultatem suam vltra tenorem priuilegij extendere.*
5 *Arrogatio impuberis requirit consensum tutoris.*
6 *Clausula, si est ita, requirit verificationem narratorum.*
7 *Arrogatio requirit causæ cognitionem, & quidem vrgentem, & magnam num. 8. & quod præcedat decreto num. 10.*
11 *Carbonianum non impedit arrogatio.*

## DECISIO CVII.

EX auctoritate, & rescriptio Principis intendebat D. Pompeius Io: Andream infantem in arrogationem D. Iulio Cæsari de Vbaldis datum fuisse, cuius occasione obuenit dubitari; An Io: Andreæ pupillo petenti immissionem bonorum in hæreditate patris obstaret exceptio arrogationis Domini (omissa disputatione circa subreptionem huiusmodi rescripti, ex quo Iulius Cæsar in eo Io: Andream pupillum, & pauperem secum pro huiusmodi arrogatione sup-
1 plicare asseruit, † cum tamen eius ætatis esset, in quam non cadit consensus) Negatiuè responderunt.
2 Primò moti nullitate arrogationis † tanquam prætermissa illius forma decretæ. *Anchar. cons. 69. num. 9.* cum enim arrogatio à Principe procedens, aut fiat
3 coram eo † causa cognita. *iux. notat. in c. cum causis de sent. & re iudic. l. fin. C. de legib. glos. in l. non aliter ff. de adopt.* Aut sine causæ cognitione, sed ex certa eius scientia *l. apud eum de manu. Bal. in d. l. non aliter.* Aut absque interuentu cognitionis, & certæ scientiæ, quo casu postea coram competenti magistratu adhibetur cognitio, & necessariæ causæ probatio. *l. 2. C. de adopt. l. 2. C. de his, qui ven. & impetr.* Aut etiam ex delegatione, & ipsius rescripto *l. arrogationes de adopt. §. ibi. & ibi glos. inst. de adopt. glos. in l. in adoptionibus. C. eod.* Princeps autem in hoc rescripto fateatur se de narratis scientiam non habere: & proinde cum clausula *si est ita* vices suas
4 delegato commiserit, non potuit delegatus † facultatem suam vltra tenorem priuilegij extendere. *cap. porrò de priuil. DD. in l. gallus. §. & quid si tantum de lib. & posth. Paris. cons. 6. lib. 2.* proinde decer-
5 nendo primam arrogationem sine † consensu tutoris *iux. l. fin. §. sed hæc omnia. C. de auct. præstan.* & abs-

que

6 que verificatione narratorum stante huiusmodi † clausula. *cap. 2. & ibi Felyn. cap. super litteris de rescript.*
7 & prætermissa † causæ cognitione. *iux. §. cum autem impuberes. inst. de adopt. l. nec ei. §. eorum de adopt. l. causa cognita. vbi glos. & Alex. de vulgar. glos. in l. non aliter. ff. de adopt. l. cum eam qua. C. eod.* quæ aliàs
8 ingens, & magna † requiritur *glos. & Salye. in l. 2. C. de adopt. Gugliel. de Bened. in c. Raynutius. in ver. vxo-*
9 *rem. num. 171. de testam.* Actus arrogationis † fuit inutilis. *glos. & DD in l. cum his. §. si Prætor. ff. de transact. Fulgos. in l. fin. de adopt. Aret. in §. cum autem inst. de adopt.* præsertim cum necessarium fuerit, vt ante interpositionem decreti omnia haberet nota,
10 quæ ad arrogationis concessionem † sunt requisita. *l. hac autem. §. 1. ex quib. caus. in poss. eat. Bart. in l. multum interest de cond. & demonstr. Corn. cons. 71. num. 9. vol. 3.*

Secundò, dicebant Domini, quod etiam si arrogatio sustineretur, quod nihilominus ea non potest
11 impedire Carboniani † beneficium. *l. si impubes. §. 1. & ibi Bart. ff. de Carbon. Edict. & Azo. eod. tit. num. 4. & est tex. in l. 1. §. si quis non ab aliquo. ff. eodem.* Quia lex non habet rationem ad defensorem tantum, sed etiam ad ætatem eius, cui quæstio status opponitur, cum alias habens tutorem beneficio Carboniani facilè excluderetur.

Et ita conclusum.

## Gypsio
## Perusina Bonorum de Balleonibus
## 10. Maij 1591.

### SVMMARIA.

1 *Auia paterna concurrit cum matre ad successionem ex Statuto Perusino contra ius commune.*
2 *Vidua fictè, & per iuris interpretationem censetur esse in matrimonio, & retinere ciuilitatem viuente viro acquisitam. Sed contra num. 4. & seq.*
3 *Statutum correctorium ad casum fictum non trahitur.*
5 *Constituto acquiritur vera possessio, quamuis modus sit fictus.*

### DECISIO CVIII.

FVERAT alias sub die 23. Ianuarij 1591. in hac causa resolutum Illustrissimam D. Iuniperam esse comprehensam in Statuto Perusino, itaut ad successionem ab intestato bo. me. Astoris iunioris de Balleonibus eiusdem ex filio nepotis æqualiter cum matre admitteretur. Hanc resolutionem de iure subsistere non posse existimabant informantes pro Illustrissima D. Margherita prædicti Astoris matre, præ-
1 sertim, quia huiusmodi Statutum admittens † ad perfectam successionem matrem, & auiam est iuris communis correctorium. *auth. defuncto. C. ad trebell. §. si igitur defunctus descendentes. & ibi glos. in ver. proximi in auth. de hæred. ab int. venient.* quo fit, vt D.
2 Iunipera vidua † gaudere non possit beneficio dicti Statuti cum fictè, & per iuris interpretationem censeatur esse in matrimonio, & retinere eandem ciuilitatem, quam viuente eius viro acquisiuerat. *Scrib. in l. fin. de bon. matern. in l. vnica. §. exactio. C. de rei vx. act. Rom. in l. 1. num. 13. C. vnde vir, & vx. cum alijs allegatis.* Statutum enim iuris communis cor-
3 rectorium † ad casum fictum non trahitur. *cap. in nostra de iniur. Bar. & alij in l. 3. §. hæc verba de neg. gest. & bene Alex. cons. 207. num. 22. lib. 6. Tiraq. de nobilit. cap. 18. in fin.*

Sed Domini istis, & alijs pro hac parte non obstantibus resoluerunt standum esse nunc in decisis moti præcipuè ex duobus.

4 Quorum primum est, quod vidua in viduitate † permanens, censetur esse in eodem matrimonio, & retinere ciuilitatem sui viri prædefuncti. *d. l. fin. C. de bon. mater. Dec. post glos. in l. ciues. C. de incol. lib. 10.* quod etiam in materia priuilegiata locum sibi vendicare animaduertunt. *Tiraq. de nobilit. c. 18. num. 8. Pedem decis. 30. num. 14. & seq.*

5 Nec ad rem facit, quod vidua † fictè, & non verè dicatur esse in eodem matrimonio, & consequenter fictè retinere ciuilitatem, quoniam licet modus in se fictus sit, tamen non sequitur, quod ipsa verè, & propriè ciuis non existat, itaut comprehendatur sub dicto Statuto loquente de ciue, sicut dicitur de posses-
5 sione acquisita mediante constituto, † quæ est vera possessio ad effectus omnes, quamuis modus acquirendi sit fictus. *l. quod meo in princ. vbi Alex. & cæteri de acquir. possess. Tiraq. de iur. const. possess. par. 1. num. 2. & in prima ampliat. Couar. var. resol. cap. 3. num. 6. lib. 3.*

Alterum, quod ad ita tenendum plurimum mouit Dominos fuit, quod Statutum de quo agitur, non lo-
6 quitur de ciue, † itaut discutiendum sit, An intelligatur de ciue verè, vel fictè, sed loquitur de auia paterna, quam vna cum matre ad successionem nepotis vocat, quocirca dubitandum non est Statutum comprehendere D. Iuniperam per supradicta.

Hoc stante non est opus aliter respondere ad contraria præsertim ad illud, an dictum Statutum sit correctorium, vel limitatorium &c.

## Mellino
## Perusina Spolij
## Lunæ 5. Maij 1603.

### SVMMARIA.

1 *In subhastatione requiritur intimatio decreti de subhastando, maximè stante mandato Iudicis.*
2 *Interesse extra terminos l. vnic. C. de sent. quæ pro eo quod interest non potest taxari inter creditorem, & debitorem.*
3 *Mandatum relaxatum vltra summam debitam est nullum, & iniustum, & competit actio spolij.*

### DECISIO CIX.

DOMINI perstiterunt in decisis, & eis placuit vtrumque caput nullitatis, & iniustitiæ.

Nullitas est clara propter defectum intimationis
1 † decreti de subhastando, quæ secundum Doctores

solet

ſolet fieri de ſtylo, & ſufficit ad iſtum effectum, quod
Iudex decreuerit, quod intimaretur, quia in hoc ca-
ſu decretum non afficit ante intimationem ſaltem
ceſſante illius ſcientia, quæ hic non probatur, vt di-
ctum fuit in alia deciſione.

Iniuſtitia etiam ſecundum Doctores adeſt, quia in
hoc caſu creditor nunquam fuit dominus bonorum,
2 & ideo verſamur † extra terminos. *l. curabit. C. de*
*act. empt.* & ſecundum terminos iuris communis iſta
taxatio intereſſe inter creditorem, & debitorem, ad
rationem trium pro centenario, durante tempore
dilationis ad ſoluendum eſt illicita, & propterea cum
3 mandatum † fuerit relaxatum etiam pro iſta ſumma
taxata pro intereſſe, & ſic vltra ſummam verè debi-
tam, intrat nullitas, & iniuſtitia, & conſequenter
D. Gineuræ competit actio ſpolij.

## R. P. D. Dunozet
## Peruſina Bonorum
## Lunæ 1. Iulij 1630.

### *SVMMARIA.*

1 *Perito, qui retulit in maiori ſumma ſtatur vbi con-*
*ſentit pars, quæ elegit alium, qui in maiori retulit.*
2 *Maior ſumma continet minorem.*
3 *Fructuum perceptio probatur ex poſſeſſione.*
4 *Fructuum liquidatio deſumitur à conſuetis.*

### DECISIO CX.

FVIT deciſum coram me ſub die 3. Iulij 1628. Pir-
rum Bontempum, & litis conſortes teneri reſti-
tuere DD. Ludouico, & Diomedi de Oddis pro fru-
ctibus quos ipſi perceperant ex quodam prædio per
eos attentatè poſſeſſo ſummam ſcut. 1267. baioc. 14.
per teſtes probatam, & per peritum calculatam; cui
reſolutioni non acquieſcentibus Bontempo, & con-
ſortibus, ſub prætextu, quod peritus per ipſos electus
non retuliſſet, denuò in eorumdem Bontempi, & con-
ſortum citatorum contumaciam, de ordine Rotæ
electus tertius peritus, à quo facta deinde relatione
propoſui dubium an eſſet ſtandum, vel recedendum
à deciſis, & Domini quoad quantitatem ſcut. 997.
baioc. 73. cum dimidio, per dictum tertium calcula-
tam, in deciſis perſtiterunt. Nam licet iſte tertius,
1 qui retulit † in ſumma ſcut. 997. baioc. 73. cum di-
midio videatur diſcordare cum altero, qui retulit in
ſumma ſcut. 1267. baioc. 14. & ſic neutri ex ijs vide-
tur ſtandum, tamen cum Ludouicus, & filius de Od-
dis ſint parati ſtare huic vltimæ relationi continenti
minorem quantitatem vtique iſta venit attendenda,
cum periti in dicta quantitate ſcut. 997. baioc. 73.
cum dimidio, dicantur concordare, ex quo in ma-
2 iori † ſumma ineſt minor. *ad tex. in l. 1. §. ſi ſtipu-*
*lanti. ff. de verb. obligat. Rota coram Greg. XV. deciſ.*
*230. num. 3. & in Romana reuocationis ſequeſtri co-*
*ram Pamphilio.*

Non obſtat vnicum fundamentum pro parte Bon-
tempi, & conſortum deductum, ſcilicet non iuſtifi-
3 cari † in actis ipſos aliquos fructus percepiſſe. Quia
ſufficit, quod fuerint probata tempora diſtincta, in
quibus ipſi prædium poſſederunt, ex hac enim poſſeſ-
ſione oritur præſumptio perceptionis fructuum. *Ro-*
*ta deciſ. 269. num. 2. par. 1. recent. Seraph. deciſ. 1245.*
*num. 6. Greg. XV. deciſ. 50. num. 2.* Et hoc caſu ſuf-
ficit eorum quantitatem liquidare à conſuetis, prout
deponunt teſtes in alia deciſione ponderati, quia il-
4 lud præſumitur perceptum, † quod communiter con-
ſueuit percipi. *Bald. conſ. 53 in fin. lib. 1. & conſ. 323.*
*in fin. lib. 2. Achil. deciſ. 22. de reſtit. ſpoliat. Rota in*
*Peruſina liquidationis fructuum 12. Ianuarij 1609. co-*
*ram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Et ita deciſum.

## R. P. D. Pirouano
## Peruſina Reintegrationis
## Lunæ 14. Ianuarij 1630.

### *SVMMARIA.*

1 *Intereſſe habens, vt admittatur ad cauſam ſufficit,*
*quod doceat ſe eſſe in pari gradu cum actoribus,*
*cum ſufficiat, vt apparenter conſtet de intereſſe hoc*
*caſu num. 2.*
3 *Gradus paritas probatur teſtibus etiam examinatis*
*in alio iudicio, & inter alios num. 4.*
4 *Teſtes examinati inter alios, & in alio iudicio ſuper*
*ſtatu probant in quocumque alio iudicio, ad effe-*
*ctum etiam ſucceſſionis*
5 *In hæredem tranſeunt iura actiua, & paſſiua teſta-*
*toris.*

### DECISIO CXI.

DICTVM fuit conſtare de intereſſe Octauij Dan-
zetti, & Virginiæ vxoris Euangeliſtæ Danzet-
ti, vt inde admitti debeant ad cauſam cum alijs de
Danzettis, & Ninis agentibus ad reintegrationem
in ſucceſſione bonorum Bernardini, & filiorum eius
de Anſideis.

Nam eo ipſo, quod probant ſe eſſe in pari gradu
1 † cum Danzettis, & Ninis ſatis docere videntur de
intereſſe pro admiſſione ad cauſam cum eadem poſ-
ſit eſſe ratio ſuccedendi in portione illis tangente,
prout hodie Nini, & Danzetti contendunt habere,
& hæc poſſibilitas ſufficit, quia de intereſſe ad hunc
2 effectum non coguntur docere concludenter, † ſed
apparenter, vt audiantur *Felyn. in cap. veniens. il 2.*
*num. 13. de teſtib. Rot. deciſ. 503. num. 4. par. 1. re-*
*cent. & ſæpiſſimè fuit reſolutum.*

3 De paritate prædictorum in gradu † cum Danzet-
tis, & Ninis probatur ex teſtibus datis, qui conclu-
denter deponunt deſcendentiam à Bernardino ſenio-
re de Anſideis, nempè Primò filiorum eiuſdem Ani-
balis, Cæſaris, Conſtantini, & Lucretiæ. Secundò
ab eadem Lucretia vti nupta Hieronymo de Ninis
proueniſſe duas ſtirpes maſculinam, & fœmininam,
in maſculina fuerunt Theſeus filius, & exinde Io: Ba-
ptiſta, & fratres nepotes de Ninis eiuſdem Theſei fi-
lij, in fœminina fuit Conſtantia filia nupta Rodulpho
Danzetto, ex quibus deſcenderunt Arpalix, Camil-
la, & Franciſca Moniales, quæ in ſimul cum Io: Ba-
ptiſta Nino obtinuerunt deciſiones Rotales ſuper

reintegratione

reintegratione, cum prædictis autem Monialibus sunt fratres germani prædicti Octauius, & Euangelista, vnde qua ratione ipsarum Monialium descendentia probatur ex fundamentis de quibus in decisione causæ 26. Iunij 1623. coram bo. me. Buratto, eadem, & quoad Octauium, & Euangelistam est dicendum dum in pari gradu existunt.

Nec vim facit, quod testes prædicti ad probandum consanguinitatem, & gradus paritatem super quibus se fundat decisio prædicta sunt examinati inter alios.

4 † & in alio iudicio. Quia cum sint examinati super statu solent probare in quocumque alio iudicio, ad omnem effectum etiam successionis. *Crescen. decis. 18. num. 4. de probat. Rota decis. 498. num. 9. coram Papa Greg. XV. & idem fuit firmatum in Romana fideicommissi de Vipera 25. Iunij 1629. coram Illustriss. Card. Virili.*

5 Ceterum, quod Virginia habeat causam† ab Euangelista, patet, quia ex testamento, quod datur legitur hæres dicti Euangelistæ, & in hæredem transeunt omnia iura tam actiua, quam passiua ipsius testatoris. *l. cum heredes. ff. de acq. possess. Cephal. cons. 392. num. 39. & 393. num. 67. lib. 3. Rota coram bo. me. Card. Caualerio decis. 189. num. 3.* Atque ita omnia, quæ poterat Euangelista in iudicio reintegrationis prosequi, & acquirere eadem poterit Virginia adita sui viri hæreditate, de qua non dubitatur.

Ex ita &c.

## R. P. D. Vbaldo Perusina Pecuniaria Mercurij 10. Maij 1628.

### SVMMARIA.

1 *Obligatio Cameralis habet executionem paratam, & operatur ad fauorem cessionarij.*

2 *Cessio nulla potest interuenire, vbi solutio est facta cum pecunijs principalis debitoris. Falhit, vt num. seqq. & decis seq.*

4 *Fideiussori nocet pactum inter debitorem vendentem, & emptorem.*

7 *Clausula* & ad omnem alium meliorem finem, & effectum, *comprehendit omne remedium magis proficuum, & vtile.*

### DECISIO CXII.

ILLVSTRISSIMVS D. Marchio Bartholomæus de Monte emit à Parolo de Parolis prædium situm in Territorio Perusiæ, in loco nuncupato Piano di Ronzano, pro precio scutorum 32000. quod fuit depositatum penes D. Ascanium Paulutium, cum hoc, quod solueretur creditoribus Paroli, facta quietatione, & cessione iurium ipsis quomodolibet competentium contra dictum Parolum, & fratres, illorumque fideiussores, & alios pro dictis debitis obligatos.

Depositarius prædictus soluit, & extinxit duas societates officij, in quibus fideiusserat D. Capitaneus Balthassar Chrispoltus, reportata iurium cessione ad fauorem D. Marchionis, qui ad liberandum se à molestijs motis super dicto prædio à creditoribus diuersis anterioribus, vigore supradictæ cessionis egit contra dictum D. Balthassarem de Chrispoltis, & ab A.C. obtinuit ad eius fauorem relaxari mandatum, ad effectum deponendi in Monte Pietatis Vrbis, & se liberandi à dictis molestijs. Commissa causa in Rota, & disputato dubio, An mandata A. C. sint exequenda, Domini pro executione responderunt.

1 Quia agitur in vim Cameralis † obligationis, quæ habet executionem paratam, & operatur ad fauorem cessionarij. *Surd. cons. 444. num. 12. Galles. de oblig. Camer. q. 5. num. 1. iux. modernam impressionem vbi addens num. 2. cumulat plures Rotæ decisiones.*

Non obstat, quod cum solutio fuerit facta de pre-
2 cio dicti prædij, † censeatur facta de pecunijs dicti Paroli venditoris, & principalis debitoris, & propterea per talem solutionem fuerint extinctæ actiones creditorum, & ideo nulla potuerit interuenire cessio. *iux. doctrinam Bar. in l. Modestinus num. 4. vbi etiam Paul. de Castr. num. 4. vers. in nihilum autem. & sub num. 5. vers. nam principali de solut. & dixit Rot. coram fel. record. Greg. XV. decis. 68. num. 4.*

Placuit enim Dominis responsio hoc non proce-
3 dere, † quando aliter fuit conuentum inter emptorem, & venditorem, quod precium rei emptæ erogaretur in extinctionem debitorum reportatis iurium cessionibus, prout est in casu nostro. tunc enim seruari debet pactum initum inter contrahentes *l. 1. ff. de pact.* præsertim cum per hoc pactum non fiat aliqua iniuria fideiussoribus, ex quo erant etiam antea obligati, & emptor non dedisset suas pecunias, nec fecisset emptionem, nisi cum ista conditione. *Bart. in l. Aristo in 3. quæst. sub num. 7. vers. sed ad hoc oppono. ff. quæ res pign. obligat. poss. Fulgos. in l. 1. in vltimis verbis. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. Franc. decis. 97. num. 2. Rot. diuers. decis. 318. in princ. par 4. & decis. 26. sub num. 1. & 3. par. 1. in recent.* ex quo fit, vt huiusmodi conuentio inter emptorem, & ven-
4 ditorem † sustineatur etiam inuitis fideiussoribus, cum versemur in quærendis, ex quo fideiussorum liberatio pendebat à voluntate soluentis, seu ementis, qui poterat non emere, nec soluere, nec emere, & soluere cum tali, & tali pacto. *Rol. in tract. de dot. quæst. 40. num. 6. & 7. Surd. decis. 286. num. 1. Franc. vbi supra dicto num. 2.*

Non obstat, quod verba pacti apposita in venditione solum videatur importare, quod fiat cessio D.
5 Marchioni, † pro securitate, & conseruatione bonorum in casu euictionis pro excludendis creditoribus posterioribus, vnde actio non sit quæsita, nisi ad effectum retentionis.

Placuit enim responsio, quod conuentio non est ad
6 hoc solum restricta, † sed loquitur generaliter de cessione iurium creditoribus quomodolibet competentium contra Parolum, & fratres, illorumque fideiussores, & sic apparet, quod licet emptor voluerit quidem sibi cauere contra posteriores creditores, voluit tamen etiam cessionem contra fideiussores, & eorum bona, contra quos voluit posse agere, prout poterat creditor, qui cessit, vnde verba illa, quod iura remaneant illæsa pro anterioritate &c. stant ampliatiuè, non restrictiuè, maximè cum subsequatur clausula il-
7 la † salutaris, *& ad omnem alium meliorem fin m, & effectum &c.* quæ comprehendit omne remedium magis

magis proficuum, & vtile ipsi emptori. *Rimin. iun. cons.* 131. *num.* 3. *& cons.* 215. *num.* 120.
Et ita &c. vtraque &c.

# Eodem D. Vbaldo In eadem Lunæ 14. Ianuarij 1629.

## SVMMARIA.

1 *Contenta in eodem instrumento dicuntur vnum contemplatione alterius, nec potest quid dici factum prius, vel posterius.*
*Et dicitur incontinenti, dum pactum est appositum in eodem instrumento, licet non eadem traditione rei, vt num.* 6.
8 *Productum contra vnum sufficit, quod repetatur contra alium.*
10 *Mandatum probatur ex productione instrumentorum, & processus de partibus. Etiam stante protestatione, quod mandatum exhiberetur, vt num.* 11.

## DECISIO CXIII.

DOMINI steterunt in decisis die 10. Maij præteriti, quod sint exequenda mandata † per A. C. relaxata contra D. Balthassarem de Chrispoltis stante iurium cessione, quam D. Marchio iuxta conuentionem factam in instrumento emptionis prędij Ronzani, reportauerat etiam contra fideiussores à creditoribus Paroli venditoris, quibus fuit soluta pars pretij dicti prædij extinguendo duas societates officij, in quibus D. Balthassar pro Parolo fideiusserat, vt in decisione.

2 Cui non obstat, quod supradicta conuentio † cessionis iurium non sustineatur tãquam facta postquam fuerat solutum precium Parolo ex allegatis.

3 Quia omnia inter emptorem, & venditorem † conuenta, fuerunt contenta mediante vnico contractu, & vnico instrumento, vnica verborum structura confecto coram eodem Notario, & testibus, precium scilicet rei emptæ, depositum, solutio facienda creditoribus, & celsio iurium. Vnde omnia ista dicuntur facta incontinenti vnum cõtemplatione alterius, & non potest quid dici factum prius, vel posterius. *l.* 2. *§. prius. vbi DD. not. ff. de vulg. & pupill. Soc. iun. cons.* 178. *num.* 38. *lib.* 3. & propterea benè sustine-

4 tur supradicta conuentio, † & celsio illius vigore postea facta. *iux. decis. Franc.* 97. *num.* 2. *Afflict. decis.* 306. *num.* 4. 9. *&* 10. *vbi Vrsill. num.* 1. *Vincent. de Franc. decis.* 369. *num.* 4. *Rota decis.* 318. *in princ. par.* 4. *& decis.* 25. *sub num.* 1. *&* 3. *par.* 1. *recent.* cum alijs in decisione causæ.

5 Non contrariatur † *Neguss. de pignor. par.* 4. *in princ. sub num.* 34. Quia dum admittit *in vers. illud tamen*, quod tale pactum sustineatur, quando fuit adiectum ab initio contractus ante traditionem, vel saltem in ipsa traditione coadiuuat supradicta, quia in casu nostro potest dici appositum ab initio contractus, & in ipsamet traditione, cum omnia, vt supra dixi, comprehendantur sub vnica structura verborum in vnico instrumento. & econtra, dum verò

6 † paulò inferius *in vers. sed insurgit in prædictis vna difficultas*, videtur sentire, quod tale pactum non sustineatur etiam si sit appositum in eodem instrumento, si tamen non sit appositum in eadem traditione rei, eius opinio attendi non debet tanquam doctrina improbata, *vt per Vinc. de Franc. in decis.* 369. *sub num.* 7. *vers. quibus stantibus. & num.* 8. *& per Cons. Neapol. in d. decis.* 306. *vbi Vrsill sub num.* 1. *vers. sed his non obstantibus. & latè Strac. de mercat. in tit. de decoct. in rubr. qui pot. in pign. hab. num.* 6. *fol.* 327. *in* 6. *vol. tract. diuers.* vbi relata supradicta decis. Afflict. firmat ex mente Caroli Ruyni, & Curtij Iunioris sufficere, quod in eodem instrumento dictum pactum adijciatur, antequam contractus in mundum sit relatus, & hanc sententiam æquiorem putat, ac probabiliorem subiungendo, quod ex facto peritus, & prudens Iudex secundum hanc sententiam iudicabit.

7 Non obstat, quod supradictum pactum † reportandi cessionem fuerit factum cum Depositario ad eius fauorem post precij solutionem à venditore. Quia, quod pactum sit factum post solutionem tollitur ex supradictis, quod verò sit factum cum Depositario ad eius fauorem, & non ad fauorem Marchionis tollitur ex lectura instrumenti, dum ibi dicitur, quod iura nunquam censeantur extincta, illaque D. Marchio exercere possit in casu euictionis, vel molestiarum, quæ molestiæ cum euenerint, & plures dentur in summario num. 2. & seqq. illata super eisdem bonis venditis, meritò fuit per A. C. relaxatum mandatum pro liberatione à molestijs stante dicto pacto, & iurium cessione, vt supra, & benè deducitur in decisione.

8 Non obstat, quod molestiæ fuerint productæ † contra Herculanum de Herculanis, quia sufficit, quod fuerint postea repetitę etiam contra D. Balthassarem, vt in summ. *Rot. coram san. me. Greg. XV. decis.* 508. *num.* 4.

9 Non obstat, pariter, quod molestiæ illatæ † per Moniales S. Benedicti, & Confraternitatem S. Martini euenerint facto, & culpa Marchionis, & Depositarij. Quia in instrumento venditionis coram A. C. producto isti non erant descripti pro creditoribus, & sic illis non erat facienda solutio, sed benè erant soluendæ, & extinguendæ societates, quæ reperiebantur descriptæ, & pro quibus agitur contra dictum Balthassarem in illis obligatum.

10 Prætensus defectus mandati comparentis pro D. Marchione tollitur ex productione † iurium instrumentorum, necnon processus de partibus, cum ea præsumantur habita à principali. *san. me. Greg. XV. decis.* 44. *num.* 4. *& decis.* 86. *num.* 2. *& decis.* 136.

11 *num.* 8. Idque procedit non obstante † protestatione in contrarium facta, quod mandatum exhiberetur, quia non propterea ex non exhibitione vitiatur processus, quando illud præsumi potest ex supradictis *Seraph. decis.* 933. *num.* 2. *Addens. ad decis. Greg.* 380. *num.* 5.

Et ita decisum.

# Penia Brundusina Gabbellæ 13. Februarij 1604.

## SVMMARIA.

1 *Clerici, & Ecclesiasticæ personæ non tenentur ad Gabellas, collecta, & alia onera à laicis imposita, imò laici cogentes sunt excommunicati, & quæ requiruntur, vt isti possint subire ista onera per tot. vbi de oneribus impositis rebus; seu bonis etiam antequam peruenirent ad Clericos num. 9. & seqq*

6 *Approbari debet ab omnibus particulariter, quod omnes tangit.*

## DECISIO CXIV.

COMMVNITAS, & Homines Terræ Masani Brundusinæ Diœcesis, vt subuenirent vrgentibus necessitatibus multos annuos census super datijs panis, vini, & olei, alijsque eius redditibus, imposuerunt in totum pro summa 50000. ducatorum, cum promissione, quod simul congregati tam communi, quàm proprio nomine facerent, quod prædictos census tanquam de proprijs pecunijs emptos defenderent, & de euictione sub hypotheca omnium bonorum teneri voluerunt.

Anno 1594. eadem Vniuersitas datia prædicta, super quibus census fuerant impositi, ac omnes alios redditus, & prouentus locatione præcedente arrendauerunt, seu locauerunt Donato, Antonio, & Bernardino Bernico ad 14. annos, cum pacto, quod infra dictum tempus prædictum debitum 50000. ducatorum extinguerent quolibet quinto anno certam partem, interim verò soluerent annuos fructus partis non extinctæ, & vlterius persoluerent annuatim debita Fiscalia, & alia onera eiusdem Vniuersitatis.

Interim cum Donatus, Antonins, & Bernardinus maiorem partem dictorum ducatorum 50000. extinxissent, & annua onera soluissent, & multa de prædictis bonis hypothecatis in potestatem Clericorum deuenissent, à quibus prædicti arrendatores exigere volebant eam portionem, quam exigebãt, antequam bona ad Clericos peruenissent, & Clerici contribuere alieni solutioni debitorum Fiscalium, vel extinctioni debiti censuum recusarent. Moto iudicio coram Archiepiscopo Brundusino, eius Vicarius pronunclauit, Quod Clerici per decennium præteritum pro tribus tertijs soluere in rebus emptis, & donatis tenerentur, & in futurum quoad possiderent, excepto ad titulum ordinis sacri, non tamen in fraudem, & pro debitis contractis bona empta, & donata, & patrimonialia transiuisse cum oneribus suis, & Clericos teneri contribuere, non tamen si donatores, & venditores fuissent soluendo. Rursus eosdem Clericos teneri pro bona tenentibus contribuere, donec peruenerint ad ordines sacros de bonis donatis ad titulum ordinis.

Causa in gradu appellationis introducta in Rota, Dubitaui, an sententia Brundusina esset confirmanda, vel infirmanda.

Et quia articulus erat grauis, & exemplaris, proposita die 5. Martij, & die 7. Nouembris 1603. solis arrendatoribus informantibus non fuit capta aliqua resolutio, quia Domini maturè considerare, & intelligere voluerunt naturam bonorum, super quibus imponuntur hæc onera; & similiter naturam onerum Fiscalium.

Denique in hac vltima propositione Rota contra Arrendatores informantes, respondendo censuit sententiam Brundusinam non esse confirmandam.

Clarà enim est conclusio Ecclesiasticas personas
1 † non teneri ad Gabellas, collectas, impositiones, datia, vel quælibet alia onera à laicis imposita. *cap. non minus. & cap. aduersus de immunit. Ecclesiast. & cap. 1. eod. tit. in 6. latè Bero. cons. 31. incip. consultationibus. lib. 1.* & fuit in Rota sæpè decisum, & signanter *in causa Valentina Gabbellæ 4. Decemb. 1595. & 29. Ianuary 1596. coram Pamphilio, & die 9 Decembris 1598. coram bo. me. Orano, & in causa Cordubon. Gabbellæ coram me Veneris 19. Ianuary 1608.* & ista conclusio adeo vera est, vt laici cogentes Clericos ad istas contributiones sint excommunicati.

Ad effectum enim, vt Clerici, seu personæ Ecclesiasticæ legitimè possint subire ista onera, & ad ea persoluenda compelli inspecto iure canonico sequentia copulatiuè requiruntur.

2 Primò, quod adsit magna necessitas, † cui aliàs subuenire non possit, nisi Clerici cum laicis contribuant, vt probatur *in d. cap. non minus. vbi expressè notat Abb. num. 4. & clarius apparet per Extrauag. Bened. XI. sub tit. de immunit. Eccles.*

Secundò, debet concurrere communis vtilitas, vel
3 † saltem pietas, *vt in d. cap. non minus. & cap. aduersus &c. peruenit de immun. Eccles.* & de pietate considerauit *tex. in l. ad instructiones. C. de sacros. Eccl.*

Tertiò, oportet, vt onus illud sit tale, vt ad illud
4 sustinendum laici non † sufficiant, quia Clerici, & Ecclesiæ solùm tenentur cum laicis contribuere in subsidium, & vbi laicorum non suppetunt facultates, *vt in d. cap. non minus &c. aduersus.*

5 Quas conditiones considerauit † *Bened. XI. in d. Extrauag. de immun. Eccles.* ibi *cæterum attendant sollicitè Ecclesiarum Prælati, & alij Clerici Lateranense Concilium, quod in huiusmodi subuentionibus casum necessitatis, aut communis vtilitatis, vbi laicorum ad id non suppetunt facultates deliberatione prouida noscitur excepisse.*

Quartò, requiritur, quòd ad onus huiusmodi im-
6 ponendum vocetur, † & consentiat totus Clerus, nec sufficeret Episcopus cum Capitulo; quia, quod omnes tangit ab omnibus particulariter debet approbari. *cap. cum omnes de Constit. cap. quod omnes de reg. iur. in 6.* & probatur *in d. cap. aduersus.* ibi *verum si quando forte Episcopus simul cum Clericis,* & considerat *Abb. in d. cap. non minus. num. 45. not. 4.*

Quintò, in istis omnibus ad effectum, vt Clerici
7 teneantur potissimùm requiritur, vt Papa † consulatur, vt ipso consulto & nõ aliàs Clerici contribuant, *vt in d. cap. aduersus. vbi not. Abb. vers. 4. requiritur,* & sic fuit cautum *per Bened. XI. in d. Extrauag. de immun. Eccles.* & meritò, quia si arbitrio Episcoporum, & Cleri hoc relinqueretur, facilè contingerent huiusmodi impositiones, & extra permobetus, & preces Principum, & Ministrorum incursus, quibus occurrere solent Romani Pontifices, qui non aliter

quam

quam causa cognita istas facultates, vt Clerici contribuant, concedere solent.

Postremò requiritur, quod ad hæc onera, & impositiones soluendas postquam prædictis requisitis concurrentibus impositæ fuerint, Clerici, & perso-
8 næ Ecclesiasticæ non à ministris laicis, † sed à suo Episcopo, & Superiore Ecclesiastico compellantur. Principes enim, & Potestates sæculares non possunt se in his intromittere. *ita Innoc. in d. cap. non minus num. 6. vers. quamuis ad ea. Bald. in l. ad instructiones num. 4. vers. ad hæc tamen. & num. 6. vers. quod verum. C. de Sacr. Eccles. & Innocentium, & Baldum communiter sequuntur DD. & signanter Abb. in d. cap. non minus. num. 18. vers. si tamen dictum.*

Et quamuis ista non viderentur pertinere ad hunc
9 casum, in quo agebatur de soluendis oneribus † rebus ipsis, seu bonis impositis antequam peruenerit ad manus Clericorum, adhuc tamen remanebat periculum saltem ratione illorum onerum, quæ arbitratu Principum imponuntur, respectu quorum saltem indirectè possent Clerici, & Ecclesiæ tractu temporis grauari ad ista onera persoluenda.

Ad illud periculum euitandum informantes pro Arrendatoribus deducebant.

Primò, quia bona, de quibus agebatur, transire debuerunt cum oneribus suis, præsertim cum hypo-
10 thecata essent, † & grauata à laicis, quæ alias sine præiudicio hypothecæ transire non potuissent. *glos. in cap. 1. in verb. senioribus de censibus. Bald. cons. 280. col. 2. vers. nam cum. & vers. sunt si peruenerint lib. 2. Anchar. cons. 303. num. 3. in fin. vers. adhuc respondeo. & num. 4. vers. & confirmatur. Bellon cons. 40. num. 5. Thesaur. decis. 234. num. 9.* vbi affirmat ita bis fuisse iudicatum.

Sed hoc motiuum non placuit Dominis, quia licet
11 posset † procedere respectu onerum realium impositorum antequam bona peruenirent ad Ecclesiam, secus autem esse debet, quando onera non essent merè realia, quia tunc si deuenissent ad Ecclesiam, vel personas Ecclesiasticas, non durant talia onera, postquam ad personas priuilegiatas peruenerint, quod vt manifestiùs intelligeretur, Domini distinguebant aliquot casus.

12 Primus est, quando possessoribus prædijs, † seu bonis propter bona ipsa inducuntur, seu imponuntur onera, *vt in l. rescripto. l. fin. & in l. munerum. §. patrimoniorum. ff. de mun. & honor.* & hoc casu res sic onerata ad quemcumque peruenerit, cum illo onere transit, & consequenter Clericus, ad quem peruenerit, pro illa soluere tenetur, est enim illud onus certum, reale, & perpetuum, *ita tenuit Innoc. in cap. non minus de immun. Eccles. Calderin. cons. 7. num. 2. vers. subdit. tit. de Const. Archid. in cap. 1. de immun. Eccles. lib. 6. quem sequuntur ibidem Io: Andr. num. 5. in princ. & Geminian. num. 9. Abb. cons. 13. num. 1. vers. certum est. lib. 1. Anchar. cons. 96. num. 6. vers. cessit autem. Ang. cons. 24. Bart. in d. l. rescripto. §. vltimo. num. 5. ff. de mun. & hon. & in l. placet. num. 59. C. de Sacr. Eccles. quem sequitur Alphons. Aluarez. in specul. iur. Pontif. cap. 35. §. & quoad principalem. vers. nam si certum, seu dictum suum.*

Secundus casus est, quando impositio onerum
13 non est perpetua, † & certa, sed pro varietate negociorum imminentium immutatur illa impositio, quæ fit, vt dicunt prædicti Doctores pro solido, & libra. & tūc si res tali onere grauata peruenit ad Ecclesias, vel ad Ecclesiasticas personas desinit durare illud onus, postquam peruenit ad personam priuilegiatam. *cap. nouerint 10. q. 1. cap. 1. de iur. patron. lib. 6. ita Archid. d. cap. 1. de immun. Eccles. lib. 6. quem refert, & sequitur Io: Andr. num. 5. in fin. Gemin. ibidem num. 9. vers. tamen suadebat. & Calderin. d. cons. 7. de Constit. num. 2. circa fin. vers. subdit tamen.* & licet paulo post *in vers. ita quod idem Calderin.* considerata rei grauitate addat, quod ista indigerent declaratione Summi Pontificis, quoniam in Ecclesiarum læsionem possent alia Statuta emanare, ipse tamen statim inhærendo opinioni *Iacob. Butr. & Bart.* supradictam distinctionem amplectitur.

Tertius casus est, quando ista onera, seu collectæ,
14 † & impositiones imponuntur ratione personæ, tamen propter bona, & isto casu cum non inhæreant rebus, sed ratione personarum potissimum imponantur, consequenter non possunt imponi, nisi subiectis, hoc est ciuibus, & incolis. *l. rescriptum. l. sciendum. vbi glos. ff. de mun. & honor.* vnde cum Clerici non sint subiecti, non possint talia onera imponi, nec ipsi, nec Ecclesiæ ad tales impositiones soluendas tenentur, siue antequam peruenerint ad Ecclesiam, siue ad Ecclesiasticas personas fuerint imposita, siue postea, ita præcitati Doctores, & signanter *Geminian. in d. cap. 1. de immun. Eccles. num. 9. in fin.* vbi concludit ex hoc patere responsum ad omnia iura, quæ in contrarium possunt allegari, quia loquuntur in prædijs tributarijs, & sic quando onera sunt annexa rebus, & non personis, cum ergo impositiones censuum, de quibus agebatur, non essent onera certa, & ordinaria, nec perpetua, nec talia, quæ verè, & propriè dicerentur realia, Clerici, & Ecclesiæ, ad quas ista bona peruenerunt, non tenebantur ad eorum solutionem.

Idem iudicium fuit de solutionibus Fiscalibus.
15 † nam licet informantes pro Arrendatoribus contenderent esse onera perpetua, vniformia, & consueta solui ab habitatoribus pro tuitione maritimarum Arcium, & militum stipendijs, iuxta æstimationem, & descriptionem antiquitùs in catastris factam, quia tamen præcitati Doctores affirmabant tales descriptiones, quæ fiunt pro solido, & libra non esse perpetuas, sed mutari pro varietate negociorum imminentium, ideo Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ personæ ad istas solutiones non tenentur, licet ad illas perueniant bona huiusmodi oneribus Fiscalibus grauata. *cap. 1. de immun. Eccles. lib. 6. vbi Archid. Io: Andr. & Gemin. num. 9. clem. præsenti de censibus*, & est communis opinio.

Ex his meritò fuit conclusum contra Arrendatores, & sententiam Brundusinam fuisse reuocandam.

## R. P. D. Durano
## Perusina Laudi
## Veneris 11. Maij 1629.

### SVMMARIA.

1 *Laudum censetur emologatum ex non appellatione, & dimissione*

*& dimissione bonorum. Item ex subscriptione, vt num. 2. Sed vide num. 24. & seqq.*

3 *Laudum subscriptum, & approbatum valet in vim pacti, & vide num. 18. & seqq. & num. 30. cum seqq.*

4 *Laudum continens errores circa factum, non dicetur nullum, sed iniustum, & lesiuum.*

5 *Aestimatores vicem arbitrorum retinent.*

6 *Arbitri non possunt sine consensu partium facere reseruationes, sed vnico laudo tenentur omnia decidere.*

7 *Laudum est nullum si arbitri excedant, aut extendant compromissi formam, seu potestatem eis attributam, & num. seqq.*

9 *Laudum est nullum vbi arbitri imposuerunt silentium, & mandarunt, quod laudum habeat vim generalis quietationis.*

12 *Verba generalia, ampla, & geminata non admittunt restrictionem, sed comprahendunt omnem causam, vt num. 13.*

14 *Laudum nullum non indiget appellatione.*

15 *Laudum nullum etiam emologatum non valet in vim laudi, nec rei iudicatae. Amplia, vt num. 16.*

17 *Laudi emologatio non inducitur ex actibus aequiuocis.*

19 *Laudum ante publicationem emologari non potest, vt non possit dici de lesione, neque cum iuramento, vt num. 20. & qualis lesio sufficiat num. 21. & vide num. 24.*

21 *Lesio in sexta parte sufficit, vt laudum possit impugnari, & remittitur arbitrio Iudicis.*

22 *Error probatur ex eo, quod aliter res se habeat.*

24 *Laudum emologatum praesertim cum iuramento, non potest amplius corrigi, nec rescindi, nisi probata lesione vltra dimidiam. Declara, vt num. 25.*

25 *Subscribens alicui scripturae censetur habere notitiam omnium contentorum in ea. Sed vide num. 28. & seqq.*

31 *Laudum vt valeat in vim pacti requiritur simultaneus consensus.*

32 *Laudum, quod valet in vim pacti, non habet executionem paratam.*

## DECISIO CXV.

ARBITRI electi pro terminandis differentijs inter Io: Antonium, & Iosephum de Cantuccijs super hereditatibus Iosephi senioris, & Marcelli etiam de Cantuccijs in laudo desuper lato, elegerunt vigore facultatis compromissi Peritos, seù aestimatores, ad effectum diuidendi, & aestimandi bona haereditaria, prout in effectu Aestimatores sic electi diuiserunt, & aestimarunt, vt in quodam eorum praetenso laudo de cuius executione agitur, quod cum Io: Antonius praetenderet fuisse à Iosepho emologatum, & staret in hoc difficultas, dubitaui die 15. Martij anni preteriti, an constaret de emologatione, & fuit affirmatiuè resolutum ex eo, quod Ioseph à tempore scientiae lau-
1 di, † ne dum non appellauit intra terminum Iuris, & spontè dimisit Io: Antonio quaedam bona stabilia, & claues tradidit; Vnde resultat tacita emologatio ad *l. Paul. respondit. ff. rem. rat. hab. Lancell. de attent. appell. pend. par. 2. c. 12. lim. 50. num. 210. Paul. de Castr. cons. 116. num 3. ad fin. lib. 1.* Sed etiam laudo
2 se subscripsit † cum promissione iurata obseruandi omnia in eo contenta, quae subscriptio importat expressam emologationem. *l. ne in Arbitris. §. fin autem.* vbi *Bald. num. 12. vers. vlterius. & Aret. in princ. C. de Arbitr.* & tandem dicebatur in omnem casum
3 laudum, † vt supra subscriptum, & approbatum valere in vim pacti. *Glos. in l. 2.* & ibi *DD. C. comm. vtr. iud. Socc. cons. 85. in princ. lib. 1. & Rota decis. 388. num. 1. par. 2. recent. cum alijs in d. decis. coram me latiùs deductis.*

Sed repropòsita hodie causa super eisdem Domini praesertim ex nouiter datis recesserunt à decisis, & firmarunt non constare de valida emologatione; praecipua, resolutionis ratio fundata fuit in nullitatibus
4 laudi, † quae non consistunt (vt praetendebatur) in quibusdam erroribus circa factum per arbitros commissis, qui potiùs pertinent ad iniustitiam, & laesionem ad *l. cum prolatis. cum ibi not. ff. de re iud. Bart. in l. 1. de error. calcul.* cum enim non fuerit erratum in calculo, sed solum in eo, quod computata fuerunt quaedam non computanda intrat distinctio *tex. in l. 1. §. item si calculi. ff. quae sent. sin. appell.* sed stant in eo,
5 quod aestimatores in dicto laudo reseruarunt † sibi facultatem diuidendi, & aestimandi bona, & credita quaedam, ac Io: Antonio praefixerunt terminum duorum annorum ad probandum in haereditatibus Iosephi senioris alia bona remansisse, quas reseruationes cum arbitrorum vicem obtinerent *Alex. cons. 54. num. 3. lib. 2. Couar. variar. resolut. cap. 13. num. 3. vers. tertia conclusio.* de iure sine partium consensu fa-
6 cere † non potuerunt, sed tenebantur omnia simul, vnicoque laudo diuidere, & aestimare. *l. dicere 23. & l. non distinguemus. §. quaesitum de recept. Arbitr. adit. ad glos. in l quid tamen. vers. separatim.* vbi *Bar. num. 3. ff eod. Mantic. decis. 299. & Rot. decis. 315. num. 17. vers. quod est etiam. par. 1. recent.*

Praeterea, & multo magis in eo alio, quod aestima-
7 tores transgressi † fuerunt potestatem eis datam per arbitros, qui virtute compromissi eos elegerunt pro executione, & obseruantia laudi prius per eos promulgati, non autem vt illud subuerterent, & immutarent, eique derogarent, & clarum est, quod si arbitri excedant, aut extendant compromissi formam, seu potestatem eis attributam, laudum est nullum *d. l. non distinguemus. §. de officio. & d. l. quid tamen. §. fin. l. si cum dies. §. si intra. & l. quia arbiter. & ibi glos. ff. de arbitr. cap. cum dilectus extra eodem tit. Ias. in l. si super possessione. num. 3. C. de transact. Bal. cons. 309. num. 3. lib. 1. Cels. Vg. cons. 51. num. 30. Menoch. cons. 381. num. 11. lib. 4. Vin. decis. 473. num. 7. & seqq. par. 3. Vincent. de Franch. decis. 354. num. 4. & Rota decis. 540. num. 6. par. 1. recent.*

Quod autem aestimatores excesserint, ex facto cla-
8 rè patet in primis dum derogarunt † capitibus primi laudi suo laudo contrarijs, ibi, *approuiamo la transattione, e concordia* (idest dictum primum laudum, quod appellant concordiam) *nelle parti però non contrarie, e repugnanti al presente nostro lodo, nelle quali dechiaramo, e vogliamo, che il presente à quella preuagli in ogni modo megliore &c.* cui concordiae, seu laudo derogarunt, dum laudarunt testamentum Marcelli quoad bona cuiusdam primogeniturae in eo erectae

cum

cum tamen in dicto primo laudo, seu concordia fuisset expresse cautum bona sita in locis Miraldoli, & Monteroni non comprahendi in primogenitura in præiudicium Iosephi; ex qua derogatione resultat manifesta nullitas ex defectu potestatis. *d.l. dicere. §. vnde viden. erit cum alijs supra alleg.*

Rursus excesserunt imponentes partibus silentium
9 † super ijs, quæ sibi non reseruarunt volentes laudum vim habere generalis quietationis quoad non reseruata, & in laudo expressa, quod arbitri facere non possunt; alias laudum est nullum per *tex. in l. 3. §. contrarium. ff. de contr. act. tut.* quem ad hoc in puncto allegant *Roman. cons. 155. num. 5. Corn. cons. 140. num. 2. lib. 4. Socc. cons. 133. num. 5. lib. 2. Cels. Vg. vbi sup. num. 3. Lanfranc. de Orian. in tract. de arbitr. quæst. 9. num. 17. par. 5.*

Tandem fuit in eo patenter excessum, quia cum
10 Io: Antonius † per dictum primum laudum iam habuisset domum iuxta Portam S. Angeli, & situm cuiusdam apothecæ pro omni eo, quod prætendere poterat super quodam serici negotio Iosephi senioris, nihilominus æstimatores in calculo eiusdem hæreditatis, quem in suo laudo fecerũt, computarunt etiam dictum negocium pro augenda legitima eidem Io: Antonio debita; ex persona Vincentiæ eiusdem Iosephi filiæ; Vnde pariter contrauenerunt prædicto laudo Arbitrorum, iuxta quod prædictum negocium non poterat legitimam augere, quia quoad illam non erat amplius in consideratione habendum, ex quo erat iam penès ipsum Io: Antonium, mediante æquiualenti bonorum assignatione in dicto primo laudo, vt supra facta, vnde fuit etiam ex hoc capite laudum nullum ex dicto §. *vnde viden.* & alijs de quibus supra, adeo vt nihil releuet, si dicatur domum, & situm
11 apothecæ prædicta † fuisse in dicto primo laudo Io: Antonio assignata pro portione lucri, quod ex dicto negocio serici proueneraat post mortem Iosephi tantum; æstimatores aut in calculo posuisse solum capitale, & lucrum, quæ erant in hæreditate tempore mortis dicti Iosephi, & sic quid diuersum ab eo, pro quo Io: Antonio fuerat facta dicta assignatio; Quandoquidem hæc distinctio est contra verba clara primi laudi, seu concordiæ, ibi, *Gio: Antonio debba far quietanza generalissima, speciale specialissima di tutto quello potesse pretendere nella bottega della seta &c.*
12 quæ verba tam generalia, † ampla, & geminata non admittunt distinctionem ad *l. regula. §. fin. ff. de iur. & fact. ignor. Surd. decis. 217 num. 9.* Sed compræ-
13 hendunt omnem, & quamcumque causam, † ex qua Io: Antonius vndecumque, & qualitercumque posset in dicto negotio quicquam prætendere ad *text. in l. Iulianus in princip. ff. de legat. 3. Oldrad. cons. 322. num. 6. late Grauett. cons. 294. per tot. & Rota decis. 76. num. 3. par. 2. recent. & apud Reuerendissimum D. meum Decanum decis 94. num. 3.*

Ex quibus non obstat tacita emologatio prætensa
14 ex omissione † appellationis, quia vltra quod stante laudi nullitate, vt supra, non fuit appellatione opus. *l. si constat. ff. de appellat. l. 1. §. si quis. ff. quand. appell. sit. & l. 1. ff. quæ sent. appell. rescind. Felin. in cap. super litteris. num. 15. de rescr.* laudum sic nullum vt-
15 cumque à partibus emologatum † numquam valet in vim laudi, nec rei iudicatæ auctoritatem habere potest, vt probat *tex. optim. in cap. examinata de confirm. vtil. quem ad hoc alleg. Bald. in tit. de pac. const. in glos. in vers. sententia quoque collat. 10. vbi rationem assignat in vsib. feud. Roman. d. cons. 155. Ang. cons. 199. Dec. cons. 475 num. 31. & seqq. Codex fabr. lib. 2. tit. 38. de arbitr. diffin. 1.* quod procedit etiam
16 si adsit † compromissum, laudatur tamen aliquid extra compromissum (vt in casu nostro) quod postea à partibus emologatur. *Corsett. singul. 19. verb. arbiter. Rom. cons. 175. Paris. cons 89. num. 54. & 55. lib. 1. Berrett. cons. 46. num. 8. & Batz. decis. Bonon. 112. num. 1. cum seqq.*

Minus obstat alia tacita emologatio deducta ex
17 dimissione † stabilium, & traditione clauium, tum quia procedit eadem responsio, ex rationis identitate; tum etiam, quia huiusmodi actus non fuerunt præcisè facti in executionem laudi æstimatorum, quia hodie docetur fuisse indifferenter factos, & potuisse fieri etiam ex alia causa, videlicet in executionem testamenti Marcelli, vel primi laudi, seu concordiæ, in qua fuit expressè dictum, vt Ioseph iunior teneretur consignare Io: Antonio medietatem bonorum, quæ q. Ludouicus habuit, ex dicto testamento, ex actibus autem æquiuocis non est inferendis ad laudi emologationem in præiudicium Iosephi, qui eos fecit ad *l. non hoc C. vnd. cogn. Rom. cons. 343. num. 9. Aym. cons. 116. num. 9. & Rota decis. 329 num. 2. par. 1. diuer.* & in terminis ratificationis idem *Aym. cons. 197. num. 52. Gabr. cons. 56. num. 57. lib. 1. & cons. 180. num. 17. lib. 2. Surd. cons. 328. num. 14. lib. 3. & decis. 221. num. 3. & Rota decis. 549. num. 10. par. 1. diuers.*

Non obstat etiam expressa illa emologatio dedu-
18 cta, ex † subscriptione, quia fuit responsum primò, idem quod supra, quod laudum nullum nec expressè emologari potest, vt valeat in vim laudi ex *Bal. Ang. Rom. & alijs supra citat.* secundò laudum fuisse sub-
19 scriptum ante publicationem, † & planum esse laudum antequam feratur, emologari non posse, quin nihilominus læsio possit prætendi ad impediendam laudi executionem. *Bart. in l. si societatem. §. arbitrorum. num. 30. ff. pro soc.* & in his terminis *Bald. post Din. in l. fin. q. 12. C. de contrah. empt. Cels. Vg. d. cons. 51. num. 6. Bursatt. cons. 431. num. 28.* & est communiter receptum, etiam quod emologatio vt
20 hic fuerit iurata, † quia iuramentum sicut, & simplex promissio de stando laudo habet in se tacitam conditionem, si æquum, & iustum fuerit arbitratum argumento *tex. in l. si libertus ita. ff. de oper. libert. & l. fin. C. de non num. pec. cap. Quintauallis. vbi communiter Doct. de iur. iur. Bart. in d. §. arbitrorum. num. 30. & 31. Alex. cons. 131. colum 5. lib. 2. Thob. Non. cons. 68. num. 15. Guidop. q. 519. Boer. decis. 284. num. 18. & latè Ioseph. Ludou. decis. Lucen. 27.*
21 enormis autem læsio † in presenti, iuxta communem ferè omnium resolutionẽ sufficit in sexta parte quantitatis controuersæ. *Bart. in d. §. arbitrorum. Fulgos. cons. 50. Dec. cons 39. num. 7. Socc. iun. cons. 16. num. 12. lib. 1.* & quandoque in minori, vel maiori arbitrio Iudicis. *Menoch. de Arbitr. cas. 73. & Ioseph. Ludou. vbi supra num. 33.*

22 Quod autem hic sit læsio † in sexta parte, aut alias arbitrio Iudicis sufficiens ad effectum de quo agitur, visum fuit Dominis satis probari, ex facti circumstã-tijs supradictis, & ex erroribus per arbitros cõmissis

in euidens Iosephi præiudicium, qui probantur eo ipso, quod constat rem aliter se habere, quam illi laudarunt ad *l. de ætate. §. vlt. ff. de interrog. act. & l. si post diuisionem. C. de iur. & fact. ignor. & ibi Ias. Crauett. cons. 157. num. 8. Cephal. cons. 526. num. 2. vol. 4.*
23 & certè res aliter se habet † in multis, primo quoad
negocium serici, quod vt dictum est nullatenus computari debuit, secundo in computando fructus dictæ legitimæ non solum habita ratione bonorum stabilium, quæ sui natura sunt fructifera, verum etiam mobilium, quæ fructus non reddunt, tertio, quia computarunt ratam bonorum stabilium debitam Io: Antonio in hæreditate Marcelli per obitum dicti Ludouici sine filijs in scutis 3520. quæ tamen vt bene per Iosephum ostensum fuit solum debuit computari in scutis 2500 quarto dum fuit computata rata bonorum mobilium, & quorundam Iocalium debita eidem Io: Antonio ex causa eiusdē hæreditatis Marcelli in scutum 550. quæ tamen non debuit computari nisi in scutis 247. & vltimo, quia computarunt in portione Iosephi integrum valorē domus iuxta Portam S. Susannæ, & tamen sola illius medietas erat computan. cū alia medietas longe antea fuisset euicta per Camillam Lancellottam, vt ex sententia, & possessione inde sequuta.

Vnde non obstat, quod laudum expressè emologa-
24 tum † præsertim cum iuramento amplius corrigi non
posset, ex regula, quod semel de *reg. iur. in punctis. Bald. cons. 126. num. 2. lib. 4. Magon. decis. Lucen. 59. num. 19.* nec rescindi nisi probata enormissima læsione, & sic vltra dimidiam. *Dec. cons. 60. quem refert, & sequitur Marant. de ord. iud. par 4. dist. 14. num. 8. & Bomb. cons. 3. num. 8. Olarad. cons. 165. Calder. cons. 2. num. 3. tit. de Arbitr. Corn. cons. 140. num. 5. Rota decis. 588. par. 2. recent.* quia hoc est
25 verum † quando laudum emologatur postquam est
iam latum, & publicatum, & sic postquam partes habent scientiam de contentis in eo, in quo casu loquuntur dicti Doctores. Nos autem versamur in longè diuersis terminis, nempe in approbatione ante publicationem, & sic non habita scientia contentorum in laudo, quæ propterea vti facta sub confidentia dilectionis arbitrorum, aut ad captandum eorum beneuolentiam habet illam tacitam conditionem si laudum fuerit æquum, & iustum, *ex Dec. d. cons. 60. & 475. & Iosepho Ludou. vbi supra.*

Neque obstat si dicatur nos versari in approbatio-
26 ne scripturæ † laudi iam concepti, & formati, & cui
nihil post subscriptionem potuit addi, aut detrahi subscribens autem alicui scripturæ censetur habere notitiam omnium contentorum in ea. *Bart. in l. sicut. § non videtur. in 1. not. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. Castr. cons. 216. num. 2. lib. 1. Gabr. tit. de præsumpt. conclus. 3. num. 29. & Rota apud Greg. XV. decis. 328. num. 1. cum alijs in d. decis. in hac causa co-*
27 *ram me facta adductis*, & quod ratificans † laudum
antequam feratur teneatur omnino illi stare si approbationis tempore habeat notitiam de cōtentis in eo dixit *Bald. in d. l. fin. num. 43. ver. & hoc credo verum. C. de contrahend. empt.* Nam vltra quod prædicta
28 non procedunt † quando subscribitur laudum nullum
ad effectum, vt valeat in vim laudi per supradicta, Vlterius respondetur procedere in dubio, non autem quando (vt in casu nostro) subscriptio probatur facta non lecta scriptura laudi, & non habita notitia de contentis in ea. *l. fin. C. plus val. quod agit. & l. 2. C. de reb. al. non alien. Innoc. in cap. 2. de fid. instr. Felin. in cap. quoniam contra. num. 48. lib. 5. de prob. Castren. in l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. vbi Ias. num 12. vers. secundo limita.* & ibi communiter *DD. ff. de verb. oblig. idem Ias. in l. emptor. § lucius. num. 4. ff. de pact.* & in puncto *Barz. in d. decis. Bononien. 112. num 11.*
29 . Quod autem Ioseph se subscripserit non lecta † scriptura laudi, & contentorum in ea non habita scientia, & sic sub confidentia, & conditione prædictis, immo, & deceptus credens firmare laudum validum, visum fuit sufficiēter probari ex testibus desuper examinatis, quibus Domini eo magis fidem adhibuerunt, stantibus tot erroribus in præiudicium Iosephi, nec non excessibus arbitrorum contra facultatem eis datam quos si legisset, verisimiliter non approbasset, vnde intrare videtur *doctr. Bart. in l. 1. § si quis neget. num. 11. vers. quæro quid si instrumentum. ff. quemadmodum testam. aper. & Castr. in d. cons. 216. num. 3. vers. ex quibus patet lib. 1.* & tandem in dubio ita præsumendum est, ex quo subscriptio præcessit publicationem. *Barz. vbi sup. n. 12. vers. at in casu isto.*

Non etiam releuat si dicatur, quod saltim subscri-
30 ptio † operetur, vt dictum laudum quamuis nullum
valeat in vim pacti ex *alleg. in d. decis. coram me in fin.* quia procederet si fuisset subscriptum laudum iam latum, non autem antequam feratur, quia tunc non adest consensus purus, sed conditionalis quatenus laudum sit iustum, & æquum, vt supra *in specie Dec. d. cons. 475. num. 28.* & cessat penitus difficultas,
31 quia hic probatur subscriptiones † fuisse à partibus
factas separatim, & in diuersis locis, & sic consensum non fuisse simultaneum, & tamen consensus debet esse simultaneus, vt laudum valeat in vim pacti. *Natt. cons. 95. num. 3. Gabr. d. cons. 36. num. 57. lib. 1. Surd. cons. 136. num. 50. & decis. 53. num. 21. & fuit firmatum in decis. in hac causa facta super remissoria 11. Martij 1622. coram bo. mem. Vbaldo.*

Tandem etiam, quod laudum valeret in vim pacti,
32 non haberet paratam † executionem de qua princi-
paliter quæritur, quia contra laudum, quod ex partium emologatione solum valet in vim pacti competunt omnes exceptiones, & remedia, quæ aduersus pacta, & transactiones, itaut sit procedendum via ordinaria. *Angel. cons. 198. Dec. d. cons. 475. num. 36. Paris. Berrett. & Barz. vbi supra. Caccialup. in tract. de transact. in 3 quæst. in fin. Sera. decis. 130 num. 15.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

## Eodem R. P. D. Durano In eadem Perusina Laudi Lunæ 22. Aprilis 1630.

### SVMMARIA.

1 *Laudum nullum vtrumque à partibus emologatum numquam valet in vim laudi.*

2 *Laudi subscriptio ante publicationem continet in se, & virtualiter tacitam conditionem si laudum fuerit validum, & iustum.*

*Et non operatur subscriptio data ignorantia contentorum in laudo, vt num. 3.*
2 *Subscriptio non operatur vbi adest ignorantia contentorum in scriptura subscripta.*
*Etiam quod interuenerint iuramentum num. 4.*
*Et de ignorantia num. 5. & seq.*
3 *Laudum subscribens ante publicationem præsumitur ignorare contenta in laudo, & vbi non legit.*
7 *Laudum valet in vim pacti ex emologatione tacita per dimissionem bonorum, Sed vide num. seqq.*
13 *Error iuris intricati excusat, sicut error facti, præsertim vbi agitur de damno vitando.*

## DECISIO CXVI.

FVIT resolutum standum esse in vltimo loco decisis coram me *die 11. May 1629*, videlicet non
constare de expressa, nec tacita emologatione laudi,
de quo agitur, illudque nec in vim laudi, nec pacti
sustineri: & in primis, quod non posit in vim laudi
valere parum difficultatis apud Dominos habuit, cum
enim de illius nullitate nõ posit dubitari, ex latè deductis in dicta decisione à vers. sed reproposita hodie
causa, intrat de plano notissima iuris conclusio, quod
1 laudum nullum † vtcumque à partibus emologatum
nunquam in vim laudi valet, *cap. examinata. de confirm. vtil. Bald. in tit. de pac. Constan. in glos. in vers. sententiis quoque. collat. 10. Dec. cons. 475. num. 31. cum alys in d. decis. allegatis in vers. ex quibus.*
Vnde non obstat subscriptio Iosephi, quia vltra
2 quod subscripsit ante † laudi publicationem, quo casu subscriptio continet in se, & virtualiter tacitam
conditionem, si laudum fuerit validum, & sumitur ex
*Bart. in l. si societatem. § arbitrorum. num. 30. & 31. ff. pro socio. cum alys allegatis in eadem decis. vers. non obstat etiam.* & hoc laudum de quo agitur, fuit nullum, vt dictum est, necnon etiam iniustum, *vt in dicta decisione vers. quod autem hic sit læsio*, in omnem
3 casum dicta conclusio non procedit, † quando subscribens ignorat contenta in scriptura subscripta,
vt in eadem decisione *vers. vnde non obstat. & latè Doctores in l. stipulatio ista. § Chrysogonus. vbi Alex. num. 2. & Ias. num. 12. ff. de verb. obligat. Felin. in cap. quoniam contra. num. 48. de probat.* etiam quod
4 subscriptio fiat cum † iuramento, vt in his terminis.
*Guttier. de iuram. confirmat. par. 1. cap. 71. num. 1. & fuit dictum in eadem decisione in dicto vers. vnde non obstat. ex Dec. & Iosepho Ludouico in locis sibi citatis.*

Quod autem in præsẽti Iosephus subscripserit cum
5 ignorantia † contentorum in laudo præsumitur eo
ipso, quod subscripsit ante publicationem, vt in puncto. *Barz. decis. Bononien. 110. num. 11. & dixi latius in d. decis. vers. neque obstat si dicatur*: & præterea hoc idem bene probant testes examinati pro parte Iosephi, qui concludunt, quod ille subscripsit non
lecta scriptura laudi, iuxta *tex. in l. fin. C. plus valet. quod agitur Felin. vbi sup. & late Menoch. præsumpt. 66. num. 21. cum seqq lib. 3. & fuit dictum in eadem, decisione in d. vers. neque obstat si dicatur in fin.*

Neque obstant testes ex aduerso examinati ad pro-
6 bandam scientiam de tempore † subscriptionis, quia
aut sunt de auditu aliorum, aut nihil concludunt, cum
tamen testes Iosephi benè probent nõ fuisse ei lectum
tempore subscriptionis, quibus propterea standum
est, cum Iosephus agat de damno vitando. & probetur læsio ex erroribus arbitrorum, *de quibus in dicta decisione in supradicto vers. quod autem hic sit Læsio*,
& tandem quia, vt dictum est præsumptio stat pro Iosephi ignorantia, dum subscripsit ante publicationem
*ex Barz. vbi supra.*

Deinde nec etiam laudum valere potest in vim pa-
7 cti † vigore tacitæ emologationis resultantis ex dimissione quorundam stabilium, de quibus in laudo,
& traditione clauium post laudi publicationem sequutis, & sic post habitam notitiam contentorum in
eo, quæ (vt prætenditur) probantur ex testibus desuper examinatis, quia licet vera sit conclusio, vt laudum nullum, quod vt dictum est, nec ex emologatione tacita, aut expressa potest valere in vim laudi, possit valere in vim pacti, *iuxta glos communiter approbatam in l. 2. & ibi Doct. C. comm. vtriusque iudic. Afflict. decis. 117. & fuit latè comprobatum in prima decisione in hac causa etiam coram me facta, die 13. Marty 1628 & in dicta vltima decisione in principio*,
Tamen in præsenti ex pluribus non procedit, primò,
8 quia testes nõ probant † traditionem clauium factam
fuisse per Iosephum, sed per quendam eius famulum,
de cuius mandato non constat non quidem Io: Antonio, sed Francisco filio de cuius pariter mandato non
docetur; secundò, quia non est verum, quod testes
concludant prædicta fuisse facta post habitam notitiam contentorum in laudo; tertiò, quia nullo modo
9 probatur publicatio in præsentia partium, † quæ tamen talis desideratur ad hoc, vt præsumatur scientia
ad effectum, vt laudum nullum valeat in vim pacti.
*Natt. cons. 95. num. 3. Vrsill. in addit. ad dictam decis. Afflict. 117 num. 2. & dixit Rota in decisione in hac eadem causa facta super remissoria 11. Marty 1622. coram bo. me. Vbaldo, & in dicta vltima decisione coram me. vers. non etiam releuat.* quinimò præsumptio
10 est, quod † publicatio fuit facta in Iosephi absentia
ex tot erroribus arbitrorum, & læsionibus ponderatis in dicta vltima decisione, quibus verisimiliter Ioseph si fuisset præsens contradixisset *ad l. cum de indebito, ff. de probat.* & multo magis ex subscriptione
Iosephi ante publicationem factam, qua Notarius visus fuit contentari; si enim ipse coram partibus laudum in forma publicare destinasset, non esset cur ante publicationem eo non lecto illud subscribi curasset, quia hoc facilius fit incontinenti post publicationem, & videtur cessare omne dubium, dum in publicatione de præsentia partium non attestatur; quarto, quia vt benè aduertit vnus ex Dominis stante sub-
11 scriptione † nulliter facta ante publicationem, dimissio stabilium, & clauium traditio postea sequutę censentur consequutiuæ dictæ subscriptionis, itaut sicut
subscriptio fuit erronea etiam illæ fuerint per Iosephum cum eodem errore factæ, quia Ioseph credidit
se teneri ex dicta subscriptione, *vt in simili Guttier. vbi supra, & optime conducit, quod in similis resoluit Cancer. variar. lib. 3. cap. 4. num. 268. cum seqq.*

Neque obstat, quod dicta credulitas sit erroris iu-
12 ris, † quæ ideo videtur non excusare, *vt ibidem Guttier.* quia vltra quod habet etiam admixtum errorem
facti, prout etiam dicta subscriptio, ex qua emanauit
stante iuxta supradicta, quod non constet de anteriori publicatione formiter facta in præsentia partium;

ex

ex facti circumstantijs benè conspicitur, quod fuit
error iuris intricati, & obscuri, & patet ex his, quæ
hinc inde de subscriptione tradunt Doctores in dicto
*§. Grisogonus. & Menoch. in d. præsumpt. 66. lib. 3.*
13 quod propterea excusat, † prout error facti, iuxta
*tex. in l. si fideiussor. §. quadam. ff. mandat. cap. cum
dilectus. & ibi Abb. & Imol. de consuetud. Menoch.
in cap. ignorantia de reg. iur. in 6. Felin. in cap. de
quarta num. 27. de præscript. Nauar. cons. 4. de vsuris
lib. 5. tom. 2. num. 7.* & præsertim quando vt hic agi-
tur de damno vitando. *Dyn cons. 5. num. 7. cum seqq.
Castr. cons. 297. puto dicen. in princ. lib. 1.*

Et ita decisum vtraque parte sæpiùs informante,
& causa ab omnibus Dominis visa, & discussa.

# R. P. D. Verospio
## Assisiensis Dotis
## Veneris 22. Iunij 1629.

### *SVMMARIA.*

1 *Tutor non potest obligare minorem sine causa, nec sufficit causa dotis, vt num. seqq.*

2 *Minoris obligatio non sustinetur ex sola causa dotis vbi non est necessaria, vt si obligasset se ad totam cum teneretur ad dimidiam; vt num. seqq.*

3 *Dos præsumitur nepti ab auo relicta intuitu patris.*

4 *Filia excluditur ab hæreditate paterna etiã aliundè, & quoquomodo dotata ex Statuto.*

5 *Hæres non potest conueniri ad dotem nisi pro eius portione hæreditaria, neque in subsidium num. 6. & 8.*

7 *Dotis excessus non impedit executionem obligationis Cameralis. Sed vide num. 9.*

9 *Dotans censetur donare.*

10 *Minor dum habet actionem contra tutorem contractum non potest improbare. Sed declara, vt ibi, & num. seq.*

12 *Minoris obligatio non valet absque insinuatione ex Egidiana vbi loquitur in contractu facto à tutore.*

*Etiam quod adsit in loco Statutum præscribẽs certam formam in contractibus minorum num. 13.*

14 *Fructus dotis non debentur vbi non subsistit obligatio dotis.*

15 *Fructus dotis non debentur ex obligatione Camerali vbi non fuerunt promissi.*

16 *Fructus dotis non possunt taxari ad sex, cessante Statuto.*

### DECISIO CXVII.

CVM ex promissione, & obligatione Camerali
(qua Bernardinum filium minorem pro Claræ
germanæ sororis dote Palminia mater, & tutrix te-
neri voluit) Franciscus Mita Claræ vir egerit contra
Bernardinum coram A. C. & mandatum obtinuerit
tam pro dote, quam pro fructibus, quos vt eidem
debitos propter onera matrimonij, idem A. C. taxa-
uit ad rationem sex pro centenario. Domini propo-
sito hodie à me dubio super eorundem mandatorum
1 confirmatione, illa dixerunt reuocanda † cum nulla,
& inualida visa fuerit obligatio huius minoris, cum
enim ex testamento Bernardini Locattelli senioris
haberet Clara eiusdem Bernardini neptis legatam si-
bi dotem scutorum 3000. non poterat considerari
causa, quæ de iure requisita eandem obligationem
confirmaret *l. non est. l. etsi ei. C. de præd. minor. Rol.
cons. 31. num. 10. lib. 1. Afflict. decis. 269. num. 1.
Rota decis. 173. num. 11. & 12. & decis. 177. num. 5.
& 6. par. 1. recent.* & exclusa necessitate sola dotis
2 † causa satis non erat ad sustinendam eiusdem mino-
ris obligationem. *Gabr. cons. 201. num. 40. lib. 2. Rota
in Anconitana Dotis 27. Nouembris 1598. coram
Card. Lancellotto, & decis. 177. num. 11. par. 1. recent.*

Et quidem ex testamento aui non solum videre
3 erat eam dotandi † necessitatem in fratre sublatam
cum dos intuitu patris præsumeretur ab auo relicta
*l. dedit dotem. ff. de collat. bon. Angel. in l. in quartam
ff. ad l. falcid. Gabr. de iur. dot. concl. 5. Hondod. cons.
30. num. 2. lib. 1. Surd. cons. 361. num. 4.* & Statu-
4 to Assisiensi excluderetur † soror ab hæreditate pa-
terna etiam aliundè, & quoquomodo dotata. *Bart.
in l. Filio. §. Titio genero. num. 15. de cond. & de-
monstr. Bald. in l. si plures num. 29. C. de cond. inser.
Brun. de Statut. lib. 4. num. 222. Soci. iun. cons. 8.
num. 2. lib. 2. Bero. cons. 53. num. 2.* Sed cum in eo-
5 dem testamento hæredes † sibi æqualiter Bernardinus
instituerit Papirium, & Siriatum filios, iniusta fuit ob-
ligatio Bernardini iunioris dum integram dotem so-
rori debere tutrix voluit, pro qua ipsa soror habebat
etiam hæredes patrui obligatos. *l. 1. & ibi not. C.
comm. de legat. l. 1. & seq. C. si vnus ex plur. hæred.
l. pro hæreditarys. C. de hæred. act. Alciat. in l. 11. num.
29. ff. de leg. 1. Neguf. de pignor. pr. mem. 8. par. princ.
num. 21. vers. tamen puto. Rota decis. 34. num. 1. & 2.
par. 1. diuers.*

Et hic sanè excessus obligationis cum vim ipsam
obligationis perimeret non licebat obligationem mi-
6 noris tueri, siue † quod non nisi in subsidium eundem
tutrix obligauerit, dum scilicet dotem sorori non li-
7 ceret ab hæredibus Siriati vindicare, siue † quod ra-
tione excessiuitatis dotis ius obligatione Camerali
impediri non posset, saltem donec plenè probatum
fuerit in quo consisteret excessus, *vt in Maceraten.
dotis coram Card. Mellino 10. Iunij 1594. post Mo-
der. de oblig. Camer. decis. 48.* Licet enim obligatio
8 † non esset pura, sed conditionalis, non ideo debuit
in eundem minorem transferri onus, qui dum erat
hæres pro rata in solidũ conueniri non poterat etiam
quod cohæres soluendo non esset. *l. legatorum 34. ff.
de leg. 2. Gomes. variar. resolut. tom. 2. tit. de indiuid.
cap. 10. num. 3. Henrig. de fideiuss. cap. 24. num. 168.*
9 & excessus † non deducebatur ex quantitate dotis;
sed consistebat in ipsa obligatione, quæ vt dictum est
non tenebat nisi pro dimidia, & in quo fines muneris,
& officij ipsius pupilli excessit, nulla fuit cum vim do-
nationis haberet. *l. fin. §. cum autem. C. si mai. fact.
alienat. rat. habuer. l. tutor secundum dignitatem. §. in
soluendo. ff. de admin. tut. l. Præses. & ibi Glos. in ver.
non fouet. C. de transact. Monticul. de offic. tut. cap.
32. num. 162. Guttier. de tutel. par. 2. cap. 6. Surd.
decis. 249. num. 4. Rota coram Card. Caualerio decis.
393. num. 5. & 6.*

10 Hinc etiam cessabat aliud obiectum, quod minor
dum

dum habebat actiones contra tutricem contractum improbare non posset. Data enim ipsius contractus nullitate ipso iure minor seruabatur illæsus. *l. non est. C. de præd. minor l. in causæ cognitione 17. §. Pomponius. ff. de admin. tut Guttier. de tut. par. 2. cap. 5. num. 8. Rota in Romana Dotis Merc. 10. Iunij 1626. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Præterquamquod & in remedio extraordinario
11 restitutionis † in integrum est etiam in facultate minoris, an velit contra tutorem agere, aut potius ad rescissionem contractus, & contra eum, cuius fauore est obligatus. *l. etiam & l. fin. C. si tut. vel cur. interv. l. si minoris 26. & l Glos. ff. de admin. tut. l. Imperatores. ff. de minor. Paris. cons. 100. num. 65. lib. 1. Odd de restit. in integr par. 1. q. 22. art. 3 Surd. decis. 243. num. 18. Rota decis. 125. num. 3. par. 2. recent.*

Ad defectum causæ addebant Domini aliam nulli-
12 tatem ob omissam solemnitatem † insinuationis in contractibus minorum etiam requisitam *ex Constit. Card. Egidij*, quam constitutionem extendit Paulus III. ad vniuersam ditionem Ecclesiasticam, vbi particularia Statuta de insinuatione non disponerent.
13 Neque enim, quod Statutum † Assisiense præscriberet certam formam minorum contractibus, eaque seruata illos haberet pro validis, eadem solemnitas negligi debuit, cum, vt in simili Statuto Perusino declarauit Rota, insinuatio tamquam solemnitas extrinseca, & quæ adhiberi solet post contractum, requiratur ex Constitutione Egidiana, præter alias, quæ ad contractus validitatem, & in ipso contractu ex dispositione particularis Statuti seruandæ essent, *vt in Perusina Fideiussionis 26. Nouembris 1611. coram Card. Pamphilio, & in recent. decis. 385. par. 2.*

Data contractus nullitate, & sublata prima, &
14 præcipua † obligatione dotis, neque mandatum relaxatum pro fructibus consistebat, quos tamquam à prima obligatione dependentes Franciscus Mita ob dilatam dotis solutionem petebat. *cap. accessorium de reg. iur. lib. 6. Bald. in l. ex testamento C. de fideic. Alex. in l. 1. §. si vir ff. de acq. possess. Aym. cons. 299. num. 3. Rota Iannuen. decis. 61. num. 1.* Præterea,
15 quæ contra hoc idem † mandatum obijciebant informantes pro Bernardino, tam quod nulla eorumdem promissio præcesserit, & obligatio Cameralis vltra expressa extendi non posset, quàm quod exces-
16 siua † fuerit ea taxatio ad rationem sex, cessante Statuto, & saltem sustineri non posset dum neque ad ea fuerit idem minor citatus.

Et ita &c.

## Eodem R. P. D. Verospio In eadem Assisiensis Dotis Lunæ 29. Aprilis 1630.

### SVMMARIA.

1 *Tutor nulliter obligauit minorem pro dote sororis in casu decisionis.*

2 *Dotis legatum factum duabus, primò nubentibus an debeatur tertiæ superstiti, & quid si legatum factum fuerit primæ filiæ, vt num. seqq.*

6 *Dos ab auo relicta censetur patris contemplatione, & imputat neptis in legitimam sibi debitam in bonis patris.*

*Et ex portione patris detrahi debet, vt num. 7.*

*Fallit, vt num. seqq. vbi declaratur vtrumque dictum.*

13 *Hæres non tenetur nisi pro portione hæreditaria.*

Quid *in Dote num. 16. & in subsidium num. 17.*

17 *Actio subsidiaria quando detur.*

18 *Minoris obligatio est nulla absque insinuatione, etiam in Dote, vbi non tenebatur minor. Ampliа etiam in Dote, ad quam tenebatur vti patris hæres, dum fecit debitum Dotis proprium num. 19.*

19 *Insinuatio requiritur in quocumque actu minoris ex Egidiana.*

### DECISIO CXVIII.

IN obligatione Bernardini Lucatelli, qua Palmeria
1 mater, & tutrix † eum teneri voluit pro integra dote Claræ germanæ sororis, geminum defectum notarunt Domini in decisione, quæ coram me facta fuit 22. *Iunij præteriti*. Alterum solemnitatis, cum non constaret seruatam fuisse insinuationem, quæ in obligatione minoris requirebatur ex Constitutione Cardinalis Egidij. Alterum causæ, cum eam dotem sibi à Bernardino fratre promissam habuisset Clara iamdiu ex dispositione, & legato aui sibi relictam. Vtrumque defectum obesse etiam hodie dixerunt Domini, proposito iterum per me dubio ad instantiam Francisci Mitæ, cum verissimum putauerint, tam primum, ac præcipuum decisionis fundamentum, vt cogi non potuerit Bernardinus ad eam dotem sorori præstandam, quàm ea, quæ fuit eiusdem fundamenti ratio, vt ex dispositione, & testamento Bernardini senioris pro dote eidem Claræ legata, æqualiter obligati essent Papyrius, & Seriatus, quos sibi idem Bernardinus æqualiter hæredes instituerat.

Quod enim Clara ex dispositione aui habuerit ean-
2 dem † dotem scutorum 3000. pro qua tutrix Bernardinum minorem obligauerat, verè negari non poterat, cum ex eiusdem aui testamento præcisè hæc dos fuerit relicta duabus Papyrij filiabus, quæ primò nuberent, & eadem conditio verificata fuerit in Clara. Et licet de simili legato dubitauerit *Roman.* qui *cons.* 408. illud debitum esse negauit tertiæ filiæ post obitum priorum duarum, vt in hoc casu contigerat, eandemque *Roman.* opinionem videantur tenuisse *Menoch. cons. 97. num. 87. Tiraq. de iure primogen. in præfat. num. 140.* Tamen præterquam hæc opinio
3 † suos habet contradictores, vt contra *Roman.* consuluit *Imol. cons. 113. num. 5.* cuius opinionem veriorem testatur *Simon de Prat. de interpret. vlt. vol. lib. 4. dubit. 9. num. 14.* cum in primum locum successisset Clara defunctis sororibus superstes, & satis etiam fuerit, vt prima potuerit dici tempore, quo debebat nubere. *Honded. cons. 70. num. 16. lib. 2. Tiraq. de iur. primog. quæst 3. num 6. Menoch. de præsumpt. præs. 92. num. 3. lib. 4. Rot. decis. 128. num. 1. par. 2. diuers.* Præterea neque visa fuit Dominis ap-
4 plicari † Romani opinio, qui præter coniecturas, quibus motus fuit in casu, super quo consuluit, id solùm firmauit, vt legatum relictum primæ filiæ, quæ nupserit,

ferit, non deberetur secundogenitæ, si prima nata decesserit, quod est diuersum ab hoc legato, in quo non primo natis, sed quæ primo nupserint, filiabus Papyrij consulere voluit testator, vt admittit *idem Menoch. d. cons. 97. num. 13. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 7. num. 10.*

Sic etiam pro eadem dote solus obligari non po-
5 tuit † Bernardinus tanquam Papyrij patris hæres, dum illa debebatur etiam à Siriato, qui æqualiter cum Papyrio Bernardino seniori communi parenti
6 successerat. Licet enim dotem ab auo † relictam communis sit conclusio, vt patris contemplatione censeatur auus reliquisse, ex quo inferebant informantes, vt eandem dotem tanquam à patre profectam, teneretur filia agnoscere in legitimam sibi de iure debitam in bonis patris. *Alex. l. in quartam. ff. ad l. falc. num. 26. Alciat. reg. 1. præsumptionum præsumpt. 17. num. 2. Dec. cons. 81. num. 5. Card. Se-*
7 *raph. decis. 440. num. 2.* & dum solius patris † onus erat dotandi propriam filiam, non nisi ex eius portione dos detrahi debuisset, vt dicebatur fuisse decisum *in Romana Dotis 12. Nouembris 1599 coram Melline.* Eidem tamen conclusioni alioquin verissimæ
8 † plures visæ fuerunt resistere coniecturæ, ex quibus neptum commodum potius spectasse idem auus videbatur. Nam illæ iam erant natæ, & cognitæ testatori. *Dec. cons. 81. num. 5. lib. 1. Menoch. præsumpt. 17. num. 5. lib. 3. Sim. de Prat. de interpret. vlt. vol. dub. 12. num. 7. fol mihi 436. Surd. decis. 322.*
9 *num. 49. & decis. 346. num. 16.* non erant † cum dotem eisdem constituit adhuc nubiles, indeque nulla considerari poterat causa, & obligatio, quæ patrem, vel auum vrgeret ad dotandum. *Menoch cons. 183. num. 13. & præsumpt. 17. num. 10. lib. 3. Ruyn. cons. 72. num. 7. lib. 2. Mascard de probat. conclus. 573.*
10 *num. 8.* eandem dotem idem dixerat † expressè se reliquisse ex quacumque causa, quam habere possent super propria sui ipsius hæreditate. *Aym. cons. 84. num. 4. & cons. 543. num. 1. Ladercb. cons. 25. num. 4. vers. quinta est. Alciat. reg. 1. præsumpt. 17. num. 2.*
11 & demum præter dotem neptibus relictam † Papyrium filium etiam hæredem instituerat, quo casu, sicut ex titulo hæreditario filio censebatur voluisse consulere, ita ex legato prospexisse neptis commoditati. *Soc. iun. cons. 33. num. 5. lib. 1. Menoch. d. cons. 183. num. 11. & præsumpt 17. num. 18. lib. 3.* Quod verò non etiam ex alterius cohæredis portio-
12 ne † dos nepti deberetur non dixit *decisio coram Melline.* Ideo enim dos, quam in casu illius decisionis petebat mulier, detrahenda erat de portione patris, quod cum eam consequi vellet *ex rem. Auth res quæ. C. comm. de legat.* antequam grauarentur reliqua bona fideicommisso subiecta, excutienda primùm erat portio legitimæ patri debitæ, at si bona, quæ ad patrem ratione suæ legitimæ, & trebellianicæ peruenerunt, satis esse non possint, siue onere aliquo fideicommissi eadem bona grauata non fuerint, supra legitimam inter cohæredes diuidetur. *Ceph. cons. 105. num. 18. Sim. de Prat. de interpr. vlt. vol. lib. 4. dubit. 12. num. 17. & 19. fol. mihi. Card. Seraph. decis. 440. num. 84.* Neque sola patris portio erit pro eo
13 obligata, † quia in eo, quod aliorum cohæredum portionem tangit, reputatur extraneus. *Dec. in l. pacto successorum. num. 3. C. de pact. Bart. post glos. in l. 2. §. sed & si omnes. num. 3. ff. de Prætor. stipulat. Gomez. var. resolut. tom. 2. cap. 10. num. 4.* Et hoc cum sit de iure propter iuris communis dispositionem diuidentis actiones hæreditarias inter cohæredes, de qua *in l. legatorum 34. ff. de leg. 2. & in l. pro hæreditarijs. C. de hæred. act.* Hoc idem visus etiam
14 † fuerat voluisse testator, dum relicta dote duabus Papyrij filiabus, quæ primò nuberent, solùm mandauit, vt alteri, & tertiæ quatenus, & ipsa nubere vellet de proprio dotem pater augeret, ex quo rectè argui poterat, vt aliarum dotium onus, in quibus id non expressit, voluerit esse vtrique hæredi commune. *l. in agris. ff. de acq. rer. domin. l. age cum Geminiano. & ibi Iacobin. C. de transact. Rom. in l. filiusfamilias. §. quis ex certa. num. 1. ff. de lib. & posth. & in l. cancellauerat. num. 2. ff. de hæred. instit.*

Ex his itaque videri poterat vindicatum ab impu-
15 gnationibus † primum decisionis fundamentum ex defectu causæ, quæ penitùs, & omnino cessabat, dum ex propria persona ad aliquam dotem minor non tenebatur, ex persona verò patris, dum tanquam illius hæres non nisi pro dimidia consistebat eiusdem minoris obligatio, nec cõtrarium licuisse dixerunt Domini sine peculiari fauore, & priuilegio ipsius dotis, siue quod ad eandem dotem teneretur saltem in subsidium, sicuti tutrix eum obligauit, & sicuti eadem dos petebatur postquam ab hæredibus Seriati reliquam dotem Franciscus Claræ vir consequi non poterit. Quia nulla est in hoc eiusdem dotis prærogar-
16 tiua, † vbi illa solùm legati nomine debebatur, quicquid forte dici possit, si eandem sibi à viro legatam repetat mulier ab ipsius viri heredibus, eamque, quod iam fuerit à se tradita, vindicare velit non solùm tanquam legitimam, sed tanquam æs alienum. *Bart. in l. cum ab vno. ff. de leg. 2. vers. hanc tenet. Bald. in l. pro hæreditarijs C. de hæred. act. Surd. decis. 90. num. 6. Ass. ict. decis. 332. num. 2. Bal. nouell de dot. par. 8. priuil. 33 in fin. Sim. de Prat. de interpr. vlt. volunt. dub. 12. num. 58. fol. mihi 437.*

Quantùm verò ad actionem subsidiariam, quæ so-
17 lùm contra fratrem † competebat neque ei locus esse poterat, cum probata non fuerit, vt hæreditas Seriati præstare hanc dotem non posset, quas verò diligentias dicebat se adhibuisse Franciscus, vt eandem dotem consequeretur, vel tales non apparebant, vel certè prodesse non poterant, dum omnis, ac potissima hæredum defensio hodie eisdem hæredibus erepta sit, sublatum quoque dici possit impedimentum, ex quo resolutiones causabantur, & deficiat titulus, & causa huius actionis subsidiariæ. *Glos. in l. & ideo. §. fin. ff. de condict. furt. Bald. in l fin. §. sed cum in secundam. num. 1. C. de furt. l. quintus. & ibi Bart. num. 1. ff. de ann. legat. Surd. cons. 528. num. 28. Osasch. decis. Pedem. 40. num. 7. Rota coram Ludouisio decis. 503. num. 4.*

Super altero decisionis fundamento, ex omissa
18 solemnitate † insinuationis Domini non immorati fuerunt, cum exclusa dotis necessitate ex dictis ad obligationis inualiditatem, fuisset hæc solemnitas omninò necessaria. Imò neque in dote, ad quam
19 † vti patris hæres tenebatur eadem solemnitas negligi potuit. Quia & si bona patris essent pro dote sororis obligata, in obligatione tamen, qua proprium fecit debitum hæreditarium etiam considerari pote-

tas

rat læsio, ex quo in quocumque actu insinuationem requirit Constitutio Egidiana. *Surd. cons. 191. num. 22 & decis. 77. num. 2. Hyppol. Rimin. iun. cons. 189. num. 10. Rota in Perusina Fideiussionis 26. Nouembris 1613. coram Card. Pamphilio; coram Ludouisio decis. 260. num. 6. & coram Card. Caualerio decis. 343. num. 5.*

Et ita fuit decisum vtraque parte informante &c.

## Dunozetto
## Perusina Dotis
## Lunæ 17. Martij 1630.

*SVMMARIA.*

1 *Dos promissa in epistola potest peti etiam si sit concepta verbis enunciatiuis, & aliàs, vt per tot.*

2 *Epistola etiam si sit directa alteri obligat fauore dotis, & num. 3.*

3 *Stipulari alter alteri non potest. Fallit fauore dotis etiam inter diuersas personas.*

4 *Recognitio apocæ per testes habentes notam manum non sufficit sine adminiculis.*

*Fallit in epistola, quæ solet fieri absente parte, & sine interuentu testium num. 5.*

6 *Fructus dotis debentur sustinenti onera matrimonij à promittente moroso, & quidem à die, quo termini maturati fuerunt, non à die litis contestatæ num. 7.*

8 *Fructus dotis ex stylo Rotæ taxantur ad rationem quinque pro centenario.*

### DECISIO CXIX.

MARCHIO Bartholomæus à Monte vti hæres Marchionis Io: Baptistæ, per sententiam Gubernatoris Perusiæ fuit condemnatus ad soluenda scuta 2000. vnà cum inter vsurijs à die litis contestatæ promissa à dicto Marchione Io: Baptista Comiti Curtio Raynerio, pro augumento dotis D. Elisabettæ à Monte eius vxoris. A qua sententia cum pro parte Marchionis Bartholomæi fuerit appellatum, causaque mihi commissa, Dubitaui, An dictus Marchio Bartholomæus ad dictam solutionem teneretur, ita vt sententia dicti Gubernatoris veniret confirmanda.

Et Domini quoad dotem scutorum 2000. & illius fructus responderunt deberi, & in hoc sententiam esse confirmandam. Quo verò ad quantitatem dictorum fructuum, responderunt illos deberi pro rata, à die, quo termini maturati fuerunt, & ad rationem quinque pro centenario, & in hoc sententiam esse reformandam.

Nam quoad dotem scutorum 2000. visa fuit iustificari sententia, ex promissione facta à dicto Io: Baptista, de soluendo in pluribus terminis dictam quantitatem pro dote D. Elisabettæ, de qua promissione constat ex epistola scripta à prædicto Io: Baptista D. Olympiæ Busalinæ matri prædictæ Elisabettæ, vt in summ. dicti Comitis num. 1. quæ quidem epistola
1 † parit actionem ad effectum agendi pro dote concepta in ea, etiam si esset concepta verbis enunciatiuis. *Bart. cons. 123. num. 1. & 2. Caputaq. decis. 288. par. 1. Rota in Cornetana Pecuniaria 15. Nouembris 1616. coram R. P. D. Pirouano.*

Nec quicquam facit, quod dicta epistola sit dire-
2 cta † dictæ D. Olympiæ, non autem Elisabettæ filiæ, nec Comiti Curtio eius viro agenti pro dicta dote.

Quia licet alter alteri stipulari non possit. *l. si stipulatio ista §. alteri. ff. de verb. oblig.* tamen fauore do-
3 tis † etiam in diuersas personas committitur stipulatio sufficiens ad agendum. *ad tex. in l. 1. §. accedit. C. de rei vx. act. Dec. cons. 35. num. 1. Caputaq. d. decis. 288 Rota in dicta Cornetana Pecuniaria coram R. P. D. meo Pirouano.*

Nec obstat pariter, quod dicta epistola non sit suf-
4 ficienter † recognita per testes, qui dantur deponentes se habere notam manum. Quia quicquid sit, si ageretur de recognitione apocæ, quo casu prædicta recognitio absque adminiculis non sufficeret, *prout dictum fuit coram me in Romana pecuniaria, seu mutui Mercury 5. May 1627.* cum in præsenti casu aga-
5 tur de recognitione epistolæ, † quæ fieri solet absente parte, & absque interuentu testium, satis dicitur recognita per testes habentes manum notam. *Socc. sen. in l. si ita scripsero. num. 3. post med. ff. de cond. & demonstr. Rota decis. 750. num. 2. par. 1. diuers. & decis. 772. num. 8. par. 2. recent. Seraph. decis. 130. num. 2. & decis. 700. num. 2. in fin.*

6 Quo verò ad fructus † sententia pariter remanet iustificata, cum certum sit illos deberi sustinenti onera matrimonij à promittente dotem, dummodo fuerit in mora soluendi, prout hic *Grat. cons. 56. num. 3. lib. 1. Alex. cons. 141. num. 4. & 5. lib. 5. Seraph. decis. 958. num. 2. & 3.*

Quod autem dicti fructus debeantur pro rata, à
7 die, † quo termini maturati fuerunt, non autem à die litis contestatæ, vt dicitur in sententia, hoc deducebatur, quia cum dicti fructus debeantur propter moram, à die, quo termini maturati fuerunt, ex quo dies ipsa adiecta solutioni interpellat, ad effectum constituendi reum in mora. *l. magnam C. de contr. & committ. stipul. Rolan. cons. 98. num. 9. lib. 2. Seraph. decis. 249 num. 1. & 2.* vtique dicendum est illos deberi pro rata, à dicta die, quo termini maturati fuerunt.

8 Denique quod illi debeantur ad rationem † quinque pro centenario, Domini moti fuerunt ex stylo Rotæ, *vt in Asculana Spoly 22. May 1615. coram bo. me. Buratto.*

Et ita pro confirmatione, & reformatione sententiæ respectiuè conclusum vnà tantum &c.

## Eodem Dunozetto
## In eadem Perusina Dotis
## Veneris 17. Maij 1630.

*SVMMARIA.*

1 *Epistola etiam emanata inter diuersas personas parit actionem ad effectum agendi pro dote in ea contenta.*

2 *Fructus dotis debentur à die moræ, & sic à die, quo termini maturati fuerunt.*

3 *Fructus*

3 *Fructus dotis taxantur ad quinque pro centenario, vbi non adest Statutum, vel consuetudo in contrarium.*
*Et licet Perusiæ taxentur ad rationem septem, vel octo pro centenario, vt num. 4.*
*Tamen non procedit, vbi obligatio non est contracta in dicta Ciuitate, sed in alio loco, in quo non docetur talem adesse consuetudinem, vt num. 5.*

## DECISIO CXX.

FVIT resolutum in hac causa coram me *sub die 17. Martij præteriti* sententiam Gubernatoris Perusiæ, qua Marchio Bartholomæus à Monte vti hæres Marchionis Io: Baptistæ à Monte, fuit condemnatus ad soluendum Comiti Curtio Raynerio pro dote ei promissa à præfato Io: Baptista scuta 2000. vnà cum interusuriis esse confirmandam. Hodie repropofita causa super eisdem Domini, relictis nullitatibus, quæ contra dictam sententiam opponebantur, quoad iustitiam tantùm, in decisis persliterunt ex eisdem rationibus in dicta decisione deductis.

Nam quoad primum decisionis fundamentum, quod scilicet Marchio Io: Baptista, & pro eo Marchio Bartholomæus eius hæres, teneatur soluere dicta scuta 2000. pro dote D. Elisabettæ vxoris prædicti Comitis Raynerij, illud subsistere visum fuit, ex quo per epistolam formiter recognitam, quam ipse Io: Baptista scripsit D. Bufalinæ matri eiusdem Elisabettæ, promisit soluere dictam quantitatem in plu-
1 ribus terminis, quæ quidem epistola, † licet emanauerit inter diuersas personas, tamen parit actionem, ad effectum agendi pro dote in ea contenta. *ad text. in l. 1. § accedit. ff. de rei vx. act. Dec. conf. 35. num. 1. cum alijs in dicta decisione relatis.*

Subsistit pariter alterum fundamentum, quod te-
2 neatur etiam ad interusuria, † à die, quo termini maturati fuerunt. Quia illa debentur propter moram, & Io: Baptista dicitur constitutus in mora, à die, quo termini maturati fuerunt, cum dies ipsa adiecta solutioni interpellet, & constituat in moram. *l. magnam. C. de contr. & committ. stipul. cum alijs in dicta decisione.*

Denique firmum etiam remanet, quod dicta in-
3 terusuria debeantur † ad rationem quinque pro centenario, quia ita solent à Rota taxari, quando non adest consuetudo, vel Statutum in contrarium, *vt in Asculana Spolij 22. Maij 1615. coram bo. me. Buratto.*

Non obstat, quod pro parte Comitis Curtij repli-
4 cabatur, quod scilicet in Ciuitate Perusiæ † adsit consuetudo taxandi dictos fructus ad rationem septem, vel octo pro centenario, *vt testatur Corn. conf. 44. num. 3. lib. 2. & conf. 71. num. 12. lib. 4. quam sequuta fuit Rota in Perusina Dotis Lunæ 9. Iunij 1614. coram bo. me. Vbaldo.* Quia prædicta bene procede-
5 rent, † si obligatio dicti Io: Baptistæ esset contracta in dicta Ciuitate Perusiæ, prout non fuit, sed in Castro Plani, in quo non docetur talem adesse consuetudinem, prout in Ciuitate Perusiæ.

Et ita vtraque &c.

# Dunozetto
# Bononiensis Indemnitatis
# Mercurij 6. Iunij 1618.

### SVMMARIA.

1 *Paternus auus, quando possit compromittere absque interuentu nepotum minorum, & num. 3.*
3 *Solemnitates Statutariæ non requiruntur in compromisso, & alijs actibus necessarijs minorum, & in decreto Iudicis num. 5.*
4 *Compromittere de iure possunt minores, licet non in arbitratores, & declaratur Statutum Bononiæ.*

## DECISIO CXXI.

DVAE nullitates fuerunt oppositæ contra laudum, de cuius executione agitur, quarum pri-
1 ma est, † quod Antonius auus paternus compromiserit, & acceptauerit laudum absque interuentu Georgij, & fratrum minorum. Secunda, quod dicta ac-
2 ceptatio cum consignatione † possessionum, seu prædiorum, de quibus agitur, fuerit facta sine decreto Antianorum, iuxta Statuta Bononiæ.
3 Sed prima fuit sublata ex eo, † quod istæ solemnitates Statutariæ non requiruntur in compromisso, & alijs actibus necessarijs. *Benint. decis. 21. num. 11. & seq. Put. decis. 105. num. 3. & 4. lib. 1. Rota diuers. decis. 867. num. 5. par. 3.*
4 Non obstat Statutum † Bononiense *de arbitr. lib. 2. in fin. vers. saluo,* in quo cauetur, quod impuberes minores 14. annis non possunt compromittere, quia Statutum loquitur in arbitratoribus, non autem in compromisso, prout de iure, in hoc enim posteriori casu intrat necessitas solutionis, quatenus de iure, in primo verò minor potest lædi, & ideo à Statuto iure merito fuerunt exclusi tales minores, cum esset hæc quædam species alienationis, vt etiam benè distinguit. *Benint. d. decis. 21.*

Secunda nullitas cessat ex prædictis, quia huius-
5 modi decretum non erat necessarium, † cum ista assignatio non esset voluntaria, *vt per Benint. d. decis. 21. num. 20. Lambertang. de contract. mulier. glos. 1. num. 2.* maximè, quia loco talis decreti interuenit decretum Auditoris Illustrissimi Legati ad id specialiter deputati ab eodem Legato, cum derogatione expressa dicti Statuti.

Et ex his ita decisum.

# Cardinali Caualerio
# In eadem Bononiensis Indemnitatis
# Mercurij 27. Ianuarij 1621.

### SVMMARIA.

1 *Marito debetur medietas dotis in Statuto Bononiensi, vbi extant filij primi matrimonij.*
2 *L. hac edictali. C. de secund. nupt. derogatur per Statutum*

*Statutum, & num. 3.*
4 *Statutum ubi habet verba clara, non admittuntur subtiles ponderationes resultantes ex ijs, quæ in consequentiam venire possint.*
5 *Statutum prævalet dispositioni iuris communis.*

## DECISIO CXXII.

IN hac causa post tres decisiones coram R. P. D. meo Dunozet, quarum duæ erant super institia laudi *sub diebus 23. Martij, & 17. Decembris 1618.* tertia verò super eiusdem laudi validitate *sub die 6. Iunij eiusdem anni* lata fuit sententia, in qua pronunciatum fuit Dominos de Lipis teneri eximere, & liberare ab omnibus oneribus partem bonorum D. Hieronymo Fabę secundo viro Aemilię in laudo assignatam. Deinde causa mihi commissa resolutum fuit *sub die 22. Maij præteriti* sententiam Rotalem esse confirmandam; cum autem Informantes pro Dominis de Linis non acquiescerent, rursus proposui dubium super ijsdem, & Domini resoluerunt standum esse in decisis.

Nam cum tota difficultas reduceretur ad dicti laudi institiam, de ea satis constare visum fuit, quoniam per assignationem in dicto laudo factam, dicto Fabæ
1 non probatur fuisse excessum † in medietate totius dotis, quæ secundo viro debetur, dum extant filij primi matrimonij ex dispositione Statuti Bononiēsis *in rub. de dot. rest. §. si verò ex ea liberi.*

Vnde Rota censuit laudum fuisse iustum, vt in di-
2 ctis duabus decisionibus, in quibus respondetur † dispositioni *l. hac edictali. C. de secund. nupt.* quæ videbatur obstare. Nam tali casu attendenda visa fuit dispositio iuris municipalis derogantis iuri communi, & quamuis idem Statutum præbeat vxori testamenti factionem, id tamen est cum reseruatione legitimæ filiorum, & partis lucri marito obuenientis,
3 qua præseruatione stante, cessat † omnis contrarietas, & repugnantia, Statutum enim continet plures casus, & in vnoquoque distinctè disponit per talia verba, vt non admittant dubitationem aliquam voluntatis Statuentium; cum autem versemur in secundo casu, nempe obitus vxoris relictis liberis ex primo matrimonio secundo viro superstite, non viden-
4 tur contra verba tam clara † admittendæ subtiles ponderationes resultantes ex ijs, quæ in consequentiam venire possent, sed verbis claris Statuti inhærendum est in quolibet casu distincto, nec ab ijs est recedendum, nec de ratione inuestigandum, Statu-
5 tum enim prævalet † dispositioni iuris communis, & per verba clara tollitur omnis dubitatio. *l. quod constitutum. ff. de testam. milit. vbi Bar. cum alijs adductis per Surd. cons. 401. num. 15. & 16. vbi latissimè.*

Cæteris placuerunt responsiones, & rationes deductæ in alijs decisionibus iam factis, à quibus Domini recedere noluerunt &c.

# Dunozetto
# Romana, seu Castrensis
# Affictus
# Veneris 1. Martij 1619.

### SVMMARIA.

1 *Litis expensas tenetur præstare, qui succubuit.*
2 *Ad litis expensas non potest amplius condemnare Iudex lata sententia. Fallit, quando actum fuit in vim obligationis Cameralis, quia debentur iure actionis num. 3.*

## DECISIO CXXIII.

CONCLVSVM fuit pro Informante, videlicet Saninum condemnandum esse ad expensas omnium mandatorum Rotalium pro præstatione cedulæ Bancariæ contra ipsum relaxatorum, quia cum ipse obligatus esset obligatione Camerali præstare dictam cedulam, quod adimplere renuebat, aut differebat ad id coactus à Iudice fuit, intratque regula
1 † generalis eum, qui succubuit liti ad expensas in ea lite factas teneri. *cap. finem litibus de dol. & contum. l. eum quem temerè. l. properandum. §. si autem. ff. de iudic. cum similibus.*

Et licet regulariter lata sententia, nullaque facta
2 † mentione condemnationis expensarum Iudex, qui semel officio suo functus est, non possit amplius ad eas condemnare. *l. terminati C. de fruct. & lit. expens.* fallit tamen hæc regula, vt in hac facti specie,
3 quando † actum fuit vigore obligationis Cameralis, in qua adest specifica obligatio expensarum, damnorum, & interesse, eo enim casu non debentur solo Iudicis officio, sed iure actionis; & ideo quandocumque peti possunt. *Ias. in l. ... num. 4. C. de iudic. & in §. actionum inst. de action.* & in terminis id fuit decisum *in vna Romana Expensarum 26. Martij 1614. coram R. P. D. meo Manzanedo*, multis ex rationibus, cum quibus Domini transierunt.

Et ita decisum.

# Dunozetto
# Sulmonensis Pecuniaria
# Lunæ 10. Iunij 1624.

### SVMMARIA.

1 *Præscriptio Statutaria intrat etiam inter forenses, & vbi instrumentum crediti fuerit alibi confectum, dummodo in loco Statuti petatur.*
*Conditur aturque ex administratione facta per creditorem num. 4.*
*Restitutio tamen datur ex capite ignorantiæ num. 5.*
*Sed vide num. seqq.*
2 *Administratoris loco dicitur erarius.*
3 *Administrator præsumitur satisfactus de credito.*
7 *Præscriptionem ad breuiorem terminum inducentia Statuta adsunt ferè per totam Italiam.*

9 *Administrator, seu Tutor tenetur sibi soluere creditum.*

## DECISIO CXXIV.

EGERAT Io: Antonius Colanannius contra D. Io: Antonium Citarellam vigore duarum apocarum, quarum vna est scutorum 2134. altera scutorum 600. Vnde dubitatum fuit, An dictus D. Citarella teneatur ad solutionem prędictarum pecuniarum, & Domini negatiuè responderunt.

Quia cum vsque de anno 1593. dictæ apocæ fuerint confectæ, intrat præscriptio † Statutaria 16. annorum, quæ vendicat sibi locum etiam inter forenses, & vbi instrumenta, seu chirographa crediti fuerunt alibi confecta, dummodo tamen in Vrbe petitio fiat, vt articulo maturè discusso tenuit *Rota in Lanuensi, seu Romana Pecuniaria de Nigronibus 10. Iunij 1580. coram Card. Lancellotto seniore, quæ est decisio 74. par. 4. diuers. in qua fuit recessum à decisione Caputaq. 207. par. 3.* vbi contrarium firmabatur.

Quam sententiam Domini libentiùs fuerunt amplexi, cum idem Io: Antonius Colanannius metu excommunicationis reuelauerit se fuisse ærarium † dicti Citarellæ, quod in Regno Neapoli habetur pro administratore, vt ex fide, quæ data fuit, & testatur *Coraud. super ritu Magnæ Curiæ 43.* & dicta administratio probatur effectuata, cum dictus Colanannius tanquam ærarius consignauerit RR. PP. Iesuitis salmas frumenti 730. Ita vt vel intret † præsumptio satisfactionis, *iuxta tex. in l. debitor. ff. de neg. gest. l. sed si damnum. §. peculium. ff. de pecul. cum alijs apud Surd. conf. 290. num. 32.* vel saltem valde coadiunet † bonam fidem debitoris, qui se fundat in præscriptione. *Alb. conf. 28. num. 3. vol. 1.*

Et licet pro parte Colanannij replicaretur sibi saltem competere † restitutionē in integrum tanquam forensi ex capite probabilis ignorantiæ dicti Statuti. *iuxta decis. Caputaq. 207. num. 1. & 2. par. 3.*

Placuit responsio † quod ignorantia † ad hunc effectum debet esse omnino ex parte probabilis, *vt dixit Rota in Romana redditionis rationis coram Orano apud Pacif. de Salui. interd. decis. 147. & in Romana Saluiani interdicti coram Iusto apud eundem Pacif. decis. 169.* quæ probabilitas in hoc casu cessare † videbatur, tum quia ferè per totam Italiam adsunt similia Statuta, quæ præscriptionem iuris communis redegerunt ad terminos breuiores. *Barbat. conf. 56. num. 16. & 17. lib. 2. Odd. de rest. in integr. quæst. 8. art. 10. num. 98.* Tum etiam, quia dictus Io: Antonius traxit moram † in Vrbe, quod in his terminis ponderat *Rol. à Valle conf. 43. num. 27. lib. 3.* Tum demum, quia cum ipse esset ærarius, † videtur in culpa constitutus, cum non dum hoc debitum summæ remanens petere distulerit per tantum temporis spatium, sed etiam, quia sibi ipsi, dum posset, non curauit satisfacere, prout tenebatur *iuxta tex. in l. quoties. §. sicut autem. ff. de administr. tut.* vbi Tutor, sicuti potest creditoribus pupilli soluere, ita proprium suum creditum potest exigere à se ipso, quod si non fecerit, non poterit tanquam in culpa à pupillo consequi vsuras retardatæ solutionis, quod etiam probat *tex. in d. l. debitor. ff. de neg. gest.* vbi gerens aliena negocia debet sibi satisfacere, aliàs dicitur in culpa, vt benè ponderat *Surd. d. conf. 290. sub num. 33.* Vnde inferebatur, quod stante dicta culpa † excluditur illa iusta, & probabilis ignorantia, quæ requiritur ad obtinendam restitutionem in integrum contra Statutum. *Alb. conf. 18. sub num. 1. lib. 1.* vbi quod ignorantia debet esse talis, ita vt nulla interueniat negligentia, quem sequitur *Rota in dicta Romana Saluiani interdicti coram Iusto apud Pacif. d. decis. 169. iuxta primam impressionem.*

Et ita decisum vtraque parte informante &c.

## R. P. D. Verospio
## Perusina Pecuniaria
## Mercurij 10. Aprilis 1630.

### SVMMARIA.

1 *Solutio debet probari quia non præsumitur. Nec concluditur ex sola executione, vt num. 7.*
2 *Implementum negare sufficit ei, cui aliquod est implendum.*
3 *Executio facta occasione vnius mandati non impedit, quin possit quis facere pro alio, & num. 5.*
4 *Solutio vnius summæ, & causæ non refertur ad aliā.*
6 *Depositarij Pignorum liber probat.*
7 *Executio sola non concludit satisfactionem.*
*In obligatione Camerali potest variari, & plures executiones vsque ad satisfactionem admittuntur, ibidem.*

## DECISIO CXXV.

POSTQVAM coram Domino meo Vbaldo firmata fuit iustitia mandati A. C. quod Marchio Bartholomæus à Monte obtinuerat contra Chrispoltum, & Vibium fideiussores Dominorum de Parolis, ex cessione facta Marchioni à creditoribus eorumdem de Parolis, cœpit Chrispoltus alter ex fideiussoribus controuertere veritatem crediti, & adducere satisfactionem Marchionis. Vnde proposito hodie per me dubio, An constaret de tali satisfactione, ex qua impediri deberet executio mandati, Domini negatiuè resoluerunt.

1 Certum est enim, quod solutionem † probare debet, qui eam pro se adducit; dum illa non præsumitur. *glos. in l. 2. in verb. repellere. C. de iur. emphit. l. 1. vbi glos. in verb. præstare debet. C. de probat. Natt. conf. 226. num. 2. Aim. conf. 313. num. 1. Afflict. decis. 91. num. 2.* & satis habet is, cuius † fauore ali-
2 quid implendum est, implementum negare. *Rip. in l. illa. num. 15. ff. de verb. oblig. Aim. conf. 151. num. 8. Corn. conf. 111. num. 8. lib. 2. Rot. in Calaguritana Capellæ 14. Maij 1592. coram Gypsio, & coram Ludouis. decis. 199. num. 6.* Quod tantum aberat, vt ab eodem Chrispolto fuerit comprobatum, vt etiam à Marchione contrarium ostenderetur. Quam enim
3 executionem † adducebant Informantes fecisse Marchionem super bonis, & hæreditate Vibij confideiussoris, & exactiones ex causa eiusdem mandati, ex quo fecerat executionem (quæ tamen neque liquidæ dici poterant) probauit Marchio factas à se fuisse occasione alterius mādati pro scutis 770. quod contra

eundem Vibium, siue eius hæreditatem obtinuerat, nam cum duo obtinuisset mandata contra eandem hæreditatem, primum scutorum 560. ex causa societatis, officij, pro quibus hodie agit; Alterum scutorum 770. quod vt dicebam, fuit exequutum, non
4 poterat ex satisfactione † vnius summæ, & causæ ad aliam inferri, *vulg. l. Papin. & ibi Bar. ff. de minor. Alex. cons. 57. num. 5. & cons. 66. num. 11. lib. 2.* Quod verò in hanc causam potius referri debent exe-
5 quutio, † apparebat non solùm ex eo, quia cum ab vtroque mandato fuerit appellatum ab vltimo pro scutis 770. Signatura appellationem nō admisit simpliciter, sed sine præiudicio legitimæ exequutionis, secus quàm fecerit in altero, super quo rescripserit cum causula, si quid exequendum, vt ideo metiendo voluntatem à potestate, non nisi quàm illud scutorum septingentorum, & septuaginta executioni demandatum fuisse præsumendum sit. Verùm etiam
6 quia ex fide † libri Depositarij Perusiæ probauit Dominus Marchio eandem executionem à se factam ex causa crediti scutorum 700. quod habebat cū eodem
7 Vibio. Præterquàm neque sola executio † concludebat satisfactionem, dum vigore obligationis Cameralis variare licebat, & plures facere exequutiones vsque ad integram satisfactionem. *Lancellott. de attent. par. 2. cap. 4. 15. limit. num. 4. Gallesi. ad formul. oblig. Camer. quæst. 11. Verall. decis. 30. num. 5, par. 1.*
Et ita &c.

## R. P. D. Pirouano
## Perusina Reintegrationis
## Mercurij 13. Nouemb. 1630.

### SVMMARIA.

1 *Fœminarum descendentibus datur reintegratio ad bona acquisita per fratres; sed non ad bona emphiteutica acquisita pro masculis num. 2. Nec ad quæsita per alios fratres, ad quorum bona non competit reintegratio num. 3. & seqq.*

11 *Fœminæ succedunt in tertia parte bonorum acquisitorum per descendentes à dotante ex Statuto. Sed ad alias duas tertias possunt petere reintegrationem cessantibus masculis num. 12.*

### DECISIO CXXVI.

DICTVM fuit Dominis de Ninis, & Danzettis solum formantibus dandam esse immissionem
1 † in bonis *in decisione 19. Maij 1628.* specificatis, & pro portionibus, & quotis eisdem respectiuè spectantibus; verùm attenta noua iurium productione per Comitissam Isabellam aduersariam facta, & iterum partibus informantibus causa posita Responsum fuit decisionem esse reformandam, reseruando etiam videre de exceptionibus contra testes super existentia corporum bonorum in decisione expressorum.
2 Nam quantùm ad domum in Ciuitate † Perusiæ, cum illa fuerit concessa vsque de anno 1516. in emphiteusim Bernardino seniori ad tertiam generationem masculinam, & de anno 1596. confirmata Bernardino iuniori pro se, & Annibale filio, & eorum filijs, & nepotibus vsque ad tertiam generationem, ac Isabellæ eius vxori tantùm, vt ex instrumentis datis summario Comitissæ num. 2. satis patet, quod eueniente casu obitus dicti Bernardini senioris Lucretia, à qua descendunt Nini, & Danzetti non poterat succedere in quinta parte vna cum suis fratribus deficiente in ea qualitate masculina, & per cōsequens cessante iure succedendi cessare debet, & ipsa reintegratio, cum deficiat principium, ad quod Statutum beneficium concedit, & in hac domo partes non dissentiunt.
3 Quo verò ad prædium Pontis Vallis † in pertinentijs huius Villæ dantur duæ acquisitiones. prima de anno 1585. de petio terræ eminarum septem nuncupato Cassiolino, communi nomine Constantini, & Annibalis fratrum, secunda de anno 1587. dicta la Madonna dell'Angelello communi nomine Constantini, & Bernardini filij supradicti Annibalis, quarum petiarum medietas sicuti non cadebat in successione Lucretiæ, sed Annibalis, & Bernardini iunioris, ita ad eandem non erat debita reintegratio, & in hac parte decisio est reformanda quoad quantitatem respectu medietatis, & quoad quotam in tertia parte alterius medietatis cum declaratione de qua infra, ad quam concurrebant Bernardinus filius Annibalis, Hyppolita filia Mineruæ, & Lucretia de tempore obitus Constantini.
In tertia specie bonorum iuxta ordinem decisio-
4 nis ponitur domus, & prædium † Castri Diruti in pertinentijs huius Castri datur acquisitio facta per Annibalem de anno 1586. de petio terræ nuncupato il Borgo prætio florenorum 140. pro qualibet emina, quæ verè non pertinet ad successionem Lucretiæ, neque per descendentes illius prætenditur duo prædia, sed domus, & prædium.
Quartum successiuè in eadem decisione ponitur
5 prædium S. Gilij, † in cuius S. Gilij pertinentijs dantur tresdecim acquisitionis corporum bonorum, in vno instrumento nominatur solus Annibal, & in alijs quatuor nominatur Bernardinus eius filius, quæ non sunt de successione Lucretiæ, in alijs septem instrumētis nominātur simultaneè acquisitores, & emptores Annibal, & Constantinus, vel Constantinus, & Bernardinus filius Annibalis, & quoad prædicta reformanda pariter est decisio in quantitate, & quota, vt iam dictum fuit de secunda specie bonorum; sed in decimotertio quod superest instrumento, in quo nominatur solùm Constantinus, decisio non est reformanda quoad quantitatem, & quotam ipsi Lucretiæ, & suis descendentibus debitam.
6 Quintum subsequitur prædium Castri Ripæ † enunciatum, & in pertinentijs huius Castri dantur tria instrumenta acquisitionum, primum sub die 3. Septembris 1584. secundum sub die 21. Maij 1590. In primo anni 1584. Alexander de Bontempis facit quietantiam Annibali q. Bernardini de scutis 5800. de quibus dictus Alexander erat creditor dicti Annibalis pro prætio duorum poderiorum eidem Annibali venditorum, nempe vnius ex instrumento rogato per Marcellum Petrogallum de anno 1575. Alterius verò per Angelum de Tetijs anno 1581. Verùm cum in instrumento anni 1575. Annibal emat pro se, & Cæsare, & Constantino, in altero verò de anno 1581. Anni-

 bal,

bal, & Constantinus emant, decisio est reformanda quoad quantitatem, & quotam, prout in alijs supra dictum fuit. In secundo verò anni 1590. enunciantur Annibal, & Bernardinus respectiuè emptores, quæ bona non pertinent ad successionem Lucretiæ. Tertium verò instrumentum continet emptionem vnius tenimenti terræ trium eminarum sub die 3. Iulij 1588. factam per Bernardinum iuniorem pro se, & Constantino Patruo, & vlterius datū fuit Catastrum incipiendo ab anno 1583. in quo habetur 30. partitæ acquisitionum Terrarum sub nomine Annibalis tantùm, quæ demptis acquisitionibus supradictis annorum 1575. 1581. & 1588. pariter non pertinent ad successionem Lucretiæ.

7 Sextum in ordine legitur prædium † Castri Bagnosi, pro quo dantur tres acquisitionis ex Catastro probatæ sub nomine solius Constantini, & in hoc decisio firma remanet quoad quantitatem, & quotam ipsi Lucretiæ, suisque descendentibus debitam.

8 Septimò loco ponuntur bona Castri Pilonici, † & inter eiusdem Castri confinia dantur tresdecim instrumenta diuersarum petiarum terræ, & Catastrum, cum quo probantur quindecim acquisitiones, quarum vndecim enunciant emptores, & acquisitores Bernardinum iuniorem Annibalis filium, & de istis non est quæstio, cum non pertineant ad successionem Lucretiæ. Cætera verò petia terrarum ex quatuor tria leguntur acquisita communi nomine Annibalis, Bernardini iunioris, & Constantini respectiuè, quartum verò solius Constantini nomine, & pro illis decisio est reformanda quoad quantitatem, & quotam, vt in alijs dictum fuit. In postremo autem firma remanet decisio quoad quantitatem, & quotam ipsi Lucretiæ suisque descendentibus debitam.

9 Octauum superest prædium Villæ S. Mariæ de Pitignano, † in cuius pertinentijs dantur tres acquisitiones, quarum prima de anno 1588. legitur facta per Constantinum solum, & in hac parte non cadit reformatio quoad quantitatem, neque quoad quotam ipsi Lucretiæ, suisque descendentibus debitam: aliæ verò duæ de anno 1592. & 1594. emanarunt sub nomine Bernardini iunioris, & in istis similiter non cadit controuersia, cum non sint de successione Lucretiæ.

10 Non obstat, quod in prędijs communi nomine Annibalis, & Bernardini filij cum Constantino acquisitis medietas † non pertineat ad successionem Lucretiæ, sed ad descendentes Annibalis, quod est verum, nec controuertitur.

11 Ex altera verò medietate † tertia tantummodò pars tertiæ partis pertinet ad Lucretiam ex dispositione *Statut. Perus. de dot. & dotat. mulier. rub. 45.* in quo dicitur, quod mulier succedat descendenti à persona dotante in alijs bonis, quam à dotante prouenientis, in tertia parte eius, quod sibi obuenisset ex successione ab intestato ipsius descendentis defuncti, & ab alijs ratis etiam dd. bonorum aliunde prouentorum, ipsa mulier pænitus excludatur, & idem sit firmandum ex eadem dispositione Statuti de acquisitis per Constantinum solum, cum sit descendens à dotante, vt non debeatur tertia integra descendentibus Lucretiæ, sed tertia illius tertiæ.

12 Quia obiectum cessat ex eodem Statuto reintegrante fœminas cessantibus masculis † in portione exclusa, vt in decisione causæ fuit firmatum; Vnde cum Statutum in verbis excludat mulieres propter masculos à successione duarum partium eius, quod ab intestato successuræ essent in bonis aliunde quæsitis per descendentes dotantium, & Lucretiæ deberetur tertia pars de eisdem bonis in successione Constantini fratris. Meritò ad duas tertias portionis debitæ ab intestato competit reintegratio remanente facultate eisdem descendentibus petendi partem à Statuto fœminis indultam, & illam consequendi si prout iuris fuerit.

Et ita &c.

# FINIS.

DECISIONES Perusinæ huius Sacræ Rotæ in vno collectæ & de mandato Rotæ hic Romæ recognitæ, cum nihil contineant contra leges nostras, & iura, de licentia eiusdem Rotæ possunt typis mandari; cuius rei fidem facio Ego infrascriptus Sacræ Romanæ Rotæ Auditor de consensu aliorum Dominorum meorum. Hac die 26. Februarij 1631.

BENEDICTVS VBALDVS ROTÆ AVD.

DEcisiones has Sacræ Romanæ Rotæ recognoui Ego Rosatus Torellus V.I.D. ex mandato Reuerendissimi P. Inquisitoris Perusiæ, & Vmbriæ, nullumque in eas, aut scriptorum incuria, aut aliorum vitio errorem irrepsisse testor, quominus imprimi possint. In quorum fidem &c. hac die 12. Martij 1631.

ROSATVS TORELLVS QVI SVPRA.

Imprimatur

Fr. Franciscus Galasinus Inquisitor.

Imprimatur

Alexander Iouius Deput. pro Eminentiss. D. Card. de Torres.

INDEX

# INDEX DECISIONVM QVAE IN TRACTATV REFERVNTVR

## Secundum ordinem numeralem.



82 *Perusina*

# INDEX DECISIONUM POST TRACTATUM IMPRESSARUM

## Iuxta ordinem Alphabeticum Auditorum.



Mellino

FINIS.

# INDEX MATERIARVM TAM COMPENDII, QVAM DECISIONVM.

CARNES

CAVSA

PERVSIAE

uantia

Statutum

Non

CARNES

PERVSIAE

Statutum

Non

Deliberatio

CVRATOR

Curator

Restitutio

Calculus

E



Aedific. re

Iudex

*Proximior*

Catastrum

Frater

H



Tutores,

Nec

Instrumentum

L



Aliquando

Interuenientes

F Gabbella

*Mors*

Notarium

Dominos

P

Q



R

quid

S

SPECIFICATIO

VASA

V

Vxor

# FINIS.

| Pag. | col. | lit. | num. | lin. | Menda | Emenda |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 7. | 1. | | 11. in fin. | | Inuentarium | Subhastatio |
| 29. | 2. | C. | | 4. | patri | patrui |
| 32. | 1. | B. | | 1. | Bannimentorum | Bannitorum |
| 35. | 1. | | 25. | 18. | astringenda | restringenda |
| 39. | 2. | | | 51. | lib. fol. 70. | lib. 1. fol. 70. |
| 42. | 1. | | 27. | 1. | dubitandum | dubitationem |
| 43. | 2. | | | 48. | rubr. 3. | rubr. 8. |
| 56. | 2. | ver. Cautio. | | 7. | lib. 5. | lib. 1. |
| 59. | 1. | | 5. | 8. | Afyn. | Aym. |
| ibid. | 1. | | 5. | 9. | tuebitur, & tutur | melior, & tutior |
| 62. | 2. | | 2. | 3. | nascinutur | nanciscitur |
| 63. | 1. | | | 1. | Prolegato | Prolegatum |
| 66. | 1. | | 8. | 9. | Immunitas | Immunitatis |
| 74. | 1. | | | 53. | hordacea | hordeacea |
| ibid. | 2. | ver. Ciuitas. | | 6. | lib. 2. | lib. 1. |
| 78. | 1. | | | 4. | rubr. 511. | rubr. 52. |
| ibid. | 2. | | | 21. | eorum | earum |
| 94. | 1. | | | 44 | mortificationis | notificationis |
| 101. | 2. | | 11. | 1. | carente | iacente |
| 115. | 1. | A. | | 11. | 1608. | 1606. |
| 118. | 1. | | | vlt. | vt in quis | vt aliquis |
| 123. | 2. | | | 11. | rubr. 34. | rubr. 134. |
| 127. | 2. | | | 14. | rubr. 42. | rubr 32. |
| 134. | 1. | | | 51. | descendentibus | ascendentibus |
| 145. | 1. | | | 23. | pag. 11. | pag. 72. |
| 148. | 2. | | 9. | 10. | laicalem | laicale |
| 150. | 2. | | 2. | 2. | habetur | debetur |
| 151. | 1. | ver. Gabella. | | 2. | quibus | quibusdam |
| 152. | 1. | | | 44. | Mercatorum, *adde* aut Auditores Cambij | |
| 167. | 2. | | | 10. | Nec super | Necnon super |
| 168. | 1. | | 2. | 9. | cogniturae | cognitione |
| 211. | 2. | | | 24. | lib. 1. | lib. 3. |
| 237. | 1. | ver. Repetitio | | 9. | patitae | petitae |
| 265. | 2. | | | 11. | viginti dies | viginti horas |
| 276. | 1. | | | 37. | testamentum | testimonium |
| 287. | 1. | | 2. | 2. | coptis | coctis |

## *Post Compendium.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 22. | 2. | in Aldobrandina | 4. pagare hauuta *adde* consideratione | |
| ibid. | | | 9. che se si fosse | come se si fosse |
| ibid. | | | 22. fin qui molto | seguir modo |
| 23. | 1. | | 30. s'incontra | s'incorra |

## *In Decisionibus.*

| | | |
|---|---|---|
| Decis. LXIII. pag. 55. col. 2. n. 6. lin. 4. | Bar. & Ias. | Bal. & Ias. |
| Post Decis. LXXXIX. | Decis. LC. | XC. |
| Decis. CI. pag. 99. col. 2. n. 12. lin. 4. | assignationis | agnationis |
| Decis. CVIII. | 1591. | 1595. |